
3 1761 04569289 4

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS CHRYSOSTOMI

OPERA OMNIA.

TYPIS MOQUET ET SOCIORUM,
VIA LA HARPE, N° 90.

Saint John Chrysostom

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI,

Archiepiscopi Constantinopolitani,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ANGLICANOS, GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA.

OPERA ET STUDIO D. BERNARDI DE MONTFAUCON,
Monachi Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri, opem ferentibus aliis ex eodem sodalitio Monachis.

EDITIO PARISINA ALTERA, EMENDATA ET AUCTA.

TOMUS UNDECIMUS.

PARISIIS,
APUD GAUME FRATRES, BIBLIOPOLAS,
VIA POT DE FER SAINT-SULPICE, N° 5.

M. DCCC. XXXVIII.

INDEX

OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

QUÆ TOMUS UNDECIMUS COMPLECTITUR.

SPURIA

PRÆFATIO

AD HOMILIAS D. JOANNIS CHRYSOSTOMI

IN EPISTOLAS PAULI AD EPHESIOS.

Inter selectiora doctoris nostri in Epistolas Pauli commentaria censeri debent Homiliæ in Epistolas ad Ephesios; tum quia in his res uberius expendit, et explicat accuratius; tum quia multa et singularia passim indicat, quæ possint aut ad beatam aut ad miseram vitam non parum afferre momenti.

Orditur autem ab Epheso urbe, quam ut Asiæ metropolin celebrat. Auxerant celebritatem primo S. Joannes evangelista, deinde Timotheus, qui istic sedes posuerant. Fama per orbem nota erat Ephesus a cultu Dianæ, quam Ephesiam vocabant, atque a philosophorum plurimis, qui illic manserant, a Pythagora Samio, a Parmenide, Zenone, Democrito: additque Chrysostomus, adhuc suo tempore philosophos Ephesi considere.

Jam quæritur pro more Antiochiæne an Constantinopoli habitæ fuerint conciones ad Ephesios. Optimum Cl. V. Tillemontius profert argumentum ad probandum hasce homilias Antiochiæ dictas fuisse: quia nempe in homilia undecima acerrime invehitur in eos, qui Ecclesiam in qua ille tunc concionabatur scindebant, inque diversas partes diviserant et schisma effecerant; id quod de Ecclesia Constantinopolitana intelligi non possit. Hicque omnino loqui videtur de schismate Eustathiano tunc Antiochiæ perseverante, de quo multa diximus in Monito ad Homiliam, *De non anathematizandis vivis atque defunctis*, quæ hic breviter repetenda sunt.

Eustathius episcopus Antiochenus, vir sanctus atque catholicus, ideoque Arianis invisus, ipsorum opera in exsilium actus fuit anno circiter 330, in ejusque locum substitutus est episcopus Arianus. Deinceps vero Ariani episcopi sedem tenuerunt, Eustathianis interim seorsum collectas agentibus, donec Ariani tandem Meletium, quem suæ sectæ putabant esse, episcopum constituerunt. At ubi compertum fuit Meletium et Catholicum et Arianis infestum esse, in exsilium pulso Meletio, Euzoium Arianum episcopum constituerunt. Tunc tres in partes distracta civitas fuit. Prima erat Eustathianorum, secunda Meletianorum, tertia Arianorum. Cum autem post hæc Lucifer Calaritanus, reclamantibus licet Athanasio aliisque episcopis, Paulinum Eustathianum episcopum ordinasset, tres simul fuere episcopi Antiocheni, Meletius, Paulinus, et Euzoius. Cumque postea deficientibus Arianorum partibus nullus Arianus episcopus esset, Meletius et Paulinus episcopi mansere, ac perseverante schismate, ambæ partes se rixis, dicteriis et contumeliis lacerabant. Hæc haud dubie deplorat Chrysostomus, hanc ceu calamitatem omnium maximam, fusis etiam lacrymis prosequitur, tantam ille miseriam perhorrescit ut præsentem. Quod certe nonnisi de Antiochena Ecclesia intelligi potest.

Aliud etiam nec leve indicium est, quo probetur Antiochiæ habitas homilias fuisse; quod videlicet monachos in montibus asperam sanctamque vitam agentes passim laudet; quod in Constantinopolitanis homiliis vix deprehendas; imo vero monachos Constantinopoli vicinos sæpe graviterque insectatur, utpote qui a prisco vitæ instituto non parum deflexissent; in vicinis autem Constantinopoli montibus, si bene memini, monachos esse nusquam dicit. Hic vero passim illos encomiis celebrat, et Homilia vigesima prima Julianum quemdam *admirandum* memorat monachum, qui cum in civitates ingrederetur, id quod perrarum erat, miro omnium concursu et populi frequentia excipiebatur.

Antiochenorum mores pravos sæpe insectatur, ut et alibi passim vidimus, illa maxime quæ ab [a] pag. 44. [b] pag. 93. ethnicis et idololatris promanarant, ut [a] sortes et incantationes, [b] fatum etiam et metempsychosin: dicebantque illi omnia nulla geri providentia; alii vero Deum esse corpus impune asserebant. De ominibus [c] pag. 94. autem et præsagiis quæ dicit digna sunt, quæ hic referantur [c]: *Multis terroribus*, inquit, *plena est eorum anima. Ut puta, hic aut ille primus mihi occurrit domo exeunti, omnino contingere oportet mala innumerabilia. Nunc servus exsecrandus dans mihi calceos, primum porrexit partem sinistram, graves significantur calamitates et contumeliæ. Ego ipse exiens, sinistro priori processi pede: hoc quoque est signum calamitatum. Et hæc quidem domi sunt mala: foras autem egresso, dexter mihi oculus inferne salit: hoc est indicium lacrymarum. Mulieres quoque, quando sonant calami, ad texturæ recta ligna allisi, vel cum ipsæ pectine discriminant, hoc pro signo habent. Rursus quando subtegmen pectine concutiunt, et id faciunt vehementius; deinde qui sunt superne calami ob intensum ictum edunt strepitum, allisi ad rectum structuræ lignum, hoc habent pro signo: et alia innumerabilia digna quæ rideantur. Et si asinus exclamaverit, et si gallus, et si quis sternutaverit, et quodvis aliud, tamquam decies mille vincti vinculis, ut dixi, tamquam qui teneantur in tenebris, omnia habent suspecta, et sunt magis serviles quam innumera mancipia.*

In homilia autem vigesima, ubi de instituenda uxore multa profert præclara et lectu dignissima, luxum et fastum Antiochenorum vehementer insectatur, quorum plurimi licet vilioris sortis homines, qui magnas sibi paraverant facultates, auro onusti cum uxoribus prodibant, in curru mulis albis juncto, gregibus famulorum et agminibus eunuchorum stipati. Tum acerrime invehitur in eos qui nuptiales cerimonias Christianis indignas induxerant; saltationes et tripudia, impudicas cantilenas, et cætera [e] Hom. xv. traducit, quæ nuptialem torum dehonestarent. [d] In uxores quoque illorum aspere invehitur, quæ in famulas et ancillas ita sæviebant, ut ligatas et nudatas coram maritis acerrime verberarent, Thessalidas vocantes, quæ vox apud Aristophanem veneficas et præstigiatrices significat.

Sic ille Antiochenos incessit, qui intemperantius suis opibus utebantur; tum etiam non paucos, qui bonis alienis imminerent. Ad alia vero jam veniendum. In homilia octava, omnium longissima, in hæc orationis verba, *Ego vinctus in Domino*, in vinculis Pauli laudandis, celebrandis, totam profundit artem; imo non artem, sed quidquid ardens animus, quidquid cor vehementi concitatum amore suggerit, imparatus [d] pag. 51. profert in medium: [e] *Si quis mihi dederit*, inquit, *nunc ut suscitem mortuos, non hoc elegerim, sed catenam. Si ab ecclesiasticis curis essem remotus, et esset mihi corpus sanum et validum, non recusarim hanc suscipere peregrinationem, ut solum viderem catenas, ut carcerem, in quo fuit vinctus. Atqui ejus miraculorum multa multis in locis sunt signa, sed non sunt tam desiderabilia, quam stigmatum. Et in Scripturis non ita me delectat dum facit miracula, quam dum male patitur, flagris cæditur atque raptatur. Vere mirabilia sunt illius corporis sudaria et semicinctia, quæ stupenda patrant: sunt hæc vere mirabilia, sed non ut vincula.*

Occasione vinculorum loquens de sancto Babyla martyre, cujus vitam ille scripsit ut habetur supra Tom. secundo, dicit illum vinctum fuisse, sicut Joannem Baptistam, quia nempe regem redarguerat, [e] pag. 70. et morientem mandavisse, [e] *ut vincula ponerentur cum suo corpore, et corpus sepeliretur vinctum. Et nunc siti sunt compedes cum cinere: tantum erat ei desiderium vinculorum propter Christum. Ferrum pertransiit anima ejus, etc.*

[f] pag. 78. Hom. decima dicit [f], ἀγάλματα seu figuras, et statuas vel imagines in ecclesia esse, neque plura adjicit in re, quam pluribus expensam fuisse vellem. Hæreticos passim exagitat, Marcionem, Manichæum seu Manetem, Valentinum, Catharos, seu Novatianos, Arium, uti solet in omnibus pene orationibus et homiliis, aliosque etiam hæreticos. De quibus omnibus Diatribam instituemus Tom. decimo tertio.

Gentiani Herveti Latinam interpretationem multis in locis passim castigavimus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

OPERA OMNIA.

---

*ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ,

Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

Ὑπόμνημα εἰς τὴν πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολήν.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS

CHRYSOSTOMI,

Archiepiscopi Constantinopolitani,

In Epistolam ad Ephesios Commentarius.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

A

Ἡ Ἔφεσός ἐστι μὲν τῆς Ἀσίας μητρόπολις· [a] ἐτελεῖτο δὲ τῇ Ἀρτέμιδι, καὶ μάλιστα ταύτην ἐκεῖ ἔσεβον ὡς μείζονα δῆθεν θεόν· καὶ τοσαύτῃ δεισιδαιμονίᾳ οἱ ταύτην τιμῶντες ἐκέχρηντο, ὡς μηδὲ τοῦ-

ARGUMENTUM.

Ephesus est quidem Asiæ metropolis. Erat autem dedicata Dianæ, et hanc potissimum deam illic colebant tamquam scilicet maximam: tantaque eorum erat superstitio, ut ne illius quidem nomen

* Ad Homilias in Epistolam ad Ephesios emaculandas usi sumus Coislinianis Codicibus duobus, quorum unus 31, alter 75 notatur, et cum Codice Colbertino num. 4112. Colbertinus ὑπόθεσιν seu argumentum omittit, et a prima homilia incipit.

[a] Interpres, *erat autem dedicata Dianæ*, recte. Sic Num. 25, 8: *καὶ ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βελφεγώρ*, et Psalm. 105. 28: *καὶ ἐτελέσθησαν Βελφεγώρ*, *et initiati sunt, sive sese dedicaverunt Belphegori.*

qui ejus templum combusserat, manifestum esse voluerint: fuerat enim combustum. Porro beatus quoque Joannes evangelista plurimum illic est versatus: nam et illic fuit relegatus et decessit. Timotheum quoque illic reliquit Paulus, ut dicit
[illegible] ad ipsum scribens: *Sicut rogavi te ut maneres Ephesi.* Et plurimi ex philosophis, maxime ii qui in Asia floruerunt, illic erant. Nam dicitur quidem et inde fuisse Pythagoras: Samos enim, unde ortus ille erat, Ionica erat insula. Parmenidem quoque et Zenonem et Democritum, et multos nunc adhuc illic inveneris philosophos. Hæc autem non sine causa dicta sunt a nobis, sed ut ostenderem multo studio opus fuisse Paulo ad eos scribenti. Dicitur autem profundiores quoque sensus eis credidisse, utpote qui jam catechumeni essent. Est porro epistola plena sublimibus sententiis et dogmatibus. Scribit autem epistolam
Ephes. 6. 19. 20. Romæ vinctus, sicut et ipse dicit: *Orate pro me ut detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium evangelii, pro quo legatione fungor in catena.* Et admodum altis et eminentibus plena est sensibus. Nam quæ nusquam fere est loquutus, ea hic pro-
Ib. 3. 10. et 2. 6. et 3. 5. 6. fert, ut quando dicit: *Ut innotescat nunc principatibus et potestatibus in cælestibus per Ecclesiam varia et multiplex Dei sapientia;* et rursus, *Conresuscitavit et consedere fecit nos in cælestibus*; et, *Quod aliis generationibus non fuit cognitum, nunc revelatum fuit apostolis sanctis et prophetis in Spiritu, gentes esse coheredes, et concorporales et comparticipes ejus hereditatis in Christo.*

νομα τοῦ τὸν ναὸν αὐτῆς ἐμπρήσαντος ποιῆσαι φανερόν· ἐνεπρήσθη γάρ. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς τὰ πολλὰ ἐνδιέτριψεν ἐκεῖ· [b] καὶ γὰρ καὶ ἐξωρίσθη ἐκεῖ, καὶ ἐτελεύτησε. Καὶ τὸν Τιμόθεον δὲ ἐκεῖ κατέλιπεν ὁ Παῦλος, καθὼς γράφων πρὸς αὐτόν φησι· Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ. Καὶ τῶν φιλοσόφων οἱ πολλοὶ, καὶ μάλιστα οἱ ἀνθήσαντες περὶ τὴν Ἀσίαν, ἦσαν ἐκεῖ. Λέγεται δὲ καὶ Πυθαγόρας [c] ἐκεῖθεν εἶναι· καὶ γὰρ ἡ Σάμος, ὅθεν ἦν, Ἰωνική ἐστι νῆσος. Τοὺς δὲ περὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα καὶ Δημόκριτον, καὶ πολλοὺς ἔτι καὶ νῦν εὕροι τις ἂν φιλοσόφους ἐκεῖ. Ταῦτα δὲ ἡμῖν οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλ' ὥστε δεῖξαι, ὅτι πολλῆς ἔδει τῷ Παύλῳ σπουδῆς πρὸς ἐκείνους γράφοντι. Λέγεται δὲ καὶ τὰ βαθύτερα τῶν νοημάτων αὐτοῖς ἐμπιστεῦσαι, ἅτε ἤδη κατηχημένοις. Ἔστι δὲ νοημάτων μεστὴ ἡ ἐπιστολὴ ὑψηλῶν, καὶ δογμάτων. Γράφει δὲ τὴν ἐπιστολὴν ἀπὸ Ῥώμης δεδεμένος, καθὼς καὶ αὐτός φησι· Προσεύχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα μοι δοθῇ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου ἐν παῤῥησίᾳ γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου, ὑπὲρ οὗ ἐγὼ πρεσβεύω [a] ἐν ἁλύσει. Καὶ ὑψηλῶν σφόδρα γέμει τῶν νοημάτων καὶ ὑπερόγκων. Ἃ γὰρ μηδαμοῦ σχεδὸν ἐφθέγξατο, ταῦτα ἐνταῦθα δηλοῖ, ὡς ὅταν λέγῃ· Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν, Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις· καὶ, Ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη, νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἀποστόλοις τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν τῷ Πνεύματι, εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τῷ Χριστῷ.

[b] Id est, *In exsilium missus istuc venit.* Joannes in Paphon insulam relegatus est: posteaque venit Ephesum. Chrysostomus vero hæc carptim recensens, non tam accurate omnia profert.

[c] Coislinianus unus *Πυθαγόρας ἐκεῖθεν εἶναι, τέως δὲ Ἰωνικὴ πᾶσα, τοὺς περὶ Παρμενίδην*, et quædam postea jam dicta mendose repetit. Alter vero post *ἦσαν ἐκεῖ* sic pergit, *τοὺς περὶ Παρμενίδην λέγω καὶ Ζήνωνα καὶ Δημόκριτον.* Sic quibusdam omissis. Locum ut nunc est bene habere puto. Chrysostomus carptim loquens, et Ephesum commendans dicit philosophos multos illic floruisse, ut Pythagoram qui ex insula quidem Samo erat; sed Samos Ionica erat ut Ephesus; imo, quod non addit Chrysostomus, Epheso adeo vicina ut ex illa urbe conspiceretur. De cæteris quos addit philosophis multa dici possent, sed adeantur Diogenes Laertius et alii. De quibusdam certe, ut de Democrito, disputari potest.

[a] Coislinianus alter *ἐν ἁλύσει. Ἔστι δὲ οὐ μόνον μεστὴ ἡ ἐπιστολὴ δογμάτων ὑψηλῶν, ἀλλὰ καὶ νοημάτων ὑπερόγκων …χει. Ἃ γάρ.*

ΟΜΙΛΙΑ α'.

Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἰδοὺ τὸ, * διὰ, τῷ Πατρὶ δέδωκε. Τί οὖν; ἐλάττονα αὐτὸν ἐροῦμεν; Μηδαμῶς. Τοῖς ἁγίοις, φησὶ, τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἰδοὺ, ἁγίους καλεῖ ἄνδρας ἔχοντας καὶ παιδία καὶ γυναῖκας καὶ οἰκέτας. Ὅτι δὲ τούτους οὕτω καλεῖ, δῆλον ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς ἐπιστολῆς, ὡς ὅταν λέγῃ· Αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε· καὶ πάλιν, Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς πατράσιν ὑμῶν· καὶ, Οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς δεσπόταις. Ἐννοήσωμεν ὅση κατέχει νῦν [b] ἡ ῥαθυμία, καὶ πῶς σπανίζει τὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ ὅση τότε ἡ φορὰ ἡ τῶν ἐναρέτων, ὡς καὶ τοὺς κοσμικοὺς, ἁγίους καὶ πιστοὺς λέγεσθαι. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἶπε χάριν, καὶ Πατέρα τὸν Θεὸν ἐκάλεσε· τῆς χάριτος γὰρ ἐκείνης τεκμήριον τοῦτο. Πῶς; Ἄκουσον αὐτοῦ ἑτέρωθι λέγοντος· Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον, ἀββᾶ ὁ Πατήρ. Καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Δι' ἡμᾶς γὰρ Χριστὸς γέγονε, καὶ ἐν σαρκὶ [c] ὤφθη. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, φησὶ, καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἰδοὺ, Θεὸς τοῦ σαρκωθέντος. Εἰ δὲ μὴ βούλει, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου Πατήρ. Ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ. * Τὴν Ἰουδαϊκὴν ἐνταῦθα αἰνίττεται· εὐλογία μὲν γὰρ ἦν κἀκείνη, ἀλλ' οὐ πνευματική. Τί γὰρ ἔλεγεν; Εὐλογήσαι σε ὁ Θεὸς, Εὐλογήσει τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας σου, καὶ εὐλογήσει τὴν εἴσοδόν σου καὶ τὴν ἔξοδόν σου. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τί; Ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. Τί γὰρ ἔτι σοι λείπει; Γέγονας ἀθάνατος, γέγονας ἐλεύθερος, γέγονας υἱὸς, γέγονας δίκαιος, γέγονας ἀδελφὸς, γέγονας συγκληρονόμος, συμβασιλεύεις, συνδοξάζῃ· πάντα σοι κεχάρισται. Πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ, φησὶ, τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; Ἡ ἀπαρχή σου ὑπὸ ἀγγέλων προσκυνεῖται, ὑπὸ τῶν Χερουβὶμ, ὑπὸ τῶν Σεραφίμ·

(Margin letters beside the Greek column: D at "Ἰδοὺ τὸ", E at "μεν ὅση κατέχει", F at "Χριστὸς γέγονε", 3 A at "στοῦ. Ἰδοὺ" / "ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ", B at "σοι κεχάρισται".)

HOMILIA I.

Cap. i. v. 1. *Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, sanctis qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu: 2. gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.*

1. Ecce illud, *per*, dedit Patri. Quid ergo? dicemusne eum minorem? Minime. *Sanctis,* inquit, *qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu.* Ecce sanctos vocat viros qui habent et filios et uxores et servos: et hoc constat ex fine epistolæ, ut quando dicit: *Mulieres viris suis sint subditæ;* et rursus, *Filii obedite parentibus vestris;* et, *Servi obedite dominis.* Cogitemus quanta nos tenet socordia, et quam rara sit virtus, et quantus tunc esset proventus bonorum virorum et virtute præditorum, ut etiam mundani seu sæculares tunc sancti dicerentur et fideles. *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.* Gratiam dixit, et Patrem Deum vocavit: illius enim gratiæ hoc est indicium. Quomodo? Audi eum alibi dicentem: *Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem, Abba Pater. Et Domini nostri Jesu Christi.* Propter nos enim Christus factus est, et in carne visus est. 3. *Benedictus Deus,* inquit, *et Pater Domini nostri Jesu Christi.* Ecce, Deus ejus qui carnem suscepit. Quod si non vis, at Dei Verbi Pater. *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo.* Judaicam hic subindicat benedictionem: nam erat quidem benedictio, sed non spiritualis. Quid enim dicit? *Benedicat te Deus, Benedicet fœtus uteri tui, benedicet introitum tuum et exitum tuum.* Hic autem non sic; sed quid? *In omni benedictione spirituali.* Quid enim adhuc tibi deest? Factus es immortalis, factus es liber, factus es filius, factus es justus, factus es frater, factus es coheres: simul regnas, simul glorificaris: omnia tibi gratis donavit. *Quomodo non etiam cum ipso,* inquit, *omnia nobis donabit?*

(Margin references: Ephes. 5. 22. et 6. 1. 5. — Gal. 4. 6. — Num. 6. — Deut. 7. 13. — Rom. 8. 32.)

* Hoc pluribus explicat Chrysostomus in fine hujus homiliæ ubi videsis.

[b] πάντας addit marg. Savil.]

[c] Sic duo Mss. [et marg. Savil.] Editi vero γέγονεν.

* [οὐ τὴν marg. Savil. Mox idem οὕτω ἔλεγεν· εὐ.]

Primitiæ tuæ adorantur ab angelis, a Cherubinis
et Seraphinis : quid adhuc deest? *In omni bene-*
dictione spirituali. Nihil est hic carnale. Pro-
Joan. 16. 33. ptcrea omnia illa exemit dicens, *In mundo pres-*
suram habebitis, ut qui nos ad hæc duxerit.
Nam sicut qui habebant carnalia, spiritualia au-
dire non poterant : ita qui assequuntur spiritualia,
ea non possunt assequi, nisi prius discedant a
carnalibus. Quid est, benedictio spiritualis in cæ-
lestibus? Non in terra, inquit, sicut apud Judæos :
Isai. 1. 19. *Bona terræ comedetis : In terram fluentem*
Exod. 33. 3. *melle et lacte : Benedicet Deus terram tuam.*
Psal. 84. 13. Hic autem nihil tale ; sed quid? *Qui diligit me,*
Deut. 15. 4. *mandata mea servabit, et ego et Pater ad eum*
Joan. 14. 23. *veniemus, et mansionem apud eum faciemus.*
Matth. 7. 24. 25. *Qui audit hæc mea verba, et ea fecerit, assi-*
milabitur viro prudenti, qui ædificavit domum
suam supra petram, et flaverunt venti, et ve-
nerunt fluvii, et irruperunt in domum illam,
et non cecidit : fundata enim erat supra fir-
mam petram. Petra autem quænam est, nisi res
cælestes, quæ sunt superiores quavis mutatione?
Ib. 10. 32. 33. *Qui* enim *confessus me fuerit,* inquit, *coram*
hominibus, confitebor et ego eum coram Patre
meo qui est in cælis. Et quicumque me nega-
Ib. 5. 8. *verit, ego quoque eum negabo.* Et rursus : *Beati*
mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt;
Ib. v. 3. et iterum, *Beati pauperes spiritu, quoniam*
Ibid. v. 10. *ipsorum est regnum cælorum;* et rursus, *Beati*
qui persequutionem patiuntur propter justi-
tiam, quoniam merces vestra copiosa est in
cælis. Vides ubique cælos, nusquam terram, ne-
Philipp. 3. 20. 19. que quæ sunt in terra. Et rursus : *Nostra con-*
versatio est in cælis, unde etiam Salvatorem
exspectamus Dominum Jesum. Et rursus, Non
terrena sapientes, sed quæ sunt in cælis. *In Chri-*
sto Jesu. Hoc est, per Christum Jesum, non per
Moysen erat hæc benedictio. Quare non solum
qualitate, sed etiam intercessore excellimus. Sicut
Hebr. 3. 5. 6. etiam dicit in Epistola ad Hebræos : *Et Moyses*
quidem fidelis in tota domo sua, sicut mini-
ster in testimonium eorum quæ erant dicenda :
Christus autem tamquam filius super domum
suam, cujus domus sumus nos. 4. Sicut elegit
nos in ipso ante mundi constitutionem, ut esse-
mus sancti et immaculati in conspectu ejus.
Hoc est autem quod dicit : Per quem nos benedi-
xit, per eum etiam elegit. Ipse ergo nobis illic

τί ἔτι λείπει; Ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. Οὐδὲν
σαρκικὸν ἐνταῦθα. Διὰ τοῦτο πάντα ἐξεῖλεν ἐκεῖνα
εἰπὼν, Θλῖψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ, πρὸς ταῦτα ἡμᾶς
ἀγαγών. Ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ σαρκικὰ ἔχοντες, τῶν
πνευματικῶν ἀκοῦσαι οὐκ ἠδύναντο· οὕτως οἱ τῶν
πνευματικῶν τυγχάνοντες, οὐ δύνανται αὐτῶν ἐπι-
τυγχάνειν, ἂν μὴ πρότερον τῶν σαρκικῶν ἀποστῶσι.
C Τί ἐστιν, Εὐλογία πνευματικὴ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις;
Οὐκ ἐν τῇ γῇ, φησὶ, καθάπερ παρὰ Ἰουδαίοις, Τὰ
ἀγαθὰ τῆς γῆς [a] φάγεσθε, Εἰς γῆν ῥέουσαν μέλι καὶ
γάλα, Εὐλογήσει ὁ Θεὸς τὴν γῆν σου. Ἐνταῦθα δὲ οὐ-
δὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ τί; Ὁ ἀγαπῶν με, τὰς ἐντολάς
μου τηρήσει, καὶ ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα πρὸς
αὐτὸν, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Ὁ ἀκούων μου
τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται
ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ
ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ ἦλθον
D οἱ ποταμοὶ, καὶ προσέῤῥηξαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ
οὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. Ἡ δὲ
πέτρα ποία ἐστὶν, ἀλλ' ἢ τὰ οὐράνια πράγματα, τὰ
πάσης μεταβολῆς ἀνώτερα; Ὅστις γὰρ ἂν ὁμολο-
γήσῃ με, φησὶν, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολο-
γήσω κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν
τοῖς οὐρανοῖς· καὶ, Ὅστις ἀπαρνήσεταί με, ἀρνή-
σομαι αὐτὸν κἀγώ· καὶ πάλιν, Μακάριοι οἱ καθαροὶ
τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται· καὶ πάλιν,
Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ
βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ πάλιν, Μακάριοί ἐστε
E οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν
πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὁρᾷς πανταχοῦ τοὺς οὐρα-
νοὺς, οὐδαμοῦ γῆν, οὐδὲ τὰ ἐν τῇ γῇ; Καὶ πάλιν,
Ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ
Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν· καὶ πάλιν,
Μὴ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, ἀλλὰ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.
Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τουτέστι, διὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ,
οὐ διὰ Μωϋσέως ἦν αὕτη ἡ εὐλογία. Ὥστε οὐ μόνον
τῇ ποιότητι, ἀλλὰ καὶ τῷ μεσίτῃ διαφέρομεν ἡμεῖς,
ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους φησί· Καὶ Μωϋσῆς
F μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων εἰς
μαρτύριον τῶν λαληθησομένων, Χριστὸς δὲ ὡς Υἱὸς
ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. Καθὼς
4 A καὶ ἐξελέξατο ἡμᾶς, φησὶν, ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς
κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον
αὐτοῦ. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· δι' οὗ εὐλόγησεν
ἡμᾶς, διὰ τούτου καὶ ἐξελέξατο. Αὐτὸς τοίνυν ἡμῖν
ἐκεῖ δώσει ἐκεῖνα πάντα, αὐτός ἐστιν ὁ κριτὴς, καὶ
ἐρεῖ· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κλη-
ρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ

[a] Codex unus [ex Lev. 20, 24.] φάγεσθε· δώσω ὑμῖν γῆν αὐτήν. [Marg. Savil. παρὰ Ἰουδαίοις τότε μὲν γὰρ ἤκουον ἐκεῖνοι· τὰ ἀγαθά etc., ut in serie legitur. Supra idem τί ἐστι, πᾶσα εὐλογία πν.]

καταβολῆς κόσμου· καὶ πάλιν, Ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, θέλω ἵνα καὶ οὗτοι ὦσι.

Καὶ ἐν πάσαις σχεδὸν ταῖς ἐπιστολαῖς τοῦτο σπουδάζει δεικνύναι, ὅτι οὐ νεώτερα τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἄνωθεν οὕτω τετύπωτο, οὐδ' ἐκ μεταμελείας, ἀλλ' οὕτως ᾠκονόμητο καὶ προώριστο. Καὶ τοῦτο δὲ κηδεμονίας πολλῆς. Τί ἐστιν, Ἐν αὐτῷ ἐξελέξατο; Διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὁ Χριστὸς, φησὶ, τοῦτο κατώρθωσε, πρὶν ἢ γενέσθαι ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ πρὶν ἢ τὸν κόσμον καταβληθῆναι. Καὶ καλῶς καταβολὴν εἶπεν, ὡς ἀπό τινος ὕψους καταβεβλημένον μεγάλου αὐτὸν δεικνύς. Καὶ γὰρ μέγα καὶ ἄφατον τὸ ὕψος τοῦ Θεοῦ, οὐ τῷ τόπῳ, ἀλλὰ τῷ ἀνακεχωρηκότι τῆς φύσεως, καὶ πολὺ τὸ μέσον κτίσματος καὶ κτιστοῦ. Αἰσχυνέσθωσαν οἱ αἱρετικοὶ ταῦτα ἀκούοντες. Τί δὲ ἐξελέξατο; Ὥστε εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ. Ἵνα τοίνυν μὴ, ἀκούσας, ὅτι Ἐξελέξατο, τὴν πίστιν ἀρκεῖν νομίσῃς μόνον, καὶ τὸν βίον προστίθησι· διὰ τοῦτο ἐξελέξατο, φησὶ, καὶ ἐπὶ τούτῳ, ἵνα ἅγιοι ὦμεν καὶ ἄμωμοι. Ἐξελέξατο καὶ Ἰουδαίους ποτέ. [a]Πῶς; Ἔθνος τοῦτο, φησὶν, ἐξελέξατο ἐκ τῶν ἐθνῶν. Εἰ δὲ ἄνθρωποι ἐκλεγόμενοι, τὰ κάλλιστα ἐκλέγονται, πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεός. Καὶ τὸ ἐκλεγῆναι δὲ, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τεκμήριον καὶ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς· πάντως γὰρ αὐτοὺς δοκίμους ἐξελέξατο· ἐποίησεν ἡμᾶς αὐτὸς ἁγίους, ἀλλὰ δεῖ μεῖναι ἁγίους. Ἅγιός ἐστιν ὁ τῆς πίστεως μετέχων, ἄμωμος, ὁ ἀνεπίληπτον βίον μετιών. Ἀλλ' ἁγιότητα καὶ τὸ ἀνεπίληπτον οὐχ ἁπλῶς ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ τὸ ἐνώπιον αὐτοῦ τοιούτους φαίνεσθαι. Εἰσὶ γὰρ ἅγιοι καὶ ἄμωμοι, ἀλλ' ἀνθρώποις οὕτω νομιζόμενοι, οἱ τάφοις ἐοικότες [b]κεκονιασμένοις, καθὼς οἱ τὰς δορὰς τῶν προβάτων ἔχοντες. Ἀλλ' οὐ τοιούτους ζητεῖ, ἀλλ' οἵους ὁ προφήτης φησὶ, Καὶ κατὰ τὴν καθαρότητα τῶν χειρῶν μου. Ποίαν; Τὴν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἁγιωσύνην ζητεῖ, ἣν ὁ τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸς ὁρᾷ. Εἶπε καὶ τούτων τὰ κατορθώματα, καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν χάριν ἄνεισι, καί φησιν· Ἐν ἀγάπῃ, προορίσας ἡμᾶς. Οὐ γὰρ ἀπὸ πόνων οὐδὲ κατορθωμάτων τοῦτο γίνεται, ἀλλ' ἀπὸ ἀγάπης, οὔτε ἀπὸ ἀγάπης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς. Εἰ γὰρ δὴ ἀπὸ ἀγάπης μόνης, ἐχρῆν ἅπαντας σωθῆναι· εἰ δὲ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς πάλιν μόνης, περιττὴ ἡ παρουσία αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ οἰκονομηθέντα. Ἀλλ' οὔτε ἀπὸ ἀγάπης μόνης, οὔτε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς, ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέρων. Ἐξε-

omnia donabit: ipse est Judex, et dicet: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi;* et rursus, *Ubi sum ego, volo ut hi quoque sint.*

Matth. 25. 34.
Joan. 17. 24.

2. Et in omnibus fere epistolis studet hoc ostendere, quod nostra non sint recentia, sed jam olim B efformata sint et expressa; neque ex eo quod Deum pœnituerit, sed res ita fuerint dispensatæ et prædestinatæ. Hoc autem est multæ providentiæ. Quid est, *Elegit in ipso?* Per fidem in ipsum Christus hoc præclare gessit priusquam facti essemus, imo vero priusquam constitutus esset mundus. Recte autem constitutionem appellavit καταβολὴν, id est, dejectionem, tamquam a magna aliqua altitudine dejectum ipsum ostendens. Magna enim est, C et quæ dici non potest, Dei altitudo, non loco, sed quod superius evecta sit ejus natura; et magnum est interstitium inter rem creatam et creatorem. Erubescant hæretici hæc audientes. Quid autem elegit? *Ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus.* Ne ergo audiens quod elegerit, fidem solam sufficere putes, vitam etiam addit: Propterea, inquit, nos elegit etiam ad hoc, ut essemus sancti et immaculati. Elegit etiam aliquando Judæos. Quomodo? Gentem, inquit, hanc elegit ex gentibus. Si autem homines eligentes quæ sunt D optima et pulcherrima eligunt, multo magis Deus. Electos quoque esse, est et Dei benignitatis ac clementiæ et ipsorum virtutis indicium: omnino enim probatos elegit: fecit nos ipse sanctos; sed oportet manere sanctos. Sanctus est qui est particeps fidei, qui est immaculatus, qui vitam habet in quam nulla cadit reprehensio. Sed non tantum quærit sanctitatem, et ut nulli simus affines reprehensioni, sed ut coram ipso tales appareamus. Sunt enim sancti et immaculati, sed qui sic exi- E stimantur ab hominibus, qui sunt similes sepulcris dealbatis, velut qui pelles habent ovium. Sed non quærit tales, verum quales dicit propheta, *Et secundum puritatem manuum mearum.* Quamnam? Quærit sanctitatem quæ est in conspectu oculorum ejus, quam Dei videt oculus. Horum præclara gesta dixit, et rursus ad gratiam ascendit et ait: *In caritate, 5. qui prædestina-* F *vit nos.* Non enim fit a laboribus et gestis, sed a caritate; neque a caritate solum, sed etiam a nostra virtute. Nam si a caritate sola, oporteret omnes 5 A esse salvos: si autem rursus a nostra sola vir-

Manichæos notare videtur.
Deut. 7. 6. et 14. 2. Psal. 32. 12.
Sancti quinam vere sint.
Psal. 17. 25.

[a] Coislinianus unus ποῖον ἔθνος τ. φ., recte, et sic legit Interpres Latinus. *Quænam, inquit, est hæc gens?* Editt. Savil. et Morel. πῶς; ἔθνος. [Quod restituimus.]

[b] [Fort. κεκονιαμένοις. V. Matth. 23, 27; Act. 23, 3.]

tute, supervacaneus fuisset ejus adventus, et quæcumque facta sunt per dispensationem. Sed neque a sola caritate, neque a nostra virtute, sed ex utrisque. *Elegit* enim *nos,* inquit : qui autem eligit, scit quid eligat. *In caritate,* inquit, *prædestinavit nos.* Nullum enim salvum fecisset virtus, nisi esset caritas. Nam, dic mihi, quid profuisset Paulo, et quid effecisset, nisi ipsum evocasset e superis, et dilectum ad se traxisset? alioquin autem, quod tam multis dignatus sit, caritatis fuit, non nostræ virtutis. Nam fuisse bonos et virtute præditos et credidisse et accessisse, fuit hoc quidem ejus qui vocavit, sed nostrum quoque : quod autem cum accessissemus tam multis dignatus sit honoribus, ut confestim ex inimicitia duceret ad filiorum adoptionem, est re vera exsuperantis caritatis. *Qui in caritate*, inquit, *prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.* Vides quomodo nihil sine Christo? quomodo nihil sine Patre? Ille prædestinavit, hic adduxit. Et hæc ponit extol-
Rom 5. 11. lens quæ facta sunt, sicut etiam dicit alibi : *Non solum autem, sed etiam gloriamur per Dominum nostrum Jesum Christum.* Nam magna quidem sunt quæ data sunt, multo autem fiunt majora, quod data sint per Christum; quod non quempiam ex servis miserit ad servos, sed ipsum Unigenitum. *Secundum propositum,* inquit, *voluntatis suæ.* Id est, propterea quod valde velit. Desiderium ejus, ut ita dicam, hoc est : ubique enim εὐδοκία (hoc enim vocabulum hic usurpat Paulus) est voluntas primaria. Est enim etiam alia voluntas : utputa, voluntas prima est, ut non pereant qui peccarunt : voluntas secunda est, ut qui facti sunt mali pereant. Non enim eos castigat necessitas, sed voluntas. Id etiam videre licet in
1 Cor. 7. 7. Paulo, ut quando dicit, *Volo omnes homines*
1 Tim. 5. 14. *esse sicut meipsum;* et rursus, *Volo juniores nubere, filios procreare.* Εὐδοκίαν ergo primam dicit voluntatem, vehementem voluntatem, voluntatem quæ est cum desiderio, persuasionem : non enim recusabo dictione uti communiore, ut simplicioribus res sit dilucidior : sic enim, nos dicimus, κατὰ τὸ πεῖσμα ἡμῶν, id est, secundum persuasionem nostram. Hoc ergo sibi vult : valde cupit, valde desiderat nostram salutem. Cur sic nos amat? cur sic nos diligit? A sola bonitate :
[illegible] bonitate. gratia enim est a bonitate. Propterea dicit, *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum,* volens,

λέξατο γὰρ ἡμᾶς, φησίν· ὁ δὲ ἐκλεγόμενος οἶδεν ὅπερ ἐκλέγεται. Ἐν ἀγάπῃ, φησὶ, [1] προορίσας ἡμᾶς. Οὐδένα γὰρ ἂν ἔσωσεν ἡ ἀρετὴ, τῆς ἀγάπης μὴ οὔσης. Εἰπὲ γάρ μοι, τί Παῦλος ἂν ὠφελήθη, τί δὲ ἂν ἐπεδείξατο, εἰ μὴ καὶ ἄνωθεν αὐτὸν ἐκάλεσε, καὶ ἀγαπήσας εἵλκυσε πρὸς ἑαυτόν; Ἄλλως δὲ, καὶ τὸ τοσούτων ἀξιῶσαι, ἀγάπης ἦν, οὐ τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς.
B Τὸ γὰρ ἐναρέτους γενέσθαι καὶ πιστεῦσαι καὶ προσελθεῖν, καὶ τοῦτο μὲν αὐτοῦ ἦν τοῦ καλέσαντος, πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡμέτερον· τὸ δὲ προσελθόντας τοσούτων ἀξιῶσαι τιμῶν, ὥστε εὐθέως ἀπὸ ἔχθρας εἰς υἱοθεσίαν ἀγαγεῖν, ὑπερβαλλούσης ὄντως ἀγάπης. Ἐν ἀγάπῃ, φησὶ, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν. Ὁρᾷς πῶς οὐδὲν ἄνευ Χριστοῦ; πῶς οὐδὲν ἄνευ τοῦ Πατρός; Ἐκεῖνος προώρισεν, οὗτος προσήγαγε. Καὶ ταῦτα τίθησιν ἐπαίρων τὰ γεγενημένα, καθάπερ καὶ ἑτέρωθί φησιν· Οὐ μόνον δὲ,
C ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Μεγάλα μὲν γὰρ τὰ δοθέντα, πολλῷ δὲ μείζονα γίνεται τῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ δοθῆναι· ὅτι οὐχ ἔπεμψέ τινα τῶν δούλων πρὸς τοὺς δούλους, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Μονογενῆ. Κατὰ τὴν εὐδοκίαν, φησὶ, τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Τουτέστιν, διὰ τὸ σφοδρῶς θελῆσαι. Ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ, ὡς ἄν τις εἴποι, αὕτη ἐστί· πανταχοῦ γὰρ εὐδοκία τὸ θέλημά ἐστι τὸ προηγούμενον. Ἔστι γὰρ καὶ ἄλλο θέλημα· οἷον, θέλημα πρῶτον, τὸ μὴ ἀπολέσθαι ἡμαρτηκότας· θέλημα δεύτερον, τὸ
D γενομένους κακοὺς ἀπολέσθαι. Οὐ γὰρ δὴ ἀνάγκη αὐτοὺς κολάζει, ἀλλὰ θέλημα. Τοιοῦτον καὶ ἐπὶ Παύλου ἐστὶν ἰδεῖν, οἷον ὡς ὅταν λέγῃ· Θέλω πάντας ἀνθρώπους εἶναι, ὡς καὶ ἐμαυτόν· καὶ πάλιν, Θέλω νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν. Εὐδοκίαν οὖν τὸ πρῶτον θέλημά φησι, τὸ σφοδρὸν θέλημα, τὸ μετὰ ἐπιθυμίας θέλημα, τὸ πεῖσμα· οὐ γὰρ παραιτήσομαι καὶ κοινοτέρᾳ λέξει χρήσασθαι σαφηνείας
E ἕνεκεν τῶν ἀφελεστέρων· οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς τὴν ἐπίτασιν τοῦ θελήματος δηλοῦντες, κατὰ τὸ πεῖσμα ἡμῶν λέγομεν. Ὃ οὖν λέγει, τοῦτό ἐστι· σφόδρα ἐφίεται, σφόδρα ἐπιθυμεῖ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως ἡμᾶς ἀγαπᾷ, καὶ πόθεν οὕτω φιλεῖ; Ἀπὸ ἀγαθότητος μόνης· ἡ γὰρ χάρις ἀγαθότητός ἐστι. Διὰ τοῦτό φησιν, Εἰς υἱοθεσίαν ἡμᾶς προώρισε, θέλων, καὶ σφόδρα τοῦτο βουλόμενος, ἵνα ἡ τῆς χάριτος αὐτοῦ δόξα δειχθῇ. Κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, φησὶν, εἰς ἔπαινον
F δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν

[1] Coislinianus unus προορίσας ἡμᾶς. Καλῶς· οὐδένα γὰρ etc. quæ lectio non spernenda.

τῷ ἠγαπημένῳ. Ἵνα ἡ τῆς χάριτος αὐτοῦ δόξα δειχθῇ, φησὶν, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ.

et admodum volens, ut ostendatur gloria ejus gratiæ. *Secundum propositum voluntatis suæ*, inquit, 6. *in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto.* Ut ostendatur, inquit, gloria ejus gratiæ, in qua nos gratos fecit in dilecto.

Οὐκοῦν εἰ εἰς τοῦτο ἐχαρίτωσεν, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, καὶ ἵνα δείξῃ τὴν χάριν αὐτοῦ, μείνωμεν ἐν αὐτῇ. Εἰς ἔπαινον δόξης. Τί ἐστι τοῦτο; ἵνα τις αὐτὸν ἐπαινέσῃ; ἵνα τις δοξάσῃ; ἡμεῖς, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, ἀλλὰ πᾶσα ἡ κτίσις; Καὶ τί τοῦτο; Οὐδέν· ἀνενδεὲς γὰρ τὸ θεῖον. Τίνος οὖν ἕνεκεν βούλεται ἐπαινεῖσθαι καὶ δοξάζεσθαι παρ' ἡμῶν; Ὥστε τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην θερμοτέραν ἡμῖν ἐγγενέσθαι. Οὐδενὸς γὰρ ἐφίεται τῶν παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἢ τῆς σωτηρίας μόνης, οὐ διακονίας, οὐ δόξης, οὐκ ἄλλου οὐδενὸς, καὶ πάντα διὰ τοῦτο ποιεῖ. Ὁ γὰρ ἐπαινῶν καὶ θαυμάζων τὴν εἰς αὐτὸν χάριν γεγενημένην, προσεκτικώτερος ἔσται καὶ σπουδαιότερος. Ἧς ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς, φησίν. Οὐκ εἶπεν, ἧς ἐχαρίσατο, ἀλλ', Ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς· τουτέστιν οὐ μόνον ἁμαρτημάτων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ ἐπεράστους ἐποίησε. Καθάπερ ἂν εἴ τις λαβὼν ψωραλέον τινὰ, * καὶ λοιμῷ καὶ νόσῳ διεφθαρμένον, καὶ γήρᾳ καὶ πενίᾳ καὶ λιμῷ, εὐθέως εὔμορφον νεώτερον ἐργάσαιτο, πάντας ἀνθρώπους νικῶντα τῷ κάλλει, [a] σφοδρὰν μὲν τὴν αὐγὴν ἀφιέντα ἀπὸ τῶν παρειῶν, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς τοῦ ἡλίου ἀποκρύπτοντα ταῖς τῶν ὀφθαλμῶν βολαῖς, εἶτα ἐν αὐτῷ καταστήσειε τῷ τῆς ἡλικίας ἄνθει, καὶ μετὰ τοῦτο ἁλουργίδα περιβάλοι καὶ διάδημα καὶ πάντα τὸν κόσμον τὸν βασιλικόν· οὕτως ἐξήσκησε τὴν ψυχὴν ἡμῶν, καὶ καλὴν καὶ ποθεινὴν καὶ ἐπέραστον ἐποίησεν. Ἐπιθυμοῦσι γὰρ ἄγγελοι παρακύψαι πρὸς τὴν τοιαύτην ψυχὴν, ἀρχάγγελοι, πᾶσαι αἱ ἄλλαι δυνάμεις. Οὕτως ἡμᾶς καὶ ἐπιχάριτας ἐποίησε, καὶ ἑαυτῷ ποθεινούς. Ἐπιθυμήσει γὰρ, φησὶν, ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Ὅρα γὰρ οἷα πρὸ τούτου ἐπιβλαβῆ φθεγγόμενοι, οἷα κεχαριτωμένα ῥήματα φθεγγόμεθα νῦν. Οὐκέτι πλοῦτον θαυμάζομεν, οὐκέτι τὰ ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὰ οὐράνια καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὐχὶ χαρίεν ἐκεῖνο τὸ παιδίον εἶναί φαμεν, ὅπερ ἂν μετὰ τῆς τοῦ σώματος ὥρας καὶ πολλὴν ἔχει τὴν ἐν τοῖς ῥήμασι χάριν; Τοιοῦτοί εἰσιν οἱ πιστοί. Ὅρα οἷα φθέγγονται οἱ μεμυημένοι. Τί γὰρ χαριέστερον ἐκείνου τοῦ στόματος γένοιτ' ἂν, τοῦ τὰ θαυμαστὰ ῥήματα ἀφιέντος, καὶ καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ καθαροῖς χείλεσι μεταλαμβάνοντος τραπέζης μυστικῆς τοιαύτης μετὰ πολλῆς τῆς λαμπρότητος καὶ τῆς παῤῥησίας; τί χαριέστερον τῶν ῥημάτων, δι' ὧν ἀποτασ-

3. Ergo si ad hoc gratos fecit, in laudem glo-
6 riæ gratiæ ejus, et ut ostenderet ejus gratiam;
maneamus in ipsa. *Ad laudem gloriæ*. Quid sibi
vult illud? ut quis ipsum laudet? ut quis ipsum
glorificet? ut nos, angeli, archangeli? sed et
omnis creatura? Et quid hoc? Nihil: Deus enim
nullo eget. Cur ergo vult a nobis laudari et glorificari? Ut in ipsum caritas sit in nobis ferventior. Ex nostris enim nihil aliud cupit quam nostram salutem: non ministerium, non gloriam, non aliquid aliud, et propter hoc facit omnia. Nam
B qui laudat et admiratur eam quæ in se facta est gratiam, attentior erit et diligentior. *Qua gratificavit nos*, inquit. Non dixit, ἧς ἐχαρίσατο, id est, quam gratis donavit; sed ἐχαρίτωσεν, id est, gratos fecit: hoc est, non solum liberavit a peccatis, sed etiam fecit amabiles. Quemadmodum enim si quis scabiosum et peste ac morbo senioque et paupertate ac fame confectum et perditum, statim formosum fecerit juvenem, omnes homines pulchritudine vincentem, e genis quidem splen-
C dorem valde emittentem, et micantium oculorum ejaculationibus solis fulgores occultantem; deinde cum constituerit in ipso flore ætatis, et postea cum purpura induerit et diadema imposuerit, et omni regio ornatu decorarit: ita nostram instruxit et ornavit animam, pulchramque fecit, desiderabilem et amabilem. Cupiunt enim angeli talem aspicere animam, archangeli quoque et omnes aliæ Virtutes. Ita nos etiam fecit gratiosissimos, et sibi desiderabiles. *Concupiscet* enim, inquit, *Rex* Psal. 44. 12.
speciem tuam. Vide enim quam noxia antea lo-
D quentes, quanta plena gratia nunc loquamur. Non amplius admiramur divitias, non amplius quæ hic sunt, sed cælestia et quæ sunt in cælis. Nonne puerum illum dicimus esse scitum et gratiosum, qui cum elegantia et decore corporis, multam etiam in verbis habet gratiam? Tales sunt fideles. Vide qualia loquuntur qui sunt initiati mysteriis. Quid fuerit illo ore gratiosius, quod verba emittit admirabilia, et mundo corde et mundis labiis ejusmodi mysticæ mensæ est particeps, cum
E multo splendore et fiducia? quid verbis illis gra-

* [Fort. καὶ λοιμώδει νόσῳ.]

a Morel. [illegible]

Confessio ante lavacrum, et confessio post lavacrum.

tiosius, per quæ diabolo abrenuntiamus? per quæ in Christi militum numerum adscribimur? confessione illa quæ fit ante lavacrum, et illa quæ post lavacrum? Cogitemus quam multi baptisma corrupimus, et gemamus, ut id possimus recipere. *In dilecto,* inquit, 7. *in quo habemus redemtionem per sanguinem ipsius.* Quomodo? Non solum est admirabile quod Filium dederit, sed quod etiam eo modo dederit, ut ipse dilectus mactatus sit. Multa est hyperbole : dilectum dedit pro iis qui habebantur odio. Vide quanti nos 7
æstimet. Si, quando ipsum habebamus odio et A
eramus inimici, dedit suum dilectum, quid non deinceps faciet, cum fuerimus ei reconciliati per gratiam? *Remissionem*, inquit, *peccatorum.* A supernis descendit ad inferiora : cum prius dixerit filiorum adoptionem et sanctificationem et immaculatos, tunc quoque vitium dicit; non minuens, neque a magnis ad parva deducens orationem, sed a parvis ascendens ad magna. Nihil est enim æque magnum atque Dei sanguinem pro nobis esse effusum; et filiorum adoptione et aliis donis B
hoc est majus, quod ne Filio quidem pepercerit. Magna res est remissa esse peccata, sed majus est quod per sanguinem Dominicum. Nam quod hoc sit longe majus omnibus, vide quomodo hic quoque exclamavit dicens : *Secundum divitias gratiæ ejus*, 8. *quæ superabundavit in nobis.* Nam illæ quoque sunt divitiæ, sed hæ multo magis. *Qua superabundavit*, inquit, *in nobis.* Et divitiæ, et, *Superabundavit*, id est, affatim effusæ. Verbis exprimi non possunt ea, quæ nos re C
experti sumus. Divitiæ enim sunt, divitiæ superabundantes, divitiæ non hominum, sed Dei, ita ut ex omni parte verbis exprimi non possint. Ostendens autem, quomodo superabundanter dederit, *In omni sapientia et prudentia,* inquit, 9. *ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ.* Hoc est, cum sapientes fecisset et prudentes in ea quæ vere est sapientia, in ea quæ vere est prudentia.

4. Papæ! quanta amicitia! Nobis enim dicit sua mysteria. *Voluntatis suæ,* inquit; ac si diceret, nota nobis fecit quæ sunt in suo corde : hoc enim est mysterium quod plenum est omni sapientia et prudentia. Quid enim par dices huic sapientiæ? qui nullius erant pretii, eos invenit ut proveheret ad divitias. Quid potest æquiparari huic D

σόμεθα τῷ διαβόλῳ; δι' ὧν συντασσόμεθα τῷ Χριστῷ; τῆς ὁμολογίας ἐκείνης τῆς πρὸ τοῦ λουτροῦ; τῆς μετὰ τὸ λουτρόν; Ἐννοήσωμεν ὅσοι διεφθείραμεν τὸ βάπτισμα, καὶ στενάξωμεν, ἵνα δυνηθῶμεν αὐτὸ πάλιν ἀναλαβεῖν. Διὰ τοῦ ἠγαπημένου, φησὶν, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Πῶς; Οὐ μόνον ὅτι τὸν Υἱὸν ἔδωκε θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ, ὥστε [b] σφαγῆναι αὐτὸν τὸν ἀγαπώμενον. Πολλὴ ἡ ὑπερβολή· τὸν ἀγαπώμενον ὑπὲρ τῶν μισουμένων ἔδωκεν. Ὅρα πόσου ἡμᾶς τιμᾶται. Εἰ, ὅτε αὐτὸν ἐμισοῦμεν καὶ ἐχθροὶ ἦμεν, καὶ ἀγαπώμενον ἔδωκε· τί οὐ ποιήσει λοιπὸν, ὅταν τούτῳ καταλλαγῶμεν διὰ τῆς χάριτος; Τὴν ἄφεσιν, φησὶ, τῶν παραπτωμάτων. Ἄνωθεν κάτω κάτεισι· πρότερον υἱοθεσίαν εἰπὼν καὶ ἁγιασμὸν καὶ ἀμώμους, καὶ τότε τὸ πάθος, οὐ μειῶν, οὐδὲ ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐπὶ τὰ μικρὰ κατάγων τὸν λόγον, ἀλλ' ἀπὸ τῶν μικρῶν ἐπὶ τὰ μεγάλα ἀνιών. Οὐδὲν γὰρ οὕτω μέγα, ὡς τὸ αἷμα ἐκχυθῆναι [a] τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τῆς υἱοθεσίας καὶ τῶν ἄλλων δωρεῶν τοῦτο μεῖζον, τὸ μηδὲ τοῦ Υἱοῦ φείσασθαι. Μέγα γὰρ τὸ ἀφεθῆναι τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ τὸ μεῖζον, τὸ διὰ τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ. Ὅτι γὰρ τοῦτο πολλῷ μεῖζον ἁπάντων, ὅρα πῶς καὶ ἐνταῦθα ἀνεβόησε λέγων· Κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς. Πλοῦτος μὲν γὰρ κἀκεῖνος, πολλῷ δὲ πλέον οὗτος. Ἧς ἐπερίσσευσε, φησὶν, εἰς ἡμᾶς. Καὶ πλοῦτος, καὶ, Ἐπερίσσευσε, τουτέστι, ἀφάτως ἐξεχύθη. Οὐκ ἔνεστι λόγῳ παραστῆσαι, ὧν διὰ τῶν ἔργων ἐπειράθημεν. Πλοῦτος γάρ ἐστι, πλοῦτος περισσεύων, πλοῦτος οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ Θεοῦ, ὥστε πανταχόθεν ἀμήχανον αὐτὸν λεχθῆναι. Δεικνὺς δὲ πῶς εἰς περισσείαν ἔδωκεν, Ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει, φησὶ, γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ· τουτέστι, σοφοὺς καὶ φρονίμους ποιήσας τὴν ὄντως σοφίαν, τὴν ὄντως φρόνησιν.

Βαβαὶ, πόση φιλία; Τὰ γὰρ μυστήρια αὐτοῦ ἡμῖν λέγει. Τοῦ θελήματος αὐτοῦ, φησίν· ὡς ἂν εἴποι τις, τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἡμῖν ἐγνώρισε. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μυστήριον τὸ πάσης σοφίας τε γέμον καὶ φρονήσεως. Τί γὰρ ταύτης τῆς σοφίας ἴσον ἐρεῖς; τοὺς οὐδενὸς ἀξίους ὄντας, τούτους εὗρεν ὅπως εἰς πλοῦτον ἀναγάγῃ. Τί ταύτης τῆς εὐμηχανίας ἴσον; ὁ ἐχθρὸς,

[b] Quidam Mss. σφάξαι, male. [Infra marg. Savil. ἐδώκε pro ἔδωκε.]

[a] Alii τοῦ υἱοῦ. Infra Savil. et Morel. male, μὴ γὰρ τὸ ἀφεθ. Coislianianus μέγα γάρ, et sic legit Interpres.

ὁ μεμισημένος, οὗτος ἐξαίφνης ἄνω γέγονε. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ· καὶ τοῦτο σοφίας ἦν, καὶ τὸ διὰ σταυροῦ. Μακρὸς ἐνταῦθα δεῖξαι ὁ λόγος, πῶς σοφίας ἦν τοῦτο, καὶ πῶς σοφοὺς ἡμᾶς εἰργάσατο. Διὸ πάλιν, Κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, φησὶν, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ. Τουτέστι, τοῦτο ἐπεθύμει, τοῦτο ὤδινεν, ὡς ἂν ἔχοι ἐξειπεῖν ἡμῖν τὸ μυστήριον. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι ἄνθρωπον ἄνω καθίσαι βούλεται. Τοῦτο δὲ γέγονεν, Εἰς οἰκονομίαν τοῦ πλη- E ρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ. Ἀπέσχιστο, φησὶ, τὰ ἐπουράνια τῶν ἐπιγείων, οὐκ εἶχε μίαν κεφαλήν. Κατὰ μὲν γὰρ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον εἷς Θεὸς ἦν· κατὰ δὲ τὸν τῆς οἰκειώσεως οὐκέτι, τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης κεχυμένης, ἀλλ' ἀπεσχισμένοι ἦσαν τῆς ὑπακοῆς αὐτοῦ. Εἰς οἰκονομίαν, φησὶ, τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. Πλή- F ρωμα τῶν καιρῶν αὐτὸ ἐκάλεσεν. Ὅρα πῶς ἀκριβῶς φθέγγεται. Καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς δείξας, τὴν πρόθεσιν, τὴν βουλὴν, τὴν πρώτην ὁρμὴν, A τὴν δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐκπλήρωσιν διὰ τοῦ Χριστοῦ, οὐδαμοῦ διάκονον αὐτὸν ὀνομάζει. Ἐξελέξατο ἡμᾶς, φησὶν, ἐν αὐτῷ, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ εἰς αὐτὸν, καὶ εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ. Καὶ οὐδαμοῦ διάκονον αὐτὸν εἶπεν. [a] Εἰ δὲ τὸ, ἐν, καὶ τὸ, διὰ, διακόνου ἐστὶν, ὅρα ποῦ τρέπει τὸ πρᾶγμα. Ἀρχόμενος γὰρ εὐθέως B τῆς ἐπιστολῆς, Διὰ τοῦ θελήματος εἶπε τοῦ Πατρός. Ὁ Πατὴρ ἠθέλησε, φησὶν, ὁ Υἱὸς ἐνήργησεν. Ἀλλ' οὔτε, ἐπειδὴ ὁ Πατὴρ ἠθέλησε, τῆς ἐνεργείας ἐκτός ἐστιν ὁ Υἱός· οὔτε ἐπειδὴ ὁ Υἱὸς ἐνήργησε, τοῦ θελήματος ἀπεστέρηται ὁ Πατὴρ, ἀλλὰ κοινὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ πάντα· Πάντα γὰρ τὰ ἐμὰ σά ἐστι, φησὶ, καὶ τὰ σὰ ἐμά. Πλήρωμα δὲ τῶν καιρῶν ἡ παρουσία αὐτοῦ ἦν. Ἐπεὶ οὖν πάντα ἔπραξε καὶ δι' ἀγγέλων, καὶ διὰ προφητῶν, καὶ διὰ νόμου, καὶ οὐδὲν πλέον ἐγένετο, ἀλλ' ἐκινδύνευεν εἰκῆ γεγενῆσθαι ἄνθρωπος, C εἰκῆ παρῆχθαι, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ κακῷ, πάντων ἀπολλυμένων ἁπλῶς, καὶ μειζόνως ἢ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, εὗρε ταύτην τὴν οἰκονομίαν τὴν διὰ τῆς χάριτος, ὥστε μὴ εἰκῆ μηδὲ μάτην αὐτὸν γενέσθαι. Τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν τοῦτο λέγει, καὶ σοφίαν.

solerti facilitati? qui erat inimicus, qui exosus, si repente sursum ascendit. Nec hoc solum, sed etiam in hoc tempore; idque erat sapientiæ, et quod per crucem. Prolixa hic se offert oratio ad ostendendum, quomodo hoc erat sapientiæ, et quomodo nos effecit sapientes. Ideo rursus, *Secundum beneplacitum suum*, inquit, *quod proposuit in ipso.* Hoc est, hoc cupiebat, hoc parturiebat, ut ita posset nobis effari mysterium. Quodnam? Quod hominem velit apud superos sedere. Hoc autem factum est, 10. *In dispensationem plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, et quæ in terra sunt in ipso.* Abscissa fuerant, inquit, cælestia a terrestribus, non habebant unum caput. Nam quod attinet quidem ad rationem creationis, unus erat Deus; quod autem ad rationem conjunctionis, non item: nam errore gentium diffuso, abscissi erant ab ejus obedientia. *In dispensationem*, inquit, *plenitudinis temporum.* Plenitudinem temporum ipsam appellavit dispensationem. Vide quam accurate loquatur. Et cum ostendisset quidem a Patre principium, propositum, consilium, primum incitamentum; eam autem, quæ per opera fit, adimpletionem per Christum: nusquam eum nominat ministrum. *Nos elegit*, inquit, *in ipso, cum nos prædestinasset ad filiorum adoptionem per Christum Jesum in ipso, et ad laudem gloriæ gratiæ ipsius: in quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, quam proposuit in dispensationem plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo.* Et nusquam eum dixit ministrum. Si autem et *in* et *per* sunt ministri, vide quo res redeat. Nam in principio epistolæ dixit, *Per voluntatem Patris.* Pater, inquit, voluit; Filius est operatus. Sed nec quoniam Pater voluit, Filius est extra operationem; neque, quoniam Filius est operatus, voluntate privatus est Pater; sed Patris et Filii communia sunt omnia: *Joan. 17, 10.* nam *Omnia mea tua sunt*, inquit, *et tua mea sunt.* Plenitudo autem temporum erat ejus adventus. Quia igitur omnia fecerat, et per angelos, et per prophetas, et per legem, et nihil proficiebat; et periculum erat ne temere factus esset homo, ne temere esset productus, imo vero in suam perni-

[a] Εἰ δὲ τὸ, ἐν, καὶ τὸ, διὰ, διακόνου ἐστὶν, ὅρα ποῦ τρέπει τὸ πρᾶγμα, *Si autem* in, *et* per, *sunt ministri, vide quo res redeat.* Id autem dicit Chrysostomus, quia Ariani et alii hæretici qui dicebant Christum rem factam, et minorem Patre atque ministrum ejus esse, pugnabant etiam, illud, ἐν Χριστῷ, *in Christo*, et, διὰ τοῦ Χριστοῦ, *per Christum*, quæ frequenter occurrunt in Novo Testamento, significare Christum esse ministrum; quos ipse pluribus confutat in Homiliis de Incomprehensibili et alibi.

niem, pereuntibus omnibus et magis quam in diluvio, hanc dispensationem invenit, quæ fit per gratiam, ne temere et frustra creatus esset. Hanc temporum plenitudinem dicit et sapientiam. Quare? Quia quando maxime erant perituri, tunc salvi fuerunt. Ἀνακεφαλαιώσασθαι, inquit. Quid est ἀνακεφαλαιώσασθαι? Conjungere. Cæterum studeamus quam proxime accedere ad ipsam veritatem. Nam a nobis quidem, ut etiam in more est positum, dicitur ἀνακεφαλαίωσις, quæ prolixe dicta sunt in breve contrahere, et omnia quæ prolixe dicta sunt compendiose dicere. Nam hoc quoque ita habet: quæ enim longo tempore dispensabantur in ipso ἀνεκεφαλαιώσατο, hoc est, in summam redegit. Verbum enim consummans, et in justitia abbrevians, et illa comprehendit, et alia addidit. Hoc est, ἀνακεφαλαίωσις et reductio in summam. Est et aliud quod significatur. Quodnam hoc? Unum omnibus posuit caput, nempe Christum secundum carnem, et angelis et hominibus: hoc est, et angelis unum dedit principium, et hominibus: his quidem id quod est secundum carnem, illis autem Deum Verbum. Ut si dicas de domo, quæ partim quidem est marcida ac debilis, partim autem valida et fortis, Domum reædificavit, hoc est, fortiorem fecit, fortiorem imposuit basim: ita hic quoque omnes uni subjecit capiti. Ita enim fiet unitas, ita accurata et perfecta fuerit conjunctio, quando omnia redacta fuerint sub unum caput, superne quoddam necessarium habentia vinculum. Tanto ergo dono dignati, tanto honore, tanta benignitate, ne dedecore afficiamus eum qui nos affecit beneficio, ne faciamus ut tanta sit nobis inanis gratia, vitam ostendamus angelicam et angelicam virtutem, et vitæ agendæ rationem; rogoque et quæso, ne hæc omnia sint nobis in judicium et condemnationem, sed ad fruendorum bonorum perceptionem: quæ utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, etc.

Πῶς; Ὅτι ὅτε μάλιστα ἔμελλον ἀπόλλυσθαι, τότε διεσώθησαν. Ἀνακεφαλαιώσασθαι, φησίν. Τί ἐστιν,
D Ἀνακεφαλαιώσασθαι; [a] Συνάψαι. Πλὴν ἀλλὰ σπουδάσωμεν ἐγγὺς αὐτῆς γενέσθαι τῆς ἀληθείας. Παρὰ μὲν γὰρ ἡμῖν καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ ἀνακεφαλαίωσις λέγεται καὶ τὰ διὰ μακρῶν λεγόμενα εἰς βραχὺ συστεῖλαι, καὶ πάντα τὰ διὰ πολλῶν λεγόμενα συντόμως εἰπεῖν. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ τοῦτο· τὰ γὰρ διὰ μακροῦ χρόνου οἰκονομούμενα ἀνεκεφαλαιώσατο ἐν ἑαυτῷ, τουτέστι, συνέτεμε. Λόγον γὰρ συντελῶν, καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐκεῖνα περιέβαλε, καὶ ἕτερα προσέθηκε. Τοῦτό ἐστιν ἀνακεφαλαίωσις. Ἔστι καὶ ἕτερόν τι δηλούμενον. Ποῖον τοῦτο; Μίαν κεφαλὴν ἅπασιν ἐπέθηκε τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸν, καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις· [b] τουτέστι, καὶ ἀγγέλοις μίαν
2. In credendo autem non ita fit; sed quomodo? Audi eum rursus dicentem : *Quoties volui congregare filios vestros, et noluistis.* Luc. 13. 34. Vides hoc esse difficilius? Quamobrem ex hoc probat universum. Est enim multo difficilius humanis rationibus persuadere libero arbitrio, quam operari naturam. Causa est autem, quoniam ipse sic vult nos nostra sponte fieri bonos. Sic merito dixit, *Supereminens magnitudo virtutis ejus in nos qui credidimus.* Quando enim prophetæ nihil profecerunt, quando angeli et archangeli, quando omnis creatura aspectabilis, et non aspectabilis : aspectabilis quidem in medio proposita, et non valens deducere, multa autem inaspectabilis : tunc suum dispensavit adventum, ostendens rem egere divina virtute. *Divitias gloriæ.* Hoc est, gloriam ineffabilem. Nam quænam oratio poterit illam explicare gloriam, cujus sancti tunc erunt participes? Nulla; sed re vera opus gratia, ut mens discat, et omnino parvum utique radium excipiat. Aliqua etiam prius quidem noverant, volebat autem eos nunc amplius discere et nosse apertius. Vides quam multa sit operatus? Christum suscitavit : hocne parvum? Sed rursus vide. Sedere fecit ad dexteram suam : ullane oratio hoc poterit explicare? Eum qui fuit e terra, eum qui est magis mutus quam pisces, qui factus est ludibrium dæmonum, in altum statim extulit. Revera est supereminens magnitudo ejus virtutis. Vide autem quo extulerit : in cælestibus eum fecit superiorem omni creata natura, supra omnem principatum et potestatem : *Supra omnem,* inquit, *principatum.* Revera spiritu opus est, et sapienti mente in agnitione ejus; revera opus est revelatione. Cogita quantum intersit inter hominis et Dei naturam : et ab hac vilitate et abjectione eum ad illum honorem sustulit; non unum aut tertium gradum transcendit. Papæ! Nec solum dixit, Supra, sed, *Longe supra*. Supernis enim potestatibus Deus est superior. Ipsum itaque illuc extulit, et qui erat ex nobis, eum ab extremis carceribus usque ad ultimum duxit principatum, post quem non est honor alius. *Omnem*, inquit, *principatum*, non hunc quidem, illum autem non, sed, *Omnem principatum et potestatem et dominationem, et omne nomen quod nominatur,* si quod est in cælo, omnibus evasit superior. Hoc de eo qui est excitatus a mortuis : quod

Quam alte Deus hominem extulerit.

[a] [Hæc, *ὁρατὴ.... ἀόρατος δὲ πολλή*, inclusa sunt apud Savil.]

[b] [*ἀνώτερον* marg. Savil.]

[a] [*ἀναστάντος* id.]

quidem dignum est admiratione. Nam de Deo Verbo nequaquam. Nam quod sunt culices ad homines, hoc est omnis creatura ad Deum. Et quid dico, culices ? si omnes homines reputabuntur ut saliva, et reputati sunt ut momentum stateræ : eas quæ sub aspectum non cadunt potestates pone tamquam culices. Non igitur de Deo Verbo sic dixit, sed de eo quidem qui fuit ex nobis : hoc est vere magnum et admirabile. Ab infimis enim terræ partibus eum extulit. Si omnes gentes tamquam stilla, unus homo quota est pars stillæ? Sed eum fecit omnibus superiorem, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Sunt ergo potestatum quarumdam nomina nobis non signata, neque nota. *Et omnia subjecit sub pedibus ejus.* Non solum fecit superiorem ut eis honore præferretur, neque per comparationem, sed ut tamquam servis præesset. Papæ, res plane sunt stupendæ! hominis facta est serva omnis potestas creata, propter Deum Verbum qui inhabitat. Potest enim esse ut sit aliquis supra, non habens qui obediat, sed ut honore præferatur : hic autem non sic, sed omnia subjecit sub pedibus ejus; et non solum subjecit, sed ultima subjectione, et post quam non est alia. Propterea dixit, *Sub pedibus. Et ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ.* Papæ, quo rursus sustulit Ecclesiam! tamquam per quamdam trahens [machinam], eam in magnam sustulit altitudinem, et eam sedere curavit in illa sede. Ubi enim est caput, illic et corpus : nullo loco intermedio arcentur caput et corpus : si autem arcerentur, corpus non fuerit non fuerit caput. *Super omnia,* inquit. Quid est, *Super omnia?* Aut Christum dicit, qui est super omnia quæ cernuntur et quæ intelliguntur; aut supra omnia bona hoc fecit, quod Filium dederit caput. Non angelum, non archangelum, non ullum alium dimisit superiorem. Non hac solum ratione nos honoravit, quod eum qui erat e nobis in altum extulerit, sed quod etiam fecerit ut totum commune genus illum sequeretur, illi adhæreret, illum assectaretur. *Quæ est corpus ipsius.* Nam, ne audito capite, hoc solum existimes initium, sed etiam firmitatem et stabilitatem, neque tamquam solum principem, sed tamquam corporis caput consideres. *Plenitudo,* inquit, *ejus qui omnia in omnibus adimpletur.* Tamquam hoc non sufficeret ad ostendendam cognationem et propinquitatem, quid dicit? Plenitudo Christi

Isai. 40. 15.

θρωποι ὡς σίελος λογισθήσονται, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ
B ἐλογίσθησαν, θὲς τὰς ἀοράτους δυνάμεις ὡς κώνωπας. Οὐ τοίνυν περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου οὕτως εἶπεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐξ ἡμῶν· τοῦτο μέγα ὄντως καὶ θαυμαστόν. Ἀπὸ γὰρ τῶν κατωτάτων τῆς γῆς αὐτὸν ἀνήγαγεν. Εἰ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν, εἷς ἄνθρωπος πόσον ἄρα μέρος τῆς σταγόνος; Ἀλλὰ τοῦτον πάντων ἀνώτερον ἐποίησεν, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Ἄρα ἐστὶ δυνάμεών τινων ὀνό-
C ματα ἡμῖν ἄσημα, καὶ οὐ γνωριζόμενα. Καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Οὐχ ἁπλῶς ἀνώτερον ἐποίησεν, ὡς προτιμᾶσθαι αὐτῶν, οὐδὲ κατὰ σύγκρισιν, ἀλλ' ὡς δούλων προκαθῆσθαι. Βαβαὶ, φρικτὰ ὄντως τὰ πράγματα· ἀνθρώπου γέγονε δούλη πᾶσα ἡ κτιστὴ δύναμις διὰ τὸν ἐνοικοῦντα Θεὸν Λόγον. Ἔστι γάρ τινα ἐπάνω εἶναι οὐκ ἔχοντα ὑπακούοντας, ἀλλὰ προτιμώμενον· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ οὐχ ἁπλῶς ὑπέταξεν, ἀλλὰ τὴν ἐσχάτην ὑποταγὴν, καὶ μεθ' ἣν ἑτέρα οὐκ ἔστι. Διὰ τοῦτο εἶπεν,
D ὑπὸ τοὺς πόδας. Καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ. Βαβαὶ, ποῦ πάλιν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἀνήγαγεν; Ὥσπερ διά τινος ἕλκων μηχανῆς, εἰς ὕψος αὐτὴν ἀνήγαγε μέγα, καὶ αὐτὴν ἐκάθισεν εἰς ἐκεῖνον τὸν θρόνον. Ἔνθα γὰρ ἡ κεφαλὴ, ἐκεῖ καὶ τὸ σῶμα· οὐδενὶ γὰρ μέσῳ διείργεται ἡ κεφαλὴ, καὶ τὸ σῶμα· εἰ γὰρ διείργετο, οὐκ ἂν εἴη σῶμα, οὐκ ἂν εἴη κεφαλή. Ὑπὲρ πάντα, φησί. Τί ἐστιν, Ὑπὲρ πάντα; Ἢ τὸν ὄντα ὑπὲρ πάντα τὰ ὁρώμενα καὶ τὰ
E νοούμενα Χριστόν· ἢ ὑπὲρ πάντα τὰ ἀγαθὰ τοῦτο πεποίηκε, τὸ τὸν Υἱὸν δοῦναι κεφαλήν. Οὐκ ἄγγελον, οὐκ ἀρχάγγελον, οὐκ ἄλλον οὐδένα ἀφῆκεν ἀνώτερον. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἡμᾶς ἐτίμησε, τὸ ἐξ ἡμῶν ἀναγαγὼν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ κοινὸν γένος ἅπαν ἐκείνῳ ἕπεσθαι παρεσκεύασεν, ἐκείνου ἔχεσθαι, ἐκείνῳ ἀκολουθεῖν. Ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ. Ἵνα γὰρ μὴ, ἀκούσας κεφαλὴν, τὴν ἀρχὴν μόνον νομίσῃς, ἀλλὰ
F καὶ τὴν βεβαιότητα, μηδ' ὡς ἄρχοντα μόνον, ἀλλ' ὡς σώματος ἴδῃς κεφαλὴν, Τὸ πλήρωμα, φησὶν, τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. Ὡς οὐκ ἀρκοῦντος τούτου δεῖξαι τὴν συγγένειαν καὶ τὴν ἐγγύτητα, τί φησι; Τὸ πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ ἡ Ἐκκλησία. Καὶ
20 γὰρ πλήρωμα κεφαλῆς σῶμα, καὶ πλήρωμα σώμα-
A τος κεφαλή. Ὅρα πόσῃ τάξει κέχρηται Παῦλος, πῶς οὐδενὸς φείδεται ῥήματος, ὥστε παραστῆσαι τοῦ Θεοῦ τὴν δόξαν. Πλήρωμα, φησί· τουτέστιν, οἷον κεφαλὴ πληροῦται παρὰ τοῦ σώματος· διὰ γὰρ πάντων μερῶν τὸ σῶμα συνέστηκε, καὶ ἑνὸς ἑκάστου χρῄζει. Ὅρα πῶς αὐτὸν κοινῇ πάντων χρῄζοντα εἰσάγει. Ἂν γὰρ

μὴ ὦμεν πολλοὶ, καὶ ὁ μὲν χεὶρ, ὁ δὲ ποῦς, ὁ δὲ ἄλλο τι μέρος, οὐ πληροῦται ὅλον τὸ σῶμα. Διὰ πάντων οὖν πληροῦται τὸ σῶμα αὐτοῦ. Τότε πληροῦται ἡ κεφαλὴ, τότε τέλειον σῶμα γίνεται, ὅταν ὁμοῦ πάντες ὦμεν συνημμένοι καὶ συγκεκολλημένοι.

Εἶδες πλοῦτον δόξης κληρονομίας; εἶδες ὑπερβάλλον μέγεθος δυνάμεως εἰς τοὺς πιστεύοντας; εἶδες ἐλπίδα κλήσεως; Αἰδεσθῶμεν ἡμῶν τὴν κεφαλὴν, ἐννοήσωμεν τίνος ἐσμὲν σῶμα κεφαλῆς, ᾗ πάντα ὑποτέτακται. Καὶ τῶν ἀγγέλων κατὰ τοῦτο τὸ ὑπόδειγμα βελτίους ἡμᾶς εἶναι χρὴ, καὶ τῶν ἀρχαγγέλων μείζους, ὡς πάντων αὐτῶν προτετιμημένους. Οὐχ ἀγγέλων ἐπελάβετο ὁ Θεὸς, καθὼς γράφων Ἑβραίοις φησὶν, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ· οὐκ ἀρχῆς οὐδὲ ἐξουσίας οὐδὲ κυριότητος οὐδὲ ἄλλης οὐδεμιᾶς δυνάμεως· ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνέλαβε, καὶ ἐκάθισεν ἄνω. Καὶ τί λέγω, ἐκάθισεν; ἱμάτιον αὐτοῦ ἐποίησεν, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ πάντα ὑπέταξε. Πόσους βούλει θεῖναι θανάτους; πόσας ψυχάς; μυρίους καὶ πολλαπλασίους; Ἀλλ' οὐδὲν ἴσον ἐρεῖς. Δύο γὰρ τὰ μέγιστα πεποίηκεν, αὐτός τε εἰς ἔσχατον ταπεινότητος ἦλθε, καὶ τὸν ἄνθρωπον εἰς μέγα ὑψηλότητος [a] ἀνήγαγε. Εἶπεν ἐκεῖνο πρῶτον, ὅτι ἑαυτὸν ἐταπείνωσε τοσοῦτον· λέγει τὸ τούτου ὑψηλότερον νῦν, τὸ μέγα ὄντως καὶ τὸ κεφάλαιον. Καίτοι εἰ καὶ μηδενὸς ἠξιώθημεν, ἤρκει· ἢ καὶ τούτου εἰ ἠξιώθημεν, χωρὶς τοῦ σφάξαι ἤρκει· ὅταν δὲ τὰ δύο ᾖ, τίνα οὐκ ἂν ὑπερβολὴν λόγου νικήσειε καὶ ὑπερβαίη; Οὐ μέγα ἡ ἀνάστασις, ὅταν ταῦτα λογίσωμαι. Περὶ τούτου φησὶν, Ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐ περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου. Αἰδεσθῶμεν τὴν ἐγγύτητα τῆς συγγενείας, φοβηθῶμεν μή τις ἀποκοπῇ τοῦ σώματος τούτου, μή τις ἐκπέσῃ, μή τις ἀνάξιος φανῇ. Εἰ διάδημά τις ἡμῶν περιέθηκε τῇ κεφαλῇ, στέφανον χρυσοῦν, ἆρα οὐκ ἂν πάντα ἐπράξαμεν, ὥστε τῶν ἀψύχων λίθων ὀφθῆναι ἄξιοι; Νῦν δὲ οὐ διάδημα ἡμῶν περίκειται τῇ κεφαλῇ, ἀλλὰ κεφαλὴ ἡμῶν γέγονεν ὁ Χριστὸς, ὅπερ ἐστὶ μεῖζον, καὶ οὐδένα λόγον ποιούμεθα. Ἀλλ' ἄγγελοι μὲν αὐτὴν αἰδοῦνται καὶ ἀρχάγγελοι καὶ πᾶσαι ἐκεῖναι αἱ δυνάμεις· ἡμεῖς δὲ, οἱ σῶμα αὐτοῦ ὄντες, οὔτε διὰ τοῦτο,

Ecclesia. Plenitudo enim capitis est corpus, plenitudo corporis caput. Vide quo ordine usus sit Paulus, et quomodo nulli verbo parcat, ut Dei B ostendat gloriam. *Plenitudo*, inquit; hoc est, utpote caput impletur a corpore : nam corpus consistit per membra omnia, et singulis opus habet. Vide quomodo illum omnibus opus habentem inducat. Etenim si non simus multi, et non sit alius manus, alius vero pes, alius aliqua alia pars, non impletur totum corpus. Per omnia ergo impletur ejus corpus. Tunc impletur caput, tunc perfectum fit corpus, quando omnes simul fuerimus conjuncti et conglutinati.

3. Vidisti divitias gloriæ hereditatis? vidisti supereminentem magnitudinem virtutis in eos qui credunt? vidisti spem vocationis? Revereamur nostrum caput, cogitemus cujus capitis sumus corpus, cui omnia sunt subjecta. Hoc exemplo nos etiam angelis oportet esse meliores, et archangelis majores, ut qui iis omnibus simus honore præpositi. C *Non angelos apprehendit* Deus, sicut dicit scribens ad Hebræos, *sed semen Abrahæ :* non principatum, neque potestatem, neque dominationem, neque ullam aliam virtutem; sed nostram naturam apprehendit, et supra sedere jussit. Et quid dico, sedere jussit? suum fecit vestimentum, nec id solum, sed ejus pedibus subjecit omnia. Quam multas vis mortes ponere, et quam multas animas, deciesne mille, et his longe plures? Sed nihil dices quod sit ei æquiparandum. Duo enim D fecit maxima : et ipse ad summam venit humilitatem, et hominem sustulit ad magnam altitudinem. Dixit illud primum, quod se adeo humiliaverit : dicit hoc firmius et solidius, id quod est magnum et summa rerum. Atqui si nullo dignati essemus, suffecisset; vel etiam hoc si dignati essemus, absque eo, quod esset mactatus, suffecisset : cum autem hæc duo sint, quam dicendi facultatem non vicerit et superaverit? Non magna res est resurrectio, quando hæc reputo. De hoc E dicit, *Deus Domini nostri Jesu Christi*, non de Deo Verbo. Revereamur propinquitatem cognationis, timeamus ne quis abscindatur ab hoc corpore, ne quis excidat, ne quis appareat indignus. Si quispiam diadema nostro imposuerit capiti, si coronam auream, annon omnia fecerimus ut digni videamur inanimis lapidibus? Nunc autem non est nostro capiti impositum diadema, sed caF put nostrum factus est Christus, quod est majus,

Hebr. 2. 16.

[a] Idem Codex Coislin. [et Savil. in marg.] *ἀνήγαγεν. Ἐκάθισε γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ. Εἶπεν ἐκεῖνο.*

et ejus nullam habemus rationem. Sed angeli qui-
dem ipsum reverentur et archangeli et omnes illæ
Virtutes : nos autem, cum etiam ejus corpus simus,
neque propter hoc, neque propter illud reverebi-
mur? et quænam erit spes nostræ salutis? Cogita
thronum regium, cogita summum honorem : hoc
nos, si velimus, magis nos poterit terrere quam
Regni cælorum amissio pejor gehenna. gehenna. Nam si non esset gehenna, tanto hono-
re affectos inventos esse indignos et malos, quam
non haberet pœnam, quod non supplicium? Cogi-
ta prope quem sedeat tuum caput; hoc solum ad
universum suffecerit; ad cujus sedeat dexteram.
Sed illud quidem super omnem principatum, po-
testatem et virtutem; ejus autem corpus concul-
catur etiam a dæmonibus? Sed absit : si vero sit,
hoc non fuerit amplius corpus. Caput tuum vene-
rantur servi frugi, et qui bonæ sunt existimatio-
nis; et corpus subjicis iis qui offenderunt? quo
non dignus eris supplicio? Si quis pedes regis pe-
dicis alliget et in compedes injiciat, annon erit
obnoxius extremo supplicio? Tu totum corpus
objicis feris immanibus, et non horres? Sed quo-
niam agitur de corpore Domini, age illius etiam
meminerimus, quod in crucem fuit actum, quod
clavis confixum, et sacrificatur. Si es Christi
corpus, fer crucem; nam ille quoque tulit : fer
sputa, fer colaphos, fer clavos. Tale erat illud
Isai. 53. 9. corpus. Corpus illud impeccabile erat : *Peccatum
enim*, inquit, *non fecit, nec est inventus dolus
in ore ejus* : manus ejus omnia agebant ad bene-
faciendum iis qui egebant : os ejus nihil emisit
Joan. 7. 20. quod non deceret : audivit, *Habes dæmonium*,
et nihil dicebat. Quia de corpore a nobis agitur;
quicumque corporis sumus participes, quicumque
gustamus sanguinem, cogitemus quod illius par-
ticipes simus, qui nihil ab illo differt, qui supra
sedet, qui adoratur ab angelis, qui assidet prope
illam incorruptam Virtutem : hunc gustamus. Hei
mihi quam multæ viæ nobis patent ad salutem!
Nos corpus suum fecit, suum corpus nobis imper-
tiit, et nihil horum nos avertit a malis. O tene-
bras, o profundum abyssum, o stuporem et sensus
Coloss. 3. 2. 1. egestatem! *Quæ sursum sunt*, inquit, *sapite, ubi
est Christus ad dexteram Dei sedens*; et post
hæc quidam de pecuniis sunt solliciti, alii ca-
piuntur ab animi perturbationibus.

4. Non videtis quod in nostro quoque corpore
abscinduntur et amputantur quæcumque sunt su-
pervacanea et inutilia? et nullum lucrum quod

οὔτε δι' ἐκεῖνο αἰδεσθησόμεθα; καὶ τίς ἡμῖν ἔσται
σωτηρίας ἐλπίς; Ἐννόει τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν,
21 ἐννόει τῆς τιμῆς τὴν ὑπερβολήν· τοῦτο καὶ γεέννης,
A εἴ γε βουλοίμεθα, μᾶλλον ἡμᾶς φοβῆσαι δυνήσεται.
Εἰ γὰρ μὴ γέεννα ἦν, τὸ τιμηθέντας τοσαύτην τιμὴν,
ἀναξίους εὑρεθῆναι καὶ κακοὺς, τίνα οὐκ ἂν ἔχοι κό-
λασιν, τίνα τιμωρίαν; Ἐννόησον τίνος ἐγγὺς ἡ κε-
φαλή σου κάθηται· τοῦτο μόνον καὶ ἀπόχρη πρὸς πᾶν
ὁτιοῦν· τίνος ἐν δεξιᾷ ἵδρυται. Ἀλλ' αὕτη μὲν ὑπεράνω
πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως· τὸ δὲ ταύ-
της σῶμα καὶ ὑπὸ δαιμόνων πατεῖται; Ἀλλὰ μὴ γέ-
νοιτο· εἰ γὰρ γένοιτο, οὐκ ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον σῶμα
B λοιπόν. Τὴν κεφαλήν σου καὶ οἱ εὐδοκιμοῦντες τῶν
δούλων πεφρίκασι, καὶ τὸ σῶμα τοῖς προσκεκρουκό-
σιν ὑποβάλλεις; καὶ πόσης οὐκ ἔσῃ κολάσεως ἄξιος;
Εἴ τις τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως κλοιοῖς περιβάλοι καὶ
πέδαις, ἆρα οὐχὶ τῆς ἐσχάτης δίκης ὑπεύθυνος ἔσται;
Σὺ ὅλον τὸ σῶμα θηρίοις παραβάλλεις χαλεποῖς, καὶ
οὐ φρίττεις; Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ σώματος κυριακοῦ ὁ
λόγος, φέρε, καὶ περὶ ἐκείνου μνημονεύσωμεν, τοῦ
σταυρωθέντος, τοῦ προσηλωθέντος, τοῦ θυομένου. Εἰ
σῶμα εἶ τοῦ Χριστοῦ, φέρε τὸν σταυρόν· καὶ γὰρ
ἐκεῖνος ἤνεγκε· φέρε ἐμπτύσματα, φέρε ῥαπίσματα,
C φέρε ἥλους. Τοιοῦτον ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἦν. Τὸ σῶμα
ἐκεῖνο ἀναμάρτητον ἦν· Ἁμαρτίαν γὰρ, φησὶν, οὐκ
ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ εὑρέθη· αἱ
χεῖρες αὐτοῦ πρὸς εὐεργεσίαν ἅπαντα ἔπραττον τῶν
δεομένων· οὐδὲν τὸ στόμα ἐξέβαλε τῶν οὐ προσηκόν-
των· Δαιμόνιον ἔχεις, ἤκουσε, καὶ οὐδὲν ἀντεῖπεν.
Ἐπεὶ δὲ περὶ σώματος ἡμῖν ὁ λόγος, ὅσοι μετέχομεν
τοῦ σώματος, ὅσοι τοῦ αἵματος ἀπογευόμεθα τούτου,
ἐννοεῖτε ὅτι τοῦ μηδὲν ἐκείνου διαφέροντος οὐδὲ διε-
στῶτος μετέχομεν [a] πρὸς μετοχὴν, ὅτι ἐκείνου τοῦ
D ἄνω καθημένου, τοῦ προσκυνουμένου παρὰ ἀγγέλων,
τοῦ τῆς ἀκηράτου δυνάμεως ἐγγὺς, τούτου ἀπογευό-
μεθα. Οἴμοι, πόσαι πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν ὁδοί. Σῶμα
ἡμᾶς ἑαυτοῦ ἐποίησε, σῶμα ἡμῖν τὸ ἑαυτοῦ μετέδωκε,
καὶ οὐδὲν τούτων ἡμᾶς ἀποτρέπει τῶν κακῶν. Ὢ τοῦ
σκότους, καὶ τοῦ βυθοῦ τοῦ πολλοῦ· ὢ τῆς ἀναλγησίας.
Τὰ ἄνω, φησὶ, φρονεῖτε, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ
τοῦ Θεοῦ καθήμενος· καὶ μετὰ ταῦτα χρημάτων
φροντίζουσί τινες, ἕτεροι ὑπὸ τῶν παθῶν ἁλίσκονται.

E Οὐχ ὁρᾶτε, ὅτι καὶ ἐν τῷ σώματι τῷ ἡμετέρῳ,
ὅσα μὲν ἂν ᾖ περιττὰ καὶ ἄχρηστα, ἀποτέμνεται,
περικόπτεται; καὶ οὐδὲν κέρδος, ὅτι γέγονε τοῦ σώ-

[a] [πρὸς μετοχὴν inclusum apud Savil.]

ματος, ὅταν πεπηρωμένον ᾖ, ὅταν νενεκρωμένον, ὅταν σεσηπὸς, ὅταν καὶ τῷ λοιπῷ λυμαίνηται; Μὴ τοίνυν θαῤῥῶμεν, ὅτι γεγόναμεν ἅπαξ τοῦ σώματος. Εἰ δὲ τὸ σῶμα τοῦτο φυσικὸν ὂν, ὅμως ἀποτέμνεται, τὰ τῆς προαιρέσεως ἂν μὴ μένῃ, τί οὐ πείσεται δεινόν; Ὅταν μὴ μετέχῃ τῆς τροφῆς ταύτης τὸ σῶμα, ὅταν οἱ πό- Γ ροι ἐμφραγῶσι, τότε νεκροῦται· ὅταν οἱ ὀχετοὶ, τότε πηροῦται. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅταν ἀποφράξωμεν τὰς ἀκοὰς, πηροῦται ἡμῶν ἡ ψυχή· ὅταν μὴ μετέχωμεν 22 A τῆς πνευματικῆς τροφῆς, ὅταν πονηρίαι τινὲς ἀντὶ χυμῶν διεφθαρμένων ἡμᾶς λυμαίνωνται, πάντα ταῦτα τίκτει τὴν νόσον χαλεπὴν, νόσον [a] τηκεδόνα ἐργαζομένην· καὶ δεήσεται τοῦ πυρὸς ἐκείνου λοιπὸν, δεήσεται τοῦ διχοτομηθῆναι. Οὐ γὰρ ἀνέχεται μετὰ τοιούτου σώματος εἰσελθεῖν εἰς τὸν νυμφῶνα ὁ Χριστός. Εἰ τὸν ἱμάτια ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένον ἀπήγαγε καὶ ἐξέβαλε, τὸν τῷ σώματι ῥύπον προστιθέντα τί οὐκ ἐργάσεται; τί οὐ διαθήσει; Πολλοὺς ὁρῶ τοὺς σώματος τοῦ Χριστοῦ μετέχοντας ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε, καὶ συνηθείᾳ μᾶλλον καὶ νόμῳ, ἢ λογισμῷ καὶ διανοίᾳ. B Ἂν ἐπιστῇ, φησὶν, ὁ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς καιρὸς, οἷος ἐὰν ᾖ τις, μετέχει τῶν μυστηρίων, ἂν ἐπιστῇ [b] ἡ τῶν ἐπιφανίων ἡμέρα. Καίτοι καιρὸς οὐ τοῦτο προσόδου· οὐ γὰρ ἐπιφάνια, οὐδὲ τεσσαρακοστὴ ποιεῖ ἀξίους τοῦ προσιέναι, ἀλλὰ ψυχῆς εἰλικρίνεια καὶ καθαρότης. Μετὰ ταύτης ἀεὶ πρόσιθι, χωρὶς ταύτης μηδέποτε. Ὁσάκις γὰρ, φησὶ, τοῦτο ποιεῖτε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε· τουτέστιν, ὑπό- C μνησιν ποιεῖτε τῆς σωτηρίας τῆς ὑπὲρ ὑμῶν, τῆς εὐεργεσίας τῆς ἐμῆς. Ἐννόησον, οἱ τῆς θυσίας μετέχοντες τῆς παλαιᾶς πόσῃ ἐκέχρηντο τῇ φειδοῖ. Τί γὰρ οὐκ ἔπραττον; τί δὲ οὐκ ἐποίουν; Πάντοτε ἐκαθαίροντο· σὺ δὲ θυσίᾳ προσιὼν, ἣν καὶ ἄγγελοι φρίττουσι, καιρῶν περιόδοις τὸ πρᾶγμα ὁρίζεις; καὶ πῶς παραστήσῃ τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, μιαραῖς χερσὶ καὶ χείλεσι κατατολμῶν αὐτοῦ τοῦ σώματος; Καὶ βασιλέα μὲν οὐκ ἂν ἕλοιο καταφιλῆσαι, ὀδωδότος σου τοῦ στόματος· τὸν δὲ βασιλέα τοῦ οὐρανοῦ ψυχῇ καταφιλεῖς ὀδωδυίᾳ; D Ὕβρις τὸ πρᾶγμά ἐστιν. Εἰπέ μοι, ἆρα ἂν ἕλοιο χερσὶν ἀνίπτοις τῇ θυσίᾳ προσελθεῖν; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι· ἀλλ' ἐθέλοις ἂν μηδὲ ὅλως προσελθεῖν, ἢ ῥυπαραῖς χερσίν. Εἶτα ἐν τῷ μικρῷ οὕτως ὢν εὐλαβὴς, ψυχὴν ἔχων ῥυπαρὰν προσέρχῃ, καὶ ἅπτεσθαι τολμᾷς; Καίτοι ὑπὸ μὲν τῶν χειρῶν πρὸς καιρὸν κατέχεται, εἰς δὲ ἐκείνην ὁλόκληρος ἀναλύεται. Τί δέ; οὐχ ὁρᾷς τὰ

fuit corporis, quando fuerit mutilatum, quando morte affectum, quando putrefactum, quando etiam corruperit reliquum? Ne ergo confidamus, quod semel fuerimus corporis. Si autem hoc corpus cum sit naturale, tamen absciditur: si non maneat stabile et firmum animi institutum, quid non grave patietur? Quando non fuerit corpus hujus alimenti particeps, quando obstructi fuerint pori, tunc morte afficitur: quando obturati meatus et fistulæ, tunc fit mancum. Ita nos quoque quando aures obturaverimus, manca ac mutila nostra fit anima: quando non fuerimus participes alimenti spiritualis, quando corruptorum humorum pravitates noxam nobis attulerint, hæc omnia morbum pariunt, morbum gravem, morbum qui tabem affert et consumtionem: et de cætero illo igne opus habebit, aut opus habebit ut dividatur. Non enim patitur Christus cum tali corpore ingredi in thalamum. Si cum abduxit et expulit qui sordida veste erat indutus; ei qui corpori sordes adhibuerit, quid non faciet, quomodo non eum afficiet? Multos video qui Christi corporis sunt participes inconsiderate et temere, et magis ex consuetudine et ex præscripto, quam ex cogitatione et consideratione. Si advenerit, inquit, tempus sanctæ Quadragesimæ, qualiscumque fuerit quispiam, fit particeps sacramentorum, si advenerit dies Epiphaniorum. Atqui illud tempus accedendi non est: non Epiphania, neque Quadragesima facit dignos qui accedant, sed animæ sinceritas et puritas. Cum ea semper accede, absque ipsa numquam. *Quoties enim*, inquit, *hoc facitis, mortem Domini annuntiatis.* Hoc est, in memoriam revocatis vestram salutem, meum beneficium. Cogita qui veteris participes erant sacrificii, quanta utebantur frugalitate et abstinentia: quid non agebant? quid non faciebant? Undique et semper expurgabantur: tu autem accedens ad sacrificium quod ipsi stupent et venerantur angeli, temporum periodis rem definis ac circumscribis? Et quomodo stabis ad tribunal Christi, qui pollutis manibus et labris ad corpus illud audeas accedere? Et regem quidem ore male olente deosculari nolueris; cæli autem Regem fœtenti et male olenti anima oscularis? Id plane est contu-

Christi corpus quomodo sumendum, quibus diebus ad id accedebatur.

1. Cor. 11. 26.

[a] Codex unus [et marg. Savil.] σηπεδόνα.

[b] Quidam Mss. habent θεοφανίων. Epiphaniorum et Theophaniorum tempus idipsum erat, et a quibusdam Ecclesiasticis scriptoribus pro die Natali Christi habetur; verum in Homilia de beato Philogonio, Tom. I, pag. 497, Chrysostomus Epiphaniam a Nativitate distinguit. Videturque tamen illam Natalem Christi diem esse dicere Homilia I de S. Pentecoste, T. II, p. 458, D. De Epiphania alibi quoque loquitur. Verum ea de re plenius loquuturi sumus Tomo XIII, in Diatriba de Disciplina et de consuetudinibus Ecclesiasticis tempore Chrysostomi.

mela. Dic mihi, vellesne ad sacrificium manibus illotis accedere? Non opinor; sed malles potius prorsus non accedere, quam sordidis manibus. Itane cum in re parva sis adeo reverens et religiosus, sordidam et immundam habens animam, accedis et audes tangere? Atqui ad tempus quidem tenetur manibus; in illam autem totus et integer resolvitur. Quid vero? annon vides vasa sic abluta? adeo nitida et splendida? His longe mundiores nobis oportet esse animas, his sanctiores et splendidiores. Quare? Quoniam illa propter nos fiunt talia. Illa cum qui inest non participant, non sentiunt; nos autem participamus et sentimus. Nunc autem vase quidem sordido et immundo uti nolueris, sordida autem accedis anima? Multam video rei inæqualitatem. In aliis quidem temporibus, cum ne mundi quidem sæpe sitis, acceditis; in Paschate autem etiamsi aliquod scelus a vobis sit admissum, acceditis. O consuetudinem, o præsumtionem! Frustra est quotidianum sacrificium, frustra adstamus altari: nemo est qui participet. Hæc dico, non ut temere participetis, sed ut vos dignos reddatis. Non es dignus sacrificio, neque participatione? Ergo nec prece. Audis præconem stantem et dicentem: *Quicumque estis in pœnitentia, abite.* Omnes qui non participant, sunt in pœnitentia. Si es ex iis qui sunt in pœnitentia, non debes participare: nam qui non participat, est in pœnitentia. Cur ergo dicit, *Abite qui non potestis precari;* tu autem stas impudenter? At non es ex his, sed ex iis qui possunt participare, et nihil curas? rem nihil esse putas?

Voces quæ in liturgia proferebantur.

σκεύη οὕτω περικλυζόμενα; οὕτως ἀπολάμποντα; Τούτων καθαρωτέρας ἡμῖν εἶναι δεῖ τὰς ψυχὰς, τούτων ἁγιωτέρας καὶ λαμπροτέρας. Τί δήποτε; Ὅτι ἐκεῖνα δι' ἡμᾶς τοιαῦτα γίνεται. Ἐκεῖνα οὐ μετέχει τοῦ ἐνόντος, οὐκ αἰσθάνεται· ἡμεῖς δὲ, ναί. Νῦν δὲ ῥυπαρῷ μὲν οὐκ ἂν ἕλοιο χρήσασθαι σκεύει, ῥυπαρᾷ δὲ ψυχῇ προσέρχῃ; Πολλὴν ὁρῶ τοῦ πράγματος τὴν ἀνωμαλίαν. Ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις καιροῖς οὐδὲ καθαροὶ πολλάκις ὄντες προσέρχεσθε, ἐν δὲ τῷ πάσχα, κἂν ᾖ τι τετολμημένον ὑμῖν, πρόσιτε. Ὢ τῆς συνηθείας, ὢ τῆς προλήψεως· εἰκῇ θυσία καθημερινὴ, εἰκῇ παρεστήκαμεν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδεὶς ὁ μετέχων. Ταῦτα οὐχ ἵνα ἁπλῶς μετέχητε, λέγω, ἀλλ' ἵνα ἀξίους ἑαυτοὺς κατασκευάζητε. Οὐκ εἶ τῆς θυσίας ἄξιος, οὐδὲ τῆς μεταλήψεως; Οὐκοῦν οὐδὲ τῆς εὐχῆς. Ἀκούεις ἑστῶτος τοῦ κήρυκος, καὶ λέγοντος, ὅσοι ἐν μετανοίᾳ, ἀπέλθετε πάντες. Ὅσοι μὴ μετέχουσιν, ἐν μετανοίᾳ εἰσίν. Εἰ τῶν ἐν μετανοίᾳ εἶ, μετασχεῖν οὐκ ὀφείλεις· ὁ γὰρ μὴ μετέχων, τῶν ἐν μετανοίᾳ ἐστί. Τίνος οὖν ἕνεκεν λέγει, ἀπέλθετε οἱ μὴ δυνάμενοι δεηθῆναι· σὺ δὲ ἕστηκας ἰταμῶς; Ἀλλ' οὐκ εἶ τούτων, ἀλλὰ τῶν δυναμένων μετέχειν, καὶ οὐδὲν φροντίζεις; οὐδὲν ἡγῇ τὸ πρᾶγμα;

5. Considera, quæso. Adest mensa regia, adsunt angeli ministrantes, adest Rex ipse, et tu stas oscitans? vestes tibi sunt sordidæ, et nulla a te hujus habetur ratio? At sunt mundæ? Accumbe ergo, et participa. Venit quotidie ut videat accumbentes, omnes alloquitur: et nunc in vestra dicit conscientia, Amici, quomodo hic statis non habentes vestem nuptialem? Non dixit, Cur accubuisti? sed ante accubitum et ingressum eum dicit esse indignum: non dixit enim, Cur accubuisti? sed, Cur intrasti? Hæc ergo nunc quoque dicit nobis omnibus, qui impudenter et inverecunde stamus. Quicumque enim mysteriorum non est particeps, is impudens stat et nimis audacter. Propterea qui sunt in peccatis, priores ejiciuntur. Sicut enim cum dominus adest in mensa, non oportet adesse famulos qui offenderunt, sed procul amandantur: ita hic quoque cum effertur sacrificium, et Christus sacrificatur, et ovis Dominica; quando audieris, *Oremus omnes communi-*

Matth. 22. 12.

Voces quædam in liturgia.

Σκόπει, παρακαλῶ· τράπεζα πάρεστι βασιλικὴ, ἄγγελοι διακονούμενοι τῇ τραπέζῃ, αὐτὸς πάρεστιν ὁ βασιλεὺς, καὶ σὺ ἕστηκας χασμώμενος; ῥυπαρά σοι τὰ ἱμάτια, καὶ οὐδείς σοι λόγος; Ἀλλὰ καθαρά ἐστιν; Οὐκοῦν ἀνάπεσον, καὶ μέτεχε. Ἔρχεται καθ' ἑκάστην ἰδεῖν τοὺς ἀνακειμένους, πᾶσι διαλέγεται· καὶ νῦν ἐν τῷ συνειδότι ἐρεῖ, ἑταῖροι, πῶς ἑστήκατε ὧδε, μὴ ἔχοντες ἔνδυμα γάμου; Οὐκ εἶπε, διὰ τί ἀνέπεσες; ἀλλὰ πρὸ τῆς κατακλίσεως καὶ τῆς εἰσόδου ἀνάξιον αὐτὸν εἶναί φησιν· οὐ γὰρ εἶπε, διὰ τί κατεκλίθης; ἀλλὰ, τί εἰσῆλθες; Ταῦτα καὶ νῦν πρὸς ἅπαντας ἡμᾶς διαλέγεται τοὺς ἀναισχύντως καὶ ἰταμῶς ἑστῶτας. Πᾶς γὰρ ὁ μὴ μετέχων τῶν μυστηρίων, ἀναίσχυντος καὶ ἰταμῶς ἑστηκώς. Διὰ τοῦτο πρότεροι ἐκβάλλονται οἱ ἐν ἁμαρτήμασι. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τραπέζης παραγενομένου τοῦ δεσπότου οὐ δεῖ τοὺς προσκεκρουκότας τῶν οἰκετῶν παρεῖναι, ἀλλ' ἐκποδὼν γίνονται· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ἐκφερομένης τῆς θυσίας, καὶ τοῦ Χριστοῦ τεθυμένου, καὶ τοῦ προβάτου τοῦ δεσποτικοῦ, ὅταν ἀκούσῃς, δεηθῶμεν πάντες κοι-

νῇ, ὅταν ἴδῃς ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον διαστέλλεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν, καὶ κατιέναι τοὺς ἀγγέλους. Ὥσπερ τοίνυν τῶν ἀμυήτων οὐδένα χρὴ παρεῖναι, οὕτως οὐδὲ τῶν μεμυημένων καὶ ῥυπαρῶν. E Εἰπέ μοι, εἴ τις εἰς ἑστίασιν κληθεὶς, τὰς χεῖρας νίψαιτο καὶ κατακλιθείη, καὶ ἕτοιμος γένοιτο πρὸς τὴν τράπεζαν, εἶτα μὴ μετέχοι, οὐχ ὑβρίζει τὸν καλέσαντα; οὐ βέλτιον τὸν τοιοῦτον μηδὲ παραγενέσθαι; Οὕτω δὴ καὶ σὺ παραγέγονας· τὸν ὕμνον ᾖσας, μετὰ πάντων ὡμολόγησας εἶναι τῶν ἀξίων τῷ μὴ μετὰ τῶν ἀναξίων ἀνακεχωρηκέναι· πῶς ἔμεινας, καὶ οὐ μετέχεις τῆς τραπέζης; Ἀνάξιός εἰμι, φησίν. Οὐκοῦν καὶ τῆς κοινωνίας ἐκείνης τῆς ἐν ταῖς εὐχαῖς. Οὐ γὰρ διὰ προκειμένων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ᾠδῶν ἐκείνων τὸ Πνεῦμα πάντοθεν κάτεισιν. F Οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἡμετέρους οἰκέτας τῇ σπογγιᾷ τὴν τράπεζαν περιπλύνοντας, καὶ τὸν οἶκον καθαίροντας, καὶ οὕτω τοὺς πίνακας τιθέντας; Τοῦτο γίνεται διὰ τῶν εὐχῶν, διὰ τῆς βοῆς τοῦ κήρυκος· ὥσπερ σπογγιᾷ περιπλύνομεν τὴν 24 A ἐκκλησίαν, ἵνα ἐν καθαρᾷ τῇ ἐκκλησίᾳ πάντα προτεθῇ, ἵνα μηδεὶς ᾖ σπῖλος, μηδὲ ῥυτίς. Ἀνάξιοι καὶ ὀφθαλμοὶ τῶν θεαμάτων τούτων, ἀνάξιαι καὶ ἀκοαί. Κἂν θηρίον, φησὶ, θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται. Οὕτως οὐδὲ τῆς ἐπιβάσεως ἄξιοι ἦσαν· καίτοι γε μετὰ ταῦτα καὶ προσῆλθον, καὶ εἶδον ποῦ ἑστήκει ὁ Θεός. Ἔξεστι μετὰ ταῦτα προσελθεῖν, καὶ ἰδεῖν· ὅταν μέντοι παρῇ, ἄπιθι· οὐκ ἔξεστί σοι μᾶλλον, ἢ τῷ κατηχουμένῳ. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον μηδέπω τυχεῖν μυστηρίων, καὶ μετὰ τὸ τυχεῖν προσκρούσαντα καταφρονεῖν, B καὶ ἀνάξιον ἑαυτὸν καταστῆσαι τοῦ πράγματος. Ἐνῆν καὶ πλείονα λέγειν καὶ φοβερώτερα, ἀλλ' ὥστε μὴ βαρῆσαι τὴν διάνοιαν ὑμῶν, ἀρκεῖ καὶ ταῦτα· οἱ γὰρ μὴ τούτοις σωφρονιζόμενοι, οὐδὲ τοῖς πλείοσιν. Ἵν' οὖν μὴ μεῖζον ὑμῖν τὸ κρίμα ἐργασώμεθα, παρακαλῶμεν ὑμᾶς, οὐχ ἵνα μὴ παραγίνησθε, ἀλλ' ἵνα καὶ τῆς παρουσίας καὶ τῆς προσόδου ἀξίους ἑαυτοὺς καταστήσητε. Εἰπέ μοι, εἰ βασιλεύς τις ἐπέταξε, καὶ εἶπεν, εἴ τις τόδε πράττει, τῆς τραπέζης * ἀπεχέτω τῆς ἐμῆς, ἆρα ὑπὲρ τούτου οὐκ ἂν πάντα ἐπράξατε; Εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἡμᾶς ἐκάλεσεν, εἰς τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ, καὶ ἀναδυόμεθα καὶ μέλλομεν, καὶ οὐ σπεύδομεν οὐδὲ ἐπιτρέχομεν τῷ πράγματι; C καὶ τίς ἡμῖν ἐστιν ἐλπὶς σωτηρίας; Οὐκ ἔστιν αἰτιάσασθαι ἀσθένειαν, οὐκ ἔστιν αἰτιάσασθαι φύσιν· ῥαθυμία μόνον ἀναξίους ἡμᾶς καθίστησι. Ταῦτα μὲν παρ' ἡμῶν εἴρηται· ὁ δὲ κατανύσσων καρδίας, ὁ διδοὺς πνεῦμα κατανύξεως, κατανύξῃ τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ ἐνθῇ εἰς βάθος τὰ σπέρματα, ὥστε ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτοῦ λαβεῖν ἐν γαστρὶ

ter, quando videris trahi eas quæ in ostiis sunt cortinas, tunc existima cælum superne diduci, et descendere angelos. Quemadmodum ergo nullum oportet adesse ex iis qui mysteriis non sunt initiati, ita nec ex iis qui sunt initiati et sordidi. Dic mihi si quis ad convivium invitatus manus laverit et accubuerit et ad mensam paratus fuerit, et deinde non fuerit ejus particeps, annon contumelia afficit eum qui invitavit? annon esset melius eum ne adfuisse quidem? Ita tu quoque adfuisti: hymnum cantasti, cum dignis omnibus te es professus, eo quod cum indignis non recesseris: quomodo mansisti et mensæ non es particeps? Sum, inquit, indignus. Ergo illa quoque communione et societate quæ est in precibus es indignus. Non enim solum per proposita, sed etiam per cantica undique descendit Spiritus. Non vides famulos nostros mensam spongia lavantes, et domum mundantes, et discos mensæ imponentes? Hoc fit per preces, per clamorem præconis: tamquam spongia lavamus ecclesiam, ut in munda ecclesia sint omnia proposita, ut nulla sit macula, nulla ruga. Sunt et oculi eorum indigni his spectaculis, et aures indignæ. *Et si bestia,* inquit, *montem tangat, obruetur lapidibus.* Exod. 19. 13. Adeo nec digni quidem erant qui ascenderent: quamquam postea etiam accesserunt, et viderunt ubi steterat Deus. Licet postea accedere, et videre: sed quando adfuerit, abi: non enim tibi magis licet, quam catechumeno. Non sunt enim paria, sacramenta nondum esse assequutum, et postquam fueris assequutus, et offenderis, despicere et ea re te indignum reddere. Licebat plura terribiliora dicere, sed ne mentem vestram gravem, hæc sufficiunt: nam qui his non castigantur, ii nec pluribus. Ne ergo vobis majus faciamus judicium, rogo quidem vos, non ut non adsitis, sed ut præsentia et aditu vos reddatis dignos. Dic mihi, si rex jusserit et dixerit, Si quis hoc agit, a mensa mea abstineat, annon pro hoc omnia feceritis? In cælos nos vocavit ad mensam Regis magni et admirabilis, et recusamus et cunctamur, et ad eam rem non accurrimus? et quænam est nobis spes salutis? Non licet causari imbecillitatem, nec culpam conferre in naturam: socordia solum et ignavia nos reddit indignos. Hæc quidem dicta sunt a nobis: qui autem compungit corda, qui dat spiritum compunctionis, compungat corda vestra, et in profundum im-

* [μετέχω Halesius.]

mittat semina, ut ex timore ejus concipiatis et pariatis spiritum salutis, et cum fiducia accedatis. Psal. 127. 3. *Filii* enim, inquit, *tui tamquam novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.* Nihil sit vetus, nihil immite, nihil crudum. Hujusmodi enim novellæ plantationes aptæ sunt ad fructum, fructum admirandum, oleæ, inquam, fructum: et fortes sunt et validæ, ut sint omnes in circuitu mensæ, neque temere et forte fortuna conveniant, sed cum metu et timore. Sic enim et ipsum Christum illic videbitis cum fiducia, et cælesti regno digni reddemini: quod detur nobis omnibus consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

καὶ τεκεῖν πνεῦμα σωτηρίας, καὶ μετὰ παῤῥησίας παραγενέσθαι. Οἱ υἱοί σου γάρ, φησὶν, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης σου. Μηδὲν τοίνυν ἔστω D παλαιὸν, μηδὲν ἄγριον, μηδὲν ἀνήμερον, μηδὲν ὠμόν. Τοιαῦτα γὰρ τὰ νεόφυτα πρὸς καρπόν ἐστιν ἐπιτήδεια, καρπὸν δὲ τὸν θαυμαστὸν, τὸν τῆς ἐλαίας λέγω, καὶ ἰσχυρὰ ὥστε πάντας γενέσθαι κύκλῳ τῆς τραπέζης, καὶ μὴ εἰκῆ μηδὲ ὡς ἔτυχεν, ἐνταῦθα συνέρχεσθαι, ἀλλὰ μετὰ φόβου καὶ δέους. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸν ὄψεσθε ἐκεῖ τὸν Χριστὸν μετὰ παῤῥησίας, καὶ τῆς οὐρανίου ἀξιωθήσεσθε βασιλείας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA IV.

25 A

ΟΜΙΛΙΑ δ'.

CAP. II. v. 1. *Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris,* 2. *in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ,* 3. *in quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii iræ sicut et cæteri.*

Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυ- B μίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί.

1. Est quidem mortificatio corporalis, est autem et animalis: et illius quidem esse participem, nec est crimen nec periculum: res enim est naturæ, non instituti animi et liberi arbitrii. Nam et orta est ex transgressione protoplasti, et res deinde decidit in naturam: alioqui autem etiam cito solvetur. Ipsa vero mortificatio animalis, cum sit instituti animi et liberi arbitrii, crimen habet et nullam solutionem. Vide ergo quomodo Paulus cum jam valde magnum ostendisset, et quod majus sit morte affectæ mederi animæ quam suscitare mortuos, nunc quoque sic ponit tamquam magnum: *Et vos cum essetis*, inquit, *mortui delictis et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis, secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* Vides Pauli mansuetudinem, et quomodo ubique consolatur auditorem, cum non onerans? Nam quo-

Ἔστι μὲν νέκρωσις σωματικὴ, ἔστι δὲ καὶ ψυχική· ἀλλ' ἐκείνης μὲν οὔτε ἔγκλημα μετέχειν οὔτε κίνδυνος· φύσεως γὰρ, οὐ προαιρέσεως τὸ πρᾶγμά ἐστι. Γέγονε μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς τοῦ πρωτοπλάστου παραβάσεως, λοιπὸν δὲ εἰς φύσιν τὸ πρᾶγμα ἐξέβη, ἄλλως δὲ καὶ ταχέως λυθήσεται. Αὕτη δὲ ἡ νέκρωσις ἡ ψυχικὴ, προαιρέσεως οὖσα, ἔγκλημα ἔχει καὶ λύσιν C οὐδεμίαν. Ὅρα τοίνυν πῶς μέγα σφόδρα ὁ Παῦλος δείξας ἤδη, ὅτι τοῦ νεκροὺς ἀναστῆσαι τὸ ψυχὴν νενεκρωμένην ἰάσασθαι πολλῷ μεῖζόν ἐστι, καὶ νῦν, ὥσπερ μέγα, οὕτως αὐτὸ τίθησι. Καὶ ὑμᾶς ὄντας, φησὶ, νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Ὁρᾷς τὸ προσηνὲς τοῦ Παύλου, D καὶ πῶς πανταχοῦ παραμυθεῖται τὸν ἀκροατὴν, οὐ βαρῶν αὐτόν; Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι εἰς ἔσχατον κακίας ἠλάσατε (τοῦτο γάρ ἐστι νεκρωθῆναι)· ὥστε μὴ

σφόδρα βαρῦναι αὐτούς (αἰσχύνονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι τῶν προτέρων κακῶν εἰς μέσον φερομένων, κἂν [a] ἀπολλύμενα ᾖ καὶ κίνδυνον οὐκ ἔχοντα), δίδωσιν αὐτοῖς συνεργὸν, ὥστε μὴ νομισθῆναι τὸ πᾶν αὐτῶν εἶναι, καὶ συνεργὸν ἰσχυρόν. Τίνα δὴ τοῦτον; Τὸν διάβολον. Οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ποιεῖ· εἰπὼν γὰρ, Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι· καὶ τὰ λοιπὰ ἅπαντα καταλέξας, καὶ ἐπαγαγὼν, Βα- E σιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, τότε φησί· Καὶ ταῦτά τινες ἦτε. Οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ἦτε, ἀλλὰ, Τινὲς ἦτε· τουτέστιν, οὕτω πως ἦτε. Ἐνταῦθα σφόδρα ἡμῖν ἐπιφύονται οἱ αἱρετικοί· περὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ ταῦτα εἰρῆσθαι λέγουσι, καὶ τὴν ἀχαλίνωτον γλῶσσαν ἐπὶ πολὺ ἐξάγοντες, ταῦτα ἁρμόζουσι τῷ Θεῷ, ἃ τοῦ διαβόλου μόνου ἐστί. Πῶς οὖν αὐτοὺς ἐπιστομίσομεν; Ἀπ' αὐτῶν τῶν ῥημάτων. Εἰ γὰρ δίκαιός ἐστιν, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς φατε, ταῦτα δὲ ἔπραξεν, οὐκ ἔτι δι- Γ καίου τοῦτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀδίκου καὶ μιαροῦ τὸ πρᾶγμα· μιαρὸς δὲ Θεὸς οὐκ ἂν εἴη ποτέ. Διὰ τί δὲ αὐτὸν ἄρχοντα [b] τοῦ αἰῶνος τούτου φησίν; Ἐπειδὴ 26 A πᾶσα σχεδὸν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐκείνῳ δέδωκεν ἑαυτὴν, καὶ πάντες αὐτῷ δουλεύουσιν ἑκόντες καὶ προαιρούμενοι. Καὶ τῷ μὲν Χριστῷ μυρία ἐπαγγελλομένῳ ἀγαθὰ οὐδὲ προσέχει τις· ἐκείνῳ δὲ οὐδὲν ὑπισχνουμένῳ τοιοῦτον, ἀλλ' εἰς γέενναν παραπέμποντι, πάντες ὑπείκουσι. [a] Καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ πλείους οὗτος ἔχει τοῦ Θεοῦ, καὶ μᾶλλον αὐτῷ εἴκοντας ἢ τῷ Θεῷ, πλὴν ὀλίγων, διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν τὴν ἡμετέραν. Κατὰ τὴν ἐξουσίαν, φησὶ, τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος. Τοῦτο πάλιν φησὶν, ὅτι τὸν ὑπουράνιον ἔχει τόπον, καὶ πνεύματα ἀέρια αἱ ἀσώματοι δυνάμεις B εἰσὶν αὐτοῦ τοῦ ἐνεργοῦντος. Ὅτι καὶ αἰώνιος αὐτοῦ ἡ ἀρχὴ, τουτέστι, τῷ παρόντι αἰῶνι συγκαταλυομένη, ἄκουσον ἐν τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς λέγοντος αὐτοῦ· Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἵνα γὰρ μὴ κοσμοκράτορας ἀκούσας, καὶ ἄκτιστον αὐτὸν εἶναι φῇς, Τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος προστίθησι. Καὶ ἀλλαχοῦ αἰῶνα πονηρὸν καλεῖ τὸν καιρὸν τὸν διεστραμμένον, οὐ περὶ τῶν κτισμάτων λέγων. Ἐμοὶ C γὰρ δοκεῖ γενόμενος ἄρχων ὑπὸ τὸν οὐρανὸν μὴ μεταπεπτωκέναι τῆς ἀρχῆς, καὶ μετὰ τὴν παράβασιν. Τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος, φησὶν, ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Ὁρᾷς ὅτι οὐ βίᾳ οὐδὲ τυραννίδι, ἀλλὰ πειθοῖ προσάγεται; Ἀπείθειαν γὰρ εἶπεν, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀπάτῃ καὶ πειθοῖ τοὺς πάντας ἐφέλκεται. Καὶ οὐ τούτῳ δὲ μόνον αὐτοὺς παραμυθεῖται τῷ δοῦναι κοινωνὸν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτὸν τάξαι μετ' ἐκείνων. Ἐν οἷς,

niam dixerat eos ad extremum usque vitium esse provectos (hoc enim est esse morte affectos); ne eos valde gravaret (nam pudore afficiuntur homines, cum priora mala afferuntur in medium, etiamsi sint absoluta, et nullum habeant periculum), dat eis adjutorem, ne existimaretur totum eis esse imputandum, et adjutorem fortem. Quemnam? Diabolum. Sic etiam facit in Epistola ad Corinthios: nam cum dixisset, *Nolite errare*, *neque fornicatores, neque idololatræ;* et reliqua omnia recensuisset, et subjunxisset, *Regnum Dei non possidebunt*, tunc quoque dicit: *Et hæc quidem fuistis.* Non dixit absolute fuistis, sed, τινὲς ἦτε, id est, *Aliqui fuistis,* hoc est, sic quodammodo fuistis. Hic hæretici nobis vehementer insiliunt, hæc de Deo dicta esse contendentes, et effrenatam linguam longe exserentes, hæc Deo adaptant quæ sunt solius diaboli. Quomodo ergo os eis obstruemus? Ex ipsis verbis. Nam si est justus, sicut dicitis, hæc autem gessit; hæc res non est justi, sed valde injusti et scelerati: Deus autem numquam fuerit sceleratus. Cur vero dicit eum principem sæculi hujus? Quoniam tota fere humana natura se ipsa illi dedit, et omnes sua sponte ei serviunt et ex libero animi arbitrio. Et Christo quidem bona promittenti innumerabilia ne animum quidem adhibet quispiam: illi autem nihil tale pollicenti, sed ad gehennam transmittenti, cedunt omnes. Et principatus ejus est in hoc sæculo, et is plures habet quam Deus, et ei magis cedentes quam Deo, præter paucos, propter nostram socordiam. *Secundum potestatem*, inquit, *aerii spiritus.* Hoc rursus dicit, quod locum habet sub cælo, et spiritus rursus aerii sunt incorporeæ potestates eo operante. Nam quod sæcularis sit ejus principatus, hoc est, qui cum præsenti sæculo dissolvitur, audi eum dicentem in fine epistolæ: *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus principes et potestates, et adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi.* Nam ne cum audieris, *Mundi rectores*, dicas etiam ipsum esse increatum, addit, *Tenebrarum sæculi.* Alibi etiam nequam sæculum vocat tempus perversum, non dicens de creaturis. Mihi enim videtur, quod si fuisset princeps sub cælo, non fuisset casurus a principatu, etiam post transgressionem. *Qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* Vides quod non vi inducit nec tyrannide, sed

1. Cor. 6. 9. sqq.

Manichæi carpuntur.

Ephes. 6. 12.

Gal. 1. 4.

[a] Suspicatur Savilius legendum esse ἀπολελυμένα. Quæ vera est scriptura.]

[b] [Marg. Sav. τ. al. τοῦ κόσμου τούτου.]

[a] [Marg. Sav. ἀλλ' ἡ ἀρχή. Et ita Interpr.]

persuasione? Dixit enim ἀπείθειαν, ac si dicas, deceptione et persuasione omnes attrahit. Nec hoc solum eos consolatur, quod dederit socium, sed etiam quod se cum illis ponat. *In quibus*, inquit, *et nos omnes aliquando conversati sumus. Omnes:* non enim licet dicere quod exemtus esset aliquis. *In desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii iræ, sicut et cæteri omnes.* Hoc est, nihil spirituale sapientes. Sed ne carnem in invidiam vocet et odium, neque magnum existimes delictum, vide quomodo sibi caveat. *Facientes*, inquit, *voluntatem carnis et cogitationum nostrarum*, hoc est, voluptatis affectiones et motus. Deum irritavimus et ad iram provocavimus: hoc est, ira fuimus, et nihil aliud. Quemadmodum enim qui est filius hominis, est homo natura, ita nos quoque sicut et cæteri iræ filii eramus: id est, nullus liber erat, sed omnes quæ ira Dei digna erant faciebamus. 4. *Deus autem, qui dives est in misericordia.* Non dixit absolute, Misericors, sed, *Dives in misericordia*, sicut et alibi dicit, *In multitudine misericordiæ tuæ;* et rursum, *Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. Propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos.* Undenam nos dilexit ostendit. Hæc enim non merentur dilectionem, sed iram et extremum supplicium. Et hoc ergo ex multa misericordia. 5. *Et cum essemus mortui in delictis, convivificavit in Christo.* Rursus Christus est medius, et res est fide digna. Si enim primitiæ vivunt, et nos: vivificavit et illum, et nos.

Psal. 68. 17. et 50. 1.

φησὶ, καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε. Πάντες· D οὐκ ἔνι γὰρ εἰπεῖν, ὅτι [b] ἐξῆρτό τις. Ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς ὡς καὶ οἱ λοιποὶ πάντες· τουτέστιν, οὐδὲν πνευματικὸν φρονοῦντες. Ἀλλ' ἵνα μὴ ταῦτα λέγειν ὑποπτευθῇ ἐπὶ διαβολῇ τῆς σαρκὸς, [c] μηδὲ μέγα νομίσῃ τις εἶναι τὸ πλημμέλημα, ὅρα πῶς ἀσφαλίζεται. Τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς ἡμῶν, φησὶ, καὶ τῶν διανοιῶν ποιοῦντες, τουτέστι, τὰ τῆς ἡδονῆς πάθη. Παρωξύναμεν, φησὶ, τὸν Θεὸν, καὶ παρωργίσαμεν· τουτέστιν, ὀργὴ ἦμεν, E καὶ οὐδὲν ἕτερον. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀνθρώπου ὢν τέκνον, φύσει ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ὀργῆς τέκνα ἦμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποί· τουτέστιν, οὐδεὶς ἦν ἐλεύθερος, ἀλλὰ πάντες ἐπράττομεν ἄξια ὀργῆς. Ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει. Οὐχ ἁπλῶς ἐλεήμων, ἀλλὰ Πλούσιος, καθάπερ καὶ ἐν ἑτέρῳ φησίν· Ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου· καὶ πάλιν, Ἐλέησόν με κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. Διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς. Δείκνυσι πόθεν ἡμᾶς ἠγάπησε. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἀγάπης ἄξια, ἀλλ' ὀργῆς καὶ τιμω- F ρίας τῆς ἐσχάτης. Καὶ οὕτω οὖν ἀπὸ πολλοῦ ἐλέους. Καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησεν ἐν τῷ Χριστῷ. Πάλιν ὁ Χριστὸς μέσος, καὶ τὸ πρᾶγμα ἀξιόπιστον. Εἰ γὰρ ἡ ἀπαρχὴ ζῇ, καὶ ἡμεῖς· ἐζωοποίησε κἀκεῖνον, καὶ ἡμᾶς.

2. Vides quod omnia dicta sint de eo, quod est secundum carnem? Vidisti exsuperantem ejus potentiæ magnitudinem in nos qui credimus? qui mortui eramus et filii iræ, hos vivificavit. Vidisti spem vocationis? 6. *Conresuscitavit et consedere fecit.* Vidisti gloriam ejus hereditatis? Etiam, inquies, *Conresuscitavit* quidem, est manifestum; illud vero, *Consedere nos fecit in cælestibus in Christo Jesu*, quomodo stat? Ut illud, *Conresuscitavit:* nullus enim adhuc est suscitatus, nisi quod, cum caput resurrexerit, nos quoque sumus suscitati: sicut illic quoque cum Jacob adorasset, uxor quoque adoravit Joseph. Sic ergo fecit quoque consedere: sedente enim capite sedet quoque corpus. Propterea enim subjunxit, *In Christo Jesu.* Aut si hoc non ita sit,

27 A Ὁρᾷς ὅτι περὶ τοῦ κατὰ σάρκα πάντα εἴρηται; Εἶδες τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας; τοὺς νεκροὺς, τοὺς υἱοὺς ὀργῆς, τούτους ἐζωοποίησεν. Εἶδες τὴν ἐλπίδα τῆς κλήσεως; Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν. Εἶδες τὴν δόξαν τῆς κληρονομίας αὐτοῦ; Ναὶ, φησὶν, ἀλλὰ τὸ μὲν, Συνήγειρε, δῆλον· τὸ δὲ, Συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, πῶς ἕστηκεν; Ὡς τὸ, Συνήγειρεν· οὐδέπω γὰρ οὐδείς ἐστιν ἐγηγερμένος, εἰ μὴ ὅτι τῆς κεφαλῆς ἀναστάσης, καὶ ἡμεῖς ἠγέρθη- B μεν, ὡς καὶ ἐκεῖ τοῦ Ἰακὼβ προσκυνήσαντος, καὶ ἡ γυνὴ προσεκύνησε τὸν Ἰωσήφ. Οὐκοῦν οὕτω καὶ συνεκάθισε· τῆς γὰρ κεφαλῆς καθεζομένης καὶ τὸ σῶμα συγκάθηται. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ συνήγειρε διὰ τοῦ λουτροῦ, πῶς οὖν συνεκάθισεν; Εἰ γὰρ ὑπομένομεν, φησὶ, καὶ

b [*Fort.* ἐξῄρητο. Dunæus.]

c [Idem μηδὲ μὴ μέγα.]

συμβασιλεύσομεν· εἰ ἀπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν. Ὄντως Πνεύματος χρεία καὶ ἀποκαλύψεως, ὥστε τὸ βάθος νοῆσαι τῶν μυστηρίων τούτων. Εἶτα, ἵνα μὴ ἀπιστήσῃς, ὅρα τί ἐπάγει· Ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς C αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ταῦτα δὲ οὐδὲν ἦν πρὸς ἡμᾶς· τί γὰρ, φησὶ, πρὸς ἡμᾶς, εἰ ἐκεῖνος ἀνέστη; ἔδειξε μὲν οὖν ὅτι καὶ πρὸς ἡμᾶς, εἴ γε οὗτος ἡμῖν ἥνωται· πλὴν ὅτι καὶ τὰ ἡμῶν κατ' ἰδίαν φησίν· Ὄντας γὰρ ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν. Ὥστε, ὅπερ ἔφην, μὴ ἀπίστει, ἀπό τε τῶν προτέρων ἀπό τε τῆς κεφαλῆς ἀπό τε τοῦ βούλεσθαι ἐνδείκνυσθαι αὐτὸν τὴν ἀγαθότητα λαβὼν τὴν ἀπόδειξιν. Πῶς γὰρ ἐνδείξεται, D ἂν τοῦτο μὴ γένηται; Καὶ ἐνδείξεται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις. Τί; Ὅτι καὶ μεγάλα τὰ ἀγαθὰ ἦν, καὶ πάντων πιστότερα. Νῦν μὲν γὰρ λῆρος εἶναι δοκεῖ τοῖς ἀπίστοις τὰ λεγόμενα, τότε δὲ πάντες εἴσονται. Βούλει μαθεῖν καὶ πῶς συνεκάθισεν; Ἄκουε αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· Καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· καὶ πάλιν, Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν E μου καὶ ἐξ εὐωνύμων οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ Πατρός. Ὥστε ἡτοίμασται. Καὶ καλῶς εἶπεν, Ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τὸ γὰρ καθίσαι ἐκ δεξιῶν τιμῆς ἐστι τῆς ὑπὲρ πᾶσαν τιμὴν, καὶ μεθ' ἣν ἑτέρα οὐκ ἔστι. Τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι καὶ ἡμεῖς καθεδούμεθα. [c] Ὄντως ὑπερβάλλων πλοῦτος, ὄντως ὑπερβάλλον τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, μετὰ Χριστοῦ καθίσαι. Κἂν μυρίας ψυχὰς ἔχῃς, οὐκ ἀπολλύεις αὐτὰς ἕνεκεν αὐτοῦ; εἰ γὰρ F εἰς πῦρ ἐμβῆναι ἔδει, τοῦτο οὐκ ἐχρῆν ἑτοίμως ὑπομεῖναι; Καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν φησί· Θέλω, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ οἱ διάκονοι ὦσιν οἱ ἐμοί. Εἰ γὰρ κατακόπτεσθαι ἔδει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὑπὲρ τούτων οὐκ ἐχρῆν προθύμως καταδέχεσθαι; Ἐννόησον ποῦ ἐκά- 28 A θισεν ἐκεῖνος. Ἐπάνω πάσης ἀρχῆς [a] καὶ ἐξουσίας. Καὶ τίνι συγκάθησαι; Ἐκείνῳ. Τίς ὤν; Νεκρὸς, φύσει τέκνον ὀργῆς. Καὶ τί κατώρθωσας; Οὐδέν. Ὄντως νῦν εὔκαιρον ἀναβοῆσαι, Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ. Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, φησίν. Ἵνα γὰρ μὴ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν ἐπάρῃ σε, ὅρα πῶς σε καταστέλλει· Τῇ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, φησί. Διὰ πίστεως. Εἶτα ἵνα μὴ πάλιν τὸ αὐτεξούσιον λυμήνηται, ἔθηκε καὶ τὰ ἡμῶν· καὶ πάλιν αὐτὸ ἀνεῖλε, καί φησι· Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ B ἡμῶν. Οὐδὲ ἡ πίστις, φησὶν, [b] ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ μὴ

sed conresuscitavit per lavacrum, quomodo ergo consedere fecit? Nam *Si sustinemus*, inquit, *et* 2. *Tim.* 2. 12. *conregnabimus.* Si mortui sumus, etiam simul vivemus. Spiritu re vera opus est et revelatione, ut intelligamus profundum horum mysteriorum. Deinde ne fidem non habeas, vide quid subjungat: 7. *Ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Jesu.* Nam quoniam illa dixit de Christo; quæ autem dixit, ad nos nihil erant: nam quid ad nos si ille resurrexit? ostendit id quoque ad nos pertinere, si quidem is nobis est unitus; nisi quod seorsum dicit quæ ad nos pertinent: *Et cum essemus mortui peccatis, conresuscitavit et consedere fecit.* Quamobrem, sicut dicebam, noli non habere fidem, accepta demonstratione et ex prioribus et ex capite et ex eo quod velit ostendere suam bonitatem. Quomodo enim ostendet, si hoc non factum fuerit? Et ostendet in sæculis supervenientibus. Quidnam? Quod magna sint bona et omnibus credibiliora. Nam nunc quidem quæ dicuntur, incredulis videntur esse nugæ; tunc autem omnes scient. Vis discere etiam quomodo fecit consedere? Audi ipsum Christum dicentem discipulis: *Sedebitis super* *Matth.* 19. 28. et 20. 23. *duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel;* et rursus, *Sedere autem a dexteris meis et a sinistris, non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre meo.* Est itaque paratum. Et recte dicit, *In bonitate super nos in Christo Jesu.* Sedere enim a dexteris, est honoris qui omnem superat honorem, et post quem non sunt alia. Hoc ergo dixit, nos quoque sessuros. Vere sunt exsuperantes divitiæ, vere exsuperans magnitudo ejus virtutis, sedere cum Christo. Etiamsi mille habeas animas, propter ipsum eas non perdis? nam etsi in ignem esset intrandum, annon oporteret hoc promte sustinere? Porro ipse quoque rursus dicit, Volo ut ubi sum ego, *Joan.* 12. 26. ministri quoque mei sint. Nam si oporteret quotidie dissecari, annon oporteret id pro eo promto et alacri animo suscipere? Cogita ubi ille sederit: *Supra omnem principatum et potestatem.* Et cum quo consedes? Cum illo. Quisnam cum sis? Mortuus, natura filius iræ. Et quid recte gessisti? Nihil. Vere ergo est opportunum exclamare: *O* *Rom.* 11. 33. *altitudo divitiarum et sapientiæ et cognitionis Dei!* 8. *Gratia enim*, inquit, *estis salvati.*

[c] [Hæc, ὄντως... πλοῦτος, inclusa sunt apud Savil.[

[a] Unus Codex καὶ ἐξουσίας, φησίν. Ἐννόησον ὅτι ἐν ᾧ ἐγκαθίσαι τῷ καλέσαντι ἐπάνω πάσης ἀρχῆς. Τίς ὤν.

[b] [ἐξ ὑμῶν Bibl.]

Nam ne beneficiorum magnitudo te extollat, vide quomodo te coercet et comprimit : *Gratia enim,* inquit, *estis salvati. Per fidem.* Deinde rursus ne liberum perimeretur arbitrium, posuit etiam quæ sunt nostra ; et rursus ipsum sustulit, et dicit, *Et hoc non ex nobis.* Ne fides quidem, inquit, est ex nobis : nam si non venisset, si non
Rom. 10. 14. vocasset, quomodo potuissemus credere? *Quomodo* enim, inquit, *credent, nisi audiverint?* Quare nec fidei est nostrum. *Dei,* inquit, *est donum ; 9. non ex operibus.* Non enim suffecisset, inquit, fides ad salutem. Sed ne nobis vacuis et otiosis det salutem, Eam, inquit, Deus requisivit. Dixit, quod salvos fecerit fides, sed per Deum : quoniam Deus voluit, salvos fecit fides. Alioqui quomodo salvos facit fides absque operibus? Hoc ipsum est Dei donum, *Ne quis glorietur,* ut nos gratos efficiat circa gratiam. Quid ergo? inquit, prohibuit ipse justificari ex operibus? Nequaquam: sed, Nullus, inquit, justificatus est ex operibus, ut ostendatur Dei gratia et benignitas. Non repulit habentes opera, sed eos, qui sunt proditi ab operibus, salvos fecit gratia, ut nullus de cætero possit gloriari.

3. Deinde ne, cum audieris, quod non ex operibus, sed fide totum gestum sit, otiosus maneas, vide quid subjunxerit : 10. *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.* Vide quid ipse dicat : regenerationem hic subindicat. Revera alia est creatio : ex nihilo producti sumus ad hoc ut essemus. Quod eramus prius, mortui sumus, hoc est, homo vetus ; quod prius non eramus, facti sumus. Creatio ergo res est et illa priore melior et præstantior : nam ex illa quidem, ut viveremus ; ex hac autem, ut bene viveremus effectum est. *In operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in iis ambulemus* ; non, Ut incipiamus, sed, *Ut ambulemus :* perpetua enim nobis virtute opus est, et extensa usque ad nostrum decessum. Neque enim, si esset ingrediendum via quæ fert ad urbem regiam, deinde cum majorem ejus partem confecissemus, circa ipsum finem ignavi et molles redditi sedissemus, nobis profuisset ingressus. Ita nec spes vocationis quidquam profuisset, rem illam possidentibus, nisi digne ad vocem appellantis ambulaverimus. Vocati ergo in operibus bonis, perseveremus, omnia operantes. Propterea enim appellati sumus, non ut unum dumtaxat opus operemur, sed ut omnia. Sicut enim nobis sunt quinque sensus, et omnibus ad id quod oportet utendum est, ita etiam omnibus vir-

ἦλθεν, εἰ γὰρ μὴ ἐκάλεσε, πῶς ἠδυνάμεθα πιστεῦσαι; Πῶς γὰρ, φησὶ, πιστεύσουσιν, ἐὰν μὴ ἀκούσωσιν; Ὥστε οὐδὲ τὸ τῆς πίστεως ἡμέτερον. Θεοῦ, φησὶ, τὸ δῶρον· οὐκ ἐξ ἔργων. Μὴ γὰρ ἤρκει ἡ πίστις σῶσαι, φησίν. Ἀλλ' ἵνα μὴ κενοὺς μηδὲ ἀργοὺς σώσῃ, ταύτην ἐζήτησεν ὁ Θεὸς, φησίν. Εἶπεν, ὅτι ἡ πίστις σώζει, ἀλλὰ διὰ Θεοῦ· ἐπειδὴ γὰρ ὁ Θεὸς ἠθέλησεν, ἡ πίστις ἔσωσεν. Ἐπεὶ πῶς σώζει ἡ πίστις, εἰπέ μοι, ἄνευ
C ἔργων; Τοῦτο αὐτὸ Θεοῦ δῶρόν ἐστιν, Ἵνα μή τις καυχήσηται, ἵνα εὐγνώμονας περὶ τὴν χάριν ποιήσῃ. Τί οὖν, φησὶν, αὐτὸς ἐκώλυσεν ἐξ ἔργων δικαιωθῆναι; Οὐδαμῶς· ἀλλ' οὐδεὶς, φησὶν, ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἵνα δειχθῇ τοῦ Θεοῦ ἡ χάρις καὶ ἡ φιλανθρωπία. Οὐχὶ ἔχοντας ἔργα ἀπώσατο, ἀλλὰ προδεδομένους ἀπὸ τῶν ἔργων χάριτι ἔσωσεν, ὥστε μηδένα λοιπὸν ἔχειν καυχᾶσθαι.

D Εἶτα ἵνα μὴ ἀκούσας, ὅτι οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλὰ πίστει τὸ πᾶν κατωρθώθη, ἀργὸς μένῃς, ὅρα τί ἐπήγαγεν· Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. Ὅρα αὐτὸν τί φησι· τὴν ἀναγέννησιν ἐνταῦθα αἰνίττεται. Ὄντως κτίσις ἑτέρα ἐστίν· ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθημεν. Ὅπερ ἦμεν πρότερον, ἀπεθάνομεν, τουτέστιν, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος· ὅπερ οὐκ ἦμεν πρότερον, ἐγενόμεθα.
E Ἄρα κτίσις τὸ πρᾶγμά ἐστι, καὶ τῆς ἑτέρας τιμιωτέρα· ἐξ ἐκείνης μὲν γὰρ τὸ ζῆν, ἐκ δὲ ταύτης τὸ καλῶς ζῆν ἡμῖν περιγέγονεν. Ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν· οὐχ ἵνα ἀρξώμεθα, ἀλλ', Ἵνα περιπατήσωμεν· διαρκοῦς γὰρ ἡμῖν χρεία τῆς ἀρετῆς καὶ ἐκτεταμένης εἰς τὴν τελευτὴν τὴν ἡμετέραν. Οὐδὲ γὰρ, εἰ βαδίζειν ὁδὸν ἔδει εἰς πόλιν φέρουσαν βασιλικὴν, εἶτα τὸ πλέον αὐτῆς ἀνύσαντες, περὶ τὸ τέλος αὐτὸ μαλακισθέντες
F ἐκαθίσαμεν, ὤνησεν ἂν ἡμᾶς τὸ βαδίσαι. Οὕτως οὐδὲ ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως ὠνήσειεν ἄν τι τοὺς κεκτημένους τὸ πρᾶγμα, ἂν μὴ ἀξίως περιπατήσωμεν τοῦ καλέσαντος. Κληθέντες οὖν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, μένωμεν ἅπαντα ἐργαζόμενοι. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐκλήθημεν, οὐχ
29 ἵνα ἓν ἔργον ἐργασώμεθα, ἀλλ' ἵνα πάντα. Ὥσπερ
A γὰρ αἰσθήσεις ἡμῖν πέντε εἰσὶ, καὶ πάσαις εἰς δέον κεχρῆσθαι δεῖ, οὕτω καὶ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς. Εἰ δέ τις σωφρονοίη μὲν, ἀνελεήμων δὲ εἴη, ἢ ἐλεήμων μὲν εἴη, πλεονέκτης δὲ, ἢ ἀπέχοιτο μὲν τῶν ἀλλοτρίων,

τῶν δὲ αὑτοῦ μὴ μεταδιδοῖ, πάντα εἰκῆ γίνεται. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ μία μόνον ἀρετὴ παραστῆσαι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ μετὰ παῤῥησίας ἡμᾶς, ἀλλὰ πολλῆς ἡμῖν δεῖ καὶ ποικίλης καὶ παντοδαπῆς, καὶ πάσης αὐτῆς· Ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· καὶ πάλιν, Ἂν λύσῃ τίς μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· τουτέστιν, ἐν τῇ ἀναστάσει. Οὐ γὰρ δὴ εἰς βασιλείαν εἰσελεύσεται· οἶδε γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως βασιλείαν καλεῖν. Μίαν ἐὰν λύσῃ, φησὶν, ἐλάχιστος κληθήσεται. Ὥστε πασῶν ἡμῖν δεῖ. Καὶ ὅρα πῶς οὐκ ἔνι χωρὶς ἐλεημοσύνης εἰσελθεῖν, ἀλλὰ κἂν αὕτη μόνη ἐλλίπῃ, εἰς τὸ πῦρ ἀπελευσόμεθα. Ἀπέλθετε γὰρ, φησὶν, οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ὅτι ἐπείνασα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με. Εἶδες πῶς οὐδὲν ἕτερον ἐγκληθέντες, διὰ τοῦτο μόνον ἀπώλοντο; Καὶ αἱ παρθένοι διὰ τοῦτο μόνον ἐξεβλήθησαν τοῦ νυμφῶνος, καίτοι γε σωφροσύνην εἶχον· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τῆς ἀπὸ ἐλεημοσύνης ἦσαν ἔρημοι βοηθείας, τῷ νυμφίῳ οὐ συνεισῆλθον. Εἰρήνην, φησὶ, μετὰ πάντων διώκετε, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Ἐννόησον τοίνυν, ὅτι χωρὶς μὲν σωφροσύνης οὐκ ἔνι ἰδεῖν τὸν Κύριον· οὐ πάντως δὲ μετὰ σωφροσύνης δυνατὸν ἰδεῖν· πολλάκις γὰρ ἕτερον ἐνεπόδισε. Πάλιν ἂν πάντα κατορθώσωμεν, τὸν δὲ πλησίον οὐδὲν ὠφελήσωμεν, οὐδὲ οὕτως εἰσελευσόμεθα εἰς τὴν βασιλείαν. Πόθεν δῆλον; Ἀπὸ τῶν [a] τὰ τάλαντα πιστευθέντων οἰκετῶν. Ἐκεῖ γὰρ πᾶσα ἡ ἀρετὴ ἀκέραιος ἦν, καὶ οὐδὲν ἐλέλειπτο· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ περὶ τὴν ἐργασίαν ὀκνηρὸς γέγονεν, εἰκότως ἐξεβάλλετο. Ἔστι καὶ ἀπὸ λοιδορίας μόνης εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν· Ὁ γὰρ λέγων, φησὶ, τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Κἂν ἅπαντά τις κατορθώσῃ, ὑβριστὴς δὲ ᾖ, οὐκ εἰσελεύσεται. Καὶ μή τις ὠμότητα καταγινωσκέτω τοῦ Θεοῦ, εἰ τοὺς τοῦτο ἐπταικότας ἐκβάλλει τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Καὶ ἐπ᾽ ἀνθρώπων, κἂν ὁτιοῦν τῶν παρανόμων ἐργάσηταί τις, ἐξέπεσε τῆς τοῦ βασιλέως ὄψεως· κἂν νόμον ἕνα τῶν κειμένων παραβῇ, κἂν συκοφαντήσῃ κατηγορῶν, ἀπώλεσε τὴν ἀρχήν· κἂν μοιχεύσῃ καὶ [b] ἁλῷ, ἀνάξιος γέγονε· κἂν μυρία ᾖ κατωρθωκὼς, ἀπόλλυται· κἂν φόνον ἐργάσηται, καὶ δειχθῇ, καὶ τοῦτο ἱκανὸν αὐτὸν διαφθεῖραι. Εἰ δὲ οἱ τῶν ἀνθρώπων νόμοι τοσαύτης ἀπολαύουσι τῆς φυλακῆς, πόσῳ

tutibus. Si quis autem sit temperans, sed immisericors, aut misericors quidem, sed avarus, aut ab alienis quidem abstineat, sed de suis non impertiat, frustra fiunt omnia. Non enim sufficit una virtus, ut cum fiducia sistamur ad tribunal Christi, sed multa, varia et omnis generis, atque adeo
B omni virtute est opus. Audi enim Christum dicentem discipulis: *Euntes docete omnes gentes,* Matth. 28.
docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis; 19. et 5.
et rursus, *Si quis solverit unum ex mandatis* 19.
istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum : hoc est, in resurrectione. Non enim intrabit in regnum : nam ipsum quoque tempus resurrectionis regnum vocare solet. *Si unum*, inquit, *solverit, minimus vocabitur.* Quamobrem nobis
C opus est omnibus. Vide autem quomodo non sine Sine eleemosyna non intratur in regnum cælorum.
eleemosyna licet intrare, sed si ipsa sola desit, abibimus in ignem. *Abite,* inquit, *maledicti in ignem æternum, paratum diabolo et angelis* Matth. 25. 41. 42.
ejus. Cur et quanam de causa? *Quoniam esurii, et non dedistis mihi quod comederem : sitivi, et non dedistis mihi potum.* Vidisti quomodo nullius alterius accusati, propter hoc solum perierunt? Et virgines propter hoc solum eje-
D ctæ sunt e thalamo, licet haberent castitatem; sed quia eleemosynæ vacuæ erant, cum sponso ingressæ non sunt. *Pacem*, inquit, *cum omnibus* Hebr. 12. 14.
persequimini, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum. Cogita ergo quod sine castitate quidem non licet Deum videre; non omnino autem cum castitate licet eum videre : sæpe enim aliud impedit. Rursus si omnia recte gesse- Luc. 2. 10.
rimus, proximo autem nihil profuerimus, nec sic intrabimus in regnum. Undenam hoc constat? Ex servis quibus credita fuerunt talenta. Nam illic Matth. 25.
virtus omnis erat integra et sincera, et nihil fuerat prætermissum; sed quoniam piger fuit in nego-
E tiatione, merito fuit ejectus. Deturbari etiam potest quispiam in gehennam ex solo maledicto : nam *Qui dicit*, inquit, *fratri suo, stulte, obnoxius* Ib. 5. 22.
erit gehennæ ignis. Etiamsi quis omnia recte gesserit, sit autem contumeliosus, non intrabit. Nec quispiam Deum accuset crudelitatis, si eos, qui sic lapsi sunt, expellit ex regno cælorum. Nam si apud homines quispiam quidquam fecerit
F iniquum et præter leges, amandatur a conspectu regis, etsi unam ex constitutis legibus sit transgressus; et si accusans sit calumniatus, per-

[a] Morel. male τάλαντα πιστευθέντα.

[b] [Ante ἀλῷ nomen aliquod supplendum censet Dunæus, velut κλοπῆς.]

dit magistratum; et si adulterium commiserit et sit convictus, redditur indignus: quamvis innumerabilia recte gesserit, perit; et si cædem fecerit, et probatum fuerit, hoc quoque ad eum perdendum sufficit. Si hominum leges adeo exacte servantur, quanto magis leges Dei? At est bonus, inquit. Quousque hæc stulta dicemus? Stulta autem dixi, non quod non sit bonus, sed quod existimemus ejus bonitatem ad hæc nobis esse utilem, etsi innumerabilia de his sæpe disseruerimus. Audi enim Scripturam
Eccli. 5. 6. dicentem: *Ne dixeris, Miseratio ejus est multa, multitudini peccatorum meorum propitiabitur.* Non prohibet nos dicere multam esse ejus miserationem; absit; non hoc suadet, sed et nos vult hoc assidue dicere, et propterea omnia movet Paulus; sed propter ea quæ deinceps sequuntur. Ne ideo, inquit, admireris Dei benignitatem ut pecces, et dicas, *Misericordia ejus multitudini peccatorum meorum propitiabitur.*

μᾶλλον οἱ τοῦ Θεοῦ; Ἀλλ' ἀγαθός ἐστι, φησί. Μέχρι
A τίνος τὸν μωρὸν τοῦτον λόγον φθεγγόμεθα; Μωρὸν δὲ εἶπον, οὐχ ὅτι οὐκ ἀγαθός ἐστιν, ἀλλ' ὅτι τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ νομίζομεν εἰς ταῦτα χρησίμην ἡμῖν εἶναι, καίτοι μυρία πολλάκις διαλεχθέντων ἡμῶν περὶ τούτου. Ἄκουε γὰρ τῆς Γραφῆς λεγούσης· Μὴ εἴπῃς, ὅτι ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ ὁ πολὺς τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν μου ἐξιλάσεται. Οὐχὶ κωλύει λέγειν ἡμᾶς, ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ πολύς· μὴ γένοιτο· οὐ τοῦτο παραινεῖ, ἀλλὰ βούλεται ἡμᾶς καὶ συνεχῶς τοῦτο λέγειν, καὶ διὰ
B τοῦτο πάντα κινεῖ Παῦλος, ἀλλὰ διὰ τὰ ἑξῆς. Μὴ ἐπὶ τούτῳ, φησὶ, θαύμαζε τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἐπὶ τῷ ἁμαρτάνειν, καὶ λέγειν, Οἰκτιρμὸς αὐτοῦ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν μου ἐξιλάσεται.

4. Ideo enim tam multa disserimus de bonitate, non ut ei confidentes agamus omnia; alioqui bonitas erit ad nostræ salutis exitium; sed ne desperemus in peccatis, verum agamus pœnitentiam. Benignitas enim Dei te ducit ad pœnitentiam, non ad plura vitia. Si autem malus et sceleratus fias propter benignitatem, tu eum magis in odium vocas et accusas apud homines: multos enim videmus accusantes Dei lenitatem. Quamobrem dabis pœnas, si ea non utaris ut oportet. Deus est benignus? sed est etiam justus judex. Condonat peccata? sed etiam reddit unicuique secundum opera sua. Transilit iniquitates, et tollit peccata? sed ea quoque examinat. Quomodo ergo non sunt hæc contraria? Non sunt contraria, si temporibus ea diviserimus: tollit hic peccata per lavacrum et pœnitentiam; facta illic examinat per ignem et tormenta. Si ergo, inquies, cum et mala fecero pauca, propter unum ejiciar, et a regno excidam, cur mala omnia non operor? Ingrati servi est oratio: sed tamen hanc quoque dissolvemus orationem. Ne mala opereris, ut tibi prosis: nam a regno quidem omnes similiter excidemus; in gehenna autem non easdem pœnas dabimus omnes, sed hic quidem majores, ille vero mitiores. Nam si tu quidem et ille despexeritis, et qui in multis et qui in paucis peccat, similiter e regno excidetis: si autem non similiter despexeritis, sed alius quidem magis, alius vero minus, in gehenna sentietis differentiam. Cur ergo minatur iis qui non dederunt eleemosynam, eos esse abituros in ignem; neque solum in ignem

Διὰ γὰρ τοῦτο τοσαῦτα καὶ ἡμεῖς περὶ ἀγαθότητος διαλεγόμεθα, οὐχ ἵνα ταύτῃ θαῤῥοῦντες πάντα πράττωμεν, ἐπεὶ ἡ ἀγαθότης ἐπὶ λύμῃ τῆς ἡμετέρας ἔσται σωτηρίας, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπογινώσκωμεν ἐν τοῖς ἁμαρτήμασιν, ἀλλὰ μετανοῶμεν. Τὸ γὰρ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ
C εἰς μετάνοιάν σε ἄγει, οὐκ εἰς πλείονα κακίαν. Εἰ δὲ μοχθηρὸς γένῃ διὰ τὴν χρηστότητα, σὺ διαβάλλεις μᾶλλον αὐτὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· πολλοὺς γὰρ ὁρῶ κατηγοροῦντας τῆς μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ. Ὥστε δίκην δώσεις, οὐκ εἰς δέον αὐτῇ χρησάμενος. Φιλάνθρωπος ὁ Θεός; ἀλλὰ καὶ δίκαιος κριτής. Ἁμαρτίας συγχωρῶν; ἀλλὰ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὑπερβαίνει ἀδικίας, ἐξαιρεῖ ἀνομίας; ἀλλὰ καὶ ἐξέτασιν ποιεῖται. Πῶς οὖν οὐκ
D ἐναντία ταῦτα; Οὐκ ἐναντία, ἂν τοῖς χρόνοις αὐτὰ διέλωμεν. Ἐξαιρεῖ ἀνομίας ἐνταῦθα καὶ διὰ λουτροῦ καὶ διὰ μετανοίας· ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν πεπραγμένων ἐκεῖ διὰ πυρὸς καὶ βασάνων. Ἂν τοίνυν ἐργασάμενος ὦ, φησὶν, ὀλίγα κακὰ, καὶ δι' ἓν αὐτῶν ἐκβάλλωμαι καὶ τῆς βασιλείας ἐκπίπτω, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐργάζομαι πάντα κακά; Ἀγνώμονος οἰκέτου ὁ λόγος· πλὴν ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτον ἐπιλυσόμεθα τὸν λόγον. Μὴ ἐργάζου τὰ κακὰ, ἵνα σαυτὸν ὠφελήσῃς· βασιλείας μὲν γὰρ πάντες ὁμοίως ἐκπεσούμεθα, ἐν δὲ γεέννῃ οὐ τὴν αὐτὴν δώσομεν δίκην πάντες, ἀλλ' ὁ
E μὲν μείζονα, ὁ δὲ ἡμερωτέραν. Εἰ μὲν γὰρ σὺ κἀκεῖνος κατεφρονήσατε, καὶ ὁ τὰ πολλὰ καὶ ὁ τὰ ὀλίγα ὁμοίως ἐκπεσεῖσθε τῆς βασιλείας· εἰ δὲ οὐχ ὁμοίως κατεφρονήσατε, ἀλλ' ὁ μὲν μεῖζον, ὁ δὲ ἔλαττον, ἐν τῇ γεέννῃ τῆς διαφορᾶς αἰσθήσεσθε. Τί οὖν, φησὶν, ἀπειλεῖ τοῖς ἐλεημοσύνην μὴ δεδωκόσιν, εἰς τὸ πῦρ ἀπελεύσεσθαι, καὶ οὐχ ἁπλῶς εἰς τὸ πῦρ,

ἀλλ᾽ εἰς τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ; τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ὅτι οὐδὲν οὕτω τὸν Θεὸν παροξύνει, ὡς τὸ τοὺς φίλους ἀδικεῖν. Εἰ γὰρ τοὺς ἐχθροὺς φιλεῖν δεῖ, ὁ καὶ τοὺς φιλοῦντας F ἀποστρεφόμενος, καὶ τῶν Ἑλλήνων κατὰ τοῦτο χείρων ὤν, τίνος οὐκ ἔσται κολάσεως ἄξιος; Ὥστε ἐνταῦθα τὸ μέγεθος τοῦ ἁμαρτήματος μετὰ τοῦ διαβόλου τὸν τοιοῦτον εἰκότως ἐποίησεν ἀπελθεῖν. Οὐαὶ γὰρ τῷ ἐλεημοσύνην, φησὶ, μὴ ἐργαζομένῳ. Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς τοῦτο ἦν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς Καινῆς· εἰ ἔνθα συγκεχώρητο χρημάτων κτῆσις καὶ ἀπόλαυσις 31 A καὶ ἐπιμέλεια, τοσαύτη πρόνοια ἐγένετο τῆς εἰς τοὺς πένητας βοηθείας, πόσῳ μᾶλλον, ἔνθα κελευόμεθα πάντα ῥῖψαι; Τί γὰρ οὐκ ἐποίουν ἐκεῖνοι; Δεκάτας, καὶ πάλιν δεκάτας ἑτέρας παρεῖχον· ὀρφανοῖς, χήραις, προσηλύτοις ἐπήρκουν. Ἀλλὰ ἐμοί τις θαυμάζων τινὰ ἔλεγε· δεκάτας δίδωσιν ὁ δεῖνα. Πόσης αἰσχύνης τοῦτο γέμει, εἰ ὃ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων οὐκ ἦν θαυμασμοῦ, τοῦτο ἐπὶ τῶν Χριστιανῶν θαυμαστὸν γέγονεν; Εἰ τότε κίνδυνος ἦν, τὸ δεκάτας ἀπολιπεῖν, ἐννόησον ὅσον ἐστὶ νῦν. Ἡ μέθη πάλιν οὐ κληρονομεῖ τὴν βασιλείαν. Ἀλλὰ τίς ὁ τῶν πολλῶν λόγος; Οὐκοῦν B εἰ κἀγὼ κἀκεῖνος ἐν τοῖς αὐτοῖς, οὐ μικρὰ παραμυθία. Τί οὖν ἂν εἴποιμεν; Μάλιστα μὲν, οὐ τῆς αὐτῆς σὺ κἀκεῖνος ἀπολαύσεις τιμωρίας· ἄλλως δὲ, οὐδὲ παραμυθία τοῦτό ἐστι. Τότε γὰρ ἡ κοινωνία τῶν παθῶν ἔχει παραμυθίαν, ὅταν σύμμετρα ᾖ τὰ δεινά· ὅταν δὲ ὑπερβαίνῃ, καὶ ἐν * ἐκστάσει ἡμᾶς ποιῇ, οὐκέτι ἀφίησι λοιπὸν ἔχειν παραμυθίαν. Εἰπὲ γὰρ τῷ καταικιζομένῳ καὶ εἰς τὴν πυρὰν ἐμβεβηκότι, ὅτι καὶ ὁ δεῖνα [a] τοῦτο πάσχει· ἀλλ᾽ οὐδὲ αἰσθήσεται τῆς παραμυθίας. C Οὐχὶ πάντες ὁμοῦ ἀπώλοντο οἱ Ἰσραηλῖται; ποίαν τοῦτο αὐτοῖς παραμυθίαν ἔφερεν; οὐχὶ μᾶλλον αὐτὸ τοῦτο αὐτοὺς ἐλύπει; Διὸ καὶ ἔλεγον, ἀπολώλαμεν, ἐξολώλαμεν, παρανηλώμεθα. Ποία τοίνυν αὕτη παραμυθία; Μάτην ἑαυτοὺς παραμυθούμεθα ταύταις ταῖς ἐλπίσι. Μία μόνη παραμυθία ἐστὶ, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον· ἐμπεσόντα δὲ οὐκ ἔνι παραμυθίας τυχεῖν, ἔνθα ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ἔνθα ὁ κλαυθμὸς, ἔνθα σκώληξ ἀτελεύτητος, ἔνθα πῦρ ἄσβεστον. Ἐννοήσεις γὰρ ὅλως τινὰ, εἰπέ μοι, παραμυθίαν, D ἐν τοσαύτῃ θλίψει καὶ στενοχωρίᾳ ὤν; ἐν σαυτῷ γὰρ ἔσῃ λοιπόν. Μὴ, δέομαι καὶ παρακαλῶ, μὴ ἑαυτοὺς εἰκῇ ἀπατῶμεν, καὶ τούτοις τοῖς λόγοις παραμυθώμεθα, ἀλλὰ ταῦτα πράττωμεν, ἅπερ ἡμᾶς σῶσαι δυνήσεται. Συγκαθίσαι τῷ Χριστῷ πρόκειται, καὶ σὺ περὶ τούτων ἀκριβολογῇ; Εἰ γὰρ μηδὲν ἕτερον

sed qui paratus est diabolo et angelis ejus? cur et qua de causa? Deum nihil æque irritat, ut si amici injuste lædantur. Nam si oportet diligere inimicos; qui etiam amicos aversatur, et est in hoc deterior gentibus, quod non merebitur supplicium? Quamobrem hic magnitudo peccati jure fecit eum abire cum diabolo: Væ enim ei qui non facit eleemosynam. Si hoc autem erat in Veteri, multo magis in Novo Testamento: si ubi erat concessum possidere pecunias, eisque frui et eas curare, tanta gerebatur cura opis ferendæ pauperibus: quanto magis ubi jubemur omnia ejicere? Nam quid illi non faciebant? Decimas et rursus decimas præbebant: orphanis, viduis, proselytis succurrebant. Sed mihi quidam admirans dicebat, Ille dat decimas. Quanto est hoc plenum probro et dedecore, si quod apud Judæos non habebatur in admiratione, hoc apud Christianos factum est admirabile? Si tunc erat periculum decimas omittere, cogita quantum nunc sit. Rursus ebrietas non habet hereditatem regni. Sed quid est quod dicitur a multis? Si ego et ille iisdem tenemur, non est parva consolatio. Quid dicemus? Certe non erit idem tuum et illius supplicium: alioquin autem nec hoc est consolatio. Tunc enim malorum societas habet consolationem, quando mala quæ patimur fuerint proportione paria: quando autem exsuperarint, et ut mente excedamus effecerint, non amplius sinunt ullam habere consolationem. Dic enim ei qui male mulctatus in ignem est injectus, Hic aut ille hoc patitur; ne sentiet quidem consolationem. Nonne omnes simul perierunt Israelitæ? quamnam hoc eis attulit consolationem? annon hoc ipsum eos majori dolore afficiebat? Et ideo dicebant, Periimus, interiimus, consumti sumus. Quænam est ergo hæc consolatio? Frustra nos hac spe consolamur. Una sola est consolatio, in illum qui exstingui non potest ignem non incidere: eis autem, qui incidere, non licet assequi consolationem: ubi est stridor dentium, ubi fletus, ubi vermis qui non moritur, ubi ignis qui non exstinguitur. Omninone ullam senties, dic quæso, consolationem, cum sis in afflictione et angustia? de cætero enim eris apud te. Ne, quæso et rogo, ne nos temere decipiamus, et his verbis consolemur, sed ea faciamus quæ nos poterunt

* [Marg. Savilii. καὶ ἐν ἐπιτάσει ᾖ, et mox τηγανιζομένῳ pro καταικιζομένῳ.]

[a] Codex unus τοῦτο πάσχει. Φέρει παραμυθίαν; οὐδαμῶς. Τί λέγω παραμυθίαν; οὐδὲ αἰσθήσεται ὁ τοιοῦτος παραμυθίας. Οὐχὶ πάντες.

servare. Cum Christo consessus est tibi propositus, et tu de his curiose scrutaris? Si nullum esset aliud peccatum, pro his verbis quantum nos oporteret subire supplicium; quod simus adeo ignavi, miseri et socordes, ut tanto etiam proposito pretio hæc dicamus? O quantum ingemisces, quando audieris eos qui bona egerunt vocari in regnum et honore affici? quando videris ex servis et humili loco natis eos qui parum hic laborarunt, throni regii esse participes? Annon ea erunt tibi pejora punitione? Nam si nunc quosdam videns prospere agentes, etiamsi nihil mali patiaris, hoc omni supplicio gravius putas, discruciaris, teipsum luges et lacrymaris, et te mortibus mille dignum esse censes: quid tunc patieris? Nam si non esset gehenna, ipsa de regno cogitatio annon sufficeret ad perdendum et ad afferendum interitum? Quod autem res ita sit se habitura, satis disci potest ex rerum experientia. Ne nos ergo temere oblectemus et consolemur hujusmodi verbis, sed attendamus, et salutis nostræ curam geramus, et de virtute simus solliciti, et ad bona gerenda nos excitemus, ut digni habeamur qui tantam assequamur gloriam, in Christo Jesu Domino nostro.

ἦν ἁμάρτημα, ὑπὲρ τῶν ῥημάτων τούτων πόσην κόλασιν ἡμᾶς ἐχρῆν ὑποστῆναι, ὅτι οὕτω νωθεῖς, ὅτι
E οὕτω ταλαίπωροι καὶ ῥάθυμοί ἐσμεν, ὡς καὶ τοσαύτης προκειμένης τιμῆς ταῦτα λέγειν; Ὢ πόσα στενάξεις, ὅταν ἀκούσῃ τότε τοὺς κατωρθωκότας καλουμένους ἐπὶ βασιλείαν καὶ τιμωμένους; ὅταν ἴδῃς ἀπὸ δούλων καὶ ἀπὸ δυσγενῶν ὀλίγα καμόντας ἐνταῦθα, τοῦ θρόνου μετέχοντας ἐκεῖ τοῦ βασιλικοῦ διαπαντός; Οὐχὶ τῆς κολάσεώς σοι ταῦτα χείρονα ἔσται; Εἰ γὰρ νῦν ὁρῶν εὐδοκιμοῦντάς τινας, καὶ οὐδὲν πάσχων κακὸν, πάσης τιμωρίας χεῖρον τοῦτο νομίζεις, καὶ ὑπὸ τού-
Γ του μόνου διαφθείρῃ, καὶ πενθεῖς σαυτὸν, καὶ δακρύεις, καὶ μυρίων εἶναι θανάτων κρίνεις ἄξιον, τί τότε ὑποστήσῃ; Εἰ γὰρ μὴ γέεννα ἦν, αὐτὴ ἡ ἔννοια
32 τῆς βασιλείας οὐκ ἦν ἱκανὴ ἀπολέσαι καὶ διαφθεῖ-
Α ραι; Καὶ ὅτι τοῦτο οὕτως ἕξει, ἱκανὸν ἀπὸ τῆς πείρας τῶν πραγμάτων μαθεῖν. Μὴ τοίνυν εἰκῇ ψυχαγωγῶμεν ἑαυτοὺς τοῖς τοιούτοις ῥήμασιν, ἀλλὰ προσέχωμεν, καὶ φροντίζωμεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, καὶ ἀρετῆς ἐπιμελώμεθα, καὶ πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν ἑαυτοὺς διεγείρωμεν, ἵνα καταξιωθῶμεν τυχεῖν τῆς τοσαύτης δόξης ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

HOMILIA V.

Cap. II. v. 11. *Propter quod memores estote quod aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: 12. quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.*

ΟΜΙΛΙΑ ε'.

B Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου· ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ.

1. Multa ostendunt Dei benignitatem et amorem in homines: primum, quod per se salvos fecerit, et per se tali modo: secundo, quod cum quales eramus salvos fecerit: tertio, quo nos deduxerit. Hæc enim omnia per se maximam habent indicationem ejus benignitatis: et hæc omnia Paulus nunc scribens agitat. Dixit, quod cum essemus mortui delictis et filii iræ, nos salvos fe-

Πολλὰ δείκνυσι τοῦ Θεοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρω-
C πίαν· πρῶτον, ὅτι δι' ἑαυτοῦ ἔσωσε, καὶ δι' ἑαυτοῦ τρόπῳ τοιούτῳ· δεύτερον, ὅτι τίνας ὄντας ἔσωσε· τρίτον, ὅτι ποῦ ἀνήγαγε. Ταῦτα γὰρ πάντα καὶ καθ' ἑαυτὰ μεγίστην ἔχει τὴν ἀπόδειξιν τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ· [a] καὶ ταῦτα πάντα κινεῖ νῦν γράφων ὁ Παῦλος. Εἶπεν, ὅτι νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι, καὶ τέκνα ὀργῆς, ἔσωσε· νῦν λέγει καὶ τίνων ἐποίησεν ἴσους.

[a] Codex unus καὶ ταῦτα κοινῇ νῦν γράφων ὁ Παῦλος, quæ lectio optime quadrat. Sed alii omnes κινεῖ pro κοινῇ habent. Hæsi tamen, et κοινῇ pro κινεῖ substituere volebam. Sed cum alia lectio ferri possit, et in aliis omnibus exemplaribus habeatur, a proposito destiti. [Paulo ante marg. Savil. ἐπίδειξιν pro ἀπόδειξιν.]

Διό φησι· Μνημονεύετε. Ἔθος γὰρ ἡμῖν ἅπασιν,
ὅταν ἐκ τῆς πολλῆς εὐτελείας εἰς ἀντίῤῥοπον, ἢ καὶ
μείζονα τιμὴν ἀναχθῶμεν, μηδὲ μεμνῆσθαι τῶν προ- D
τέρων, ἐντρεφομένοις ἐκείνῃ τῇ δόξῃ. Διὰ τοῦτό φη-
σι, Διὸ μνημονεύετε. Διὸ, ποῖον; Ὅτι ἐκτίσθημεν
ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς. Τοῦτο δὲ ἱκανὸν ἡμᾶς πεῖσαι τῆς
ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι. Μνημονεύετε. Ἱκανὴ γὰρ ἡ μνή-
μη ἐκείνη εὐγνώμονας περὶ τὸν εὐεργέτην ποιῆσαι.
Ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη. Ὅρα πῶς τὰ πλεονεκτή-
ματα τὰ Ἰουδαϊκὰ καθαιρεῖ, καὶ τὰ ἐλαττώματα τῶν
ἐθνῶν θαυμάζει, ἅπερ οὐκ ἦν ἐλαττώματα, ἀλλ' ἀπὸ E
τοῦ τρόπου καὶ τοῦ βίου ἑκατέρους πείθει. Οἱ λεγό-
μενοι ἡ ἀκροβυστία. Ἐν ῥήμασιν ἦν ἡ τιμὴ, ἐν σαρ-
κὶ τὸ προτέρημα· οὐδὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀκροβυστία,
οὐδὲν ἡ περιτομή. Ὑπὸ τῆς λεγομένης, φησὶ, περι-
τομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου. Ὅτι ἦτε τῷ καιρῷ
ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολι-
τείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγ-
γελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. F
Ὑμεῖς οἱ ὑπὸ Ἰουδαίων τοῦτο, φησὶ, καλούμενοι. Τί
δήποτε δὲ μέλλων δεικνύναι τὴν εὐεργεσίαν αὐτῶν ἐν
τούτῳ γενομένην, ἐν τῷ κοινωνῆσαι αὐτοὺς τῷ Ἰσραὴλ, 36
πάλιν τὸ ἀξίωμα τὸ Ἰσραηλιτικὸν οὐ καθαιρεῖ, ἀλλ' A
ἐν τούτοις ἐπαίρει αὐτό; Ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ἐπαίρει,
ἐν τούτοις δὲ καθαιρεῖ, ἐν οἷς οὐκ ἐκοινώνησαν. Προϊὼν
γάρ φησι· Συμπολῖται τῶν ἁγίων ἐστὲ, καὶ οἰκεῖοι
τοῦ Θεοῦ. Ὅρα πῶς οὐ καθαιρεῖ. Ταῦτα, φησὶν,
ἀδιάφορά ἐστι. Μὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι περι-
τομῆς οὐκ ἐτύχετε καὶ ἐν ἀκροβυστίᾳ ἐστὲ, δια-
φοράν τινα εἶναι. Τὸ γὰρ χαλεπὸν τοῦτο ἦν, τὸ χω-
ρὶς τοῦ Χριστοῦ εἶναι, τὸ τῆς πολιτείας ἀπηλλοτρι-
ῶσθαι τοῦ Ἰσραήλ·[a] τοῦτο δὲ οὐ πολιτεῖαι· τὸ δὲ ξένους
εἶναι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, τὸ μὴ ἔχειν ἐλ- B
πίδα τὴν μέλλουσαν, τὸ ἀθέους εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ
τούτῳ, ταῦτα πάντα ἐκείνων ἦν. Εἶπε περὶ τῶν οὐ-
ρανίων πραγμάτων· λέγει καὶ περὶ τῶν ἐπὶ γῆς, ἐπει-
δὴ μεγάλην δόξαν εἶχον περὶ αὐτῶν οἱ Ἰουδαῖοι. Οὕ-
τω καὶ ὁ Χριστὸς παραμυθούμενος τοὺς μαθητὰς, μετὰ
τὸ εἰπεῖν, Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύ-
νης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τὸ
ἔλαττον τίθησιν· Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἐδίωξαν τοὺς προ-
φήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. Τοῦτο γὰρ πρὸς μὲν τὸ μέγε- C
θος ἔλαττόν ἐστι, πρὸς δὲ τὸ ἐγγὺς εἶναι καὶ πιστεῦ-
σαι, μέγα καὶ ἱκανὸν, καὶ πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχύν.
Ἄρα τοῦτο ἦν τὸ πολιτεύεσθαι. Οὐκ εἶπε, κεχωρι-
σμένοι, ἀλλ', Ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας. Οὐκ
εἶπεν, οὐ προσέχοντες, ἀλλ', οὐδὲ μετέχοντες, καὶ
Ξένοι. Πολλὴ τῶν ῥημάτων ἡ ἔμφασις, πολὺν δει-
κνῦσα τὸν χωρισμόν. Ἐπεὶ καὶ Ἰσραηλῖται τῆς πο-

cerit: nunc dicit quibus nos fecerit æquales, et ideo dicit, *Memores estote.* Solemus enim omnes, quando ab humili admodum conditione ad contrariam et ei ex adverso respondentem aut etiam majorem evecti fuerimus honorem, ne priorum quidem meminisse, ut qui illa nutriamur gloria. Propterea dicit, *Propter quod memores estote. Propter quod*, quodnam? Quod creati sumus in operibus bonis. Hoc autem sufficit ad nobis persuadendum ut curam geramus virtutis. *Memores estote.* Sufficit enim illa memoria ad gratos et memores reddendos in benefactorem. *Quod vos aliquando gentes.* Vide quomodo ea deprimat quibus Judæi præcellebant, et ea admiretur quibus gentes erant inferiores; quæ quidem non erant hujusmodi ut inferiores eos redderent, sed a modo et vita utrisque persuadet. *Qui dicebamini præputium.* In verbis erat honor, in carne prærogativa: nihil enim est præputium, nihil circumcisio. *Ab ea quæ dicitur,* inquit, *circumcisio in carne manufacta. Quod eratis illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine Deo in mundo.* Vos, inquit, qui hoc vocamini a Judæis. Cur autem cum esset ostensurus in hoc eis collatum fuisse beneficium quod eos fecerit societatem habere cum Israele, rursus Israeliticam non deprimit dignitatem, sed eam in his extollit? Extollit in iis quæ sunt necessaria, in iis autem deprimit in quibus eis non fuit societas.
Procedens enim dicit, *Estis cives sanctorum et* v. 19.
domestici Dei. Vide quomodo non deprimit: Hæc, inquit, sunt indifferentia. Ne existimetis, inquit, vos circumcisionem non consequutos, eo quod sitis in præputio, aliquam habere differentiam. Hoc erat grave ac molestum, quod essent sine Christo, quod essent alienati a conversatione Israel; hoc autem non est conversatio: quod vero essent hospites testamentorum promissionis, quod non haberent spem futuram, quod essent in hoc mundo sine Deo: hæc omnia erant illorum. Dixit de rebus cælestibus; dicit etiam de iis quæ sunt super terram, quoniam de ipsis Judæi magnam habebant existimationem et gloriam. Ita etiam Christus consolans discipulos, postquam dixit,
Beati, qui persequutionem patiuntur propter Matth. 5.
justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælo- 10. 12.
rum, ponit id quod est minus: *Sic enim perse-*

[a] [Fort. τοῦτο δὲ (nempe τὸ ἐν ἀκροβυστίᾳ εἶναι) οὐ πολιτείας s. πολιτεία.]

quuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Nam hoc quidem, quod ad magnitudinem attinet, est minus : si spectetur autem quod prope sint et crediderint, est magnum et sufficiens, et magnam vim habet. Hoc ergo erat, habere conversationem. Non dixit, Separati, sed, *Alienati a conversatione.* Non dixit, Non attendentes, sed, Neque participantes, et *Hospites.* Magna est verborum emphasis, magnam ostendens separationem. Nam etiam Israelitæ erant extra conversationem, sed non tamquam alieni, verum tamquam pigri et desidiosi, et exciderunt a testamentis, sed non tamquam peregrini. Quænam autem erant testa-
Gen. 13. 15. menta promissionis? *Tibi et semini tuo dabo terram hanc*, et quæcumque alia promisit. *Spem*, inquit, *non habentes, et sine Deo.* Atqui deos adorabant, sed non erant : idolum enim nihil est. 13. *Nunc autem in Christo Jesu, vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.* 14. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua.* Hoc est ergo, inquit, magnum, quod venimus in Judæorum conversationem? quid dicis? quæcumque sunt in cælis et quæ sunt in terra instauravit et in unam summam redegit, et nunc dicis de Israelitis? Certe, inquit. Nam illa quidem fide oportet assumere, hæc autem etiam factis ipsis et operibus. *Nunc autem in Christo Jesu*, inquit, *vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope ad conversationem.* Nam illud longe et illud prope, est solius liberi arbitrii et electionis. *Ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum.*

λιτείας ἦσαν ἐκτὸς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀλλότριοι, ἀλλ' ὡς D ῥάθυμοι, καὶ τῶν διαθηκῶν ἐξέπεσον, ἀλλ' οὐχ ὡς ξένοι. Τίνες δὲ ἦσαν αἱ διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας; Σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω, φησὶ, τὴν γῆν ταύτην, καὶ ὅσα ἕτερα ἐπηγγείλατο. Ἐλπίδα, φησὶ, μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι. Καίτοι θεοὺς προσεκύνουν, ἀλλ' οὐκ * ἦσαν· οὐ γάρ ἐστί τι εἴδωλον. Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, ὁ τὸ μεσότοιχον τοῦ E φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. Τοῦτο οὖν ἐστι μέγα, φησὶ, τὸ ὅτι εἰς τὴν τῶν Ἰουδαίων πολιτείαν ἤλθομεν; Τί λέγεις; ἀνεκεφαλαιώσατο τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ νῦν περὶ Ἰσραηλιτῶν λέγεις; Ναὶ, φησίν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τῇ πίστει χρὴ παραλαμβάνειν, ταῦτα δὲ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ, φησὶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε πρὸς τὴν F πολιτείαν. Τὸ γὰρ μακρὰν, καὶ τὸ ἐγγὺς, προαιρέσεώς ἐστι μόνης. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν.

2. Quid hoc est, *Utraque unum?* Non hoc dicit, quod nos evexerit ad illam generis nobilitatem, sed et quod nos et illos ad majorem; majus tamen est beneficium quo nos affecti sumus. Nam illis quidem et promissum fuerat, et erant ipsi propinquiores; nobis autem nec promiserat, et eramus
Rom. 15. 9. longius. Quamobrem dicit, *Gentes autem pro misericordia glorificare Deum.* Promiserat quidem Israelitis, sed erant indigni; nobis autem non promiserat, sed hospites eramus : nihil erat nobis cum ipsis commune, et nos fecit unum, non nos illis conjungens, sed nos et illos unum faciens. Dicam autem exemplum : ponamus esse duas statuas, unam ex argento, alteram ex plumbo;

Τί ἐστι, Τὰ ἀμφότερα ἕν; Οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι
31 εἰς ἐκείνην [b] τὴν εὐγένειαν ἡμᾶς ἤγαγεν, ἀλλ' ὅτι
A καὶ ἡμᾶς, κἀκείνους εἰς μείζονα· πλὴν ἡμῶν μείζων ἡ εὐεργεσία. Τοῖς μὲν γὰρ ἐπήγγελτο, καὶ ἐγγύτεροι ἦσαν, ἡμῖν δὲ οὐδὲ ἐπήγγελτο, καὶ πορρωτέρω ἦμεν. Διό φησι, Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεόν. Ἐπηγγείλατο μὲν γὰρ τοῖς Ἰσραηλίταις, ἀλλὰ ἀνάξιοι ἦσαν· ἡμῖν δὲ οὐδὲν ἐπηγγείλατο, ἀλλὰ καὶ ξένοι ἦμεν· οὐδὲν κοινὸν εἴχομεν πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς ἓν, οὐχ ἡμᾶς ἐκείνοις συνάψας, ἀλλὰ καὶ ἐκείνους καὶ ἡμᾶς εἰς ἓν συνάψας. Ὑπόδειγμα δὲ ἐρῶ· B ὑποθώμεθα εἶναι ἀνδριάντας δύο, τὸν μὲν ἐξ ἀργύρου, τὸν δὲ ἐκ μολίβδου, εἶτα ἀμφοτέρους καταχωνευθέντας, ἀνελθεῖν χρυσοῦς τοὺς δύο. Ἰδοὺ τοὺς δύο ἓν

* [*Lego* ἦσαν θεοί. Dunæus.]

b [Marg. Sav. τὴν πολιτείαν ἡμᾶς κἀκείνους ἤγαγεν, ἀλλ' οὐχὶ εἰς μείζονα. Δῆλον δὲ ὅτι ἡμῶν.]

ἐποίησεν. Ἢ καὶ ἑτέρως· ἔστω ὁ μὲν δοῦλος, ὁ δὲ υἱοποίητος· ἀμφότεροι δὲ αὐτὸν [a] προσκυνείτωσαν, ὁ μὲν ἀποκήρυκτος ὢν παῖς, ὁ δὲ δραπέτης, καὶ οὐδὲ ἐγνωκὼς τὸν πατέρα· εἶτα ἀμφότεροι γινέσθωσαν κληρονόμοι, καὶ γνήσιοι παῖδες. Ἰδοὺ εἰς μίαν ἤχθησαν τὴν τιμήν· οἱ δύο γεγόνασιν ἕν, ὁ μὲν πόῤῥωθεν ἐλθὼν, ὁ δὲ ἐγγύθεν, καὶ μᾶλλον ἢ πρὶν ἢ προσκροῦσαι γνησιώτερος. Τὸ μεσότοιχον, φησὶ, τοῦ φραγμοῦ λύσας. Ποῖόν ἐστι τὸ μεσότοιχον ἑρμηνεύει, Τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ λέγων. Τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. Τινὲς μέν φασιν, ὅτι ὁ νόμος μεσότοιχον· διὰ τοῦτο τὸν νόμον εἶπεν, ὅτι οὐκ ἠφίει τοὺς Ἰουδαίους πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἀναμίγνυσθαι. Ἐμοὶ δὲ οὐ τοῦτο δοκεῖ· ἀλλὰ τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ μεσότοιχον λέγει, τῷ κοινὸν εἶναι διάφραγμα ἀπὸ Θεοῦ διατειχίζον ἡμᾶς, καθὼς ὁ προφήτης φησίν· Οὐχὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διιστῶσιν ἀνὰ μέσον ὑμῶν καὶ ἐμοῦ; Καὶ εἰκότως· ὡς μεσότοιχον γὰρ ἦν ἔχθρα, ἣν καὶ πρὸς Ἰουδαίους εἶχε καὶ πρὸς Ἕλληνας. Τοῦ δὲ νόμου ὄντος, οὐ μόνον οὐκ ἐλύετο, ἀλλὰ καὶ ηὔξετο· Ὁ γὰρ νόμος, φησὶν, ὀργὴν κατεργάζεται. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖ λέγων, Ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται, οὐκ αὐτῷ τὸ πᾶν ἐπιγράφει, ἀλλ', ἐπειδὴ παρέβημεν, προσυπακούεται· οὕτω καὶ ἐνταῦθα μεσότοιχον αὐτόν φησιν, ἐπειδὴ παρακουόμενος ἔχθραν ἐποίει. Φραγμὸς ὁ νόμος ἦν, ἀλλ' οὗτος ἐγένετο μὲν ἀσφαλείας ἕνεκεν· διὸ καὶ φραγμὸς ὠνόμαστο, ἵνα περιφράττῃ. Ἄκουε γὰρ πάλιν τοῦ προφήτου λέγοντος· Καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκα· καὶ πάλιν, Καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν. [b] Οὐκοῦν τὴν ἀσφάλειάν φησι. Καὶ πάλιν, Καθελῶ τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα· καὶ πάλιν, Νόμον εἰς βοήθειαν ἔδωκε· καὶ πάλιν, Ποιῶν ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν ὁ Κύριος ἐγνώρισε τὰ δικαιώματα αὐτοῦ τῷ Ἰσραήλ. Γέγονε δὲ μεσότοιχον, οὐκέτι αὐτοὺς ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστῶν, ἀλλὰ χωρίζον αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Τοιοῦτον γὰρ τὸ μεσότοιχον τὸ ἀπὸ τοῦ φραγμοῦ. Ποῖον δὲ τοῦτο δηλῶν, ἐπάγει, Τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. Τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν καταργήσας. Πῶς; Σφραγίσας, καὶ λύσας ἐκεῖ τὴν ἔχθραν. Οὐ τούτῳ δὲ μόνον ἔλυσεν, ἀλλὰ καὶ τῷ φυλάξαι αὐτόν. Τί οὖν, εἰ τῆς προτέρας παραβάσεως ἀπηλλάγμεθα, πάλιν δὲ αὐτὸν ἀναγκαζόμεθα φυλάττειν; Πάλιν τὸ αὐτὸ ἦν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἔλυσε· Τὸν νόμον γὰρ τῶν ἐντολῶν, φησὶν, ἐν δόγμασι καταργήσας. Βαβαὶ τῆς φιλανθρωπίας· ἔδωκεν ἡμῖν νόμον, ἵνα φυλάττωμεν· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐφυλάξαμεν, δέον κολα-

deinde ambas fusas et conflatas prodiisse aureas. Ecce duas unum fecit. Aut etiam aliter : sit unus servus, alius in filium adoptatus ; ambo autem eumdem adorent, hic quidem declaratus cum sit filius, ille vero fugitivus, et qui ne patrem quidem novit : deinde fiant ambo heredes, et germani filii. Ecce ad unum honorem sunt perducti :
C duo facti sunt unum, ille quidem cum venisset e longinquo, hic vero cum e propinquo, et magis est germanus quam antequam offendisset. *Medium*, inquit, *parietem maceriæ solvens.* Quis est medius paries? *Inimicitias*, ait, *in carne sua.* 15. *Legem mandatorum in decretis evacuans.* Nonnulli quidem dicunt, quod lex sit medius paries inter Judæos et Græcos : ideo legem dixit, inquiunt, quod non sivit ipsos misceri : mihi autem non ita videtur ; sed inimicitiam in carne medium
D parietem dicit, qui nos ambos a Deo separet,
sicut dicit propheta : *Annon peccata vestra se-* Isai. 59. 2.
parant inter me et vos? Et jure : tamquam medius enim paries inimicitiæ erant, quæ ei intercedebant cum Judæis et Græcis. Cum esset autem lex, non solum non solvebantur, sed etiam magis
crescebant : *Lex enim*, inquit, *iram operatur.* Rom. 4. 15.
Ut ergo illic dicens, *Lex iram operatur*, non ei totum adscribit, sed subauditur, quoniam transgressi sumus : ita hic quoque eam dicit medium parietem, quoniam dum ei non obeditur, facie-
E bat inimicitias. Lex erat sepes ; sed ea quidem erat ut tutos redderet, et ideo etiam nominata est sepes ut circumsepiret. Audi enim rursus prophe-
tam dicentem : *Et sepem illi circumdedi* ; et Isai. 5. 2.
iterum, *Abstulisti sepem ejus, et vindemiant* Psal. 79. 13.
eam omnes qui transeunt per viam. Tutamen- Isai. 5. 5.
tum ergo dicit. Et rursus, *Auferam sepem ejus*, et 8. 20.
et erit in conculcationem ; et rursus, *Legem* Psal. 102. 6. 7.
dedit in auxilium ; et iterum, *Faciens miseri-*
F *cordiam et judicium Dominus, notas fecit justificationes suas Israeli.* Facta est autem medius paries, non eos tutos reddens, sed eos a Deo
35 A separans. Ejusmodi est medius paries qui est a sepe. Cujusmodi autem sit ea declarat, subjiciens : *Inimicitias in carne sua. Legem mandatorum evacuans.* Quomodo? Ut qui circumsepserit et inimicitias illic solverit. Nec hoc solum eam solvit, sed etiam per ejus observationem. Quid enim, si liberati essemus a priori transgressione, rursus

[a] Unus Codex προσκρουσάτωσαν, quæ lectio non spernenda. [Pro αὐτὸν Sav. mavult τὸν αὐτόν. Idem in marg habuit supra ὑπόδειγμα δὲ ἐρῶ σαφηνείας ἕνεκα.]

[b] Coislinianus unus habet ἐκεῖ, et sic legerat Interpres.

autem eam necesse haberemus servare? Rursus idipsum esset : sed eam quoque solvit : *Legem enim*, inquit, *mandatorum in decretis evacuans*, Papæ, quanta benignitas! dedit nobis legem servandam : quoniam autem non servavimus, cum oporteret puniri, legem solvit : ut si quis cum puerum tradidisset pædagogo, quoniam non obedit, etiam a pædagogo liberaverit et abduxerit. Quantæ est hoc benignitatis? Quid est, *In decretis evacuans?* Magnam, inquit, hic ponit differentiam mandati et decretorum. Aut fidem dicit, ipsam vocans decretum; a sola enim fide salvos
Matth. 5. fecit : aut præceptum, sicut dicebat Christus, *Ego autem dico vobis, ne omnino irascamini*. Hoc est, Si credideris quod Deus eum excitavit a mor-
Rom. 10. 8. tuis, salvus eris. Et rursus, *Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo.*

σθῆναι, ὁ δὲ καὶ τὸν νόμον κατέλυσεν· ὡς ἂν εἴ τις παιδίον παραδοὺς παιδαγωγῷ, ἐπειδὴ μὴ ὑπακούοι, καὶ τοῦ παιδαγωγοῦ ἐλεύθερον ποιήσειε, καὶ ἀπαγάγοι. B Πόσης τοῦτο φιλανθρωπίας; Τί ἐστιν, Ἐν δόγμασι καταργήσας; Πολλὴν γὰρ ἐνταῦθα διαφορὰν φησιν ἐντολῆς καὶ δογμάτων. Ἢ τὴν πίστιν οὖν φησι, δόγμα αὐτὴν καλῶν· ἀπὸ γὰρ πίστεως μόνης ἔσωσεν· ἢ τὴν παραγγελίαν, καθὼς ἔλεγεν ὁ Χριστός· Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μηδὲ ὀργισθῆναι ὅλως. Τουτέστιν, ἐὰν πιστεύσῃς, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. Καὶ πάλιν, Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου.

3. Ne dixeris, Quis ascendet in cælum, aut quis descendet in abyssum, aut quis ipsum sustulit e mortuis? Pro vita fidem introduxit. Nam ut non temere salvos faceret, et ipse fuit punitus, et fidem ab eis exegit per decreta. *Ut duos condat in semetipsum in unum novum hominem.* Vides non Græcum factum Judæum, sed et hunc et illum venientes ad alterum statum? Non ut hunc alium faciat, legem evacuavit, sed ut duos condat ac creet. Et recte ubique usus est nomine, *Condat*. Nec dixit, Mutet, ut ostenderet efficaciam ejus quod factum est, et quod etiamsi creatio cadat sub aspectum, illa tamen non est hæc minor, et quod de cætero non sit nobis resiliendum a rebus naturalibus. *Ut duos*, inquit, *condat in seipso :* hoc est, per seipsum. Non alii hoc mandavit, sed per seipsum, cum et hunc et illum fudisset et conflasset, unum produxit admirabilem, cum ipse hoc primum factus esset : quod est majus priori creatura. Hoc est enim, *In semetipso*, cum ipse primus formam præbuerit et exemplar. Nam cum hinc tenuisset Judæum, et illinc Græcum, et ipse fuisset medius, et eos commiscuisset, et quiquid eorum erat abalienatum delevisset, desuper refinxit per ignem et aquam : non utique per aquam et terram, sed per aquam et ignem. Factus est Judæus circumcisus, factus est maledictus; factus est Græcus extra legem, etiam supra Græcos et Judæos. *In unum novum*, inquit, *hominem. Faciens pacem* ipsis : et cum Deo, et inter se. Non enim

C Μὴ εἴπῃς, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανὸν, ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον, ἢ τίς αὐτὸν ἀνήγαγεν ἐκ νεκρῶν; Ἀντὶ βίου πίστιν εἰσήγαγεν. Ἵνα γὰρ μὴ εἰκῆ σώσῃ, καὶ αὐτὸς ἐκολάσθη, καὶ ἀπήτησεν αὐτοὺς τὴν πίστιν διὰ δογμάτων. Ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. Ὁρᾷς οὐχὶ τὸν Ἕλληνα γενόμενον Ἰουδαῖον, ἀλλὰ καὶ τοῦτον κἀκεῖνον εἰς ἑτέραν κατάστασιν ἥκοντας; Οὐχ ἵνα τοῦτον ἕτερον ἐργάσηται, τὸν νόμον κατήργησεν, ἀλλ' ἵνα * τοὺς δύο κτίσῃ. Καὶ καλῶς πανταχοῦ τῷ ὀνόματι κέχρηται τῷ, Κτίσῃ. Καὶ οὐκ εἶπε, μεταβάλῃ, ἵνα δείξῃ D τὸ ἐνεργὲς τοῦ γενομένου, καὶ ὅτι εἰ καὶ ὁρατὸν ἡ κτίσις, ἀλλ' ἐκείνης οὐκ ἐλάττων, καὶ ὅτι [a] ὡς ἀπὸ φυσικῶν πραγμάτων ἀποπηδᾶν ἡμᾶς οὐ χρὴ λοιπόν. Ἵνα τοὺς δύο, φησὶ, κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ· τουτέστι, δι' ἑαυτοῦ. Οὐκ ἄλλῳ τοῦτο ἐπέταξεν, ἀλλὰ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ καὶ τοῦτον κἀκεῖνον χωνεύσας, ἕνα ἀνήνεγκε θαυμαστὸν, αὐτὸς τοῦτο πρῶτον γενόμενος· ὅπερ τῆς προτέρας κτίσεώς ἐστι μεῖζον. Τοῦτο γάρ ἐστιν, Ἐν ἑαυτῷ, αὐτὸς πρῶτος τύπον παρασχὼν καὶ ὑπόδειγμα. E Ἔνθεν γὰρ τὸν Ἰουδαῖον κατασχὼν, κἀκεῖθεν τὸν Ἕλληνα, καὶ μέσος αὐτὸς γενόμενος, καὶ συμμίξας αὐτοὺς, καὶ πᾶν αὐτῶν τὸ ἀπηλλοτριωμένον ἀφανίσας, ἀνέπλασεν ἄνωθεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος· οὐκέτι δι' ὕδατος καὶ γῆς, ἀλλὰ δι' ὕδατος καὶ πυρός. Γέγονεν Ἰουδαῖος περιτμηθεὶς, γέγονεν ἐπικατάρατος, γέγονεν Ἕλλην ἐκτὸς νόμου, καὶ ὑπὲρ Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους. Εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, φησί. Ποιῶν εἰρήνην αὐτοῖς· πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πρὸς ἀλλήλους. Οὐ γὰρ ἂν μένοντες καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες κατηλλάγησαν ἄν· μὴ ἀπαλλαγέντες δὲ τῆς οἰκείας κατα-

* [Halesius *Leg.* τοὺς δύο εἰς ἕνα κτ.]
[a] [ὡς inclusit Sav. Paulo ante Dunæus cum negatione οὐχ ὁρατὸν ἡ κτ. legendum putat. Supra marg. Sav. τῷ ῥήματι κέχρηται.]

στάσεως ἕκαστος, πῶς ἂν εἰς ἑτέραν μείζονα ἦλθον; Ὁ γὰρ Ἰουδαῖος τότε τῷ Ἕλληνι συνάπτεται, ὅταν πιστὸς γένηται· ὡς ἂν εἴ τινες, δύο οἰκημάτων ὄντων, κάτωθεν καὶ ἄνωθεν ἑνὸς θαυμαστοῦ καὶ μεγάλου, οὐκ ἂν δυνηθεῖεν ἀλλήλους ἰδεῖν, ἕως ἂν ἄνω γένωνται. Ποιῶν εἰρήνην· μᾶλλον πρὸς τὸν Θεόν· τὸ γὰρ ἑξῆς τοῦτο δηλοῖ. Τί γάρ φησι; Καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ σταυροῦ. Οὐκ εἶπε, καταλλάξῃ, ἀλλ', Ἀποκαταλλάξῃ, δεικνὺς ὅτι πρὸ τούτου ἡ ἀνθρωπίνη φύσις εὐκατάλλακτος ἦν, οἷον ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ πρὸ τοῦ νόμου. Ἐν ἑνὶ σώματι, φησὶ, τῷ αὐτοῦ, τῷ Θεῷ. Πῶς τοῦτο γίνεται; Τὴν ὀφειλομένην δίκην αὐτὸς, φησὶν, ὑποστὰς διὰ τοῦ σταυροῦ. Ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ. Οὐδὲν κυριώτερον τούτων τῶν λέξεων, οὐδὲν ἐμφαντικώτερον. Ὁ θάνατος αὐτοῦ, φησὶ, τὴν ἔχθραν ἀπέκτεινεν, ἔτρωσε καὶ ἀπώλεσεν, οὐχ ἑτέρῳ ἐπιτάξας, οὐδ' ἐνεργήσας μόνον, ἀλλὰ καὶ παθών. Οὐκ εἶπε, λύσας, οὐκ εἶπεν, ἀνελὼν, ἀλλ', ὃ πάντων σφοδρότερον ἦν, Ἀποκτείνας, ὥστε μηκέτι αὐτὴν ἀναστῆναι. Πῶς οὖν ἀνίσταται; Ἀπὸ τῆς πολλῆς ἡμῶν κακίας. Ἕως γὰρ ἂν μένωμεν ἐν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ, ἕως ἂν ὦμεν ἡνωμένοι, οὐκ ἀνίσταται, ἀλλὰ κεῖται νεκρά· μᾶλλον δὲ ἐκείνη οὐδέποτε ἀνίσταται· ἂν δὲ ἑτέραν τέκωμεν, οὐκέτι παρὰ τὸν τὴν προτέραν ἀνελόντα καὶ [a] ἀπολέσαντα· σὺ δὴ ὠδίνεις ἑτέραν. Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, φησὶν, ἔχθρα εἰς Θεόν. Ἂν μηδὲν φρονῶμεν σαρκικὸν, οὐ τεχθήσεται ἑτέρα, ἀλλὰ μενεῖ ἡ εἰρήνη ἐκείνη.

Ἐννόησον γὰρ ὅσον ἐστὶ κακὸν, τοσαῦτα τοῦ Θεοῦ πραγματευσαμένου, ἵνα καταλλαγῶμεν, καὶ ἀνύσαντος, πάλιν ἡμᾶς εἰς ἔχθραν ἐπανελθεῖν. Ταύτην οὐκέτι λουτρὸν, ἀλλ' ἡ γέεννα μένει, οὐκέτι ἄφεσις, ἀλλ' ἐξέτασις. Φρόνημα τῆς σαρκὸς, τρυφὴ, σπατάλη· φρόνημα τῆς σαρκὸς, πλεονεξία καὶ πᾶσα ἁμαρτία. Διὰ τί φρόνημα σαρκὸς εἴρηται; καίτοι γε οὐδὲν ἄνευ ψυχῆς [b] εἰργάσατο ἄν. Οὐ διαβάλλων τὴν σάρκα λέγει, ἐπεὶ καὶ ὅταν λέγῃ, Ψυχικὸς ἄνθρωπος, οὐ διαβάλλων τὴν ψυχὴν τοῦτό φησιν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀρκεῖ οὔτε σῶμα, οὔτε ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, μὴ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύουσα, ποιῆσαί τι γενναῖον καὶ μέγα. Διὰ τοῦτο ψυχικὰ ἐκεῖνα καλεῖ, ἃ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ ἐργάζεται· καὶ σαρκικὰ ἐκεῖνα καλεῖ, ἃ καθ' ἑαυτὸ τὸ σῶμα· οὐκ ἐπειδὴ ταῦτα φυσικὰ, ἀλλ' ἐπει-

[a] Coislin. unus ἀπολέσαντα, ἀλλὰ πυρά σοὶ ἡ αἰτία, ὃς ὠδινεῖς ἑτέραν. [In recepto fort. leg. σὺ δέ.]

F manentes Judæi et Græci essent conciliati; nisi autem a suo statu liberati fuissent, quomodo venissent ad alium majorem? Judæus enim tunc Græco conjungitur, quando factus fuerit fidelis: ut si quidam, si sint duo habitacula, inferne et 30 A superne unum admirandum et magnum, non se potuerint mutuo videre donec fuerint superius. *Faciens pacem;* magis autem cum Deo: quod enim sequitur hoc ostendit. Quid enim dicit? 16. *Ut reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem.* Non dixit Conciliet, sed, *Reconciliet*, ostendens quod antea humana natura erat ad conciliandum facilis, scilicet in sanctis et ante legem. *In uno corpore,* inquit, suo quidem, *Deo*. Quomodo fit hoc? Ut qui pœnam, inquit, quæ debe- B batur ipse subierit per crucem. *Interficiens inimicitias in seipso.* Nihil est his verbis magis proprium, nihil quod majorem habeat emphasim. Mors ejus interfecit inimicitias, sauciavit et perdidit, non alii imperans, neque solum agens, sed etiam patiens. Non dixit, Solvens; non dixit, Tollens: sed quod est omnium vehementissimum, *Interficiens*, adeo ut ipsæ non amplius resurgant. Quomodo ergo resurgunt? A multo nostro vitio. Quamdiu manserimus in corpore Christi, C quamdiu fuerimus uniti, non resurgunt, sed jacent mortuæ: imo vero illæ numquam resurgunt; sed si alias pepererimus, non eæ sunt amplius propter eum qui priores sustulit et perdidit, sed tu alias parturis. Nam prudentia seu potius cogitatio et spiritus carnis, inimicitiæ sunt adversus Deum. *Rom. 8. 6.* Si nihil cogitemus ac sapiamus carnale, non nascentur aliæ, sed manebit pax illa.

4. Cogita enim quantum sit malum, cum Deus tam multa procurarit et effecerit ut conciliemur, nos rursus redire ad inimicitias. Has non amplius manet lavacrum, sed gehenna; non remissio, sed examinatio et quæstio. Prudentia ac cogitatio carnis, sunt deliciæ et indulgere voluptati: pru- *Prudentia carnis quid sit.* D dentia carnis est avaritia, et omne peccatum. Cur dicta est prudentia carnis? atqui ea sine anima nihil fecerit. Non dicit hoc carnem vituperans: nam et quando dicit, *Animalis homo,* non hoc *1. Cor. 2. 14.* dicit vituperans animam; sed quia non per se sufficit nec corpus nec anima ad præclarum aliquid et magnum faciendum, si non supernum assequatur auxilium. Propterea animalia illa vocat, quæ per se operatur anima; et carnalia illa, quæ per

[b] [*Fort.* ἐργάσαιτο ἄν. Dunæus.]

se corpus : non quoniam hæc naturalia, sed quoniam, nisi inde præsidium acceperint, pereunt. Nam oculi quoque sunt pulchri, sed sine luce, mala faciunt innumerabilia; et ea sunt ipsorum imbecillitatis, non naturæ. Si essent autem mala naturalia, numquam iis ad id quod oportet uteremur : nihil enim naturale est malum. Quid ergo sunt prudentiæ carnales? Peccata. Nam quando ipsa, nempe caro, obtinuerit dominatum adversus aurigam, in altum elata, mala parit innumerabilia. Carnis enim virtus est subjectam esse animæ, vitium autem, animæ imperare. Sicut ergo equus est pulcher et bonis tibiis, sed hoc absque auriga non apparet : ita etiam caro tunc pulchra erit, quando ejus exsultantes spiritus amputaverimus. Sed neque auriga apparet absque scientia : nam ipse scientia carens illis graviora patrat. Quamobrem oportet omni ex parte attentum esse : spiritus attentus aurigam facit fortiorem : is et animam ornat et corpus. Quemadmodum enim anima, dum inest quidem corpori, ipsum pulchrum ostendit; quando autem ipsum a sua destituerit operatione et abscesserit, perinde atque si pictor confundat colores, magna fit deformitas, unaquaque parte properante ad interitum : ita etiam quando spiritus corpus solum reliquerit et animam, fit deterior et major deformitas. Ne ergo quoniam corpus est minus anima, id vitupera. Nam nec ego patior vituperari animam, quoniam nihil valet absque spiritu. Si autem aliquid sit dicendum, majorem reprehensionem meretur anima. Nam corpus nihil mali fecerit absque anima; sed anima multa absque corpore. Etenim dum illud tabescit et non exsultat, hæc multa facit : sicut illi præstigiatores, magi, invidi, venefici corpus attenuant et macerant. Alioqui autem nec deliciæ sunt ex necessitate corporis, sed eo quod non attendat anima : alimentum enim est ex necessitate corporis, non deliciæ. Si velim frenum vehemens et asperum immittere, equum refrenabo : corpus autem animam non potest cohibere in ejus malis. Cur ergo eam vocat prudentiam carnis? Quoniam tota est carnis. Quando enim ipsa dominatum obtinuerit, tunc peccat; quando mentem ademerit et animæ imperium. In hoc ergo consistit virtus corporis, quod cedat animæ : nam per se nec est bona, neque mala. Quid enim per se fecerit corpus? Quam-

δὴ μὴ ἀπολαύσαντα προστασίας τῆς ἐκεῖθεν, ἀπόλλυ-
E ται. Ἐπεὶ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καλοὶ, ἀλλ' ἄνευ φωτὸς
μυρία ἐργάζονται κακά· τοῦτο δὲ τῆς ἀσθενείας αὐτῶν
ἐστιν, οὐ τῆς φύσεως. [c] Εἰ δὲ φυσικὰ ἦν τὰ κακὰ, οὐκ
ἂν αὐτοῖς ποτε εἰς δέον ἐχρησάμεθα· οὐδὲν γάρ ἐστι
φυσικὸν κακόν. Τί οὖν ἐστι σαρκικὰ φρονήματα; Αἱ
ἁμαρτίαι. Ὅταν γὰρ αὕτη κρατήσῃ τοῦ ἡνιόχου μετεωρισθεῖσα, μυρία τίκτει δεινά. Ἀρετὴ γὰρ σαρκὸς
τὸ ὑποτετάχθαι τῇ ψυχῇ, κακία δὲ τὸ ἄρχειν ψυχῆς.
Ὥσπερ οὖν ὁ ἵππος καλὸς μὲν καὶ εὐσκελὴς, ἀλλ' οὐχ
ἄνευ ἡνιόχου τοῦτο δείκνυται· οὕτω καὶ ἡ σὰρξ τότε
ἔσται καλὴ, ὅταν αὐτῆς τὰ σκιρτήματα περικόψωμεν.
A Ἀλλ' οὐδὲ ἡνίοχος δείκνυται ἄνευ ἐπιστήμης· καὶ γὰρ
καὶ αὐτὸς ἐκείνων δεινότερα ἄνευ ἐπιστήμης ἐργάζεται. Ὥστε πανταχόθεν ἐφεστάναι χρή· τὸ πνεῦμα,
τοῦτο ἐφεστὸς, τὸν ἡνίοχον ἰσχυρότερον ποιεῖ· τοῦτο
καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα καλλωπίζει. Καθάπερ γὰρ
ἡ ψυχὴ ἐνοῦσα μὲν αὐτῷ, καλὸν αὐτὸ δείκνυσιν, ὅταν
δὲ αὐτὸ ἐρημώσῃ τῆς οἰκείας ἐνεργείας καὶ ἀποστῇ,
καθάπερ ζωγράφου τινὸς τὰ χρώματα συγχέοντος, εἰδέχθεια γίνεται πολλὴ, πρὸς τὴν φθορὰν ἐπειγομένου
τῶν μερῶν ἑκάστου [a] καὶ τὴν ἀνάλυσιν· οὕτω καὶ τὸ
B πνεῦμα ὅταν ἔρημον καταλίπῃ καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν
ψυχὴν, χείρων γίνεται καὶ μείζων ἡ εἰδέχθεια. Μὴ
τοίνυν, ἐπειδὴ τῆς ψυχῆς ἔλαττον τὸ σῶμα, κάκιζε
τοῦτο. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τὴν ψυχὴν κακίζειν ἀνέχομαι,
ἐπειδὴ τοῦ πνεύματος οὐδὲν ἰσχύει χωρίς. Εἰ δὲ χρή
τι εἰπεῖν, μείζονός ἐστι κατηγορίας ἀξία ἡ ψυχή. Τὸ
μὲν γὰρ σῶμα οὐδὲν ἄνευ τῆς ψυχῆς ἐργάσαιτο ἂν δεινὸν, ἡ δὲ ψυχὴ πολλὰ χωρὶς τοῦ σώματος· καὶ γὰρ καὶ
τηκομένου τούτου, καὶ οὐ σκιρτῶντος, πολλὰ ἐργάζεται
ἐκείνη· καθάπερ οἱ γόητες ἐκεῖνοι, οἱ μάγοι, οἱ φθονοῦν-
C τες, οἱ φαρμακοὶ, μάλιστα τήκουσιν αὐτό. Ἄλλως δὲ
οὐδὲ ἡ τρυφὴ τῆς τοῦ σώματος ἀνάγκης ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς
ἀπροσεξίας τῆς ψυχῆς· ἡ γὰρ τροφὴ, οὐχὶ ἡ τρυφὴ, τῆς
τοῦ σώματος ἀνάγκης. Ἐὰν γὰρ θελήσω σφοδρὸν [b] καθεῖναι χαλινὸν, ἐπεστόμισα τὸν ἵππον· τὸ δὲ σῶμα τὴν
ψυχὴν καταστέλλειν οὐ δύναται ἐν τοῖς αὐτῆς κακοῖς.
Τίνος οὖν ἕνεκεν φρόνημα αὐτὸ σαρκὸς καλεῖ; Ὅτι τῆς
σαρκὸς ὅλον γίνεται. Ὅταν γὰρ αὕτη κρατήσῃ, τότε
ἥμαρτεν, ὅταν ἀφέληται τὸν νοῦν [c] καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς
ψυχῆς. Οὐκοῦν ἐν τούτῳ ἡ ἀρετὴ τοῦ σώματος, ἐν
D τῷ εἴκειν τῇ ψυχῇ, ἐπεὶ καθ' ἑαυτὴν οὔτε καλὴ οὔτε
κακή. Τί γὰρ ἂν ἐργάσαιτο τὸ σῶμα καθ' ἑαυτό; Ὥστε
nitum, sed multis retro actis temporibus fuit constitutum. *Secundum præfinitionem sæculorum quam fecit in Christo Jesu Domino nostro.* Hoc est, secundum præcognitionem sæculorum, ut qui futura præscivisset; futura sæcula dicit: sciebat enim futura et sic definivit. *Secundum præfinitionem sæculorum;* horum fortasse, quæ fecit in Christo Jesu: per Christum autem factum est universum. 12. *In quo,* inquit, *habemus fiduciam et accessum in confidentia per fidem ejus.* Non tamquam captivi, inquit, adducti sumus, neque ut dignati venia, neque tamquam qui peccaverimus. Etenim *Fiduciam,* inquit, *habemus in confidentia,* hoc est, confidimus. Undenam? *Per fidem ejus.* 13. *Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra.* Quomodo sunt pro ipsis? quomodo sunt gloria ipsorum? Quoniam ipsos sic dilexit Deus, ut etiam pro ipsis daret Filium, et servos suos male afficeret. Nam ut isti tam multa bona consequerentur, Paulus erat in vinculis. Hoc est multæ Dei in in ipsos caritatis: quod etiam de prophetis dicit

Osee. 6. 5. Deus: *Occidi eos in verbis oris mei.* Quomodo autem deficiebant alio afflicto? Hoc est, perturbabantur. Hoc etiam dicit scribens ad Thessaloni-

1. Thess. 3. 3. censes: *Ut nemo moveatur in tribulationibus istis.* Non solum enim non dolendum, sed etiam est lætandum. Si enim ex prædictione accipitis consolationem, prædicimus futurum, ut hic affligamur. Quare? Quoniam Dominus sic jussit. 14. *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi,* 15. *ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur.* Suæ pro ipsis precationis ostendit affectum. Non dixit solum, Precor, sed compunctam ostendit precationem ex eo quod flectat genua. *Ex quo omnis paternitas.* Non jam dicit secundum numerum angelorum, sed secundum eum qui fecit tribus supernas et infernas, non quales Judaicæ.

Deut. 32. 8. 16. *Ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtutem corroborari per Spiritum ejus in interiori homine,* 17. *Christum habitare per fidem in cordibus vestris.* Vide cum quanta insatiabilitate eis bona precetur, ne circumferantur. Quomodo autem fit hoc? *Per Spiritum sanctum in interiori homine inhabitare Christum per*

νῦν δὲ ὥριστο, ἀλλ' ἄνωθεν [c] προτετύπωτο. Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ
47 τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· τουτέστι, κατὰ πρόγνωσιν τῶν αἰώ-
A νων, [a] προειδὼς τὰ μέλλοντα· τοὺς μέλλοντας αἰῶνάς φησιν· ᾔδει γὰρ τὰ ἐσόμενα, καὶ οὕτως ὥρισε. Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων· ἴσως τούτων ὧν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, [*] ὅτι δὲ διὰ τοῦ Χριστοῦ γέγονεν ἅπαν. Ἐν ᾧ ἔχομεν, φησὶ, τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. Οὐχ ὡς αἰχμάλωτοι, φησὶ, προσήχθημεν, οὐδ' ὡς συγγνώμης ἀξιούμενοι, οὐδὲ ὡς ἡμαρτηκότες. Καὶ Τὴν παῤῥησίαν γὰρ, φησὶν, ἔχομεν ἐν πεποιθήσει, τουτέστι, μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν. Πόθεν; Διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου
B ὑπὲρ ὑμῶν, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν. Πῶς ἐστιν ὑπὲρ αὐτῶν; πῶς ἐστι δόξα αὐτῶν; Ὅτι οὕτως αὐτοὺς ἠγάπησεν ὁ Θεὸς, ὥστε καὶ τὸν Υἱὸν ὑπὲρ αὐτῶν δοῦναι, καὶ τοὺς δούλους [b] κακοῦν. Ἵνα γὰρ οὗτοι τύχωσι τοσούτων ἀγαθῶν, Παῦλος ἐδεσμεῖτο. Ἄρα τοῦτο τῆς πολλῆς τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοὺς ἀγάπης· ὅπερ καὶ περὶ τῶν προφητῶν φησιν ὁ Θεός· Ἀπέκτεινον αὐτοὺς ἐν ῥήματι στόματός μου. Πῶς δὲ ἐξεκάκουν, ἄλλου θλιβομένου; Τουτέστιν, ἐθορυβοῦντο, ἐταράττοντο. Ταῦτα καὶ Θεσσαλονικεῦσι γράφων λέγει· Ὥστε μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις.
C Οὐ μόνον γὰρ οὐκ ἀλγεῖν, ἀλλὰ καὶ χαίρειν χρή. Εἰ γὰρ ἀπὸ τῆς προῤῥήσεως παραμυθεῖσθε, προλέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι ἐνθάδε. Τί δήποτε; Ὅτι οὕτως ὁ Δεσπότης προσέταξε. Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. Τὴν διάθεσιν τῆς εὐχῆς τῆς ὑπὲρ αὐτῶν δείκνυσιν. Οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, εὔχομαι, ἀλλὰ τὴν κατανενυγμένην δέησιν διὰ τοῦ κάμπτειν τὰ γόνατα ἐδήλωσεν. Ἐξ οὗ πᾶσα πατριά. Οὐκέτι κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων, φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄνω καὶ
D τὰς κάτω ποιήσαντα φυλὰς, οὐχ οἷαι αἱ Ἰουδαϊκαί. Ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ὅρα μεθ' ὅσης ἀπληστίας ἐπεύχεται αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ, ὥστε μὴ [c] περιφέρεσθαι. Πῶς δὲ τοῦτο γίνεται; Διὰ Πνεύματος ἁγίου εἰς τὸν ἔσω ὑμῶν ἄνθρωπον κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις. Πῶς; Ἐν ἀγάπῃ
E ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι, ἵνα ἐξισχύσητε κατα-

c [Marg. Savil. προδιετύπωτο. Quod voluit Dunæus. Supra id. Savil. in marg. ἐγένετο οὐδὲ ἕν.]

a [Marg. Savil. ἤτοι προειδὼς τὰ μ. ἢ τοὺς μ.]

* [Fort. ὅτι δή.]

b [Marg. Savil. συγχωρῆσαι.]

c Suspicatur Savilius legendum esse παραφέρεσθαι. Sed exemplarium lectio etiam quadrare videtur. [Hesych. ab Dunæo cit., Περιφέρεται, πλανᾶται. Sed postea ipse quoque Dunæus παραφ. prætulit, quod legitur p. 48, B.]

λαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος, γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ.

Ὅπερ ἀρχόμενος ηὔξατο, τοῦτο καὶ νῦν. Τί δὲ καὶ ἔλεγεν ἐν ἀρχῇ; Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις, καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας. Καὶ νῦν τὸ αὐτό φησιν. Ἵνα ἰσχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος· τουτέστι, τὸ μυστήριον τὸ ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομηθὲν μετὰ ἀκριβείας εἰδέναι· τοῦτο γὰρ πλάτος καὶ μῆκος καλεῖ, καὶ βάθος καὶ ὕψος· τουτέστι, τὸ μέγεθος τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ γνῶναι, πῶς πανταχοῦ [a] ἐκτέταται· καὶ σωματικοῖς αὐτὴν ὑπέγραψε σχήμασι, δεικνὺς τὸν ἄνθρωπον· περιέλαβε τὰ ἄνω, τὰ κάτω, τὰ ἐκ πλαγίων. Εἴπομεν γὰρ, φησὶν, οὐκ ἔστι δὲ τῶν ἐμῶν λόγων ταῦτα διδάξαι, ἀλλὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Τούτου τῇ δυνάμει, φησὶ, κραταιωθῆναι πρὸς τοὺς πειρασμοὺς, καὶ τὸ μὴ παραφέρεσθαι. Ὥστε οὐκ ἔστιν ἄλλως κραταιωθῆναι, ἀλλ' ἢ διὰ Πνεύματος καὶ πειρασμῶν. Πῶς δὲ ὁ Χριστὸς κατοικεῖ ἐν ταῖς καρδίαις, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· Ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Κατοικεῖ δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν ταῖς καρδίαις ταῖς πισταῖς, ταῖς ἐῤῥιζωμέναις ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ, ταῖς μὴ παραφερομέναις. Ἵνα ἐξισχύσητε, φησίν. Ὥστε ἰσχύος πολλῆς δεῖ. Ποῦ δὲ ταύτης ἡμῖν χρεία δηλῶν, ἐπάγει· Καταλαβέσθαι σὺν πᾶσιν ἁγίοις, τί τὸ βάθος καὶ ὕψος, γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Ἵνα πληρωθῶμεν εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· εἰ καὶ ὑπέρκειται πάσης γνώσεως ἀνθρωπίνης ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ, ὅμως ὑμεῖς γνώσεσθε, εἰ τὸν Χριστὸν σχοίητε ἐνοικοῦντα· οὐ μόνον δὲ γνώσεσθε ἐξ αὐτοῦ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ πληρωθήσεσθε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ· πλήρωμα Θεοῦ λέγων ἢ τὸ γνῶναι, ὡς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ Πνεύματι ἁγίῳ προσκυνεῖται ὁ Θεὸς, ἢ προτρέπων οὕτω σπουδάζειν, ὥστε πληροῦσθαι πάσης ἀρετῆς, ἧς πλήρης ἐστὶν ὁ Θεός. Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, κα-

fidem in cordibus vestris. Quomodo? *In caritate radicati et fundati,* 18. *ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo et latitudo, et sublimitas et profundum :* 19. *scire etiam supereminentem scientiæ caritatem Christi.*

2. Quod precatus est in principio, hoc nunc quoque. Quid est autem quod dixit in principio? *Ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater* Ephes. 1. 17.—19.
gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ et revelationis in agnitionem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocatio-
F *nis ejus, et quæ divitiæ gloriæ hereditatis ejus in sanctis, et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos qui credimus.* Idem
48 A nunc quoque dicit : *Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo et latitudo, sublimitas et profundum;* hoc est, mysterium quod pro nobis dispensatum est accurate scire : hoc enim vocat latitudinem et longitudinem, profunditatem et sublimitatem : id est, magnitudinem caritatis Dei nosse, quomodo in omnem partem extensa sit. Et eam corporalibus figuris descripsit, ostendens hominem : com-
B prehendit quæ sunt supra, quæ infra, et quæ ex transverso. Diximus enim, inquit, non est autem meæ dicendi facultatis hæc docere, sed sancti Spiritus. *Hujus virtute,* inquit, *corroborari* adversus tentationes, et non labare et devios ferri. Quamobrem fieri aliter non potest ut corroboremur, quam per Spiritum et tentationes. Quomodo autem Christus habitet in cordibus, audi Christum dicentem : *Ego et Pater veniemus, et* Joan. 14.
C *mansionem apud eum faciemus.* Inhabitat au- 23.
tem non simpliciter, sed in cordibus fidelibus quæ radices egerunt in ejus caritate, quæ non deviæ feruntur. *Ut possitis,* inquit. Itaque magnis opus est viribus. Ubi vero talibus opus sit viribus declarat, subjungens, *Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit profunditas et altitudo, et scire quæ sit supereminens caritas cognitionis Christi. Ut adimpleamur*
D *in omnem plenitudinem Dei.* Hoc autem vult significare : Quamquam caritas Christi longe superet omnem humanam cognitionem; vos tamen cognoscetis, si habeatis Christum habitantem in vobis. Neque solum hoc ex illo cognoscetis, verum et implebimini in omnem plenitudinem Dei. Ubi aut

[a] Unus Codex ἐκτέταται. Δεικνὺς δὲ τὸ μέγεθος ὅσον τῆς ἀγάπης, καὶ σωματικοῖς αὐτὸν ὑπέγραψε σχήμασι, ὄντως εἴπων· περιέλαβε.

annuit, idem esse plenitudinem Dei, atque cognoscere, quomodo in Patre et Filio et sancto Spiritu Deus unus adorari debet : aut adhortatur ut serio incumbamus in id, ut omnimoda virtute, qua abundat Deus, nos impleamur. 20. *Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis. Secundum virtutem* recte dixit : ex virtute enim ea accipimus quæ numquam speravimus. Quod autem abundantius quam quæ petimus aut intelligimus fecerit, palam est ex iis quæ ipse scribebat. Nam ego quidem, inquit, precor : ipse autem etiam sine meis precibus majora faciet quam nostræ sint petitiones : non solum majora aut abundanter, sed, *Superabundanter,* magnitudinem doni declarans. Undenam hoc liquet ? Ex virtute quæ operatur in nobis. Neque enim hæc umquam petiimus, neque exspectavimus. 21. *Ipsi,* inquit, *gloria in Ecclesia in Christo Jesu in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen.* Pulchre conclusit orationem precibus et glorificatione. Oportebat enim eum glorificari et benedici qui tanta præbuit. Quare hoc quoque pars est admirationis, glorificare propter ea quæ a Deo sumus adepti, per Jesum Christum. *Gloria* ejus *in Ecclesia,* recte dixit : ipsa enim sola manet in perpetuum. Quia autem ipsa semper stat, vult illum a nobis glorificari usque ad consummationem : hoc enim significavit dicens, *In omnes generationes sæculi.* Quid sint paternitates necesse est dicere. Nam hic quidem paternitates sunt genera, in cælo autem quomodo, ubi nullus ex altero est genitus ? an illic cœtus vocat πατριὰς, id est gentes ac cognationes ? sicut invenitur in Scriptura, πατριὰ ἁματταρεὶ, utpote a quo patres vocantur. Non totum autem a Deo postulat, sed etiam ab ipsis fidem et caritatem : neque solum caritatem, sed radicatam et fundatam, ut neque venti eam labefaciant, neque quidquam aliud eam dejiciat. Dixit afflictiones esse gloriam : si autem meæ, multo magis vestræ.

3. Quamobrem si affligimur, non ideo deserimur : non enim hoc fecerit qui tam multa est operatus. Si autem, ut discat Dei caritatem, Paulo opus est precatione et fulcro Spiritus, quis Christi sciet essentiam, sequens ratiocinia ? Atqui difficilene est discere quod Deus nos diligat ? Est

τὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν. Καλῶς, Κατὰ τὴν δύναμιν, εἶπε· δυνάμεως γὰρ τὸ λαβεῖν, ἃ μηδὲ
E ἠλπίσαμεν πώποτε. Ὅτι δὲ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν ἐποίησε, δῆλον ἐξ ὧν ἔγραφεν αὐτός. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶν, εὔχομαι· αὐτὸς δὲ καὶ χωρὶς τῆς ἐμῆς εὐχῆς, μείζονα ἐργάσεται τῶν ἡμετέρων αἰτήσεων, οὐχ ἁπλῶς μείζονα, ἢ ἐκπερισσοῦ, ἀλλ' Ὑπερεκπερισσοῦ, τὸ μέγεθος ἐμφαίνων τῆς δωρεᾶς. Πόθεν δὲ δῆλον τοῦτο; Ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς ἐνεργουμένης, φησὶν, ἐν ἡμῖν. Οὔτε γὰρ ᾐτήσαμέν ποτε ταῦ-
F τα, οὔτε προσεδοκήσαμεν. Αὐτῷ ἡ δόξα, φησὶν, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καλῶς εἰς εὐχὴν καὶ δοξολογίαν τὸν λόγον κατέκλεισεν. Ἔδει γὰρ τὸν τοσαῦτα παρασχόντα ἡμῖν δοξασθῆναι καὶ εὐλογηθῆναι.
49 A Ὥστε καὶ τοῦτο μέρος ἐστὶ θαυμασμοῦ, τὸ δοξάζειν ἕνεκα τῶν ὑπηργμένων ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καλῶς οὕτως εἶπεν· αὕτη γὰρ οἶδε μόνη μένειν εἰς τὸ διηνεκές. Ἐπεὶ δὲ αὕτη διὰ παντὸς ἕστηκε, βούλεται αὐτὸν καὶ δοξάζεσθαι ὑφ' ἡμῶν μέχρι τῆς συντελείας· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπὼν, Εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος. Τί ἐστιν, αἱ πατριαὶ, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ πατριαί εἰσι τὰ γένη, ἐν δὲ οὐρανῷ πῶς,
B ἔνθα οὐδεὶς ἐξ οὐδενὸς γέγονεν; Ἢ ἐκεῖ τὰ συστήματά φησι πατριὰς, καθάπερ καὶ ἐν τῇ Γραφῇ ἐστιν εὑρεῖν κείμενον, [a] πατριὰ ἁματταρεὶ, ἀφ' οὗ καὶ πατέρες καλοῦνται. Οὐ παρὰ τοῦ Θεοῦ δὲ τὸ πᾶν ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῶν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην· καὶ οὐχ ἁπλῶς τὴν ἀγάπην, ἀλλ' ἐῤῥιζωμένην καὶ τεθεμελιωμένην, ὥστε μήτε πνεύματα αὐτὴν σαλεύειν, μήτε ἄλλο μηδὲν αὐτὴν καταβάλλειν. Εἶπεν ὅτι δόξα εἰσὶν αἱ θλίψεις [b]· εἰ δὲ αἱ ἐμαὶ, πολλῷ μᾶλλον αἱ ὑμῶν.

C Ὥστε οὐκ ἐγκαταλιμπανομένων ἐστὶ τὸ θλίβεσθαι· οὐ γὰρ ἂν ὁ τοσαῦτα ἐργασάμενος τοῦτο ἐποίησεν. Εἰ δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγάπην ὥστε μαθεῖν, τῆς εὐχῆς Παύλῳ δεῖ, καὶ Πνεύματος χρεία ἐνιδρύσεως, τοῦ Χριστοῦ τὴν οὐσίαν τίς εἴσεται λογισμοῖς κατακολουθῶν; Καίτοι τί δύσκολον πρᾶγμα μαθεῖν, ὅτι φιλεῖ

[a] Hic suspicor legendum πατριὰ Μεραρεί. In Hebræo מררי legitur; erat autem tribus Levitarum. Vide Num. 4, 33.

[b] [Additur in marg. Savil. καὶ εὐχαριστεῖ ἐπὶ τούτῳ.]

ἡμᾶς ὁ Θεός; Σφόδρα δύσκολον, ἀγαπητέ. Οἱ μὲν γὰρ καὶ τοῦτο ἀγνοοῦσιν, ὅθεν καὶ φασὶ μυρία κακὰ εἰς τὸν κόσμον γίνεσθαι· οἱ δὲ τὸ πόσον ἀγνοοῦσι. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ οὐ τὸ πόσον, οὐδὲ ὥστε μετρῆσαι ζητεῖ· πῶς γάρ; ἀλλ' ὅτι ὑπερβάλλον καὶ μέγα ἐστὶ αὐτὸ D τοῦτο μαθεῖν· καί φησιν, ὅτι αὐτὸ τοῦτο ἱκανός ἐστι δεῖξαι καὶ ἀπὸ τῆς γνώσεως, ἧς ἡμεῖς κατηξιώθημεν. Καίτοι τί περισσόν ἐστι τοῦ κραταιοῦσθαι; * Τὸ δυνάμει, ὥσπερ τοῦ τὸν Χριστὸν ἔχειν ἁπλῶς τὸ ἔνδον ἐστὶ περισσόν. Μεγάλα τὰ αἰτηθέντα, φησὶν, ἀλλ' οἶδε καὶ ὑπὲρ αὐτὰ ποιεῖν, ὥστε μὴ μόνον ἀγαπᾷν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τοῦτο ποιεῖν. Μεριμνήσωμεν τοίνυν, ἀγαπητοὶ, ὥστε τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγάπην μαθεῖν. Μέγα E τοῦτό ἐστιν, οὐδὲν οὕτω ἡμᾶς ὠφελεῖ, οὐδὲν οὕτως ἡμᾶς κατανύσσει· τοῦ φόβου τῆς γεέννης ἱκανὸν τοῦτο μᾶλλον ἑλεῖν τὰς ἡμετέρας ψυχάς. Πόθεν οὖν εἰσόμεθα; Ἔκ τε τῶν εἰρημένων, ἔκ τε τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν συμβαινόντων. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ταῦτα γεγένηται; ποίας χρείας τῆς αὐτοῦ; Οὐδεμιᾶς. Ἄνω καὶ κάτω τὴν ἀγάπην τίθησιν αἰτίαν· μάλιστα δὲ ἐκείνη ἀγάπη ἐστὶν, ὅταν εὐεργετῶνται ἄνθρωποι μηδενὸς F προϋπάρξαντος παρ' αὐτῶν. Τοῦτον τοίνυν καὶ ἡμεῖς [c] μιμώμεθα, τοὺς ἐχθροὺς εὖ ποιῶμεν, τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς, τοὺς ἀποστρεφομένους προσιώμεθα. Τοῦτο ὁμοιοῖ ἡμᾶς τῷ Θεῷ. Ἂν γὰρ τὸν φίλον, φησὶν, ἀγαπήσῃς, τί τὸ κέρδος; τοῦτο καὶ οἱ ἐθνικοὶ ποιοῦσιν. 50 A Ἀλλὰ τί τῆς ἀγάπης τεκμήριον; Τὸν μισοῦντα ἀγαπᾷν. Βούλομαί τι ὑπόδειγμα εἰπεῖν, σύγγνωτέ μοι, καὶ οὐχ εὑρίσκω ἐν τοῖς πνευματικοῖς· διὸ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἐρῶ. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς ἐρῶντας τούτους; πόσα ὑβριζόμενοι παρὰ τῶν ἐρωμένων, πόσα ἐπιβουλευόμενοι, πόσα ζημιούμενοι, προσηλοῦνται καὶ ἐκκαίονται, καὶ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς μᾶλλον αὐτὰς ἀγαπῶσι, διανυκτερεύοντες ἐν τοῖς ἐκείνων προθύροις; Ἐκεῖθεν λάβωμεν τὸ ὑπόδειγμα, οὐχ ὥστε τοιαύτας φιλεῖν, πόρνας λέγω γυναῖκας, ἀλλ' ὥστε οὕτω φιλεῖν τοὺς ἐχθρούς. Εἰπὲ γάρ μοι, οὐχὶ πάντων ἐχθρῶν ὑβριστι- B κώτερον αὐτοῖς κέχρηνται, καὶ τὴν οὐσίαν [a] διασπῶσι, καὶ τὴν ὄψιν ὑβρίζουσι, καὶ τῶν διακονουμένων αὐταῖς δουλικώτερα ἐπιτάττουσιν; Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀφίστανται. Καίτοι οὐδεὶς οὐδένα ἔχει τοιοῦτον ἐχθρὸν, οἷον ὁ φιλῶν τὴν φιλουμένην. Καὶ γὰρ θρύπτεται καὶ αἰκίζεται, καὶ ἀποκέχρηται αὐτῷ πολλάκις ἡ φιλουμένη, καὶ ὅσῳ ἂν φιλῆται, τοσούτῳ καταφρονεῖ. Καίτοι τί τῆς οὕτω διακειμένης ψυχῆς θηριωδέστερον; Ἀλλ' ὅμως φιλοῦσιν ἐκεῖνοι. Ἀλλὰ τάχα καὶ ἀπὸ τῶν πνευματικῶν εὑρήσομεν τοιαύτην ἀγάπην, οὐ τῶν

admodum difficile, o dilecte. Nam alii quidem etiam hoc ignorant, unde etiam dicunt innumerabilia mala oriri mundo: alii autem ignorant quantum. Paulus autem non quærit quantum, neque ut dimetiatur: quomodo enim posset? sed quod hoc ipsum discere est summum et magnum: et dicit hoc ipsum posse ostendere Deum vel ex cognitione, qua nos dignati sumus. At quid est abundantius quam corroborari? Corroborari virtute, quemadmodum etiam Christum intus habere abundantius est, quam simpliciter eum habere, i. e. simpliciter eum profiteri. Magna, inquit, sunt quæ petuntur; sed scit etiam facere quæ ipsa superant, adeo ut non solum diligamus, sed etiam valde. Meditemur igitur, o dilecti, ut Dei discamus dilectionem. Hoc magnum est: nihil nobis sic prodest, nihil nos ita compungit: hoc magis est aptum et sufficiens ad nostras capiendas animas, quam metus gehennæ. Unde vero hoc sciemus? Et ex iis quæ dicta sunt, et ex iis quæ quotidie accidunt. Quam ob causam hæc facta sunt? quid eis ipsi opus fuit? Nihil. Sive sursum, sive deorsum spectes, causam semper ponit caritatem: maxime autem illa est caritas, quando benefit hominibus, cum nihil ab eis prius sit profectum beneficii. Eum ergo nos quoque imitemur, benefaciamus inimicis, iis qui nos oderunt, iis qui nos aversantur, ad eos accedamus: hoc nos Deo reddit similes. Nam si amicum, inquit, diligas, quid inde lucraris? hoc etiam faciunt ethnici. Sed quod est indicium caritatis? Diligere eum qui oderit. Volo dicere aliquod exemplum; ignoscite mihi, non invenio in spiritualibus: quamobrem dicam ex externis. Non videtis hos qui amant? quam multis ab iis quæ amantur contumeliis, insidiis, damnis sint affecti: sunt affixi tamen, ardentque et uruntur, et eas magis amant quam suas animas, pernoctantes in illarum vestibulis? Illinc accipiamus exemplum, non ut eas amemus, meretrices, inquam, sed ut ita diligamus inimicos. Nam dic mihi, non contumeliosius in eos se gerunt quam omnes inimici? non dissipant facultates? non in os contumelias ingerunt, et eis servilius imperant quam suis ministris? Sed tamen non abscedunt. Atqui nullus talem habet hostem qualem amator amatam. Illum enim ludificatur et dissimulans irridet, et

Matth. 5. 46.

Amoris vis.

* In Græca serie aliquid est difficultatis. [Quas fort. planas fecimus correcta Lat. interpretatione.]

[c] [Marg. Savil. μιμούμενοι. Idem supra μάλιστα δὲ ἐκεῖνο ἀγάπης ἐστι.]

[a] Mss. duo διασπῶσι. Editi διασπαθῶσι.

eo sæpe abutitur amica, et quo magis amatur, C eo magis despicit. Atqui anima sic affecta quid est magis belluinum? Illi tamen amant. Sed fortasse etiam e spiritualibus talem inveniemus caritatem, non ex iis quidem qui nunc sunt; refrixit enim; sed ex illis viris magnis et admirandis qui fuerunt olim.

4. Beatus ille Moses hos quoque superavit qui amore capti amant. Quomodo? Primum quidem relicta regia, et quæ illic erant deliciis, obsequiis, gloria et honore, maluit esse cum Israelitis. Atqui non hoc solum non fecisset quispiam alius, sed etiam erubuisset alio arguente, quod apparuisset eum esse cognatum non modo servorum, sed eorum qui etiam existimabantur esse D scelesti. Eum vero non solum non puduit cognationis, sed etiam toto animo eos ultus est, et se pro illis conjecit in pericula. Quomodo? Videns, inquit, quemdam facientem injuriam, ultus est eum cui fiebat injuria, et occidit eum qui inferebat. Sed nondum sunt hæc pro inimicis: magna quidem ea, sed non tam magna quam quæ postea fecit. Sequenti ergo die vidit idem fieri, et illum videns injuriam facientem, quem ultus E fuerat, admonuit ut cessaret injuriam facere: ille autem inhumano plane et ingrato animo, *Quis te*, inquit, *constituit principem et judicem super nos?* (Exod. 2. 14.) Quem non incendissent hæc verba? Si ergo quod prius factum est, factum esset aliqua animi indignatione et offensione, hunc quoque percussisset et de medio sustulisset: non enim ille, propter quem factum fuerat, eum detulisset. F Sed quoniam cognati erant, hæc dicit. Quando ei fiebat injuria, nihil tale est loquutus, Quis te 51 constituit principem et judicem super nos? Cur A hoc et heri non dixisti? Injuria tua, inquit, et crudelitas, ipsa me constituit principem et judicem. Sed nunc observa quod Deo quoque hæc dicunt quidam, ut in eos a quibus injuria afficiuntur velint eum esse vehementem, et ejus accusent lenitatem et patientiam: quando autem injuria afficiunt, non itidem. Quid his verbis amarius? Sed tamen, cum post hæc mittitur ad ingratos et beneficii immemores, venit et non re- B cusavit. Sed et post illa signa et post miracula quæ per ipsum facta sunt, sæpe eum sunt conati lapidibus obruere, et evasit e manibus eorum: et assidue murmurabant; sed tamen illos eo amo-

νῦν· ἔψύγη γάρ· ἀλλὰ τῶν πάλαι μεγάλων καὶ θαυμαστῶν ἐκείνων ἀνδρῶν.

Ὁ Μωϋσῆς ὁ μακάριος καὶ τούτους αὐτοὺς ὑπερέβαλε τοὺς ἔρωτι φιλοῦντας. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Πρῶτον μὲν τὰ βασίλεια ἀφεὶς καὶ τὴν ἐκεῖ τρυφὴν καὶ τὴν θεραπείαν καὶ τὸ δοξάζεσθαι, εἵλετο εἶναι μετὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν. Καίτοι οὐ μόνον οὐκ ἄν τις ἄλλος εἰργάσατο τοῦτο, ἀλλὰ κἂν ἐπῃσχύνθη ἐλέγχοντος ἑτέρου φανῆναι συγγενὴς οὐ μόνον δούλων, ἀλλὰ καὶ μιαρῶν εἶναι νομιζομένων· ὁ δὲ οὐ μόνον τὴν συγγένειαν οὐκ ἐπῃσχύνθη, ἀλλὰ καὶ παντὶ θυμῷ ἤμυνε, καὶ εἰς κινδύνους ἑαυτὸν ἔῤῥιψεν ὑπὲρ ἐκείνων. Πῶς; Ὁρῶν, φησὶ, τινὰ ἀδικοῦντα, ἤμυνε τῷ ἀδικουμένῳ, καὶ ἀπέκτεινε τὸν ἀδικοῦντα. Ἀλλ' οὔπω ταῦτα ὑπὲρ ἐχθρῶν· μεγάλα μὲν οὖν καὶ αὐτὰ, οὐχ οὕτω δὲ ὡς τὰ μετὰ ταῦτα. Τῇ οὖν ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ τὸ αὐτὸ εἶδε γινόμενον, [b] κἀκεῖνον ᾧ ἤμυνεν ὁρῶν ἀδικοῦντα, παρῄνει παύσασθαι τῆς ἀδικίας· ὁ δέ φησι, πολλῇ ἀγνωμοσύνῃ κεχρημένος, Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; Τίνα οὐκ ἂν ἐνέπρησε τὰ ῥήματα ταῦτα; Εἰ τοίνυν θυμῷ τὸ πρότερον ἐγένετο καὶ μανίᾳ, καὶ τοῦτον ἂν πλήξας ἀνεῖλεν. Οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνος, ὑπὲρ οὗ τοῦτο ἐγένετο, κατεμήνυσεν ἂν αὐτόν, ἀλλ' ὅτι συγγενεῖς ἦσαν, φησὶ, ταῦτα εἶπεν. Ὅτε ἠδικεῖτο, οὐδὲν τοιοῦτον ἐφθέγξατο, τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; Διὰ τί μὴ χθὲς εἶπες τοῦτο; Ἡ ἀδικία ἡ σὴ καὶ ἡ ὠμότης, φησὶν, αὕτη με κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν. Ἀλλὰ νῦν ὅρα ὅτι καὶ τῷ Θεῷ ταῦτα λέγουσί τινες. Ἐν οἷς μὲν γὰρ ἀδικοῦνται, βούλονται αὐτὸν εἶναι σφοδρὸν, καὶ τῆς μακροθυμίας αὐτοῦ κατηγοροῦσιν· ὅταν δὲ ἀδικῶσιν, οὐκέτι. Τί τούτων πικρότερον τῶν ῥημάτων; Ἀλλ' ὅμως μετὰ ταῦτα πρὸς τοὺς ἀγνώμονας, πρὸς τοὺς ἀχαρίστους πεμπόμενος, ἤρχετο, καὶ οὐκ ἀνεδύετο. Ἀλλὰ καὶ μετὰ τὰ σημεῖα ἐκεῖνα, καὶ μετὰ τὰ θαύματα τὰ δι' αὐτοῦ γενόμενα, καταλεῦσαι αὐτὸν πολλάκις ἐπεχείρησαν, καὶ ἐξέφυγε τὰς χεῖρας αὐτῶν· καὶ κατεγόγγυζον συνεχῶς, ἀλλ' ὅμως αὐτοὺς οὕτως ἐφίλει ἔρωτι, ὡς εἰπεῖν πρὸς τὸν Θεὸν, ἡνίκα τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην τὴν χαλεπὴν εἰργάσαντο· Εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου ἧς ἔγραψας. Βούλομαι μετ' ἐκείνων ἀπολέσθαι, φησὶν, ἢ χωρὶς

[b] Non dicit Scriptura Hebræum illum, qui monentem se Moysem cum improperio repulit, eumdem ipsum fuisse, quem Ægyptius injuria affecerat. Sed concionans Chrysostomus aliquando memoria labitur.

ἐκείνων σώζεσθαι. Ὄντως μανία, ὄντως ἔρως μέγας. Τί λέγεις; τοῦ οὐρανοῦ καταφρονεῖς; Ναὶ, φησί· φιλῶ γὰρ τοὺς ἠδικηκότας. Ἐξαλειφθῆναι αἰτεῖς; Καὶ τί πάθω, φησίν; ἔρως γάρ ἐστι. Τί δὲ τὰ μετὰ ταῦτα; Ἄκουσον τί φησιν ἑτέρωθι ἡ Γραφή· Καὶ ἐκακώθη
C Μωϋσῆς δι' αὐτούς. Ποσάκις ὕβρισαν; ποσάκις ἀπεχειροτόνησαν αὐτὸν, καὶ τὸν ἀδελφόν; εἰς Αἴγυπτον ποσάκις μεταναστῆναι ἐζήτησαν; καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἐξεκαίετο καὶ ἐμεμήνει, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν πάσχειν ἕτοιμος ἦν. Οὕτω δεῖ φιλεῖν τοὺς ἐχθροὺς, κοπτόμενον καὶ ταλαιπωρούμενον καὶ πάντα ποιοῦντα καὶ χωριζόμενον, ἐφίεσθαι τῆς σωτηρίας αὐτῶν. Τί δὲ ὁ Παῦλος, εἰπέ μοι, οὐχὶ καὶ γέενναν ᾔτησεν ἀντ' αὐτῶν; Ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Δεσπότου τὸ παράδειγμα ἀναγκαῖον ἀγαγεῖν. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς ποιεῖ, λέγων, ὅτι
D Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς· ἀπὸ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ φέρων τὸ παράδειγμα, ἡμεῖς δὲ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Ἦλθε πρὸς αὐτοὺς, κατὰ τὴν οἰκονομίαν λέγω, δοῦλος ἐγένετο δι' αὐτοὺς, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ἐκένωσε, μορφὴν δούλου ἔλαβε· καὶ παραγενόμενος, οὔτε αὐτὸς εἰς ὁδὸν ἐθνῶν ἀπήρχετο, καὶ τοῖς μαθηταῖς τοῦτο ἐπέταττε· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ περιῆγε θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. Τί οὖν; Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἐξεπλήσσοντο
E καὶ ἐθαύμαζον, καὶ ἔλεγον, Πόθεν τούτῳ ταῦτα; οὗτοι δὲ εὐεργετούμενοι ἔλεγον, Δαιμόνιον ἔχει καὶ βλασφημεῖ, καὶ μαίνεται, καὶ πλάνος ἐστίν. Ἆρ' οὖν ἀπώσατο αὐτούς; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ μειζόνως εὐηργέτει ταῦτα ἀκούων, καὶ ἀπῄει πρὸς τοὺς μέλλοντας αὐτὸν σταυροῦν, ἵνα μόνον αὐτοὺς διασώσῃ. Καὶ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι, τί φησι; Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασιν ὃ ποιοῦσι. Καὶ πρὸ τούτου κακῶς παθὼν, καὶ
F μετὰ ταῦτα κακῶς παθὼν, μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς [d] περὶ αὐτῶν πάντα ἔπραττεν, ὑπὲρ αὐτῶν ἐδεῖτο. Καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν τί οὐκ ἐποίησε δι' αὐτούς; οὐχὶ ἀποστόλους ἀπέστειλεν; οὐχὶ σημεῖα εἰργάσατο; οὐχὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐκίνησεν; Οὕτω δεῖ φιλεῖν τοὺς ἐχθροὺς, οὕτω μιμεῖσθαι τὸν Χριστόν. Οὕτω Παῦλος ἐποίησε·
52 A λιθαζόμενος, μυρία πάσχων, ὑπὲρ αὐτῶν ἅπαντα ἔπραττεν. Ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· Ἡ εὐδοκία μου καὶ ἡ δέησις ὑπὲρ αὐτῶν ἐστιν εἰς σωτηρίαν· καὶ πάλιν, Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσι· καὶ πάλιν, Εἰ σὺ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης, πόσῳ μᾶλλον οὗτοι [a] ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ; Ἀπὸ πόσης φιλοστοργίας οἴει ταῦτα λέγεσθαι τὰ ῥήματα; ἀπὸ πόσης εὐνοίας; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οὐκ ἔστιν. Οὕτω δεῖ φιλεῖν τοὺς ἐχθρούς· τοῦτο τὸν Θεόν ἐστι φιλεῖν, τὸν ἐπιτάξαντα, [b] τὸν νομοθετήσαντα· τὸ μιμεῖ-
B

re prosequebatur, ut Deo dixerit, cum grave illud peccatum admisissent: *Si peccatum quidem dimittas, dimitte: sin minus, me quoque dele e libro quem scripsisti.* Malo, inquit, cum illis perire, quam absque illis esse salvus. Re vera est furor, re vera est magnus amor. Quid dicis? cælum despicis? Etiam, inquit; eos enim amo qui fecerunt injuriam. Deleri petis? Quid faciam, inquit? est enim amor. Quid vero quæ postea sunt consequuta? Audi quid alibi dicat Scriptura: *Et malis affectus fuit Moses propter ipsos.* Quoties eum contumeliis affecerunt? quoties destituerunt illum et fratrem? quoties quæsierunt redire in Ægyptum? et post hæc omnia excandescebat et furebat, et pro ipsis perpeti erat paratus: sic oportet diligere inimicos; laceratum et afflictum ac nihil non facientem et separatum, horum desiderare salutem. Quid vero, dic mihi, Paulus? non etiam pro ipsis petiit gehennam? Sed ab ipso Domino necesse est adducere exemplum: nam ipse quoque sic facit, dicens: *Solem suum oriri facit super bonos et malos,* a Patre suo exemplum afferens; nos autem ab ipso Christo. Venit ad ipsos, ex dispensatione, inquam, propter ipsos factus est servus, seipsum humiliavit, evacuavit, formam servi accepit: et cum advenisset, neque ipse abiit in viam gentium, et hoc imperavit discipulis: nec hoc solum, sed et circuivit omnem morbum curans et omnem ægritudinem. Quid ergo? Alii omnes stupebant et admirabantur, et dicebant: *Undenam ei hæc fiunt?* ii autem quos afficiebat beneficiis, dicebant, *Dæmonium habet,* et blasphemat et insanit et est planus et deceptor. Numquid ergo eos repulit? Nequaquam, sed eos majoribus affecit beneficiis hæc audiens, et abiit ad eos qui ipsum erant in crucem acturi, ut eos salvos faceret. Et postquam fuit crucifixus, quid dicit? *Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt.* Et antea male passus, et postea male passus, ad extremum usque spiritum pro ipsis omnia agebat, pro ipsis orabat. Et post crucem quid non pro eis fecit? nonne misit apostolos? non signa fecit? non quidvis movit? Sic oportet diligere inimicos, sic imitari Christum. Sic fecit Paulus: lapidibus appetitus, passus innumerabilia, pro ipsis agebat omnia. Audi eum dicentem: *Voluntas cordis mei et obsecratio fit pro*

Marginal notes: *Exod.* 32. 31. 32. — *Psal.* 105. 32. — *Matth.* 5. 45. — *Matth.* 13 56. — *Joan.* 10. 20. — *Matth.* 9 3. et 27. 63. — *Luc.* 23 34. — Inimicos quomodo diligere oporteat. — *Rom.* 10. 1.

[d] [*Fort.* ὑπὲρ. Savil.]
[a] Duo Mss. ἐγκεντρισθῶσι.

[b] [Marg. Savil. νουθετήσαντα. Et Interpres *qui admonuit.*]

Ibid. v. 2. *illis ad salutem*; et rursum, *Testimonium enim illis perhibeo, quod æmulationem Dei habent*; Ibid. 11. 17. et iterum : Si tu ex naturali excisus oleastro insertus es, quanto magis isti inserentur suæ olivæ? Ex quanto amore hæc verba dici existimas, ex quanta benevolentia? Non potest dici, non potest. Sic oportet inimicos diligere : hoc est Deum diligere qui jussit, qui legem dedit; illum imitari est diligere inimicum. Cogita quod non inimico benefacis, sed tibi : non illum diligis, sed Deo obedis. Hæc ergo cum sciamus, confirmemus inter nos amicitiam, ut cum nos in ea exacte gesserimus, assequamur bona promissa in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

σθαι ἐκεῖνον, τὸ φιλεῖν τὸν ἐχθρόν ἐστιν. Ἐννόησον ὅτι οὐ τὸν ἐχθρὸν εὐεργετεῖς, ἀλλὰ σαυτὸν, οὐκ ἐκεῖνον φιλεῖς, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ὑπακούεις. Ταῦτα οὖν εἰδότες, κυρώσωμεν εἰς ἀλλήλους τὴν ἀγάπην, ἵνα μετὰ ἀκριβείας ταύτην κατορθώσαντες, τύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA VIII.

C

ΟΜΙΛΙΑ η'.

Cap. IV. v. 1. *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine.*

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ, ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε, μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πρᾳότητος.

1. Doctorum est virtus, non honorem, non gloriam quærere ab iis quibus imperant, sed ipsorum salutem, et pro ea re omnia facere. Nam qui illud quærit, non fuerit doctor, sed tyrannus. Non enim Deus propterea te iis præfecit, ut tu magis colaris et observeris, sed ut tua quidem negligantur, quæ vero sunt illorum omnia ædificentur. Hoc doctoris est : talis erat beatus Paulus, liber ab omni fastu; ita autem erat affectus ut esset quidem unus ex multis, imo etiam illorum minimus. Propterea et se vocat servum, et plurima tamquam supplicans loquitur. Itaque vide eum nunc quoque nihil scribere imperiosum, nihil quod præ se ferat auctoritatem, sed quod sit contractum ac demissum : *Obsecro itaque vos*, inquit, *ego vinctus in Domino*, *ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis.* Quid rogas, dic quæso? ut ipse aliquid assequaris? Nequaquam, inquit, sed ut aliis salutem afferam. Atqui qui rogant, rogant quæ assequi ipsorum interest. Et mea, inquit, hoc interest : sicut 1. Thess. 3. 8. etiam alibi scribens dicebat : *Nunc vivimus, si vos statis in Domino.* Semper enim valde desiderabat salutem suorum discipulorum. *Ego vinctus in Domino.* Magna et quæ vim magnam

D Διδασκάλων ἐστὶν ἀρετὴ μὴ τιμὴν, μηδὲ δόξαν ζητεῖν παρὰ τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου ποιεῖν· ὡς ὅ γε ἐκεῖνο ζητῶν, οὐκ ἂν εἴη διδάσκαλος, ἀλλὰ τύραννος. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτό σε ἐπέστησεν ὁ Θεὸς αὐτοῖς, ἵνα σὺ πλείονος ἀπολαύσῃς θεραπείας, ἀλλ' ἵνα τὰ μὲν σὰ ἀμελῆται, πάντα δὲ τὰ ἐκείνων οἰκοδομῆται. Τοῦτό ἐστι διδασκάλου· τοιοῦτος ὁ μακάριος Παῦλος ἦν, ὃς τύφου μὲν ἀπήλλακτο παντὸς, οὕτω δὲ διέκειτο, ὡς εἷς τῶν E πολλῶν, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐλάχιστος. Διὰ τοῦτο καὶ δοῦλον αὐτῶν ἑαυτὸν καλεῖ, καὶ τὰ πλείονα ἐν ἱκετηρίας τάξει φθέγγεται. Ὅρα γοῦν καὶ νῦν οὐδὲν ἐπιτακτικὸν γράφοντα, οὐδὲν αὐθεντικὸν, ἀλλὰ συνεσταλμένον καὶ καθυφειμένον. Παρακαλῶ οὖν ἐγὼ, φησὶν, ὑμᾶς ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε. Τί παρακαλεῖς, εἰπέ μοι; ἵνα τινὸς τύχῃς αὐτός; Οὐδαμῶς, φησὶν, ἀλλ' ἵνα ἄλλους σώσω. Καίτοι γε οἱ παρακαλοῦντες, ὑπὲρ τῶν αὐτοῖς διαφερόντων παρακαλοῦσι. Καὶ ἐμοὶ τοῦτο δια- F φέρει, φησὶ, καθὼς καὶ ἑτέρωθι γράφων ἔλεγε· Νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ. Σφόδρα γὰρ ἀεὶ τῆς σωτηρίας τῶν μαθητευομένων ἐφίετο. Ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ. Μέγα ἀξίωμα καὶ σφοδρὸν, καὶ βασι- 53 λείας καὶ ὑπατείας καὶ πάντων μεῖζον. Ὅπερ οὖν A καὶ πρὸς Φιλήμονα γράφων φησίν· Ὡς Παῦλος

πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος ἐν Χριστῷ. Οὐδὲν γὰρ οὕτω λαμπρὸν, ὡς δεσμὸς διὰ Χριστὸν, ὡς αἱ ἁλύσεις αἱ περικείμεναι ταῖς ὁσίαις χερσὶν ἐκείναις. Τοῦ ἀπόστολον εἶναι, τοῦ διδάσκαλον εἶναι, τοῦ εὐαγγελιστὴν εἶναι, τοῦτο λαμπρότερον, τὸ δέσμιον εἶναι διὰ τὸν Χριστόν. Εἴ τις φιλεῖ τὸν Χριστὸν, ἔγνω τὸ λεγόμενον· εἴ τις μαίνεται καὶ περικαίεται τοῦ Δεσπότου, οἶδε τὴν δύναμιν τῶν δεσμῶν. Ὁ τοιοῦτος ἕλοιτο ἂν δέσμιος εἶναι διὰ Χριστὸν, ἢ
B τοὺς οὐρανοὺς οἰκεῖν. Παντὸς χρυσοῦ λαμπροτέρας αὐτοῖς ἐδείκνυ τὰς χεῖρας, παντὸς διαδήματος βασιλικοῦ. Οὐ γὰρ οὕτω ποιεῖ λαμπρὰν κεφαλὴν ταινία λιθοκόλλητος περικειμένη, ὡς ἅλυσις σιδηρᾶ διὰ Χριστόν. Τότε τῶν βασιλείων λαμπρότερον τὸ δεσμωτήριον ἦν. Τί λέγω βασιλείων; καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ οὐρανοῦ· δέσμιον γὰρ εἶχε Χριστοῦ. Εἴ τις φιλεῖ τὸν Χριστὸν, οἶδε τοῦτο τὸ ἀξίωμα, οἶδε ταύτην τὴν ἀρετὴν, οἶδεν ὅσον ἐχαρίσατο τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τὸ δεθῆναι δι' αὐτόν. Τάχα τοῦ καθίσαι ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τοῦτο λαμ-
C πρότερον, τοῦ καθίσαι ἐπὶ δώδεκα θρόνων τοῦτο σεμνότερον, τὸ δεθῆναι δι' αὐτόν. Καὶ τί λέγω περὶ τῶν ἀνθρωπίνων; αἰσχύνομαι συγκρίνων πλοῦτον καὶ κόσμον χρυσοῦν δεσμοῖς. Ἀλλ' ἀφεὶς εἰπεῖν περὶ τῶν μεγάλων ἐκείνων, κἂν μηδένα μισθὸν εἶχε τὸ πρᾶγμα, τοῦτο μόνον μέγας μισθὸς, τοῦτο ἀντίδοσις ἱκανὴ, τὸ διὰ τὸν φιλούμενον ταῦτα πάσχειν τὰ δεινά. Ἴσασιν οἱ φιλοῦντες, εἰ καὶ μὴ τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἀνθρώπους, τὸ λεγόμενον, οἳ ἥδονται κακῶς πάσχοντες μᾶλλον,
D ἢ τιμώμενοι παρὰ τῶν ἐρωμένων. Τοῦ ἁγίου χοροῦ τὸ ταῦτα συνιδεῖν μόνον, τῶν ἀποστόλων λέγω. Ἄκουε γὰρ τοῦ μακαρίου Λουκᾶ λέγοντος· ὅτι Ὑπέστρεφον χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις δοκεῖ γέλως εἶναι, εἰ τὸ ἀτιμασθῆναι καταξιωθῆναί ἐστιν, εἰ τὸ ἀτιμασθῆναι, χαίρειν ἐστί· τοῖς δὲ ἐπισταμένοις τοῦ Χριστοῦ τὸν πόθον τοῦτο πάντων μακαριστότερον νενόμισται. Εἴ τις ἐμοὶ τὸν οὐρανὸν ἐχαρίζετο πάντα, ἢ τὴν ἅλυσιν ἐκείνην,
E ἐκείνην ἂν ἐγὼ προετίμησα· εἴ τις με μετὰ τῶν ἀγγέλων ἵστη ἄνω, ἢ μετὰ Παύλου δεδεμένου, τὸ δεσμωτήριον ἂν εἱλόμην· εἴ τις με ἐκείνων ἕνα ἐποίει τῶν δυνάμεων τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν, τῶν περὶ τὸν θρόνον, ἢ δεσμώτην τοιοῦτον, τοιοῦτος ἂν εἱλόμην γενέσθαι δεσμώτης. Εἰκότως· οὐδὲν τῆς ἁλύσεως ἐκείνης μακαριώτερον. Ἐβουλόμην ἐν τοῖς τόποις γενέσθαι νῦν ἐκείνοις· λέγεται γὰρ ἔτι μένειν
F τὰ δεσμά· καὶ ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι τοὺς ἄνδρας ἐκείνους τοῦ πόθου τοῦ Χριστοῦ· ἐβουλόμην ἰδεῖν τὰς ἁλύσεις, ἃς δεδοίκασι μὲν δαίμονες καὶ φρίττουσιν, αἰδοῦνται δὲ ἄγγελοι. Οὐδὲν βέλτιον τοῦ κακῶς παθεῖν τι διὰ Χριστόν. Οὐχ οὕτω μακαρίζω Παῦλον, ὅτι εἰς παράδεισον ἡρπάγη, ὡς ὅτι εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐνε-

habet dignitas, et regno et consulatu et quibusvis aliis major. Quod quidem dicit etiam scribens ad Philemonem : *Cum sim Paulus senex, nunc autem vinctus in Christo.* Philem. 9. Nihil est enim æque præclarum atque vincula propter Christum, atque catenæ sanctis illis manibus impositæ. Vinctum esse propter Christum est præclarius quam esse apostolum, quam esse doctorem, quam esse evangelistam. Si quis amat Christum, novit quod dicitur : si quis in Dominum insanit et ejus amore uritur, novit vim vinculorum. Maluerit esse vinctus propter Christum quam habitare cælos. Quovis auro splendidiores eis ostendebat manus, et quovis regali diademate. Non enim tam splendidum facit caput vitta ex gemmis composita ei imposita, quam catena ferrea propter Christum. Tunc erat regiis ædibus carcer præclarior. Quid dico regiis ædibus? ipso quoque cælo : habebat enim vinctum Christi. Si quis Christum diligit, novit hanc dignitatem, novit hanc virtutem, novit quantum generi hominum sit gratificatum, quod propter ipsum sit vinctus. Hoc fortasse est præclarius, quam sedere a dextris ejus : hoc est magnificentius, quam sedere super duodecim sedes, vinctum esse propter Christum. Et quid dico de rebus humanis? me pudet conferre divitias et ornatum aureum cum vinculis. Sed magna illa missa faciens, etiam si res nullam haberet mercedem, hoc solum est magna merces et sufficiens remuneratio, hæc gravia pati propter eum qui amatur. Sciunt quod dicitur qui amant, si non Deum, at homines : qui magis lætantur si male patiuntur pro iis quos amant, quam si honorentur. Hoc sancti chori solum est intelligere, apostolorum, inquam. Audi enim beatum Lucam dicentem, *Redibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati.* Act. 5. 41. Atque aliis quidem videtur esse ridiculum, si probro et contumelia esse affectum, sit esse dignitatem assequutum, si probro esse affectum, sit lætari : iis autem qui sciunt Christi desiderium, hoc esse existimatur omnium beatissimum. Si quis mihi offerret totum cælum, aut illam catenam, ego illam præferrem : si quis me apud superos collocaret cum angelis, aut cum Paulo vincto, eligerem carcerem : si quis me faceret unum ex Potestatibus quæ sunt circa cælos, aut circa thronos, aut talem esse vinctum; potius optarem talis esse vinctus. Et jure quidem : nihil enim est illa catena beatius. Vellem nunc esse in illis locis, in quibus dicuntur manere illa vincula,

Diadema Imperatorum.

Vinctum esse pro Christo majus putatur, quam sedere a dextris ejus.

et videre, virosque illos admirari propter Christi desiderium : vellem videre catenas, quas pertimescunt quidem et horrent dæmones, reverentur autem angeli. Nihil est melius quam male pati propter Christum. Non tam beatum prædico Paulum quod raptus sit in paradisum, quam quod conjectus sit in carcerem : non tam enim dico beatum quod audierit arcana verba, quam eum censeo beatum propter vincula : non tam beatum dico quod raptus sit in tertium cælum, quam propter illa vincula. Nam quod hæc illis sint majora, audi quomodo ipse quoque noverit. Neque enim dixit : Rogo vos ego qui verba audivi ineffabilia? sed quid? *Rogo vos ego vinctus in Domino.*

2. Si hoc autem non omnibus adscribit epistolis, non est mirum : non enim semper fuit vinctus, sed quibusdam temporibus. Mihi est optabilius male pati pro Christo, quam honorari a Christo. Hoc magnus est honor, hoc est gloria quæ omnia exsuperat. Si ipse qui propter me factus est servus, et evacuavit gloriam, non adeo existimabat se esse in gloria, ut quando pro me agebatur in crucem, quid me non oportet pati?
Joan. 17. 1. Audi enim ipsum dicentem : *Glorifica me*, inquit, *tu, Pater*. Quid dicis? in crucem ageris, ut exsecratorum mortem subeas cum latronibus et sepulcrorum effossoribus ; es conspuendus et colaphis cædendus, et hæc vocas gloriam? Certe, inquit ; hæc enim patior pro iis quos diligo, et hæc nunc gloriam existimo. Si qui miserabiles et miseros dilexit, eam rem vocat gloriam, neque in throno esse paterno neque in gloria, sed in ignominia esse et dedecore erat gloria, et hoc illi præferebat ; multo magis ego hæc debeo existimare gloriam. O beata vincula ! o beatas manus quas ornavit illa catena ! Non erant adeo
Act. 14. honorandæ Pauli manus, quæ claudum qui erat Lystris erexerunt et fecerunt surgere, ut quæ indutæ erant vinculis. Si ego fuissem illis temporibus, tunc maxime eas essem amplexus, et pupillis meis admovissem : non cessassem deosculari manus, quæ dignæ sunt habitæ quæ pro Domino meo vincirentur. Admiraris Paulum quando ejus manum tetigit vipera, et nihil ei fecit? Ne mireris : reverita enim fuit catenam ; totum etiam mare eam reverebatur ; tunc enim erat vinctus. Si quis mihi dederit nunc ut suscitem mortuos, non hoc elegerim, sed catenam. Si ab ecclesia-

54 A βλήθη. Οὐχ οὕτως αὐτὸν μακαρίζω, ὅτι ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ὡς ὅτι ὑπέμεινε τὰ δεσμά· οὐχ οὕτως αὐτὸν μακαρίζω, ὅτι ἡρπάγη [a] εἰς τρίτον οὐρανὸν, ὡς μακαρίζω διὰ τὰ δεσμά. Ὅτι γὰρ ταῦτα ἐκείνων μείζονα, ἄκουσον καὶ αὐτὸς πῶς τοῦτο οἶδεν. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, παρακαλῶ ὑμᾶς ἐγὼ ὁ ῥήματα ἄῤῥητα ἀκούσας, ἀλλὰ τί; Παρακαλῶ ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ.

B Εἰ δὲ μὴ πάσαις τοῦτο προσγράφει ταῖς ἐπιστολαῖς, οὐ θαυμαστόν· οὐδὲ γὰρ πάντοτε ἐδέδετο, ἀλλ' ἐν χρόνοις τισίν. Αἱρετώτερον ἐμοὶ παθεῖν κακῶς ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, ἢ τιμᾶσθαι παρὰ τοῦ Χριστοῦ. Τοῦτο μεγάλη τιμὴ, τοῦτο δόξα ἡ πάντα ὑπερβάλλουσα. Εἰ αὐτὸς δι' ἐμὲ γενόμενος δοῦλος, καὶ τὴν δόξαν κενώσας, οὐχ οὕτως ἡγεῖτο ἐν δόξῃ εἶναι, ὡς ὅτε ἐσταυροῦτο ὑπὲρ ἐμοῦ, τί ἐμὲ παθεῖν οὐ δεῖ; Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· Δόξασόν με σὺ, Πάτερ. Τί λέγεις; ἐπὶ σταυροῦ ἄγῃ μετὰ λῃστῶν καὶ τυμβωρύχων, τὸν τῶν
C ἐπαράτων ὑφίστασθαι θάνατον, ἐμπτύεσθαι μέλλεις καὶ ῥαπίζεσθαι, καὶ ταῦτα δόξαν καλεῖς; Ναὶ, φησίν· ὑπὲρ γὰρ τῶν φιλουμένων ἐγὼ πάσχω ταῦτα, καὶ ταῦν δόξαν αὐτὰ ἡγοῦμαι. Εἰ ὁ τοὺς οἰκτροὺς καὶ ταλαιπώρους φιλήσας, δόξαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ, [b] οὐ τὸ ἐν τῷ θρόνῳ εἶναι τῷ πατρικῷ, οὐδὲ τὸ ἐν τῇ δόξῃ, ἀλλὰ τὸ ἐν ἀτιμίᾳ δόξα ἦν, καὶ τοῦτο ἐκείνου προετίθει· πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ ταῦτα ὀφείλω δόξαν ἡγεῖσθαι. Ὦ
D τῶν μακαρίων δεσμῶν, ὢ τῶν μακαρίων χειρῶν, ἃς ἐκόσμησεν ἡ ἅλυσις ἐκείνη. Οὐκ ἦσαν οὕτω τίμιαι αἱ χεῖρες Παύλου τὸν χωλὸν τὸν ἐν Λύστροις ἀναστήσασαι καὶ ἐγείρασαι, ὡς τὰ δεσμὰ περικείμεναι. Εἰ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἦν ἐγὼ, τότε ἂν μάλιστα αὐτὰς περιεπτυξάμην, καὶ ἐπὶ τὰς κόρας ἔθηκα τὰς ἐμάς· οὐκ ἐπαυσάμην καταφιλῶν χεῖρας καταξιωθείσας ὑπὲρ τοῦ Δεσπότου δεθῆναι τοῦ ἐμοῦ. Θαυμάζεις Παῦλον, ὅτε καθῆψεν αὐτοῦ ἡ ἔχις τῆς χειρὸς, καὶ οὐδὲν ἐποίη-
E σε; Μὴ θαυμάσῃς· ᾐδέσθη γὰρ τὴν ἅλυσιν· καὶ θάλαττα δὲ ὁλόκληρος ταύτην ᾐδεῖτο· τότε γὰρ ἐδέδετο. Εἴ τίς μοι νεκροὺς ἔδωκεν ἀναστῆσαι νῦν, οὐκ ἂν τοῦτο εἱλόμην, ἀλλὰ τὴν ἅλυσιν· εἰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν φροντίδων ἐκτὸς ἤμην, καὶ τὸ σῶμα εὔρωστον εἶχον, οὐκ ἂν παρῃτησάμην ἀποδημίαν τοσαύτην ποιήσασθαι ὑπὲρ τοῦ τὰς ἁλύσεις μόνον ἰδεῖν, ὑπὲρ τοῦ τὸ δε-

a Unus εἰς τρίτον παράδεισον τὸν οὐρανόν.

b [*Leg.* καὶ οὐ. Hales]

σμωτήριον ἔνθα ἐδέδετο. Καίτοι καὶ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ πολλὰ πανταχοῦ σημεῖα τυγχάνει, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶ ποθεινὰ, ὡς τὰ τῶν στιγμάτων. Καὶ ἐν ταῖς F Γραφαῖς δὲ οὐχ οὕτω με εὐφραίνει θαύματα ἐργαζόμενος, ὡς πάσχων κακῶς, μαστιζόμενος, συρόμενος. Ὄντως θαυμαστὰ καὶ τὰ τοῦ χρωτὸς σουδάρια καὶ τὰ σημικίνθια, παράδοξα ἐργαζόμενα· ἀλλ' οὐ τοιαῦτα οἷα ἐκεῖνα. Δείραντες αὐτὸν, φησὶ, καὶ ἐπιθέντες πολλὰς πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακήν· καὶ πάλιν, Δεδεμένοι A ὕμνουν τὸν Θεόν· καὶ πάλιν, Λιθάσαντες αὐτὸν, ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίσαντες αὐτὸν τεθνάναι. Βούλεσθε μαθεῖν ὅσον ἐστὶν ἅλυσις σιδηρᾶ διὰ Χριστὸν περικειμένη σώματι δουλικῷ; ἀκούσατε αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, Μακάριοί ἐστε. Τί; ὅταν νεκροὺς ἀναστήσητε; Οὐχί· ἀλλὰ τί; ὅταν τυφλοὺς θεραπεύσητε; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τί; Ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα, ψευδόμενοι καθ' ὑμῶν ἕνεκεν ἐμοῦ. Εἰ δὲ τὸ κακῶς ἀκοῦσαι, οὕτω ποιεῖ μακαρίους, τὸ κακῶς παθεῖν, τί οὐκ ἂν [a] εἰργάσατο; Ἄκουε αὐτοῦ τοῦ μακαρίου τούτου λέ- B γοντος ἀλλαχοῦ· Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. Ἀλλὰ τοῦ στεφάνου τούτου λαμπρότερος ὁ δεσμός· τούτου με καταξιώσει, φησὶ, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ ἐκείνων ἀκριβολογοῦμαι. Ἀρκεῖ μοι πρὸς πᾶσαν ἀντίδοσιν τὸ παθεῖν κακῶς διὰ τὸν Χριστόν. Δότω μοι φθέγξασθαι ἐκεῖνο, ὅτι Ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, καὶ οὐδενὸς δέομαι. Κατηξιώθη καὶ Πέτρος ταύτης τῆς ἁλύσεως· ἦν γὰρ, φησὶ, δεδεμένος, καὶ παραδεδομένος στρατιώταις, καὶ ἐκάθευδεν. Οὕτως ἔχαιρε, καὶ C οὐκ ἤλγει, ὡς καὶ καθεύδειν· οὐκ ἂν δὲ αὐτὸν βαθὺς ὕπνος εἶχεν, εἴγε ἐν φροντίδι ἦν πολλῇ. Ἐκάθευδε μεταξὺ στρατιωτῶν ὤν· καὶ ἄγγελος ἦλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ πατάξας αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, ἤγειρεν. Εἴ τις τοίνυν εἶπέ μοι, τί ἐβούλου; ἄγγελος εἶναι ὁ Πέτρον νύξας, ἢ Πέτρος ὁ διασωθείς; Πέτρος ἂν εἱλόμην γενέσθαι, δι' ὃν καὶ ὁ ἄγγελος ἦλθεν. Ἐγὼ τῶν δεσμῶν ὀναίμην ἐκείνων. Καὶ πῶς, φησὶν, ὡς μεγάλων κακῶν ἀπαλλαγεὶς εὔχεται; Μὴ θαυμάσῃς· εὔχεται γὰρ, δεδοικὼς μὴ ἀποθάνῃ. Τὸ δὲ ἀποθανεῖν ἐδεδοίκει διὰ τὸ D ἔτι βούλεσθαι αὐτὸν τὴν ζωὴν εἶναι ὑπόθεσιν [b] τῶν παθῶν. Ἄκουσον γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ μακάριος Παῦλος τί φησι; Τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, τὸ δὲ παραμένειν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. Τοῦτο καὶ χάριν ἐκάλεσε γράφων· Ἐχαρίσθη γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. Ὥστε τοῦτο ἐκείνου μεῖζόν ἐστιν· ἐχαρίσατο

sticis curis essem remotus, et esset mihi corpus sanum ac validum, non recusarim hanc suscipere peregrinationem, ut solum viderem catenas, ut carcerem in quo fuit vinctus. Atqui ejus miraculorum multa multis in locis sunt signa, sed non sunt tam desiderabilia quam stigmatum. Et in Scripturis non ita me delectat dum facit miracula, quam dum male patitur, flagris cæditur, atque raptatur. Vere mirabilia sunt illius corporis sudaria et semicinctia quæ stupenda patrant : sunt hæc vere mirabilia, sed non ut illa. *Cum illum cecidissent, et multas plagas ei imposuissent, miserunt in carcerem ;* et rursus, *Vincti laudabant Deum* ; et rursus, *Lapidantes traxerunt eum extra civitatem, existimantes eum mortuum esse.* Vultis scire quanta res sit catena ferrea propter Christum in corpus servile injecta? audite ipsum Christum dicentem, *Beati estis.* In quo? cum mortuos suscitaveritis? Nequaquam ; sed in quo? quando cæcos curaveritis? Minime ; sed in quonam? *Quando probris vos affecerint homines, et persequuti fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me.* Si autem male audire sic beatos efficit, male pati quid non fecerit? Audi ipsum beatum Paulum dicentem alibi : *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ.* Sed hac corona præclarius est vinculum : Eo me, inquit, dignabitur, et de illis non accurate disceptο. Ad omnem remunerationem mihi sufficit male passum esse propter Christum. Det mihi ut illud eloquar : *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea*, et nullius egeo. Dignus quoque est habitus Petrus hac catena : Erat enim, inquit, vinctus et traditus militibus, et dormiebat. Adeo gaudebat nec alterabatur, ut profundus eum teneret somnus: non dormisset, si in magna fuisset sollicitudine. Dormiebat inter milites, et venit ad eum angelus, et percusso ejus latere eum excitavit. Si quis ergo mihi diceret : Quid malles, an esse angelus qui Petrum pupugit, an Petrus qui salvus evasit? mallem esse Petrus propter quem venit angelus. Illa mihi prodessent vincula. Et quomodo, inquit, precatur, tamquam liberatus a magnis malis? Ne mireris : precatur enim timens ne moriatur : timebat autem mori, quod adhuc vellet vitam esse perpessionis argumentum et materiam.

Paulus [illegible] tabatur in vinculis.
Act. 16. 23.
Ibid. v. 25.
Ib. 14. 8 [illegible]

Propter Christum pati [illegible] omnibus majus [illegible]
Matth. [illegible] 11.

2 *Tim.* [illegible] 8.

Col. 1. 24.

Act. 12. [illegible]—6.

a Mss. quidam ἐργάσαιτο, non male

b [Marg. Savil. τῶν ἀγώνων, et infra ἐπιμεῖναι pro [illegible]]

Philipp. 1. 23. 24. Audi itaque quid ipse dicat beatus Paulus : *Dissolvi et cum Christo esse multo melius : permanere autem in carne magis necessarium propter vos.* Hoc etiam vocavit gratiam, scribens : *Vobis*, inquit, *donatum est a Christo, ut non solum in eum credatis, sed etiam pro eo patiamini.* Quamobrem hoc illo est majus: donavit enim. Revera est maxima gratia, et major illis omnibus, quam solem et lunam sistere, quam mundum movere : hoc majus quam vincere aut expellere dæmones. Non illi tam dolent, dum fide expelluntur a nobis, ut quando viderint nos mali aliquid pati propter Christum et vinciri : hoc enim majorem dat libertatem et fiduciam. Non propterea bonum est vinctum esse propter Christum, quod ea res regnum conciliet, sed quod eo fiat propter Christum : non propterea beata prædico vincula quod transmittant in cælum, sed quod ea sint propter Dominum cæli.

(Ib. v. 29. — margin note beside "bens : Vobis")

E γάρ. Ὄντως ἐστὶ χάρις μεγίστη, καὶ πασῶν τούτων μείζων, τοῦ τὸν ἥλιον στῆσαι καὶ τὴν σελήνην, τοῦ τὸν κόσμον κινῆσαι· τοῦτο μεῖζον τοῦ δαιμόνων κρατῆσαι, ἢ ἀπελάσαι δαίμονας. Οὐχ οὕτως ἀλγοῦσιν ἐκεῖνοι πίστει τῇ παρ' ἡμῶν ἐλαυνόμενοι, ὡς ὅταν ἡμᾶς ἴδωσι κακόν τι πάσχοντας διὰ τὸν Χριστὸν, καὶ δεσμουμένους· μείζονα γὰρ τοῦτο ποιεῖ τὴν παῤῥησίαν. Οὐ διὰ τοῦτο καλὸν τὸ δεδέσθαι διὰ τὸν Χριστὸν, ὅτι βασιλείαν προξενεῖ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὅτι διὰ τὸν
F Χριστὸν γίνεται· οὐ διὰ τοῦτο μακαρίζω τοὺς δεσμοὺς, ὅτι εἰς τὸν οὐρανὸν [c] παραπέμπουσιν, ἀλλ' ὅτι διὰ τὸν Δεσπότην τοῦ οὐρανοῦ γίνονται.

55

3. Quanta est gloriatio scire quod propter Christum sit vinctus, quanta voluptas, quantus honor, quantus splendor? Vellem hæc perpetuo effari, vellem hærere catenæ, vellem etsi reipsa sum privatus, at ratione per affectionem animam
Act. 16. 26. ea circumdare. *Terræ motu concussus est carcer vincto Paulo, et sunt omnia relaxata vincula.* Vidisti vinculorum naturam resolventem vincula? Sicut enim mors Domini morte mortem affecit, ita etiam Pauli vincula vinctos solverunt, carcerem concusserunt, portas aperuerunt. Atqui non est hæc vinculorum natura, sed contraria, nempe vinctum tuto tenere in custodia, non ei aperire parietes. Sed vinculorum quidem non est absolute hæc natura, sed vinculorum quæ sunt propter Christum. Custos carceris procidit ad pedes Pauli et Silæ. Sed neque hoc absolute faciunt vincula, ut eos qui vinxerunt ducant ad pedes vinctorum, sed contra hos illis reddant subjectos. Nunc autem is, qui erat solutus, procubuerat ad vincti pedes : qui vinxerat, rogabat vinctum ut solveretur metu. Non tu eum vinxisti, dic mihi? non tu eum in interiorem conjecisti custodiam? non tu compedibus in tuto collocasti pedes? quid contremiscis? quid tumultuaris? quid lacrymaris? quid strinxisti ensem? Nihil tale, inquit, vinxi : nesciebam tantam esse virtutem vinctorum Christi. Quid dicis? acceperunt potestatem cælos aperiendi, et carcerem non erant aperturi? solvebant

A Πόσον καύχημα εἰδέναι, ὅτι διὰ τὸν Χριστὸν ἐδέθη; πόση ἡδονὴ, πόση τιμὴ, πόση λαμπρότης; Ἐβουλόμην διαπαντὸς ταῦτα φθέγγεσθαι· ἐβουλόμην ἔχεσθαι τῆς ἁλύσεως· ἐβουλόμην, εἰ καὶ τῷ πράγματι ἀπεστέρημαι, ἀλλὰ τῷ λόγῳ περιθεῖναι τὴν ἅλυσιν τῇ ψυχῇ διὰ τῆς διαθέσεως. Ἐσείσθη, φησὶ, τὸ δεσμωτήριον δεδεμένου Παύλου, καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνείθη. Εἶδες δεσμῶν φύσιν τὰ δεσμὰ ἀναλύουσαν; Ὥσπερ γὰρ ὁ τοῦ Κυρίου θάνατος τὸν θάνατον ἐθανάτωσεν, οὕτω καὶ τὰ Παύλου δεσμὰ τοὺς δεσμώτας ἔλυσε, τὸ δεσμωτήριον ἔσεισε, τὰς θύρας ἀνέ-
B ῳξε· καίτοι οὐχ αὕτη τῶν δεσμῶν ἡ φύσις ἐστὶν, ἀλλ' ἡ ἐναντία, κατέχειν ἐν ἀσφαλείᾳ τὸν δεδεμένον, οὐχὶ τοὺς τοίχους ἀνοίγειν αὐτῷ. Ἀλλὰ τῶν μὲν δεσμῶν ἁπλῶς φύσις οὐκ ἔστιν αὕτη, δεσμῶν δὲ τῶν διὰ Χριστὸν αὕτη. Προσέπεσεν ὁ δεσμοφύλαξ τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ποιεῖ δεσμὰ ἁπλῶς, τοὺς δήσαντας εἰς τοὺς πόδας ἄγειν τῶν δεδεμένων, ἀλλὰ τοὐναντίον ὑποχειρίους τούτους ἐκείνοις ποιεῖν. Νῦν δὲ ὁ λελυμένος ὑπὸ τοὺς πόδας ἦν τοῦ δεδεμένου· ὁ δήσας ἠξίου τὸν δεθέντα λυθῆναι τοῦ φόβου. Οὐχὶ σὺ
C ἔδησας, εἰπέ μοι; οὐχὶ εἰς τὴν ἐσωτέραν ἔβαλες φυλακήν; οὐχὶ εἰς τὸ ξύλον ἠσφαλίσω τοὺς πόδας; τί τρέμεις; τί θορυβῇ; τί δακρύεις; τί τὸ ξίφος ἐσπάσω; [a] Οὐδὲν τοιοῦτον ἔδησα, φησίν· οὐκ ᾔδειν, ὅτι τοσαύτη τῶν τοῦ Χριστοῦ δεσμίων ἡ δύναμις. Τί λέγεις; οὐρανοὺς ἔλαβον ἐξουσίαν ἀνοίγειν, καὶ δεσμωτήριον οὐκ ἔμελλον ἀνοίγειν; τοὺς ὑπὸ δαιμόνων δεδεμένους ἔλυον, καὶ σιδήριον ἔμελλεν αὐτῶν περιέσεσθαι; οὐχ οἷ-

[c] [Idem ἀναπ.]

[a] [οὐδένα conj. Savil.]

δας τοὺς ἄνδρας· διὰ τοῦτο καὶ συγγνώμης ἔτυχες. Παῦλος ὁ δεδεμένος ἐστὶν, ὃν ἄγγελοι πάντες ἠδέσθη- D σαν· Παῦλός ἐστιν, οὗ καὶ τὰ σουδάρια καὶ τὰ σημικίνθια δαίμονας ἤλαυνε, καὶ νόσους ἐφυγάδευε, καίτοι πολλῷ σιδήρου [b] ἀδαμάντινος, καὶ ἀῤῥαγέστερος ὁ παρὰ τοῦ δαίμονος δεσμός· οὗτος μὲν γὰρ ψυχὴν, ἐκεῖνος δὲ σῶμα δεσμεῖ. Ὁ ψυχὰς τοίνυν δεδεμένας λύων, τὸ σῶμα τὸ αὐτοῦ οὐκ ἂν ἴσχυσε λῦσαι; ὁ δαιμόνων δεσμὰ διαῤῥηγνὺς, σιδήρου δέσιν οὐκ ἂν ἔλυσεν; ὁ διὰ τῶν ἱματίων αὐτοῦ τοὺς δεσμώτας ἐκείνους λύ- E ων, καὶ τῶν δαιμόνων ἀπαλλάττων, αὐτὸς δι᾽ ἑαυτοῦ ἑαυτὸν οὐκ ἂν ἔλυσε; Διὰ τοῦτο πρῶτον ἐδέθη, καὶ τότε τοὺς δεδεμένους ἔλυσεν, ἵνα μάθῃς, ὅτι οἱ τοῦ Χριστοῦ δοῦλοι δεδεμένοι, πολλῷ τῶν λελυμένων μείζονα ἔχουσι τὴν ἰσχύν. Εἰ λελυμένος τοῦτο εἰργάσατο, οὐκ ἦν οὕτω θαυμαστόν· ὥστε οὐκ ἀσθενείας ὁ δεσμὸς ἦν, ἀλλὰ μείζονος δυνάμεως. Οὕτω γὰρ λαμπροτέρα ἡ ἰσχὺς τοῦ ἁγίου δείκνυται, ὅταν καὶ δεδεμένος τῶν Γ λελυμένων κρατῇ, ὅταν ὁ δεδεμένος μὴ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δεδεμένους λύῃ. Τί τῶν τοίχων τὸ ὄφελος; τί τὸ πλέον ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν βαλεῖν αὐτὸν, ὅπου γε καὶ τὴν ἐξωτέραν ἀνέῳξε; Διὰ 57 A τί δὲ ἐν νυκτὶ, καὶ μετὰ σεισμοῦ [c] γέγονεν; Ἐνδοτέ μοι μικρὸν καὶ παραχωρήσατε, τῶν ἀποστολικῶν ἀποσχομένῳ ῥημάτων, καὶ ἐντρυφήσαντι τοῖς ἀποστολικοῖς πράγμασιν, ἑστιαθῆναι ἐν τῇ ἁλύσει Παύλου· δότε μοι ἐπιπλέον ἐνδιατρῖψαι. [a] Ἐπελαβόμην τοῦ δεσμοῦ, οὐδείς με ἀφίστησιν. Ἀσφαλέστερον ἐγὼ δέδεμαι νῦν τῷ πόθῳ, ἢ ἐκεῖνος τότε τῷ ξύλῳ. Τοῦτον οὐδεὶς λύει τὸν δεσμόν· ἀπὸ γὰρ τοῦ πόθου ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ· τοῦτον οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ βασιλεία οὐρανῶν ἰσχύει λῦσαι· αὐτοῦ Παύλου ἐστὶν ἀκοῦσαι λέγοντος, Οὔτε ἄγγελοι οὔτε ἀρχαὶ οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα οὔτε βάθος [b] δυνήσεται ἡμᾶς B χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. Τίνος οὖν ἕνεκα μέσον νυκτῶν τὸ πρᾶγμα γέγονε; τίνος ἕνεκεν καὶ μετὰ σεισμοῦ; Ἀκούσατε Θεοῦ οἰκονομίαν, καὶ θαυμάσατε. Πάντων τὰ δεσμὰ ἐλύθη, καὶ αἱ θύραι ἀνεῴχθησαν. Ἀλλὰ τοῦτο μόνον διὰ τὸν δεσμοφύλακα γέγονεν, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν, ἀλλὰ πρὸς σωτηρίαν. Ὅτι γὰρ οὐκ ᾔδεσαν οἱ δεσμῶται ὅτι λελυμένοι εἰσὶν, δῆλον ἀπὸ τῆς φωνῆς Παύλου. Τί γάρ φησιν; Ἐφώνησε δὲ φωνῇ C μεγάλῃ λέγων· μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακόν· πάντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε. Οὐκ ἂν δὲ πάντες ἦσαν ἔνδον, εἰ εἶδον τὰς θύρας ἀνεῳγμένας, καὶ ἑαυτοὺς λελυμένους. Οἱ γὰρ τοίχους διατέμνοντες, καὶ ὀρόφους καὶ θριγκία ὑπερβαίνοντες, καὶ πάντα τολμῶντες μετὰ δεσμῶν, οὐκ ἂν ἐκαρτέρησαν, καὶ τῶν δεσμῶν λελυμ.

eos qui vincti erant a dæmonibus, et ferrum eos erat superaturum? Non nosti viros, et ideo veniam es consequutus. Paulus est ille vinctus, quem angeli omnes sunt reveriti: Paulus est, cujus sudaria et semicinctia dæmones expellebant et morbos fugabant. Atqui ferro est multo magis adamantinum, et quod frangi non potest, dæmonis vinculum: nam hoc quidem animam, illud vero ligat corpus. Qui vinctas ergo solvit animas, corpus suum non potuit solvere? qui dæmonum perfringit vincula, ferri non solverit ligamen? qui per suas vestes illos solvebat vinctos et liberabat a dæmonibus, ipse per se seipsum non solverit? Propterea ipse primum fuit vinctus, et tunc solvit vinctos, ut discas quod Christi servi vincti longe majorem vim habent, quam qui soluti sunt. Si solutus hoc fecisset, non tam fuisset mirum. Non erat itaque vinculum imbecillitatis, sed majoris potentiæ. Sic enim sancti præclarior virtus ostenditur, quando etiam vinctus dominatum obtinet in vinctos, cum etiam vinctus non solum seipsum, sed etiam vinctos solvit. Quid juvant parietes? quid prodest eum in interiorem conjicere custodiam, cum etiam aperuerit exteriorem? Cur id autem noctu, et cur cum terræ motu factum est? Parum mihi concedite et permittite, ut dum a verbis abscesserim apostolicis, et in factis apostolicis me expleverim deliciis, in Pauli catena convivari: date mihi in ea paulo amplius versari. Apprehendi vinculum, nemo me abducet. Tutius ego nunc sum vinctus desiderio, quam ille tunc ligno. Hoc nemo solvit vinculum; est enim a Christi desiderio: hoc neque angeli, neque regnum cælorum potest solvere. Licet audire ipsum Paulum dicentem: *Neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia neque futura, neque altitudo neque profundum potest nos separare a caritate Christi.* [*Rom. 8.39.*] Quanam ergo de causa factum est hoc media nocte? quare etiam cum terræ motu? Audite Dei dispensationem, et admiramini. Omnium sunt soluta vincu la, et portæ sunt apertæ. Sed hoc solum factum est propter custodem carceris, non ad ostentationem, sed ad salutem. [*De custode carceris, in quo Paulus erat vinctus.*] Nam quod vincti nescirent se esse solutos, est perspicuum ex voce Pauli. Quid enim dicit? Clamavit voce magna dicens: *Nihil tibi mali facias; omnes enim hic sumus.* [*Act. 16.28.*] Non fuissent autem omnes intus, si scivissent portas

[b] [Hæc, *ἀδαμάντινος καί*, inclusit Savil.]
[c] [Marg. Savil. *τὸ πρᾶγμα γέγ.*]

[a] [Id. *ἐπ. ἅπαξ τοῦ δ.*]
[b] [Id. *δυνήσονται*, et mox *μέσων*.]

esse apertas, et se solutos. Nam qui muros perfringunt, tectaque et suggrundia transiliunt, et nihil non audent etiam cum vinculis, non tolerassent et vinculis solutis et portis apertis intus manere, D dormiente ipso custode carceris. Sed pro ferreis vinculis erat eis somni vinculum. Quo factum est ut et id fieret, nec ex miraculo ulla noxa rediret ad custodem carceris, qui erat salvus futurus. Et alioqui etiam maxime noctu ligantur qui sunt vincti, non interdiu. Licebat ergo tunc diligenter videre rursus vinctos et dormientes. Si hæc autem interdiu facta essent, magnus ortus esset tumultus. Cur ergo terræ motu concussus fuit carcer? Ut surgeret custos carceris ad rei spectaculum: is enim solus dignus erat salute.

4. Tu autem mihi vide Christi summam gratiam. E Nam inter Pauli vincula, Christi quoque gratiæ meminisse pulchrum et honestum: imo vero ea quoque erant Dei gratiæ. Sunt enim qui reprehendunt quod salvus fuerit custos carceris, et pro quibus admirari oportebat Dei clementiam, ex iis ipsis vituperant: nec mirum. Imbecilli enim et ægroti sunt hujusmodi, qui etiam alimentum vituperant, quod oporteret admirari, et mel dicunt esse amarum. Et qui cæcutiunt, ex F eo obtenebrantur ex quo deberent illuminari, cum hæc accidant non ex rerum natura, sed ex imbecillitate eorum qui eis uti non possunt, ut oportet. 58 Quid ergo dicebant? Cum oporteret admirari quod A eum cepisset qui ad extremum prolapsus erat vitium, et fecisset meliorem, dicunt: Quomodo non arbitratus est eam rem esse præstigiarum et incantationis, et non eos magis retinuit, et clamavit? Ad hoc multis usus est conjecturis: primum quidem, quod audivit eos Deum laudantes et hymnos cantantes: ejusmodi autem hymnos non cecinissent, si fuissent præstigiatores: Audivit enim, *Act.* 16. 25. inquit, eos Deum laudantes. Secundo autem, quod ipsi non aufugerunt, sed etiam prohibuerunt B ne se interficeret: si autem propter se hoc fecissent, non intus mansissent, sed se prius exemissent. Magna autem est etiam eorum humanitas: prohibuerunt ne se interficeret, qui ipsos ligaverat. Ac si dixissent illi: Firmiter et acriter nos vinxisti, ut ipse esses solutus ab acerbissimis vinculis. Catenis enim suorum peccatorum unusquisque constringitur. Nam

νων καὶ τῶν θυρῶν ἀνεῳγμένων, ἔνδον μένειν, καὶ τοῦ δεσμοφύλακος καθεύδοντος αὐτοῦ. Ἀλλ' ἀντὶ δεσμῶν σιδηρῶν ἦν αὐτοῖς ὁ δεσμὸς τοῦ ὕπνου. Διὰ τοῦτο οὕτως ᾠκονομήθη, ὥστε καὶ τὸ πρᾶγμα γενέσθαι, καὶ μηδεμίαν ἀπὸ τοῦ θαύματος ζημίαν συμβῆναι τῷ μέλλοντι σώζεσθαι δεσμοφύλακι. Καὶ ἑτέρως δὲ μάλιστα οἱ δεδεμένοι ἐν νυκτὶ δεσμοῦνται, οὐχ ἐν ἡμέρᾳ. Μετὰ πολλῆς οὖν σπουδῆς ἦν ἰδεῖν δεδεμένους πάλιν, καὶ καθεύδοντας. Εἰ δὲ ἐν ἡμέρᾳ ἐγένετο ταῦτα, πολὺς ἂν ἐγένετο θόρυβος. Τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ ἐσείσθη τὸ οἴκημα; Ὥστε διαναστῆναι τὸν δεσμοφύλακα ἐπὶ τὴν τοῦ πράγματος θέαν· οὗτος γὰρ ἦν ἄξιος τῆς σωτηρίας μόνος.

Σὺ δέ μοι θέα τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος τὴν ὑπερβολήν. Μεταξὺ γὰρ τῶν Παύλου δεσμῶν καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος μεμνῆσθαι καλὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ταῦτα τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτός ἐστιν. Εἰσί τινες ἐγκαλοῦντες ὅτι διεσώθη ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ὑπὲρ ὧν θαυμάζειν τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ἐχρῆν, [c] ἀπὸ τούτων ψέγοντες· καὶ οὐδὲν θαυμαστόν. Οἱ γὰρ ἀσθενεῖς τοιοῦτοί εἰσιν, οἳ καὶ τὴν τρέφουσαν τροφὴν κακίζουσιν, ἣν θαυμάζειν ἐχρῆν, καὶ τὸ μέλι πικρὸν εἶναί φασι. Καὶ οἱ τυφλώττοντες, ἀφ' οὗ ὤφειλον φωτίζεσθαι, ἀπὸ τούτου σκοτίζονται, οὐ παρὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν τούτων συμβαινόντων, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν εἰς δέον αὐτοῖς κεχρῆσθαι μὴ δυναμένων. Τί οὖν ἔλεγον; Δέον θαυμάσαι, ὅτι εἰς ἐσχάτην κακίαν ἐμπεσόντα, τοῦτον εἷλε, καὶ βελτίω εἰργάσατο, λέγουσι· πῶς γὰρ οὐκ ἐνόμισε τὸ πρᾶγμα γοητείας εἶναι καὶ μαγγανείας, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς κατέσχε, καὶ ἀνωλόλυξε; Πολλὰ πρὸς τοῦτο συνεβάλλετο· πρῶτον μὲν, ὅτι ἤκουσεν ὑμνούντων τὸν Θεόν· οὐκ ἂν δὲ γόητες τοιούτους ὕμνους ᾖδον· ἤκουσε γὰρ αὐτῶν, φησὶν, ὑμνούντων τὸν Θεόν. Δεύτερον, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἀπέφυγον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκώλυσαν σφάξαι ἑαυτόν· οὐκ ἂν δὲ, εἰ ἑαυτῶν ἕνεκεν ἐποίουν, ἔνδον ἔμενον, ἀλλὰ προτέρους ἂν ἑαυτοὺς ἐξεῖλον. Πολλὴ δὲ αὐτῶν καὶ ἡ φιλανθρωπία· ἐκώλυσαν αὐτὸν σφάξαι ἑαυτὸν, τὸν δήσαντα αὐτοὺς, μονονουχὶ πρὸς αὐτὸν λέγοντες· μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας ἠσφαλίσω εἰς τὴν ἐσωτέραν βαλὼν φυλακὴν, καὶ πικρῶς ἡμᾶς ἔδησας, ἵνα λυθῇς αὐτὸς τῶν πικροτάτων δεσμῶν. Σειραῖς γὰρ τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἐπάρατα τὰ δεσμὰ, ταῦτα δὲ μακάρια, καὶ πολλῆς εὐχῆς ἄξια. Ὅτι γὰρ λύει τὰ δεσμὰ ἐκεῖνα ταῦτα,

[c] Hic mire variat Codex unus Coislinianus et per longum versuum spatium, non quantum ad sententiam, sed quantum ad seriem. Videturque data opera quidam librarius verborum ordinem ad lubitum mutavisse, et quidem de industria; sed series in Editis et reliquis Mss. et clarior et nitidior est.

ἔδειξεν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν. Εἶδες τοὺς τῷ σιδήρῳ δεδεμένους λυθέντας; Ὄψει καὶ σαυτὸν ἐξ ἑτέρων δεσμῶν ἀνεθέντα χαλεπῶν. Ταῦτα τὰ δεσμὰ, τὰ τῶν δεσμωτῶν λέγω, οὐ τὰ Παύλου, ἐκεῖνα τὰ δεσμὰ ποιεῖ τὰ τῶν ἁμαρτιῶν. Διπλῆ ἦσαν δεσμῶται οἱ ἔνδον, καὶ αὐτὸς δεσμώτης ἦν ὁ δεσμοφύλαξ. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ σιδήρῳ ἐδέδεντο, καὶ ἁμαρτίαις, οὗτος δὲ ἁμαρτίαις μόναις. Ἔλυσεν ἐκείνους ὁ Παῦλος εἰς πληροφορίαν τούτου· καὶ γὰρ ἦν ὁρατὰ τὰ δεσμά. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε, μᾶλλον δὲ ἀντιστρόφως. Ἐκεῖ διπλῆ παράλυσις ἦν. Ποία δὲ αὕτη; Ἡ τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἡ τοῦ σώματος. Τί οὖν ποιεῖ; Θάρσει, φησὶ, τέκνον, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. Προτέραν τὴν ὄντως παράλυσιν ἔλυσεν, εἶτα ἐπὶ ταύτην ἔρχεται. Ὅτε γὰρ Εἶπόν τινες τῶν γραμματέων ἐν ἑαυτοῖς, οὗτος βλασφημεῖ, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν· ἵνα τί ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ περιπάτει; Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, λέγει τῷ παραλυτικῷ· ἐγερθεὶς, ἆρόν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐβεβαίου τὸ νοητὸν ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ, ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ τὸ κατὰ ψυχὴν ἐργασάμενος. Διὰ τί δὲ τοῦτο ἐποίησεν; Ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον· Δοῦλε πονηρὲ, ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε. Τί δὲ ἐκεῖνοι; Οὐδεὶς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός· οὐκ ἄγγελος ἄρα λοιπὸν, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐδὲ ἄλλη κτιστὴ δύναμις. Ὑμεῖς τοῦτο ὡμολογήσατε. Τί οὖν ἐχρῆν εἰπεῖν; Ἂν δειχθῶ ἀφιεὶς ἁμαρτίας, εὔδηλον ὅτι Θεὸς ἐγώ. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ τί; Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ· ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Ὅταν οὖν, φησὶ, τὸ δυσκολώτερον ἐργάσωμαι, εὔδηλον ὅτι οὐδεμία περὶ τοῦ εὐκόλου καταλείπεται πρόφασις οὐδὲ ἀντιλογία. Διὰ τοῦτο τὸ νοητὸν ἐκεῖνος ἐποίησε πρότερον, ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν οἱ ἀντιλέγοντες· ἐνταῦθα δὲ ἀπὸ τοῦ νοητοῦ ἐπὶ τὸ αἰσθητὸν αὐτὸ ἤγαγεν. Ἄρα οὐκ ἦν κουφότητος ἡ πίστις. Εἶδε τοὺς δεσμώτας, καὶ οὐδὲν εἶδεν οὐδὲ ἤκουσε φαῦλον· εἶδεν οὐ μαγγανείᾳ τι γεγενημένον· ὕμνουν γὰρ τὸν Θεόν· εἶδεν ἀπὸ φιλανθρωπίας πολλῆς πάντα γενόμενα· οὐ γὰρ ἠμύναντο αὐτὸν, καίτοι δυνάμενοι. Ἐνῆν γὰρ καὶ ἑαυτοὺς, καὶ τοὺς δεδεμένους ἐξελόντας ἀπελθεῖν· εἰ δὲ μὴ τοὺς δεδεμένους, ἀλλ' ἑαυτούς. Ἀλλ' οὐκ εἰργάσαντο τοῦτο. Ὥστε οὐκ ἀπὸ τοῦ θαύματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τρόπου αὐτὸν κατήδεσαν. Πῶς ἐφώνησε; Μεγάλῃ φωνῇ λέγων, Μηδὲν ποιήσῃς σεαυτῷ κακόν· ἅπαντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε.

Ὁρᾷς καὶ τὸ ἀκενόδοξον καὶ τὸ ἄτυφον καὶ τὸ φιλόστοργον. Οὐκ εἶπεν, ὅτι δι' ἡμᾶς ταῦτα γέγονεν, ἀλλ' ὡσανεὶ

illa quidem sunt exsecranda vincula, hæc autem beata et valde optanda. Nam quod hæc illa solverint, ostendit ex sensilibus. Vidisti eos solutos qui ferro fuerant vincti? Videbis te quoque ipsum relaxatum ex aliis gravibus vinculis. Hæc vincula, vinctorum, inquam, vincula, non Pauli, faciunt illa vincula peccatorum. Erant duo genera eorum qui erant intus vincti: ipse quoque custos carceris erat vinctus. Nam illi quidem ferro vincti fuerant et peccatis, hic autem solis peccatis. Illos solvit Paulus, ut de hoc redderet certiores; erant enim aspectabilia vincula. Ita etiam fecit Christus, imo vero contra. Illic duplex erat paralysis. Quænam autem ea? Peccatorum et corporis. Quid ergo facit? *Confide*, inquit, *fili*, *remittuntur tibi peccata.* (Matth. 9. 2.) Prius solvit eam quæ vere erat paralysis, deinde ad hanc accedit. Quando enim *Quidam ex scribis dicebant apud se, Iste blasphemat, sciens Jesus eorum cogitationes, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, Remittuntur tua peccata, an dicere, Surge et ambula? Ut autem sciatis quod potestatem habet Filius hominis remittendi peccata in terra, dicit paralytico, Surge, et tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.* (Ib. v. 3.—6.) Ex hoc quod est sensile, confirmavit id quod cadit sub intelligentiam, ut qui ex corporali fecerit id quod est in anima. Cur autem hoc fecit? Ut impleretur quod dictum est, *Serve nequam, ex ore tuo te judico.* (Luc. 19 22.) Quid illi dixerunt? Nemo potest remittere peccata nisi solus Deus, (Ibid. 5. 21.) neque angelus, neque archangelus, neque alia potestas creata. Vos hoc confessi estis. Quid ergo oporteret dicere? Si ostensum fuerit quod solvo peccata, palam est me esse Deum. At non sic dixit, sed quid? *Ut sciatis quod Filius hominis habet potestatem super terram remittendi peccata, tunc dicit paralytico, Surge, et tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.* Quando ergo, inquit, quod est difficilius fecero, palam est de eo quod est facile nullam relinqui contradictionem. Propterea ille prius fecit id quod cadit sub intelligentiam, quoniam multi erant qui contradicebant: hic autem ab eo quod cadit sub intelligentiam, redegit ipsum ad sensile. Levitatis ergo non erat fides. Vidit vinctos, et nihil mali vidit nec audiit: vidit id non fuisse factum præstigiis et incantatione; Deum enim laudabant: vidit omnia facta esse ex multa humanitate; non enim ulti sunt, etsi poterant. Poterant enim vinctis solutis abire; si non vinctis, saltem seipsis; sed non fecerunt. Quamobrem eum sunt reveriti, non so-

lum ob miraculum, sed etiam ob mores. Quomodo exclamavit? Voce magna dicens, *Nihil tibi mali feceris; omnes enim hic sumus.* Vides inani gloria et fastu vacuum, amore ferventem. Non dixit, Propter nos hæc facta sunt, sed tamquam unus ex vinctis dicit: *Omnes enim hic sumus.* Atqui etiamsi non prius, neque per miraculum se solvissent, at eis licuisset tacere, et omnes etiam vinctos solvere. Si enim siluissent, et non per magnam vocem ejus manus cohibuissent, per guttur ensem transadegisset. Propterea etiam clamavit, quoniam in interiorem carcerem erat conjectus: Contra te, inquit, hoc fecisti, interius conjectis iis qui te erant liberaturi a periculo. Sed non sunt imitati quæ ab illo facta fuerant. Illo autem mortuo omnes effugissent.

τῶν δεσμωτῶν εἷς, φησί· Πάντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε. Καίτοι εἰ καὶ μὴ πρὸ τούτου, μηδὲ διὰ τοῦ θαύματος ἔλυσαν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἐνῆν αὐτοὺς σιγῆσαι, καὶ πάντας ἀπολῦσαι [a] καὶ δεδεμένους. Εἰ γὰρ ἐσίγησαν, καὶ μὴ διὰ τῆς μεγάλης φωνῆς κατέσχον αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ὤθησεν ἂν διὰ τοῦ λαιμοῦ τὸ ξίφος. Διὰ τοῦτο καὶ ἐβόησεν, ἐπειδὴ εἰς τὴν ἐνδοτέραν φυλακὴν ἦν βεβλημένος. Κατὰ σαυτοῦ τοῦτο πεποίηκας, φησὶν, ἐν- D δοτέρω βαλὼν τοὺς μέλλοντάς σε ἐλευθεροῦν τοῦ κινδύνου. Ἀλλ' οὐχ ἐμιμήσαντο τὰ παρ' ἐκείνου γενόμενα. Ἐκείνου δὲ ἀποθανόντος, πάντες ἂν ἐξέφυγον.

5. Vidisti quod maluerint esse vincti, quam illum pereuntem despicere. Apud se ideo cogitavit: Si essent præstigiatores, certe et illos solvissent, et seipsos liberassent a vinculis: est enim verisimile multos quoque tales fuisse injectos. Alioquin autem, cum sæpe accepisset præstigiatores, et nihil tale factum esse videret, miratus est. Præstigiator non concussisset fundamenta carceris, ut ejus custodem excitaret, et efficeret ut sibi fuga esset difficilior. Sed jam videamus fidem custodis carceris.
Act. 16. 29. 30. *Petito, inquit, lumine introgressus est, et tremefactus procidit Paulo et Silæ ad pedes; et producens eos foras dixit, Domini, quid me oportet facere ut salvus fiam?* Ignem tenebat et gladium, et dicit, *Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam? At illi dixerunt:* Ib. v. 31. *Crede in Dominum Jesum, et salvus eris tu, et domus tua.* Hoc non est, inquit, præstigiatorum, tale decretum tradere: nusquam hic memoria dæmonis. Vides quam sit ille dignus qui fiat salvus? Nam cum vidisset miraculum, et metu esset liberatus, non est oblitus eorum quæ erant conducibilia, sed in eo periculo curam gerebant salutis animæ, et accessit ad doctores ita ut oportuit accedere; et procidit ad eorum pedes. Ib. v. 32. *Et loquuti sunt, inquit, ei verbum Domini, et omnibus qui erant in domo ejus. Et tollens eos in illa nocte, lavit plagas eorum, et baptizatus est ipse et omnis ejus domus continuo.* Vides viri fervorem? Non distulit, non dixit, Fiat dies, videamus, consideremus; sed magno fervore et ipse et tota ejus domus fuit baptizata: non autem ut nunc plurimi despiciunt et servos et uxores ac liberos

Εἶδες ὅτι εἵλοντο δεδέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνον περιιδεῖν ἀπολλύμενον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐνενόησε πρὸς ἑαυτὸν, εἰ γόητες ἦσαν, πάντως ἂν ἐκείνους ἀπέλυσαν, καὶ ἑαυτοὺς ἠλευθέρωσαν τῶν δεσμῶν· εἰκὸς γὰρ πολλοὺς καὶ τοιούτους ἐμβεβλῆσθαι. Ἄλλως δὲ, πολλάκις δεξάμενος γόητας, καὶ οὐδὲν ἰδὼν τοιοῦτον γενόμενον, E ἐθαύμασεν. Ὁ γόης οὐκ ἂν ἔσεισε τὰ θεμέλια ὥστε διυπνίσαι τὸν δεσμοφύλακα, καὶ δυσκολωτέραν ἑαυτῷ ποιῆσαι τὴν φυγήν. Ἀλλ' ἴδωμεν λοιπὸν τοῦ δεσμοφύλακος τὴν πίστιν. Αἰτήσας, φησὶ, φῶτα, εἰσεπήδησε, καὶ ἔντρομος ὑπάρχων, προσέπεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω, φησί· κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶ; Πῦρ ἐκράτει καὶ ξίφος, καὶ F ἔλεγε· Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶ; Οἱ δὲ εἶπον· πίστευσον εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ σωθήσῃ σὺ, καὶ ὁ οἶκός σου. Τοῦτο οὐχὶ γοήτων ἐστὶ, φησὶ, δόγμα τοιοῦτον παραδοῦναι· οὐδαμοῦ δαίμονος ἐνταῦθα μνήμη. Ὁρᾷς πῶς ἄξιος τοῦ σωθῆναι ἐκεῖνος; Ἰδὼν γὰρ τὸ θαῦμα, καὶ τοῦ φόβου ἀπαλλαγεὶς, οὐκ ἐπελάθετο τῶν συμφερόντων, ἀλλ' ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ 60 A περὶ τῆς σωτηρίας ἐφρόντιζε τῆς κατὰ ψυχὴν, καὶ ὡς ἐχρῆν διδασκάλοις προσελθεῖν, οὕτω προσῆλθε· καὶ πρὸς τοὺς πόδας αὐτῶν ἔπεσε. Καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ, φησὶ, τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς, καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα. Ὁρᾷς θερμότητα ἀνδρός; Οὐκ ἀνεβάλετο, οὐκ εἶπεν, ἡμέρα γενέσθω, ἴδωμεν, σκεψώμεθα· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς θερμότητος καὶ αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ πᾶσα ἐβαπτίσθη· * ἀλλ' οὐχ ὡς νῦν οἱ πλείους περιορῶσι καὶ δούλους καὶ γυναῖκας B καὶ παῖδας ἀμυήτους τυγχάνοντας. Γίνεσθε, παρακαλῶ, κατὰ τὸν δεσμοφύλακα· οὐ τὴν ἀξίαν λέγω,

[a Leg. τοὺς [illegible] δεδεμένους. Dunæus.]

* [Marg. Savil. ἀλλ' οὐχ οἱ νῦν οὕτως, ἀλλά.]

ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν. Τί γὰρ ὄφελος ἀξιώματος, ὅταν ᾖ ἡ προαίρεσις ἀσθενής; Βαβαὶ, ὁ ὠμὸς, ὁ ἀπηνὴς, ὁ μυρίοις συζῶν κακοῖς, ὁ τοῦτο μελετῶν ἀεὶ, οὕτω φιλάνθρωπος, οὕτω κηδεμονικὸς ἀθρόως γέγονεν. Ἔλουσεν αὐτοὺς, φησὶν, ἀπὸ τῶν πληγῶν. [a] Θέα πάλιν καὶ τοῦ Παύλου τὴν θερμότητα· δεδεμένος, μεμαστιγωμένος, οὕτως εὐηγγελίζετο. Ὦ τῆς μακαρίας ἁλύσεως, οἵας ὤδινεν ὠδῖνας κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην· C οἷα ἀπέτεκε παιδία. Καὶ περὶ τούτων ἔστιν εἰπεῖν, Οὓς ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου. Ὁρᾷς πῶς ἀγάλλεται, καὶ τὰ τεχθέντα παιδία ἀπὸ τούτου λαμπρότερα βούλεται εἶναι; ὁρᾷς πόση περιουσία δόξης τῶν δεσμῶν, ὅπου γε οὐ μόνον τὸν περικείμενον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ τεχθέντας ὑπ' αὐτοῦ λαμπροὺς ποιεῖ; Ἔχουσί τι πλέον οἱ ἐν τοῖς Παύλου δεσμοῖς τεχθέντες, οὐ κατὰ τὴν χάριν λέγω, ἡ γὰρ αὐτὴ χάρις, οὐδὲ κατὰ τὴν ἄφεσιν, ἡ γὰρ αὐτὴ πάντων ἄφεσις, ἀλλ' ὅτι ἐκ προοιμίων παιδεύονται χαίρειν καὶ ἀγάλλεσθαι D τοῖς τοιούτοις πράγμασιν. Αὐτῇ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, φησὶ, παραλαβὼν αὐτοὺς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, καὶ ἐβαπτίσθη. Καὶ θέα λοιπὸν τὸν καρπόν· ἀντέδωκεν εὐθέως τὰ σαρκικά. Ἀναγαγὼν αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον, εὐθέως παρέθηκε τράπεζαν, καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ. Τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν, ἀνοιγέντος αὐτῷ τοῦ οὐρανοῦ διὰ τῆς ἀνοίξεως τῶν τοῦ δεσμωτηρίου θυρῶν; Ἔλουσε τὸν διδάσκαλον, τράπεζαν παρέθηκε, καὶ ἠγαλλιάσατο. Εἰσῆλθεν εἰς δεσμω- E τήριον ἡ Παύλου ἅλυσις, καὶ ἐκκλησίαν εἰργάσατο πάντα τὰ ἐκεῖ, καὶ σῶμα Χριστοῦ πάντας ἐποίησε, καὶ τράπεζαν ἔθηκε τὴν πνευματικὴν, καὶ ὠδῖνας ἔτεκεν, ἐφ' αἷς ἄγγελοι χαίρουσι. Μήτι εἰκῇ ἔλεγον τὸ δεσμωτήριον τοῦ οὐρανοῦ λαμπρότερον; Τῆς γὰρ ἐκεῖ χαρᾶς τοῦτο γέγονεν αἴτιον. Εἰ γὰρ ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαρὰ ἐν οὐρανοῖς, εἰ ὅπου δύο εἰσὶ συνηγμένοι εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐκεῖ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὅπου Σίλας καὶ Παῦλος καὶ ὁ δεσμοφύλαξ καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη καὶ πίστις τοσαύτη, πόσῳ μᾶλλον. Ὅρα τὴν σφοδρότητα τῆς πί- F στεως. Ἀλλὰ τὸ δεσμωτήριον τοῦτο ἑτέρου με ὑπέμνησε δεσμωτηρίου. Ποίου δὴ τούτου; Ἔνθα Πέτρος ἦν. Ἀλλὰ τοιοῦτον οὐδὲν ἐγένετο ἐκεῖ· ἀλλ' ἦν παρα- 61 A δεδομένος τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτὸν, καὶ οὐχ ὕμνει οὐδὲ ἠγρύπνει, ἀλλ' ἐκάθευδε· καὶ οὐδὲ μεμαστιγωμένος ἦν, ἀλλὰ μείζων ὁ κίνδυνος. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἤδη τὸ πᾶν εἴργαστο, καὶ δίκην ἦσαν δεδωκότες· ἐκεῖ δὲ οὐδέπω. Ὥστε εἰ μὴ πληγαὶ ὀδυνῶν, ἀλλ' ἡ προσδοκία τοῦ μέλλοντος ἐθορύβει. Ὅρα καὶ ἐκεῖ τὸ θαῦμα. Ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου, φησὶν, ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι· πατάξας

mysteriis non initiatos. Sitis, rogo, ut custos carceris: non auctoritate dico, sed instituto. Quid enim prodest auctoritas, si voluntas et institutum sit imbecillum? Papæ, qui erat crudelis, qui immitis, qui vivebat cum malis hominibus innumerabilibus, qui hoc semper meditabatur, adeo humanus, adeo sollicitus repente evasit! *Lavit*, inquit, *plagas eorum*. Considera rursus etiam Pauli fervorem: vinctus, flagellatus ita evangelizabat. O beatam catenam! qualis fuit illa nocte ejus parturitio? quales peperit filios? De iis dici potest: Quos genui in meis vinculis. Vides quomodo Philem. 10.
exsultet, et vult filios, qui nati sunt ex hoc, esse spendidiores? vides vinculorum quanta sit potentia, cum non solum eum qui est illis circumdatus, sed etiam eos quos ille eo tempore peperit, reddat splendidiores? Habent aliquid amplius, qui nati sunt in vinculis Pauli: non dico in gratia; est enim eadem gratia; nec in remissione; est enim eadem omnium remissio: sed quod a prœmiis docentur de ejusmodi rebus lætari et exsultare. *Et tollens,* inquit, *eos in illa hora noctis, lavit plagas eorum, et baptizatus est.* De cætero autem vide fructum: pro iis statim reddidit carnalia. *Cumque perduxisset,* inquit, *eos in domum suam, statim apposuit eis mensam, et lætatus est cum tota domo quod credidisset Deo.* Quid enim non erat facturus, cælo ei aperto per apertionem januarum carceris? Lavit doctorem, mensam apposuit, et exsultavit. Ingressa est in carcerem catena Pauli, et quæcumque illic erant fecit ecclesiam, et Christi corpus omnes fecit, et mensam apposuit spiritualem, et eos fœtus est enixus quibus gaudent angeli. Num temere dicebam carcerem esse cælo splendidiorem? Ejus enim quæ illic est lætitiæ hic fuit causa. Si enim propter unum peccatorem pœnitentiam agentem gaudium Luc. 15. 7.
est in cælis: si ubi duo sunt congregati in nomi- Matth. 18. 20.
ne ejus, illic est Christus in medio eorum: ubi est Silas et Paulus et custos carceris et tota ejus domus et tanta fides, multo magis. Vide vehementiam fidei. Sed hic carcer mihi revocavit in memoriam alium carcerem. Quemnam autem? Ubi erat Petrus. At illic nihil fuit ejusmodi; sed tra- Act. 12. 4. Petri carcer.
ditus fuerat custodiendus quatuor quaternionibus militum; et hymnos non canebat, nec vigilabat, sed dormiebat; et neque fuerat flagris cæsus, sed majus erat periculum. Nam hic quidem totum jam erat confectum, et pœnas dederant: illic au-

[a] Sic Mss. In Morel. θέα deest.

tem nondum. Quare etsi nondum erant plagæ inflictæ, at futuri exspectatio eos conturbabat.
Ib. v. 7. Vide etiam illic miraculum. *Ecce angelus Domini adstitit, et lumen refulsit in habitaculo : percussoque latere Petri, excitavit eum dicens : Surge velociter. Et statim ceciderunt catenæ de manibus ejus.* Ne existimaret rem esse solum lucis, et Petrum pupugit. Nemo autem videbat lucem nisi ipse solus, et existimabat esse visum :
Ib. v. 8.—10. sic qui dormiunt non sentiunt Dei beneficia. *Dixit autem,* inquit, *ei angelus : Præcingere, et calcea te sandalia tua. Et fecit sic. Et dicit ei: Circumda tibi vestimentum tuum, et sequere me. Et egressus sequutus est eum : et nesciebat quod verum esset quod fiebat per angelum : existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam et secundum custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem, quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum : et continuo discessit angelus ab eo.*

δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτὸν λέγων· ἀνάστα ἐν τάχει. Καὶ εὐθέως ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύ- B σεις ἐκ τῶν χειρῶν. Ὥστε μὴ νομίσαι τὸ πρᾶγμα τοῦ φωτὸς μόνον εἶναι, καὶ τὸν Πέτρον ἔνυξεν. Οὐδεὶς δὲ τὸ φῶς ἑώρα, ἀλλὰ μόνος αὐτὸς, καὶ ἐδόκει ὅτι ὅραμά ἐστιν· οὕτως οὐκ ἐπαισθάνονται οἱ καθεύδοντες τῶν τοῦ Θεοῦ εὐεργεσιῶν. Εἶπε δὲ, φησὶν, ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Καὶ ἐποίησεν οὕτω. Καὶ λέγει αὐτῷ, περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι. Καὶ ἐξελθὼν ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου· ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν. Διελθόντες C δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτομάτη ἠνοίχθη αὐτοῖς. Καὶ * εἰσελθόντες, προῆλθον ῥύμην μίαν, καὶ εὐθέως ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ ἀπέστη.

6. Cur hic non factum est id quod in Paulo et Sila? Quod illic quidem eos erant absoluturi; propterea noluit eos sic solvi : in beato autem Petro, ad mortem eum erant educturi. Quid vero, inquit, annon fuisset mirabilius, si eductus et traditus in manus regis, tunc ereptus esset ex ipsis mediis periculis, et nihil esset perpessus? sic enim neque periissent milites. Magna hic mota est quæstio. Deus suum, inquit, servum servavit cum aliorum cruciatu, cum aliorum interitu. Quid ergo dicemus? Primo quidem non eum servavit cum aliorum interitu; secundo, non fuit hoc ex rei dispensatione, sed ex immanitate judicis. Quomodo? Deus enim sic rem administravit ac dispensavit, ut non solum hi non perirent, sed ille etiam salvus esset; sicut etiam hic quoque in custode carceris; ille autem non est usus dono ut oportuit.
Ib. v. 18. *Facta autem die,* inquit, *erat non parva turbatio inter milites quidnam factum esset de Petro.* Quid postea? Herodes rem facit examinari, et de iis facta inquisitione, jussit abduci. Nam si non inquisisset, aliqua esset excusatio : nunc autem produxit, examinavit, didicit eum fuisse vinctum, carcerem esse clausum et tutum, custodes ante portas fuisse, nec fuisse effossos parietes, nec fores apertas, nec ullum aliud esse signum sceleris. Ex hoc autem oportebat Dei admirari

Cur Deus permiserit ut, qui Petrum custodiebant in carcere, occisi fuerint.

Διὰ τί μὴ τοῦτο γέγονεν ἐνταῦθα, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Παύλου καὶ Σίλα; Ὅτι ἐκεῖ μὲν ἔμελλον ἀπολύειν αὐτούς· διὰ τοῦτο οὐκ ἠθέλησεν οὕτως ἀπολυθῆναι αὐτούς· ἐπὶ δὲ τοῦ μακαρίου Πέτρου, εἰς φόνον αὐτὸν ἔμελλον ἐξάγειν. Τί οὖν; οὐ πολλῷ θαυμασιώτερον ἦν, φησὶν, ἐξαχθέντα καὶ παραδοθέντα ταῖς τοῦ βασιλέως χερσὶ, τότε ἐκ μέσων αὐτῶν ἐξαρπασθῆναι D τῶν κινδύνων, καὶ μηδὲν παθεῖν; οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ οἱ στρατιῶται ἀπώλοντο. Μέγα ἐνταῦθα κεκίνηται ζήτημα. Ὁ Θεὸς τὸν αὐτοῦ δοῦλον, φησὶ, μετὰ τῆς ἑτέρων ἔσωσε τιμωρίας, μετὰ τῆς ἑτέρων ἀπωλείας; Τί οὖν ἐροῦμεν; Πρῶτον μὲν οὖν, ὅτι οὐ μετὰ τῆς ἑτέρων ἀπωλείας· δεύτερον, ὅτι οὐ τῆς τοῦ πράγματος οἰκονομίας τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ τῆς τοῦ δικαστοῦ [a] πικρίας. Πῶς; Ὁ μὲν Θεὸς οὕτως ᾠκονόμησεν, ὡς μὴ μόνον τούτους μὴ ἀπολέσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνον σωθῆναι, καθάπερ δὴ καὶ ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ δεσμοφύ- E λακος· ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἐχρήσατο τῇ δωρεᾷ εἰς δέον. Γενομένης δὲ ἡμέρας, φησὶν, ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο. Εἶτα τί; Ἐξέτασιν τοῦ πράγματος ποιεῖται ὁ Ἡρώδης, καὶ ἀνακρίνας αὐτοὺς, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἀνέκρινεν, ἦν ἄν τις ἀπολογία· νῦν δὲ παρέστησεν, ἀνέκρινεν, ἔμαθεν ὅτι ἐδέδετο, ὅτι τὸ δεσμωτήριον ἠσφάλιστο, ὅτι οἱ φύλακες ἦσαν πρὸ τῶν θυρῶν· οὐ τοῖχος διωρώρυκτο, οὐ θύρα ἀνέῳκτο, οὐδὲν ἄλλο κακουργίας τεκμήριον. Ἐχρῆν αὐτὸν ἀπὸ τούτων θαυ-

* [ἐξελθόντες Interpres cum Bibl. Et sic notat Savil. in marg.]

[a] [μανίας marg. Savil.]

μάσαι τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, ἥτις καὶ ἐκ μέσων αὐτὸν ἀνήρπασε τῶν κινδύνων· καὶ προσκυνῆσαι τὸν τοσαῦτα δυνηθέντα· ὁ δὲ ἐκείνους ἀπήγαγε. Πῶς οὖν ἐνταῦθα ὁ Θεὸς αἴτιος; Εἰ μὲν γὰρ τοῖχον διαῤῥαγῆναι ἐποίησε, καὶ οὕτως ἐξέβαλεν, ἴσως ἂν ἐνομίσθη τῆς ἐκείνων ῥαθυμίας τὸ πρᾶγμα· εἰ δὲ οὕτως ᾠκονόμησεν, ὥστε δειχθῆναι ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνης κακουργίας, ἀλλὰ θείας θαυματουργίας τὸ πρᾶγμα ἦν, τί δὴ τοῦτο ἐποίησεν; Εἰ γὰρ ἔμελλε φεύγειν, οὕτως ὡς εἶχε τὰς ἁλύσεις ἔφυγεν ἄν· εἰ ἔμελλε φεύγειν τεθορυβημένος, οὐκ ἂν τοσαύτην ἐποιήσατο πρόνοιαν, ὥστε καὶ τὰ σανδάλια λαβεῖν, ἀλλ' εἴασεν ἄν. Νῦν δὲ διὰ τοῦτό φησιν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν, Ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου, ἵνα μάθωσιν ὅτι οὐ φεύγων, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἀνέσεως τὸ πρᾶγμα εἰργάσατο. Δεδεμένος γὰρ, καὶ μεταξὺ τῶν δύο μένων στρατιωτῶν, οὐκ ἂν τοσαύτην ἐποιήσατο σχολὴν, ὥστε καὶ τὰς ἁλύσεις λῦσαι, καὶ ταῦτα εἰς τὴν ἐσωτέραν ὢν καὶ αὐτὸς φυλακήν. Ὥστε τῆς ἀδικίας τοῦ δικαστοῦ γέγονεν ἡ κόλασις τῶν φυλάκων. Διὰ τί γὰρ Ἰουδαῖοι μὴ τοῦτο ἐποίησαν; Καὶ γὰρ ἑτέρου δεσμωτηρίου μέμνημαι, ἐκείνου μὲν τοῦ προτέρου τοῦ ἐν Ῥώμῃ, τούτου δὲ τοῦ ἐν Καισαρείᾳ, νῦν δὲ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἀκούσαντες γὰρ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι παρὰ τῶν ἀποσταλέντων παρ' αὐτῶν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ὥστε ἐξαγαγεῖν τὸν Πέτρον, ὅτι ἔσω οὐδένα εὕρομεν, ἀλλὰ καὶ κεκλεισμένας τὰς θύρας, καὶ τοὺς φύλακας ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν, διὰ τί μὴ τοὺς φύλακας ἀνεῖλον, ἀλλὰ διηπόρουν περὶ αὐτῶν λέγοντες, τί ἂν γένοιτο τοῦτο; εἰ δὲ σφόδρα κατ' αὐτῶν φονῶντες οὐδὲν τοιοῦτον ἐνενόησαν, πολλῷ μᾶλλον σὺ ὁ πρὸς ἐκείνων χάριν πάντα ποιῶν. Διὰ τοῦτο μετῆλθεν αὐτὸν ἡ δίκη ταχέως. Εἰ δὲ τοῦτο ἐγκαλεῖς, ἐγκάλει καὶ περὶ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς σφαττομένων, καὶ περὶ τῶν ἀδίκως ἀναιρουμένων μυρίων ἑτέρων, καὶ ἔτι περὶ τῶν παίδων τῶν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἀναιρεθέντων· καὶ γὰρ καὶ ἐκείνοις, ὡς σὺ λέγεις, ὁ Χριστὸς ἐγένετο αἴτιος· μᾶλλον οὐχ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἡ μανία καὶ ἡ τυραννὶς [a] τοῦ πατρὸς τοῦ Ἡρώδου. Εἰ δὲ λέγεις, διὰ τί μὴ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτὸν ἥρπασε τοῦ Ἡρώδου; καὶ τοῦτο ἠδύνατο ποιῆσαι, ἀλλ' οὐδὲν ἐκέρδανεν ἂν ἀπὸ τούτου. Ποσάκις γοῦν ὁ Χριστὸς ἐκ μέσου αὐτῶν ἐξῆλθε τῶν χειρῶν; τί οὖν τοῦτο ὠφέλησε τοὺς ἀγνώμονας; Ἐνταῦθα μέντοι γε καὶ πολλὴ τοῖς πιστοῖς ὠφέλεια γίνεται ἀπὸ τῶν γεγενημένων· ὑπομνημάτων γὰρ [b] γενομένων, καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν μαρτυρούντων τοῖς πραττομένοις, ἀνύποπτος ἦν ἡ μαρτυρία. Ὥσπερ οὖν κἀκεῖ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἐπεστομίσθησαν, ἀλλ' ἢ ἐκ

F potentiam, quæ ex mediis ipsum eripuerat periculis, et adorare eum qui hæc potuerit: ille vero jussit eos abduci. Quænam est ergo culpa hic Deo imputanda? Nam si effecisset ut murus per-
62 A fringeretur, et sic ejecisset, forte existimasset id esse adscribendum eorum negligentiæ: si autem rem sic administravit et dispensavit, ut ostenderetur eam non esse humani sceleris ac maleficii, sed divini miraculi, cur hoc fecit? Si enim erat fugiturus, ita fugisset ut habuit catenas: si erat fugiturus conturbatus, non tantæ ei fuisset curæ ut acciperet sandalia, sed ea dimisisset. Nunc autem propterea dicit ei angelus, *Induere sandalia*, ut discerent quod eam rem non fecisset fugiens;
B sed in magno otio et quiete. Nam cum esset vinctus, et inter duos milites, non tantum ei fuisset otii, ut solveret catenas, idque cum esset in interiori custodia. Judicis ergo injustitiæ est adscribendum custodum supplicium. Nam cur hoc non fecerunt Judæi? Memini enim alterius carceris, illius quidem prioris qui Romæ, hujus etiam qui Cæsareæ, nunc autem ejus qui fuit Jerosolymis.
Nam cum pontifices et Pharisæi audivissent ab iis *Act.* 5.
quos ipsi miserant ad educendum Petrum, se nul-
C lum intus invenisse, sed etiam portas clausas esse, et custodes stantes pro foribus; cur custodes non interemerunt, sed dubitabant quidnam de iis fieret? Si autem adversus eos licet cædem valde spirantes, nihil tale cogitarunt, multo magis tu qui omnia facis ad illorum gratiam. Propterea eum statim insequuta est pœna. Si autem ejus rei culpam in Deum confers, confer etiam in eum culpam de iis qui in viis jugulantur, et de innumerabilibus aliis qui injuste perimuntur, et de
D pueris etiam qui propter Christum sunt peremti: nam ut illi quoque, ut tu dicis, perimerentur, Christus in causa fuit. Imo vero non Christus, sed furor et tyrannis patris Herodis. Si autem dicis: Cur eum non rapuit e manibus Herodis? hoc quoque poterat facere, sed ex eo nihil esset lucratus. Nam quoties evasit Christus ex manibus eorum? quid hoc ergo profuit ingratis? At
E hic ex iis quæ facta sunt, ad fideles multa redit utilitas: nam dum fierent monimenta, et ipsi inimici iis quæ gerebantur ferrent testimonium, minime suspectum erat testimonium. Sicut ergo illic quoque non aliunde eis fuit os obstructum, quam ex eo quod qui venerant confiterentur ea quæ fa-

[a] Alii τοῦ πάππου τοῦ Ἡρώδου. Paulo post legendum omnino videtur αὐτοὺς ἥρπασε τοῦ, vel τῶν, Ἡρώδου, ut Savilius suspicatus est; non autem, αὐτὸν ἥρπασε.

[b] [Marg. Savil. πραττομένων.]

cta fuerant : ita etiam hic. Cur enim nihil ejusmodi fecit custos carceris? Atqui quæ usuvenerant Herodi, non erant minora iis quæ huic usuvenerunt. Nam rescivisse quod clausis januis vinctus exiisset ad stuporem incutiendum non minus erat, quam vidisse apertas januas : imo hæc etiam visio esse videri poterat; illud autem non ita, dum accurate et exacte renuntiabatur. Quamobrem hic quoque si fuisset malus, interfecisset Paulum, sicut ille milites : sed non erat. Si autem confutare vellemus eos qui dicunt, cur Deus permiserit pueros interfici, longior foret oratio, quam initio debuissemus ad vos instituere.

7. Nunc autem Pauli catenæ multis actis gratiis, finem imponamus orationi, quod tam multorum nobis bonorum fuerit causa, vos rogantes ut non solum non ægre feratis, si quid passi fueritis propter Christum, sed etiam gaudeatis sicut
2. *Cor.* 12. 9. apostoli, et gloriemini, ut dicebat Paulus, *Lu-*
Ib. *bentissime gloriabor in infirmitatibus meis.* Propterea audivit, *Sufficit tibi gratia mea.* Paulus gloriatur propter vincula, et tu propter divitias altum sapis? apostoli gaudebant quod digni essent habiti qui flagris cæderentur, et tu otium quæris et delicias? Quomodo ergo vis eadem quæ illi consequi, cum
Act. 20. 22. 23. hic gradiaris via eis contraria? *Et nunc*, inquit, *vado in Jerusalem alligatus spiritu, quæ in ea ventura mihi sunt ignorans : nisi quod Spiritus sanctus per omnem civitatem mihi protestatur dicens, quod vincula et tribulationes me manent.* Cur ergo vadis, si vincula et afflictiones te manent? Propter hoc ipsum ut vinciar propter Christum, ut moriar propter ipsum. Non solum enim paratus sum vinciri, sed etiam mori pro nomine Domini nostri Jesu
Paulus in vinculis et malis gloriabatur. Christi. Nihil est illa anima beatius. In quibusnam gloriatur? In vinculis, in afflictionibus, in catena, in stigmatibus. *Ego stigmata Domini Jesu Chri-*
Gal. 6. 17. *sti in corpore meo porto*, tamquam magnum
Act. 28. 20 aliquod tropæum; et rursus, *Propter Israel*, inquit, *catena hac circumdatus sum ;* et rur-
Eph. 6. 20. sus : *In quo legatione fungor in catena.* Quid hoc ergo est? non te pudet? non extimescis, totum orbem terræ vinctus circumiens? non metuis ne quis Deum tuum accuset imbecillitatis? ne quis propterea non accedat? Non sunt, inquit, talia mea vincula : sciunt etiam splendere in aulis
Philipp. 1. 13 14. regum. *Ita ut vincula mea*, inquit, *manifesta fierent in omni prætorio, et plures e fratribus in Domino confidentes in vinculis meis, abun-*

τοῦ τοὺς ἐλθόντας ὁμολογεῖν τὰ γεγενημένα, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Διὰ τί γὰρ ὁ δεσμοφύλαξ οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησε; καίτοι γε οὐδὲν ἐλάττονα τῶν τούτου τὰ Ἡρώδου ἦν. Τοῦ γὰρ ἰδεῖν ἀνεῳγμένας τὰς θύρας,
F ὅσον εἰς ἐκπλήξεως λόγον, οὐδὲν ἔλαττον τὸ μαθεῖν ὅτι κεκλεισμένων αὐτῶν ἐξῆλθεν ὁ δεδεμένος· καίτοι ταῦτα καὶ φαντασία ἔδοξεν ἂν εἶναι μᾶλλον, ἐκεῖνο δὲ οὐκέτι, μετὰ ἀκριβείας ἀπαγγελλόμενον. Ὥστε εἰ καὶ
63 οὗτος οὕτως ἦν πονηρὸς, ἔσφαξεν ἂν τὸν Παῦλον,
A καθάπερ ἐκεῖνος τοὺς στρατιώτας· ἀλλ' οὐκ ἦν. Εἰ δὲ πρὸς τοὺς λέγοντας, διὰ τί καὶ τὰ παιδία συνεχώρησεν ὁ Θεὸς ἀναιρεθῆναι, βουληθῶμεν ἀπολογήσασθαι, τάχα εἰς μακρότερον ἐμπεσούμεθα λόγον, ὃν ἐν προοιμίοις ἔδει λέγεσθαι πρὸς ὑμᾶς.

Τέως δὲ πολλὰ τῇ Παύλου εὐχαριστήσαντες ἁλύσει, καταπαύσωμεν τὸν λόγον, ὅτι τοσούτων ἡμῖν ἀγαθῶν αἰτία γέγονε, παρακαλέσαντες ὑμᾶς μὴ μόνον μὴ δυσχεραίνειν, εἴ τι διὰ Χριστὸν πάθοιτε, ἀλλὰ καὶ χαίρειν ὡς οἱ ἀπόστολοι, καὶ καυχᾶσθαι ὡς
B Παῦλος ἔλεγεν· Ἥδιστα καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἤκουσεν, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. Παῦλος ἐπὶ δεσμοῖς καυχᾶται, καὶ σὺ ἐπὶ πλούτῳ μέγα φρονεῖς; οἱ ἀπόστολοι ἔχαιρον, ὅτι κατηξιώθησαν μαστιγωθῆναι, καὶ σὺ ἄνεσιν ζητεῖς καὶ τρυφήν; Πῶς οὖν θέλεις τῶν αὐτῶν ἐκείνοις τυχεῖν, ἀπεναντίας αὐτοῖς ὁδεύων ἐνταῦθα; Καὶ νῦν, φησὶ, πορεύομαι εἰς Ἱεροσόλυμα δεδεμένος τῷ πνεύματι, τὰ ἐν αὐτοῖς συναντήσοντά μοι μὴ εἰδὼς, πλὴν ὅτι τὸ
C πνεῦμά μοι κατὰ πόλιν διαμαρτύρεται λέγον, ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσι. Τί οὖν ἀπέρχῃ, εἰ δεσμά σε καὶ θλίψεις μένουσι; Διὰ τοῦτο αὐτὸ, φησὶν, ἵνα δεσμευθῶ διὰ Χριστὸν, ἵνα ἀποθάνω δι' αὐτόν. Οὐ γὰρ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδὲν τῆς ψυχῆς ἐκείνης μακαριώτερον. Ἐν τίσι καυχᾶται; Ἐν δεσμοῖς, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἁλύσει, ἐν στίγμασιν. Ἐγὼ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, φησὶν, ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω, καθάπερ
D τρόπαιόν τι μέγα· καὶ πάλιν, Ἕνεκεν τοῦ Ἰσραὴλ, φησὶ, τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι· καὶ πάλιν, Ἐν ᾗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει. Τί ἐστι τοῦτο; οὐκ αἰσχύνῃ; οὐ δέδοικας τὴν οἰκουμένην δεσμώτης περιιὼν; οὐ φοβῇ μή τις ἀσθένειαν τοῦ Θεοῦ σου καταγνῷ; μή τις διὰ τοῦτο οὐ μὴ προσέλθῃ; Οὐ τοιαῦτά μου, φησὶ, τὰ δεσμά· οἶδε καὶ ἐν βασιλείοις λάμπειν. Ὥστε τοὺς δεσμούς μου, φησὶ, φανεροὺς γένεσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου περισσοτέρως τολμᾷν
E ἀφόβως λαλεῖν τὸν λόγον. Ὁρᾷς δεσμῶν ἰσχὺν μᾶλλον, ἢ νεκρῶν ἀναστάσεως; Δεδεμένον με εἶδον, καὶ μᾶλλον θαῤῥοῦσιν. Ὅπου γὰρ δεσμὰ, ἀνάγκη καὶ μέγα τι γενέσθαι ἐκεῖ· ὅπου θλῖψις, πάντως ἐκεῖ καὶ

σωτηρία, πάντως ἐκεῖ ἄνεσις, πάντως ἐκεῖ μεγάλα κατορθώματα. Ὁ γὰρ διάβολος ὅταν λακτίσῃ, τότε πλήττεται· ὅταν δήσῃ τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους, τότε μάλιστα ὁ λόγος ἐπιδίδωσι. Καὶ θέα πανταχοῦ τοῦτο γινόμενον. Ἐδεσμεύθη, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ταῦτα εἰργάσατο· Ἐν αὐτοῖς γὰρ, φησὶ, τοῖς δεσμοῖς μου. Ἐδεσμεύθη ἐν Ῥώμῃ, καὶ πλείονας ἐπηγάγετο· οὐ γὰρ αὐτὸς μόνος ἐθάῤῥει, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλοὶ δι' αὐτοῦ. Ἐδεσμεύθη ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ δεδεμένος δημηγορῶν τὸν βασιλέα κατέπληξε, καὶ τὸν ἄρχοντα εἰς φόβον ἤγαγεν· ἔμφοβος γὰρ γενόμενος, φησὶν, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ᾐσχύνετο παρὰ τοῦ δεδεμένου μανθάνων περὶ τῶν μελλόντων ὁ δήσας αὐτόν. Δεδεμένος ἔπλει, καὶ ναυάγιον ἔλυσε, καὶ τὸν χειμῶνα ἐπέδησεν. Ἐν δεσμοῖς ὄντος αὐτοῦ τὸ θηρίον ἐκεῖνο καθήψατο, καὶ μηδὲν λυμηνάμενον [a] ἐξέπεσεν. Ἐδέθη ἐν Ῥώμῃ, καὶ δεδεμένος δημηγορῶν μυρίους ἐπεσπάσατο, ἀντὶ πάντων τοῦτο αὐτὸ προβαλλόμενος, τὴν ἅλυσιν λέγω. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἁλύσει δεθῆναι νῦν. Ἀλλ' ἔστιν ἑτέρα ἅλυσις, ἂν ἐθέλωμεν. Ποία δὴ αὕτη; Τὸ τῆς χειρὸς κρατεῖν, τὸ μὴ πρὸς πλεονεξίαν ἕτοιμον εἶναι. Ταύτῃ τῇ ἁλύσει δήσωμεν ἑαυτούς· ἀντὶ σιδηρίου γενέσθω ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος. Λύσωμεν τοὺς δεδεμένους ὑπὸ πενίας, ὑπὸ θλίψεως. Οὐκ ἔστιν ἴσον δεσμωτηρίου θύρας ἀνοῖξαι, καὶ ψυχὴν συγκεκλεισμένην ἀφεῖναι· οὐκ ἔστιν ἴσον λῦσαι δεσμὰ δεσμωτῶν δεδεμένων, καὶ τεθραυσμένους ἀπολῦσαι ἐν ἀφέσει. Τοῦτο ἐκείνου μεῖζόν ἐστιν· ἐκείνου μὲν γὰρ οὐδεὶς κεῖται μισθὸς, τούτου δὲ μυρίοι. Μακρὰ ἡ τοῦ Παύλου γέγονεν ἅλυσις, καὶ ἐπὶ πολὺ κατέσχεν ἡμᾶς· καὶ γάρ ἐστιν ὄντως μακρὰ, καὶ πάσης σειρᾶς χρυσῆς κοσμιωτέρα. Αὕτη τοὺς δεδεμένους καθάπερ διά τινος μηχανῆς ἕλκει πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ ὥσπερ χρυσῆ σειρὰ ἐξαρτηθεῖσα, ἀνέλκει πρὸς αὐτὸν τὸν οὐρανόν· καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, κάτω δεθεῖσα, τοὺς δεδεμένους ἄνω ἕλκει. Καίτοι οὐχ αὕτη τῶν πραγμάτων ἡ φύσις· ἀλλ' ὅταν Θεὸς οἰκονομῇ, μὴ ζήτει πραγμάτων φύσιν μηδὲ ἀκολουθίαν, [b] ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ φύσιν καὶ ἀκολουθίαν. Μάθωμεν μηδὲ ἐν ταῖς θλίψεσι καταπίπτειν, μηδὲ δυσχεραίνειν. Ὅρα γὰρ τὸν μακάριον τοῦτον· μεμαστίγωτο, καὶ μεμαστίγωτο ἰσχυρῶς· Πολλὰς γὰρ αὐτοῖς, φησὶν, ἐπιθέντες πληγάς· καὶ ἐδέδετο, καὶ τοῦτο πάλιν ἰσχυρῶς· εἰς γὰρ τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν ἐνέβαλεν αὐτὸν, καὶ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας. [c] Καὶ ἐν τοσούτοις ὢν κατὰ τὸ μεσονύκτιον, ὅτε καὶ οἱ σφόδρα ἐγηγερμένοι καθεύδουσιν, ἑτέρου δεσμοῦ χαλεπωτέρου, τοῦ ὕπνου, ἐπιχειμένου, ᾖδον καὶ ὕμνουν τὸν Κύριον. Τί τούτων γένοιτ' ἂν τῶν ψυχῶν ἀδαμαντι-

dantius auderent sine timore verbum Dei loqui. Viden' vinculorum vim magis, quam in resurrectione mortuorum? Vinctum viderunt, et magis confidunt. Ubi enim sunt vincula, illic quo-
F que ut magni aliquid factum sic necesse est: ubi afflictio, illic quoque omnino est salus, omnino illic est relaxatio, illic omnino sunt præclara et ex virtute gesta facinora. Nam diabolus quando cal-
64 citraverit, tunc feritur: quando vinxerit Dei ser-
A vos, tunc maxime crescit verbum. Vide autem hoc ubique fieri. Vinctus fuit, et hæc fecit in carcere: *In* ipsis enim, inquit, *vinculis meis.* Ib. 1. 7.
Vinctus fuit Romæ, et plures induxit: non enim ipse solus confidebat, sed etiam alii multi per ipsum. Vinctus fuit Jerosolymis, et vinctus concionans regem obstupefecit, et timore affecit præfectum: nam timore perculsus, eum absolvit; nec eum qui vinxerat puduit a vincto discere de
B futuris. Vinctus navigabat, et solvit naufragium, et vinxit tempestatem. Cum esset in vinculis, illum tetigit bestia, et eo minime læso cecidit. Vinctus est Romæ, et vinctus concionatus attraxit innumerabiles, præ omnibus hoc ipsum proponens, nempe catenam. Sed non licet nunc, inquit, vinciri catenis. Sed alia est catena si velimus. Quænam autem hæc est? Manus continere, ad avaritiam et plura habendi cupiditatem non esse paratos. Hac catena nos ipsos vinciamus: Contra avaros et plura habendi cupidos.
C pro ferro sit nobis timor Dei. Solvamus eos, qui vincti sunt, a paupertate, ab afflictione. Non sunt paria aperire portas carceris, et inclusam relaxare animam: non sunt paria, vinctorum solvere vincula, et contritos absolvere in remissione. Hoc illo est majus: nam illius quidem nulla est merces proposita, hujus autem innumerabiles. Longa fuit Pauli catena, et diu multumque nos tenuit: est enim revera longa, et quavis catena aurea honestior. Ipsa vinctos veluti quadam ma-
D china trahit ad cælum, et tamquam catena aurea suspensa ad cælum sursum trahit: et quod est mirandum, inferne vincta vinctos sursum trahit. Atqui non est hæc rerum natura; sed quando Deus administrat ac dispensat, ne quæras rerum naturam, neque consequentiam, sed quæ sunt supra naturam et consequentiam. Discamus in afflictionibus non dejici, nec ægre ferre. Vide enim hunc beatum: flagris cæsus fuerat et valde cæsus; *Multas* enim, inquit, *plagas ei imponen-* Act. 16. 23.

[a] [Fort. ἐξέπαισεν. Interpres legisse videtur λυμαινόμενον ἐξέπεσε.]

[b] [Hæc, ἀλλὰ... ἀκολουθίαν, inclusa habet Savil.]

[c] [καὶ ἐν τοιούτοις mavult Dunæus.]

tes : et vinctus fuerat, idque rursus valde; in interiorem enim custodiam cum injecit, idque firmiter et ut esset in tuto. Et cum in tam multis esset difficultatibus, media nocte, quando etiam dormiunt qui valde sunt experrecti, imposito etiam majori vinculo, nempe somno, canebant et laudabant Dominum. Quid his animis fuerit magis adamantinum? Cogitabant quod pueri quoque canebant in igne et in fornace : fortasse reputabant dicentes, Nos nihil adhuc tale passi sumus. Sed recte se gerens oratio, nos ad alia rursus abduxit vincula et alium carcerem.

8. Quid agam? volo tacere, sed non possum. Alium inveni carcerem illo admirabiliorem, et qui majorem affert stuporem. Sed nunc mihi exsurgite, tamquam nunc incipiat oratio, vegetisque nunc accedite animis. Nolo cœptam interrumpere orationem; ea vero non sinit. Nam ut quis, dum bibit, non passus fuerit interrumpi, quidquid ei renuntietur : ita ego quoque apprehenso admirabili carceris poculo eorum qui vincti sunt propter Christum, non possum cessare, non possum silere. Nam si ipse in carcere et nocte non siluit, nec in flagellis : ego silebo sedens cum sit dies, et in multo otio loquens et quiete, cum hoc non usu venerit iis qui vincti, qui flagris cæsi fuerant, et media nocte? Pueri non silebant in fornace et igne, et nos non pudebit silere? Videamus ergo
Dan. 3. hunc carcerem. Hic quoque vincti sunt; sed sta-
* De tribus pueris. tim ab exordio ostendebatur quod non essent urendi, sed quasi intraturi in carcerem. Cur autem eos ligas, qui sunt comburendi? Vincti erant, sicut Paulus, pedibus et manibus : vincti erant non minori ira et furore. Nam et ille injecit in interiorem custodiam, et hinc jussit valde accendi fornacem. Sed videamus quæ sunt consequuta. Illis hymnos canentibus concussus est carcer, et apertæ sunt portæ : et his hymnos canentibus soluta sunt vincula pedum et manuum, apertus est carcer, et apertæ sunt portæ fornacis : sibilabat enim ros Spiritus. Verumtamen me multa circumfluunt : nescio quidnam primum dicam, quidnam secundum : ideo rogo ne quis a me exigat
Dan. 3. ordinem; est enim rerum multa cognatio. Soluti sunt qui cum eis vincti fuerant, sed tamen dormiebant : hic autem pro iis aliquid aliud factum est : combusti sunt qui eos injiciebant. Sed quod volebam dicere, vidit solutos rex, et ante eos

E νώτερον; Ἐνενόουν ὅτι καὶ οἱ παῖδες ἐν πυρὶ ᾖδον καὶ ἐν καμίνῳ· ἴσως ἐλογίζοντο, ὅτι ἡμεῖς οὐδὲν τοιοῦτον οὐδέπω πεπόνθαμεν. Ἀλλὰ καλῶς ποιῶν ὁ λόγος εἰς ἑτέρους ἡμᾶς πάλιν ἐξήνεγκε δεσμοὺς καὶ δεσμωτήριον ἕτερον.

Τί πάθω; βούλομαι σιγῆσαι, ἀλλ' οὐ δύναμαι. Ἕτερον δεσμωτήριον εὗρον ἐκείνου πολλῷ θαυμασιώτερον καὶ ἐκπληκτικώτερον. Ἀλλά μοι διανά-
F στητε, ὡς νῦν ἀρχομένου τοῦ λόγου, καὶ ἀκμαζούσαις προσέλθετε ταῖς διανοίαις. Βούλομαι διακόψαι τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἀνέχεται. Καθάπερ γάρ τις μεταξὺ πίνων οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο διακόψαι, κἂν ὁτιοῦν τις ἐπαγγέλληται· οὕτω κἀγὼ τῆς κύλικος ἐπιλαβόμενος τῆς θαυμαστῆς τοῦ δεσμωτηρίου τῶν διὰ
65 Χριστὸν δεδεμένων, οὐ δύναμαι παύσασθαι, οὐ δύ-
A ναμαι σιγῆσαι. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἐν δεσμωτηρίῳ καὶ ἐν νυκτὶ οὐκ ἐσίγησεν, οὐδὲ ἐν μάστιξιν, ἐγὼ σιγήσομαι καθήμενος ἡμέρας οὔσης, μετὰ πολλῆς τῆς ἀνέσεως φθεγγόμενος, τῶν δεδεμένων, τῶν μεμαστιγωμένων, τῶν ἐν μέσῃ νυκτὶ τοῦτο μὴ παθόντων; Οἱ παῖδες οὐκ ἐσίγων ἐν καμίνῳ καὶ ἐν πυρί· καὶ * ἡμεῖς οὐκ αἰσχυνόμεθα σιγῶντες; Ἴδωμεν οὖν καὶ τοῦτο τὸ δεσμωτήριον. Ἐδέθησαν καὶ ἐνταῦθα, ἀλλ' εὐθέως καὶ ἐκ προοιμίων ἐδείκνυτο, ὅτι οὐκ ἔμελλον καίεσθαι, ἀλλ' ὡς εἰς δεσμωτήριον εἰσιέναι. Τί γὰρ δεσμεῖς τοὺς μέλλοντας
B φλογίζεσθαι; Ἐδέθησαν, καθὼς Παῦλος, καὶ πόδας καὶ χεῖρας· ἐδέθησαν μετὰ τοσούτου θυμοῦ. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος εἰς τὴν ἐσωτέραν ἔβαλε φυλακὴν, καὶ οὗτος ἐπὶ πολὺ καῆναι τὴν κάμινον ἐκέλευσεν. Ἀλλ' ἴδωμεν τὰ μετὰ ταῦτα. Ὑμνούντων ἐκείνων ἐσείετο τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἀνεῴχθησαν αἱ θύραι· καὶ τούτων ὑμνούντων ἐλύθη τὰ δεσμὰ καὶ τῶν ποδῶν καὶ τῶν χειρῶν· ἀνεῴχθη τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἀνεῴχθησαν αἱ θύραι τῆς καμίνου· δρόσος γὰρ πνεύματος διεσύριζεν. Ἀλλ' ὅμως πολλά με περιῤῥεῖ· οὐκ οἶδα ποῖον εἴπω πρῶ-
C τον, ποῖον δὲ δεύτερον. Διὸ παρακαλῶ, μή με τάξιν τις ἀπαιτείτω· πολλὴ γὰρ ἡ συγγένεια τῶν πραγμάτων. Ἐλύθησαν οἱ συνδεδεμένοι αὐτοῖς, καὶ ὅμως ἐκάθευδον· ἐνταῦθα δὲ ἀντὶ τούτου γέγονεν ἕτερόν τι· κατεκάησαν οἱ ἐμβαλόντες αὐτούς. Ἀλλ', ὅπερ ἐβουλόμην εἰπεῖν, εἶδε λελυμένους, [a] καὶ προσέπεσεν αὐ-

* [Marg. Savil. ἡμεῖς ἀνεξόμεθα σιγῆν ἐν ἀνέσει ὑπάρχοντες;]

[a] In Scriptura sacra non legitur, quod ante tres pueros Nabuchodonosor prociderit.

τοῖς ὁ βασιλεύς· ἤκουσεν ὑμνούντων, καὶ τέσσαρας εἶδε περιπατοῦντας, καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς. Καθάπερ οὖν ὁ Παῦλος οὐκ ἐξῆλθε, καίτοι δυνάμενος, ἕως ὁ ἐμβαλὼν ἐκάλεσεν αὐτὸν καὶ ἐξήγαγεν, οὕτως οὐδὲ οἱ D τρεῖς παῖδες ἐξῆλθον, ἕως οὗ ὁ ἐμβαλὼν ἐξελθεῖν ἐκέλευσε. Τί ἀπὸ τούτου παιδευόμεθα; Μὴ σπεύδειν ἐν ταῖς ἐπαγωγαῖς, μηδὲ ἐπείγεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι, μήτε πάλιν [b] λυόντων ἐμμένειν. Ἀλλ' οὗτος μὲν προσέπεσε· καὶ γὰρ εἰσελθεῖν ἠδύνατο, ἔνθα ἦσαν οἱ ἅγιοι· ἐκεῖνος δὲ πρὸς τὴν θύραν ἐλθών, ἔστη· οὐ γὰρ ἐτόλμα προσελθεῖν εἰς τὸ δεσμωτήριον τὸ ἔνδον, ὅπερ αὐτοῖς διὰ τοῦ πυρὸς κατεσκεύασε. Καὶ θέα μοι τὰ ῥήματα. Οὗτός φησι, Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶ; ἐκεῖνος οὐ μετὰ τοσαύτης μὲν ταπεινοφροσύνης, οὐκ ἔλαττον δὲ φωνὴν ἡδίω ἀφῆκε, Σεδρὰχ, E Μισὰκ, Ἀβδεναγὼ, οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ἐξέλθετε, καὶ δεῦτε. Μεγάλη τιμή· Οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ἐξέλθετε, καὶ δεῦτε. Πῶς ἐξέλθωσιν, ὦ βασιλεῦ; δεδεμένους ἐνέβαλες τῷ πυρὶ, τοσοῦτον ἐνεχρόνισαν τῷ πυρὶ χρόνον; Εἰ γὰρ ἀδαμάντινοι ἦσαν, εἰ γὰρ ὕλαι μεταλλικαὶ, καὶ ὕμνον λέγοντες ἐκεῖνον ἅπαντα οὐκ ἂν ἀπώλοντο; Διὰ τοῦτο μὲν οὖν ἐσώθησαν, ὅτι ὕμνουν. Ἠδέσθη τὴν προθυμίαν αὐτῶν F τὸ πῦρ, ἠδέσθη καὶ τὴν ᾠδὴν τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην καὶ τοὺς ὕμνους. Πῶς αὐτοὺς καλεῖς; Προλαβὼν εἶπον, Οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου· τοῖς γὰρ τοῦ Θεοῦ δούλοις πάντα δυνατά. Εἰ γὰρ ἀνθρώπων εἰσὶ 85 δοῦλοί τινες, καὶ ἐν τοῖς ἐκείνων οὐχ ἧττον ἰσχύουσι A καὶ κρατοῦσι καὶ διατάττονται, πολλῷ μᾶλλον οἱ τοῦ Θεοῦ δοῦλοι. Τὴν ἡδίστην φωνὴν ἐκάλεσεν· ᾔδει τούτῳ μάλιστα κολακεύων αὐτούς.[c] Εἰ γὰρ ἵνα δοῦλοι τοῦ Θεοῦ μένωσιν, εἰς πῦρ ἐνέβησαν, οὐκ ἦν αὐτοῖς ἑτέρα φωνὴ ταύτης ἡδίων· οὐκ ἂν, εἰ βασιλεῖς αὐτοὺς ἐκάλεσεν, οὐκ ἂν, εἰ τῆς οἰκουμένης δεσπότας, οὕτως ἂν αὐτοὺς ηὔφρανεν, ὡς ὅτε εἶπεν, Οἱ δοῦλοι Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. Καὶ τί θαυμάζεις; Τῇ γὰρ μεγάλῃ πόλει, τῇ κρατούσῃ τῆς οἰκουμένης, καὶ μέγα φρονούσῃ ἐπ' ἀξιώμασιν, ὡς ἀντίῤῥοπον πρὸς ἀξίαν, μᾶλλον δὲ πολ- B λῷ μεῖζον καὶ ἀσυγκρίτως μεῖζον καὶ ὑπατείας καὶ βασιλείας καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς οἰκουμένης, ὁ Παῦλος τοῦτο τέθεικε γράφων· Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. Εἰ γὰρ τοσαύτην, φησὶ, ποιοῦνται σπουδὴν, ὥστε δοῦλοι εἶναι, πάντως τούτῳ πεισόμεν αὐτούς. Ὅρα τοίνυν καὶ τὴν εὐλάβειαν τῶν παίδων. Οὐκ ἠγανάκτησαν, οὐδὲ ὠργίσθησαν, οὐδὲ ἀντεῖπον, ἀλλ' ἐξῆλθον. Εἰ γὰρ τιμωρίαν τὸ πρᾶγμα ἐνόμιζον, τὸ ἐμπεσεῖν εἰς τὴν κάμινον, κἂν ἤλγησαν πρὸς τὸν ἐμβαλόντα· νῦν δὲ οὐδὲν τούτων[a], C

procidit : vidit hymnos canentes, et quatuor vidit ambulantes, et vocavit eos. Sicut ergo Paulus non exivisset, etsi posset, nisi qui injecerat eum vocasset, et eduxisset : ita nec illi tres pueri exierunt, donec is qui injecit jussit exire. Quid ex hoc discimus? Non festinare ad ærumnas, nec properare ad afflictiones; nec rursus in eis manere, si sint qui solvant. Sed ille quidem procidit ad pedes; poterat enim ingredi ubi erant sancti : hic autem cum venisset ad ostium, stetit : non audebat enim accedere ad eum qui intus erat carcerem, quem ipsis construxerat per ignem. Contemplare autem verba. Ille dicit : *Domini, quid me oportet facere, ut sim salvus?* Hic ille non cum tanta quidem humilitate, vocem autem emisit non minus jucundam : *Sidrac, Misac, et Abdenago, servi Dei excelsi, egredimini et venite.* Ibid. v. 93. Magnus honor : *Servi Dei excelsi, egredimini et venite.* Quomodo egredientur, o rex? vinctos injecisti in ignem : tam longo tempore fuerunt in igne? Nam si fuissent adamantini, si materiæ metallicæ, qui totum illum canebant hymnum, annon periissent? Propter hoc ipsum salvi fuerunt, quod hymnos canerent. Animi eorum alacritatem reveritus est ignis : reveritus est etiam canticum illud admirabile et hymnos. Quomodo eos vocas? Primum dixi : *Servi Dei excelsi :* omnia enim possunt Dei servi. Nam si sunt aliqui servi hominum, et in rebus illorum non minorem habent potestatem, imperium et administrationem, multo magis servi Dei. Vocem emisit jucundissimam : sciebat se ea maxime ipsis assentari. Nam si, ut servi Dei manerent, in ignem sunt ingressi, non erat alia vox hac jucundior : non si eos vocasset reges, non si dominos orbis terræ, tanta eos affecisset voluptate, quanta cum eis dixit, *Servi Dei excelsi.* Et quid miraris? Ad magnam enim urbem, quæ orbis terræ obtinebat dominatum, et cui auctoritas magnos faciebat spiritus, Paulus scribens hoc posuit, ut quod dignitati ex æquilibrio responderet, imo vero et consulatu et regno et orbis terræ imperio longe majus atque adeo incomparabiliter majus esset; *Paulus servus Jesu Christi. Servi Dei excelsi.* Rom. 1. 1. Si enim, inquit, tantum ponunt studium ut sint servi, omnino eis hoc persuadebimus. Vide ergo etiam puerorum pietatem : non succensuerunt neque irati sunt neque contradixerunt, sed egressi sunt. Nam si

[b] [λυομένων Halesius.]
[c] [Savilius in serie καὶ γάρ.]

[a] [ποιοῦσιν additur in marg. Savil.]

supplicium existimassent, quod injecti essent
in fornacem, succensuissent ei qui injecerat:
nunc autem nihil horum; sed ita exierunt tam-
quam qui prodirent e cælo: et quod de sole dicit
Psal. 18. 6. propheta, *Tamquam sponsus procedens e tha-
lamo suo*, hoc etiam qui de eis dixerit, non
aberrarit. Quomodo? Illo sic procedente ipsi tunc
processerunt splendidius. Nam ipse quidem pro-
cedebat, orbem terræ illustrans sensili lumine,
illi vero aliter orbem terræ illuminantes, nempe
spirituali modo. Nam propter ipsos rex statim
Dan. 3. 99. 100. misit decretum, quod hæc verba continebat: Pla-
cuerunt coram me signa et prodigia, quæ fecit
Deus nobis ostendi tamquam magna et fortia.
Exierunt itaque splendidum emittentes radium,
qui lætus quidem erat etiam in ipsis regionibus:
maxime autem poterat ubique extendi per literas
regias, et solvere tenebras quæ erant ubique ex-
tensæ. *Egredimini, et venite.* Non jussit fornacem
exstinguere, sed hoc etiam eos maxime honora-
vit, quod crediderit eos non solum posse intus
ambulare, sed etiam eo ardente egredi.

9. Videamus autem, si placet, verba quoque
Act. 16. 30. custodis carceris: *Domini, quid me oportet fa-
cere ut salvus fiam?* Quid hac voce jucundius?
Facit ipsos angelos exsilire: ut hanc audiret
vocem, servus quoque factus est Dei Unigenitus:
hanc Petro dicebant vocem qui crediderunt ab
Act. 2. 37. 38. initio: *Quid faciemus* ut salvi simus? Et quid
dicit? Credite, et baptizemini. Lubenter etiam
in gehennam cecidisset Paulus, ut hanc vocem
audiret a Judæis, propter desiderium eorum sa-
lutis et obedientiæ. Vide autem, eis permittit to-
tum, nihil curiose inquirit. Videamus autem quæ
sequuntur. Hic non dicit: Ut salvus fiam, sed
quavis voce clarior et evidentior exstitit doctri-
na, et statim fit prædicator. Non opus habet ut
catechesi instituatur, sicut custos carceris; sed
Dan. 3. 95. quid? Deum prædicat, et fatetur potestatem: In
veritate novi, quod Deus vester ipse est Deus
deorum, et Dominus dominorum, quoniam misit
angelum suum, et liberavit vos a fornace. Et quid
postea? Non unus custos carceris, sed multi ca-
techesi instituuntur per literas regias, per aspe-
ctum rerum. Nam quod rex non esset mentitus,
omnibus perspicuum erat: non enim voluisset
captivis hæc ferre testimonia, neque sua dejicere
ac deprimere: noluisset tantæ amentiæ præbere

ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοῦ προϊόντες τοῦ οὐρανοῦ, οὕτω προή-
εσαν. Καὶ ὃ περὶ τοῦ ἡλίου φησὶν ὁ προφήτης, ὅτι Ὡς
νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, τοῦτο καὶ
περὶ τούτων εἰπών τις οὐκ ἂν ἁμάρτοι. Πῶς; Ὅτι
τούτου δὴ τοῦ οὕτως ἐκπορευομένου ἐκεῖνοι τότε λαμ-
πρότερον ἐξεπορεύοντο. Οὗτος μὲν γὰρ ἐξεπορεύετο
τὴν οἰκουμένην φωτίζων τῷ αἰσθητῷ φωτὶ, ἐκεῖνοι
δὲ τὴν οἰκουμένην φωτίζοντες ἑτέρως, νοητῶς λέγω.
Διὰ γὰρ αὐτοὺς εὐθέως διάταγμα ἔπεμπεν ὁ βασιλεὺς
D ταῦτα ἔχον τὰ ῥήματα· ἤρεσεν ἐναντίον ἐμοῦ τὰ σημεῖα
καὶ τὰ τέρατα, ἃ ἐποίησεν ὁ Θεὸς δηλῶσαι ἡμῖν, ὡς
μεγάλα καὶ ἰσχυρά. Ὥστε λαμπροτέραν ἐξῄεσαν ἀφι-
έντες ἀκτῖνα, φαιδρὰν μὲν οὖσαν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς
χωρίοις, μάλιστα δὲ πανταχοῦ ἐκταθῆναι δυναμένην
διὰ τῶν γραμμάτων τῶν βασιλικῶν, καὶ λῦσαι τὸ
πανταχοῦ [b] τεταμένον σκότος. Ἐξέλθετε, καὶ δεῦτε.
Οὐκ ἐκέλευσε σβέσαι τὴν κάμινον, ἀλλὰ καὶ τούτῳ
μάλιστα αὐτοὺς ἐτίμησε, τῷ πιστεῦσαι, ὅτι δυνήσον-
ται μὴ μόνον ἔνδον περιπατεῖν, ἀλλὰ καὶ καιομένης
ἐξελθεῖν.

E Ἴδωμεν δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ τοῦ δεσμοφύλακος τὰ
ῥήματα. Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν, ἵνα σωθῶ; Τί ταύ-
της τῆς φωνῆς ἥδιον; Αὕτη σκιρτᾷν καὶ ἀγγέλους
ποιεῖ· ἵνα ταύτην ἀκούσῃ τὴν φωνὴν, καὶ δοῦλος ἐγέ-
νετο ὁ τοῦ Θεοῦ Μονογενής· ταύτην πρὸς Πέτρον
ἔλεγον τὴν φωνὴν οἱ παρὰ τὴν ἀρχὴν πιστεύσαντες·
Τί ποιήσομεν, ἵνα σωθῶμεν; Καὶ τί φησιν [c] αὐτός;
Πιστεύσατε, καὶ βαπτίσθητε. Ἡδέως ἂν καὶ εἰς γέεν-
ναν ἐνέπεσεν ὁ Παῦλος, ὥστε ταύτην ἀκοῦσαι τὴν
F φωνὴν παρὰ Ἰουδαίων, δι' ἐπιθυμίαν σωτηρίας καὶ
ὑπακοῆς αὐτῶν. Ὅρα δέ· τὸ πᾶν αὐτοῖς ἐπιτρέπει,
οὐδὲν περιεργάζεται. Ἀλλ' ἴδωμεν τὰ μετὰ ταῦτα.
67 Οὗτος οὐ λέγει, ἵνα σωθῶ, ἀλλὰ τρανοτέρα πάσης
A φωνῆς αὐτῷ ἡ διδασκαλία γέγονε· καὶ γὰρ εὐθέως
γίνεται κήρυξ. Οὐ δεῖται κατηχηθῆναι, καθάπερ ὁ
δεσμοφύλαξ, ἀλλὰ τί; Ἀνακηρύττει τὸν Θεὸν, καὶ
ὁμολογεῖ τὴν δύναμιν· ἐπ' ἀληθείας οἶδα, ὅτι ὁ Θεὸς
ὑμῶν αὐτός ἐστι τῶν θεῶν Θεὸς, καὶ Κύριος τῶν κυ-
ρίων· ὅτι ἐξαπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐῤῥύ-
σατο ὑμᾶς ἀπὸ τῆς καμίνου. Καὶ τί μετὰ ταῦτα; Οὐχ
εἷς δεσμοφύλαξ, ἀλλὰ πολλοὶ κατηχοῦνται διὰ τῶν
γραμμάτων τῶν βασιλικῶν, διὰ τῆς θέας τῶν πραγμά-
των. Ὅτι γὰρ οὐκ ἂν ἐψεύσατο ὁ βασιλεὺς, παντί που
B δῆλον· οὐ γὰρ ἂν ἠθέλησε τοιαῦτα τοῖς αἰχμαλωτι-
σθεῖσι μαρτυρῆσαι, οὐδὲ τὰ αὐτοῦ καταβαλεῖν· οὐκ
ἂν ἠθέλησε τοσαύτης ἀνοίας δόξαν λαβεῖν. Ὥστε εἰ

b [Marg. Savil. κεχυμένον σκ., et mox οὐκ ἐτόλμησε σβέσαι.

c [Leg. αὐτοῖς. Dunæus.]

μὴ πολλὴ τῆς ἀληθείας ἡ περιφάνεια, οὐκ ἂν τοιαῦτα ἔγραψε, καὶ τοσούτων παρόντων. Ὁρᾶτε πόση τῶν δεσμῶν ἡ δύναμις; πόση τῆς ὑμνῳδίας τῆς ἐν θλίψει ἡ ἰσχύς; Οὐκ ἀπηγόρευσαν οὐδὲ ἀνέπεσον, ἀλλὰ τότε μᾶλλον ἦσαν σφοδροὶ, τότε πλείων ἡ προθυμία. Εἰκότως ταῦτα ἐννοοῦσιν. Ἔτι ἓν ὑπολείπεται. Διὰ τί ἐν μὲν τῷ δεσμωτηρίῳ οἱ δεδεμένοι ἐλύθησαν, ἐν δὲ τῇ καμίνῳ οἱ ἐμβαλόντες κατεκάησαν; Καίτοι γε C ἐχρῆν τὸν βασιλέα τοῦτο παθεῖν· οὐ γὰρ οἱ δεσμοῦντες οὐδὲ οἱ ἐμβάλλοντες τοσοῦτον ἥμαρτον, ὅσον ὁ κελεύων τοῦτο γενέσθαι. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐκεῖνοι ἀπώλοντο; Ἐνταῦθα οὐ πολλή τις χρεία τῆς ἀκριβολογίας. Ἀσεβεῖς γὰρ ἦσαν· διὰ τοῦτο ᾠκονόμητο, ἵνα δειχθῇ τοῦ πυρὸς ἡ ἰσχὺς, καὶ μεῖζον τὸ θαῦμα γένηται. Εἰ γὰρ τοὺς ἔξω οὕτω κατέφαγεν, οὓς ἔνδον εἶχε, πῶς ἀπαθεῖς ἐδείκνυ; Ἵνα δήλη γένηται ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω, εἰ τὸν βασιλέα ἐν τάξει τοῦ δεσμοφύλακος ἔθηκα· τὸ γὰρ αὐτὸ εἰργάσατο. D Οὐδὲν γὰρ οὗτος ἐκείνου λαμπρότερος ἦν· ἀπώναντο γὰρ ἀμφότεροι. Ἀλλ', ὅπερ ἔφην, ὅτι ἐν ταῖς θλίψεσιν ὄντες οἱ δίκαιοι, τότε μάλιστά εἰσι σφοδρότεροι, ὅταν ἐν δεσμοῖς ὦσι. Τὸ γὰρ διὰ Χριστόν τι παθεῖν, πάσης παραμυθίας ἥδιον. Βούλεσθε ὑπομνήσω ὑμᾶς καὶ ἑτέρου δεσμωτηρίου; Ἀναγκαῖον ἀπὸ τῆς ἁλύσεως ταύτης ἐφ' ἕτερον ἐλθεῖν δεσμωτήριον. Τὸ ποῖον βούλεσθε; τὸ τοῦ Ἱερεμίου; ἢ τὸ τοῦ Ἰωσήφ; ἢ τὸ Ἰωάννου; Χάρις τῇ Παύλου ἁλύσει· πόσα ἀνέῳξε τῷ λόγῳ δεσμωτήρια; Τὸ Ἰωάννου βούλεσθε; E Ἐδέθη καὶ οὗτος ποτὲ διὰ τὸν Χριστὸν καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον. Τί οὖν; ἆρα ἤργει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὤν; οὐχὶ δὲ ἐκεῖθεν πέμψας ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, πορευθέντες εἴπατε τῷ Χριστῷ, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; Καὶ ἐκεῖ ὢν ἄρα ἐδίδασκεν· οὐ γὰρ δὴ ἠμέλει. Ἀλλ' Ἱερεμίας οὐχὶ προεφήτευσε περὶ τοῦ Βαβυλωνίου, πάντα τὰ αὐτοῦ καὶ ἐκεῖ ποιῶν; Τί δὲ ὁ Ἰωσήφ; οὐχὶ τριακαίδεκα ἔτη ἐδέδετο; Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ F ἐκεῖ τῆς ἀρετῆς ἐπελάθετο. Ἔτι ἑνὸς εἰπόντες δεσμοὺς, καταπαύσομεν τὸν λόγον. Ἐδέθη καὶ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος, ὁ τὴν οἰκουμένην λύσας τῶν ἁμαρ- 68 τημάτων· ἐδέθησαν χεῖρες αἱ μυρία ἐργασάμεναι A καλά· Δήσαντες γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἤγαγον πρὸς Καϊάφαν. Καὶ ἐδέδετο ὁ τοσαῦτα θαυματουργήματα ἐργασάμενος. Ταῦτα ἐννοοῦντες, μηδέποτε δυσχεραίνωμεν, ἀλλὰ κἂν δεθῶμεν, χαίρωμεν· κἂν μὴ ἐν τοῖς δεσμοῖς ὦμεν, ὡς συνδεδεμένοι διακεώμεθα. Ὁρᾷς ὅσον ἀγαθὸν ὁ δεσμός; Ταῦτα πάντα εἰδότες, χάριν

opinionem. Quamobrem, nisi veritatis multa fuisset perspicuitas, non hæc scripsisset, idque cum tam multi adessent. Videtis quanta sit vis vinculorum, quanta virtus hymnorum qui cantantur in afflictione? Animum non desponderunt neque dejecti sunt, sed tunc erant vehementiores, tunc eorum fuit major animi alacritas. Merito hæc cogitarunt. Restat adhuc unum. Cur in carcere ii qui vincti erant, sunt soluti; in fornace autem exusti sunt qui injiciebant? Atqui oportebat hoc pati regem: neque enim tantum peccarunt, nec qui vinciebant neque qui injiciebant, quantum is qui jussit hoc fieri. Cur ergo illi perierunt? Hic non valde opus est ut res accurate disceptetur. Erant enim impii: propterea hoc consilio id agebatur, ut ostenderetur vis ignis, et majus fieret miraculum. Si enim eos qui foris erant sic exedit, quomodo eos qui erant intus reddebat illæsos et impatibiles? Ut manifesta fieret Dei potentia. Nemo autem miretur quod regem in eodem ordine posuerim quo custodem carceris: idipsum enim fecit. Hic enim illo nihil erat præclarior: ambobus enim profuit. Sed sicut dixi, justi dum in ærumnis versantur, tunc sunt vehementiores, quando sunt in vinculis. Nam propter Christum aliquid esse passum, est quovis solatio jucundius. Vultis alium quoque carcerem vobis revocem in memoriam? Ab hac catena in alium carcerem veniendum est. Quemnam vultis? Jeremiæne, an Josephi, an Joannis? Pauli catenæ gratia: quam multos orationi nostræ aperuit carceres! Vultisne Joannis? Vinctus fuit hic quoque propter Christum et legem Dei. Quid ergo, fuitne otiosus cum esset in carcere? annon inde ex carcere missis dicebat discipulis suis, Euntes dicite Christo: *Tu es* Matth. 11. 3. *qui venturus es, an alium exspectamus?* Et cum illic esset, docebat: non enim erat negligens. Sed Jeremias annon prædixit de Babylonio, quæ sui officii erant omnia etiam illic faciens? Quid vero Joseph? annon vinctus erat per tredecim annos? Attamen ne illic quidem oblitus est virtutis. Cum adhuc unius vincula diximus, finem imponemus orationi. Vinctus quoque fuit Dominus noster, qui orbem terræ solvit a peccatis: vinctæ sunt manus, quæ bona fecerunt innumerabilia: *Vinctum* enim, inquit, Matth. 26. 57. *eum duxerunt ad Caipham.* Et vinctus fuit qui tam multa fecerat miracula. Hæc cogitantes numquam ægre feramus, sed etiamsi fuerimus vincti, gaudeamus: etsi non sumus in vinculis,

simus tamquam colligati. Vides quantum bonum sit vinculum. Hæc omnia cum sciamus, Deo gratias pro omnibus emittamus, in Christo Jesu Domino nostro.

ἀναπέμπωμεν ὑπὲρ πάντων τῷ Θεῷ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

HOMILIA IX.

B

ΟΜΙΛΙΑ θʹ.

Cap. IV. v. 1. *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, 2. cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in caritate, 3. solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.*

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ, ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε, μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος, μετὰ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης.

1. Ostensa est catenæ Pauli magna virtus, C et præclarior signis. Non temere ergo nec frustra, ut videtur, eam profert, sed tamquam per ipsam pudore suffusurus. Et quid ait? *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis.* Quomodo? *Cum omni humilitate, cum mansuetudine et patientia, alter alterum sustinentes in caritate.* Non simpliciter vinctum esse bonum est, sed propter Christum esse vin- D ctum. Propterea dicit, *Vinctus in Domino,* id est, propter Christum. Nihil illi rei potest æquiparari. Sed catena nos magis abstrahit et avellit a propositis, et non sustinemus resistere, sed inviti trahimur; imo volentes et optantes. Et utinam semper mihi liceret loqui de catena Pauli. Sed ne obtorpescatis: volo adhuc quæstionem tractare, quam multi efferunt: Sed si bonæ sunt ærumnæ, cur ipse se defendens apud Agrippam E
Act. 26. 29. dicebat, *Opto apud Deum et in modico et in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui me audiunt hodie, fieri tales, qualis et ego sum, exceptis vinculis his.* Non hæc dicebat tamquam existimans rem esse deprecandam et exsecrandam; absit: non enim, si res esset abominanda, gloriaretur de vinculis, de carceribus, de aliis afflictionibus: nec scribens dixisset,
2. Cor. 12. 9. *Lubenter gloriabor in infirmitatibus meis;* sed quid? Hoc ipsum erat indicium, quod magni faceret vincula. Sicut enim dicebat scribens F
1. Cor. 3. 2. ad Corinthios: *Lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis:* ita hic quoque non poterant audire pulchritudinem nec deco-

Ἀπεδείχθη τῆς ἁλύσεως τοῦ Παύλου ἡ ἰσχὺς καὶ μεγάλη καὶ σημείων λαμπροτέρα. Οὐ μάτην οὖν ἐνταῦθα, ὡς ἔοικε, ταύτην προβάλλεται, οὐδὲ εἰκῇ, ἀλλ' ὡς μάλιστα δι' αὐτῆς δυσωπήσων. Καὶ τί φησι; Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ, ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε. Πῶς; Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, μετὰ πραότητος καὶ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ. Οὐχ ἁπλῶς τὸ δέσμιον εἶναι καλὸν, ἀλλὰ τὸ διὰ Χριστόν. Διὰ τοῦτό φησιν, Ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, τουτέστι, διὰ Χριστόν. Οὐδὲν τούτου ἴσον. Ἀλλὰ μᾶλλον ἡμᾶς ἀποσύρει τῶν προκειμένων ἡ ἅλυσις [a] καὶ περισπᾷ, καὶ ἀντιπεσεῖν οὐχ ὑπομένομεν, ἀλλ' ἑλκόμεθα καὶ ἄκοντες, μᾶλλον δὲ καὶ βουλόμενοι καὶ εὐχόμενοι. Καὶ εἴθε ἀεὶ περὶ τῆς ἁλύσεως Παύλου διαλέγεσθαι ἦν. Ἀλλὰ μὴ ναρκήσητε· ἔτι γὰρ ἐκεῖνο εἰπεῖν βούλομαι, ὃ πολλοὶ ζητοῦντές φασι· καὶ εἰ καλὸν αἱ θλίψεις, πῶς αὐτὸς ἀπολογούμενος πρὸς τὸν Ἀγρίππαν ἔλεγεν, Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, οὐ μόνον σὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον γενέσθαι τοιούτους, ὁποῖος καὶ ἐγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων; Οὐχ ὡς ἀπευκτὸν τὸ πρᾶγμα νομίζων, ταῦτα ἔλεγε, μὴ γένοιτο· οὐ γὰρ ἂν, εἴ γε ἀπευκτὸν ἦν, ἐκαυχᾶτο ἐπὶ τοῖς δεσμοῖς, ἐπὶ ταῖς φυλακαῖς, ἐπὶ ταῖς ἄλλαις θλίψεσι· οὐδ' ἂν γράφων ἔλεγεν, Ἥδιστα καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου· ἀλλὰ τί; Τοῦτο αὐτὸ τεκμήριον ἦν τοῦ μεγάλα ἡγεῖσθαι τὰ δεσμά. Ὥσπερ γὰρ Κορινθίοις γράφων ἔλεγε· Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἐδύνασθε· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, οὐκ ἠδύναντο ἀκοῦσαι τὸ κάλλος, οὐδὲ τὸν κόσμον, οὐδὲ τὴν ὠφέλειαν τῶν δεσμῶν. Διὰ τοῦτό φησιν, Ἐκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων. Τοῖς μέντοι Ἑβραίοις οὐχ οὕτως, ἀλλὰ

[a] [Fort. καὶ παρασπᾷ.]

παρῄνει συνδεδέσθαι τοῖς δεδεμένοις. Διὰ τοῦτο καὶ 69 A αὐτὸς ἔχαιρεν ἐπὶ τοῖς δεσμοῖς, καὶ ἐδεσμεῖτο, καὶ μετὰ τῶν δεσμωτῶν ἀπήγετο εἰς φυλακήν. Μεγάλη τῆς ἁλύσεως Παύλου ἡ ἰσχύς· ἀρκεῖ ἀντὶ πάντων τοῦτο τὸ θέαμα, δεδεμένον ἰδεῖν Παῦλον καὶ ἐξαγόμενον ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου. Δεδεμένον ἰδεῖν καὶ ἔνδον καθήμενον, ποίας ἡδονῆς τοῦτο οὐ μεῖζον; τίνος οὐκ ἂν τιμήσαιμι τὸ πρᾶγμα; Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς βασιλέας, τοὺς ὑπάτους ἐπὶ ζεύγους φερομένους καὶ χρυσοφοροῦντας, καὶ τοὺς δορυφοροῦντας πάντα ἔχοντας χρυσᾶ, χρυσᾶ τὰ δόρατα, χρυσᾶς τὰς ἀσπίδας, B χρυσᾶ τὰ ἱμάτια, ἵππους χρυσοφόρους; Πόσον τῆς θέας ἐκείνης τοῦτο τερπνότερον; Ἅπαξ ἂν ηὐξάμην Παῦλον ἰδεῖν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου μετὰ τῶν δεσμωτῶν ἐξιόντα, ἢ μυριάκις ἐκείνους μετὰ τῆς δορυφορίας ἐκείνης παραπεμπομένους. Πόσους οἴεσθε ἀγγέλους προηγεῖσθαι αὐτοῦ, ὅτε ἐξήγετο οὕτω; Καὶ ὅτι οὐ ψεύδομαι, ἀπό τινος παλαιᾶς ἱστορίας τὸ πρᾶγμα ὑμῖν ποιήσω φανερόν. Ἐλισσαῖος ὁ προφήτης, τάχα δὲ ἴστε τὸν ἄνδρα, τοῦ βασιλέως Συρίας ἐκπεπολεμωμένου πρὸς τὸν τοῦ Ἰσραὴλ βασιλέα, καθήμενος παρ' ἑαυτῷ, ἅπαντα, ἅπερ ἐκεῖνος ἐν τοῖς ταμείοις C μετὰ τῶν κοινωνούντων αὐτῷ τῆς γνώμης ἐβουλεύετο, εἰς μέσον ἐξέφερε, καὶ ἀκύρους ἐποίει τοῦ βασιλέως τὰς βουλὰς, τὰ ἀπόρρητα προλέγων, καὶ οὐκ ἀφιεὶς εἰς τὰς παγίδας, ἃς ἐκεῖνος ἐτίθει, ἐμπεσεῖν. Ἐλύπει τοῦτο τὸν βασιλέα, καὶ ἀθυμῶν, ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ καθειστήκει, οὐκ ἔχων μαθεῖν τὸν ἐκφέροντα ἅπαντα καὶ ἐπιβουλεύοντα, καὶ τὰς μηχανὰς ἀκυροῦντα τὰς τούτου. Ἀποροῦντι τοίνυν αὐτῷ καὶ τὴν αἰτίαν ζητοῦντι εἶπέ τις τῶν ὑπασπιστῶν, ὅτι δὴ προφήτης εἴη τις Ἐλισσαῖος ἐν Σαμαρείᾳ καθήμενος, οὐκ ἐῶν ἑστάναι τὴν τοῦ βασιλέως γνώμην, ἀλλὰ πάντα ἐκ- D φέρων. Ἐκεῖνος [a] ἐνόμισεν εὑρηκέναι τὸ πᾶν. Οὐδὲν δὲ ἄρα αὐτοῦ ἀθλιώτερον. Ὅρα γάρ· δέον τιμῆσαι τὸν ἄνδρα, θαυμάσαι, ἐκπλαγῆναι, εἰ δὴ τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν, ὡς ἀπὸ τοσούτων σταδίων καθήμενον, πάντα τὰ ἐν τῷ ταμείῳ τοῦ βασιλέως, οὐδενὸς ἀπαγγέλλοντος, εἰδέναι· τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, παροξυνθεὶς δὲ, καὶ τῆς ὀργῆς γενόμενος μόνης, ἱππέας καὶ ὁπλίτας συντάξας, πέμπει παραστήσων τὸν προφήτην. Ἦν δὲ τῷ Ἐλισσαίῳ μαθητὴς ἐν προπυλαίοις E ἔτι τῆς προφητείας, τῶν τοιούτων ἀποκαλύψεων μήπω κρινόμενος ἀξιοῦσθαι. Ἐπέστησαν οἱ στρατιῶται τοῦ βασιλέως, ὡς δήσοντες τὸν ἄνδρα, μᾶλλον δὲ τὸν προφήτην. Πάλιν εἰς δεσμοὺς ἐμπίπτομεν, καὶ τί πάθω; πάντοθεν οὗτος ὁ λόγος οὕτως ὑφαίνεται. Καὶ ἰδὼν ὁ μαθητὴς τῶν στρατιωτῶν τὸ πλῆθος, ἐξέστη, καὶ περιδεὴς καὶ ἔντρομος προσδραμὼν τῷ

rem nec utilitatem vinculorum. Propterea dicit, *Exceptis his vinculis.* Apud Hebræos autem non ita, sed suadebat ut simul vincirentur cum vinctis. Propterea et ipse lætabatur propter vincula, et vinciebatur, et cum vinctis abducebatur in custodiam. Magna est vis catenæ Pauli : sufficit pro omnibus hoc spectaculum, Paulum videre vinctum, et eductum e carcere. Videre vinctum et intus sedentem, qua voluptate non est hæc major ? quo pretio rem non æstimaverim? Non videtis Imperatores et Consules curru gestatos, et auro ornatos, et satellites omnia habentes aurea, aureas lanceas, aureos clypeos, aureas vestes, equos aureis ornatos ephippiis ? Quam est hoc spectaculum illo jucundius? Mallem semel videre Paulum e carcere exeuntem cum vinctis, quam millies illos deductos cum illa satellitum stipantium caterva. Quam multos existimatis angelos eum præcessisse, quando sic educebatur? Quod autem non mentiar, ex veteri quadam historia vobis faciam perspicuum. Elisæus propheta, forte autem quisnam sit scitis, cum rex Syriæ bellum gereret adversus regem Israel, sedens apud se in medium proferebat quæcumque ille in intimis penetralibus consultabat cum iis quos adhibebat ad consilium; et regis consilia faciebat irrita, prædicens arcana, et non sinens incidere in laqueos quos ille tendebat. Hoc regem male habebat , et animo anxius in magna erat perplexitate et hæsitatione, ut qui non posset resciscere, quisnam esset qui omnia proferret, et tenderet insidias irritasque redderet ejus machinationes. Ei ergo dubitanti et causam quærenti dixit quidam ex satellitibus, esse quemdam Elisæum prophetam sedentem in Samaria, qui non sineret regis sententiam esse firmam, sed omnia proferret. Is existimavit se totum invenisse. Sed, ut videas, eo nihil erat miserius. Cum oporteret virum honorare, admirari, stupere, si tantam haberet virtutem , ut sedens tam multis remotus stadiis, sciret quæcumque fierent in regis penetralibus, nullo renuntiante; hoc quidem non fecit, sed irritatus et ira percitus, coactis equitibus et armatis militibus, eos mittit prophetam obsessuros. Erat autem Elisæo discipulus adhuc in vestibulis prophetiæ, qui nondum dignatus esset consequi ejusmodi revelationes. Accesserunt regis milites, tamquam vincturi hominem, imo vero prophetam. Rursus incidimus in vincula,

Hebr. 13. 3.

Imperatorum et Consulum cultus.

4. *Reg.* 6. 8.

[a] [ἀνόητος interserit marg. Savil.]

et, quid faciam? undique hæc sic contexitur oratio. Cum autem vidisset discipulus militum multitudinem, obstupuit, timensque et tremens accurrens ad magistrum, renuntiavit calamitatem ut putabat, et inevitabile significavit periculum. Risit propheta quod timuisset quæ non erant timenda, et hortatus est ut confideret. Ille autem ut qui esset imperfectus, non credebat, sed ex re visa adhuc perculsus, tenebatur metu. Quid
4. Reg. 6. 17. vero propheta? *Aperi*, inquit, *Domine*, *oculos hujus pueri*, *et videat* esse plures nobiscum, quam cum ipsis. Et videt repente totum montem, quem habitabat propheta, esse plenum equis igneis et ejusmodi curribus: hoc autem nihil erat aliud quam structa acies angelorum.

2. Si autem Elisæum ad id solum tanta sequebatur acies, quid Paulum? Hoc etiam dicebat Da-
Psal. 33. 8. et 90. 12. vid propheta: *Castra metabitur angelus Domini in circuitu timentium eum*; et rursus, *In manibus tollent te*, *ne quando offendas ad lapidem pedem tuum*. Et quid dico angelos? ipse Dominus erat cum ipso egrediente. Non enim ab Abrahamo quidem videbatur, non erat autem
Matth. 28. 20. cum eo: ipse enim promisit dicens, *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Et rursus ab eo visus dicebat,
Act. 18. 9. *Noli timere, sed loquere, quia ego sum tecum, et nemo te invadet ut tibi noceat*. Porro in
Ib. 23. 11. somnis quoque ei adstitit, dicens: *Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Jerusalem, sic te oportet et Romæ testificari*. Semper quidem sancti sunt admirabiles, et multa pleni gratia; maxime autem quando in periculo versantur propter Christum, quando sunt vincti. Sicut enim miles fortis et strenuus est semper jucundum cernentibus spectaculum, maxime autem quando juxta ipsum regem steterit et in acie fuerit: ita etiam cogita Paulum, quantum licebat videre, docentem cum ipsis vinculis. Dicam et cogitatum quod interim mihi venit in mentem? Beatus martyr Babylas ipse quoque vinctus fuit ob eamdem causam, ob quam Joannes, ut qui regem inique se gerentem arguerit. Ipse decedens mandavit ut vincula ponerentur cum suo corpore, et corpus sepeliretur vinctum: et nunc siti sunt compedes cum cinere. Tantum erat ei desiderium vinculo-
Psal. 104. 18. rum propter Christum. *Ferrum pertransiit anima ejus*, dicit propheta de Josepho. Jam vero mulieres quoque acceperant horum vinculorum

διδασκάλῳ, τὴν συμφορὰν, ὡς ᾤετο, ἀπήγγειλε, καὶ τὸν ἄφυκτον ἐμήνυσε κίνδυνον. Κατεγέλασεν ὁ προφήτης, ὅτι τὰ οὐκ ἄξια δέους ἐδεδοίκει, καὶ παρῄνει
Γ θαῤῥεῖν. Ἐκεῖνος δὲ ἀτελὴς ἔτι ὢν, οὐκ ἐπείθετο, ἀλλ' ἔτι ὑπὸ τῆς ὄψεως ἐκπληττόμενος, ἐνέκειτο τῷ φόβῳ. Τί οὖν ὁ προφήτης; Κύριε, ἄνοιξον, φησὶ, τοὺς
70 ὀφθαλμοὺς τοῦ παιδαρίου τούτου, καὶ ἰδέτω ὅτι
A πλείους οἱ μεθ' ἡμῶν ὑπὲρ τοὺς μετ' αὐτῶν. Καὶ ἄφνω τὸ ὄρος ὅλον ὁρᾷ, ὅπερ ὁ προφήτης ᾤκει τότε, ἵππων πυρίνων, καὶ ἁρμάτων τοιούτων ἐμπεπλησμένον. Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἕτερον ἦν, εἰ μὴ ἀγγέλων παρατάξεις.

Εἰ δὲ Ἐλισσαίῳ ὑπὲρ τούτου μόνου τοσαύτη παρείπετο τάξις ἀγγέλων, τί Παύλῳ; Τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Δαυὶδ ἔλεγε· Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν· καὶ πάλιν, Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν
B πόδα σου. Καὶ τί λέγω ἀγγέλους; αὐτὸς ὁ Δεσπότης τότε μετ' αὐτοῦ ἦν ἐξιόντος. Οὐ γὰρ δήπου τῷ μὲν Ἀβραὰμ ὠπτάνετο, μετὰ δὲ τούτου οὐκ ἦν· αὐτὸς γὰρ ἐπηγγείλατο λέγων· Ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Καὶ πάλιν ὀφθεὶς αὐτῷ, ἔλεγε· Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, ὅτι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε. Καὶ κατ' ὄναρ δὲ αὐτῷ ἐπέστη λέγων· Θάρσει· ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ, οὕτω σε δεῖ καὶ ἐν Ῥώμῃ μαρτυρῆσαι. Ἀεὶ μὲν οὖν
C οἱ ἅγιοι θαυμαστοὶ, καὶ πολλῆς γέμουσι χάριτος, μάλιστα δὲ ὅταν διὰ Χριστὸν κινδυνεύωσιν, ὅταν δέσμιοι γίνωνται. Καθάπερ γὰρ στρατιώτης γενναῖος ἀεὶ μὲν καὶ ἁπλῶς ἡδὺ θέαμα τοῖς ὁρῶσι γίνεται, μάλιστα δὲ ὅταν ἑστήκῃ καὶ παρατάττῃ παρ' αὐτὸν τὸν βασιλέα· οὕτω δὴ καὶ Παῦλον ἐννόησον, * ὅσον ἦν ἰδεῖν μετὰ τῶν δεσμῶν αὐτὸν διδάσκοντα. Εἴπω τι μεταξὺ νῦν ὑπελθόν με νόημα; Ὁ μακάριος μάρτυς [a] Βαβύλας ἐδέθη, καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας, ἀφ' ἧς καὶ
D Ἰωάννης, βασιλέα παρανομοῦντα ἐλέγξας. Οὗτος τελευτῶν ἐπέτρεψε τὰ δεσμὰ τεθῆναι μετὰ τοῦ σώματος, καὶ τὸ σῶμα δεδεμένον ταφῆναι· καὶ νῦν αἱ πέδαι κεῖνται μετὰ τῆς τέφρας. Τοσοῦτος ἦν αὐτῷ πόθος τῶν διὰ Χριστὸν δεσμῶν. Σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, ὁ προφήτης φησὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ. Ἤδη δὲ καὶ γυναῖκες τούτων ἔλαβον πεῖραν τῶν δεσμῶν· ἀλλ' ἡμεῖς οὐ δεσμούμεθα. Οὐδὲ τοῦτο παραινῶ, καιροῦ νῦν οὐκ ὄντος· ἀλλὰ σὺ μὴ δήσῃς τὰς χεῖρας, ἀλλὰ δῆσον
E τὴν διάνοιαν. Ἔστι καὶ ἄλλα δεσμά· οἱ ταῦτα μὴ

* [*Leg.* οἷος ἦν ἰδεῖν μ. τ. δ. αὐτῶν. Danæus.]

[a] De beato Babyla vide supra Tom. 2, p. 531, et sqq.

φέροντες, ἐκεῖνα οἴσουσιν. Ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Δήσατε αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο πεῖραν ἐκείνων λαβεῖν, τούτων δὲ τῶν δεσμῶν καὶ ἐμπλησθῆναι γένοιτο. Διὰ ταῦτα ἔλεγεν· Ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ παρακαλῶ ὑμᾶς ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε· καὶ πάλιν, κεφαλὴν ἔχομεν τὸν Χριστόν. Συνήγειρε γὰρ καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐχθροὺς ὄντας, καὶ μυρία ἐργασαμένους κακά. Γ Μεγάλη ἡ κλῆσις, καὶ ἐπὶ μεγάλοις, οὐχ ὅτι ἀπ' ἐκείνων μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπὶ τοιαῦτα, καὶ τοιούτῳ τρόπῳ. Πῶς δέ ἐστιν ἀξίως περιπατῆσαι; Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης. Ὁ τοιοῦτος ἀξίως περιπατεῖ· τοῦτο ἀρετῆς πάσης ὑπόθεσις. 71 A Ἂν ταπεινὸς ἦς, καὶ ἐννοήσῃς τίς ὢν πῶς ἐσώθης, ἀφορμὴν πρὸς ἀρετὴν λαμβάνεις τὴν μνήμην, * οὔτε τοῖς δεσμοῖς ἐπαίρῃ, οὔτε αὐτοῖς τούτοις οἷς εἶπον, ἀλλ' εἰδὼς ὅτι τὸ πᾶν τῆς χάριτός ἐστι, συστέλλεις σαυτόν. Ὁ ταπεινόφρων καὶ εὐγνώμων δύναται εἶναι καὶ εὐχάριστος οἰκέτης. Τί γὰρ ἔχεις, φησὶν, ὃ οὐκ ἔλαβες; Ἄκουε δὲ πάλιν αὐτοῦ λέγοντος· Περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα, οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. Μετὰ πάσης, φησὶ, ταπεινοφροσύνης, μὴ τῆς ἐν ῥήμασι, μηδὲ ἐν πράγμασι μόνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν σχήματι καὶ ἐν φθέγματι· B μὴ πρὸς τοῦτον μὲν ταπεινὸς, πρὸς δὲ ἐκεῖνον θρασύς· πρὸς πάντας ἔσο ταπεινὸς, κἂν φίλος ᾖ κἂν ἐχθρὸς, κἂν μέγας κἂν μικρός· τοῦτο ταπεινοφροσύνη. Καὶ ἐν τοῖς κατορθώμασιν ἔσο ταπεινός. Ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, καὶ τοῦτο πρῶτον τιθέντος. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτός φησι· Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος καὶ μακροθυμίας. Ἔστι γὰρ ταπεινὸν μὲν εἶναι, ὀξὺν δὲ καὶ ὀργίλον, ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος· C πολλάκις γὰρ ὑπὸ τῆς ὀργῆς κατεχόμενος, πάντα ἀπώλεσεν. Ἀνεχόμενοι, φησὶν, ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ. Πῶς ἀνέχεσθαι δυνατὸν, ἂν ὀργίλος ᾖ, ἂν κατήγορος; Εἶπε καὶ τὸν τρόπον· Ἐν ἀγάπῃ, φησίν. Εἰ τοῦ πλησίον, φησὶν, οὐκ ἀνέχῃ, πῶς σου ἀνέξεται ὁ Θεός; εἰ αὐτὸς τὸν ὁμόδουλον οὐ φέρεις, πῶς σε οἴσει ὁ Δεσπότης; Ἔνθα ἂν ᾖ ἀγάπη, πάντα οἰστά ἐστι. Σπουδάζοντες, φησὶ, τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης. Δῆσον οὖν τὰς χεῖρας τῇ ἐπιεικείᾳ. Πάλιν τὸ καλὸν ὄνομα ἤνθησεν ὁ δεσμός· ἀφήκαμεν αὐτὸν, D καὶ αὐτὸς ἡμῖν πάλιν ἐπέδραμε. Καλὸς ἐκεῖνος ὁ δεσμὸς, καλὸς καὶ οὗτος· καὶ ἐκεῖνος ἀπὸ τούτου τίκτεται. Σύνδησον σαυτὸν τῷ ἀδελφῷ· οἱ τοιοῦτοι ἅπαντα κούφως φέρουσιν οἱ συνδεδεμένοι τῇ ἀγάπῃ. Σαυτὸν ἐκείνῳ πρόσδησον, κἀκεῖνόν σοι· ἀμφοτέρων σὺ κύριος· ὃν γὰρ ἂν βουλήσωμαι ποιῆσαι φίλον, δυνήσο-

* [Leg. καὶ οὔτε. Dunæus.]

experientiam. At nos non ligamur : neque hoc suadeo, cum non sit nunc tempus. Ne liges manus, sed mentem. Sunt etiam alia vincula : qui hæc non ferunt, ferent illa. Audi Christum dicentem : *Ligate ejus manus et pedes.* Sed absit (Matth. 22. 13.) ut illorum vinculorum accipiamus experientiam, detur autem ut his impleamur. Ideo dicebat : *Ego vinctus in Domino, rogo vos ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis.* Caput, inquit (Ephes. 4. 15.) rursus, habemus Christum. Nos simul suscitavit et consedere fecit in cælestibus, cum essemus inimici, et mala fecissemus innumerabilia. Magna est vocatio, et ad res magnas : non solum quod ab illis, sed quod etiam ad talia, et tali modo. Quomodo autem digne ambulatur ? *Cum omni humilitate.* (Digne ambulare quid sit.) Qui est talis, digne ambulat : hoc est fundamentum omnis virtutis. Si sis humilis, et cogites quisnam cum esses, salvus factus es, memoriam accipis occasionem ad virtutem. Neque vinculis extolleris, neque his ipsis quæ dixi, sed cum scias totum esse gratiæ, teipsum contrahis et submittis. Qui est humilis, potest esse servus gratus et memor beneficii. *Quid enim habes,* (1. Cor. 4. 7.) inquit, *quod non accepisti ?* Audi rursus eum dicentem : *Amplius illis omnibus laboravi;* (Ib. 15. 10.) *non ego autem, sed gratia Dei mecum. Cum omni,* inquit, *humilitate;* non ea quæ est in verbis, nec in rebus solis, sed et quæ est in habitu ac gestu et sermone : non in hunc quidem humilis, in illum vero audax : in omnes sis humilis, sive sit amicus sive inimicus, sive magnus sive parvus : hoc est humilitas. Etiam in recte factis sis humilis. Audi enim Christum dicentem, *Beati pauperes spiritu,* (Matth. 5. 3.) et hoc primum statuentem. Propterea ipse quoque dicit : *Cum omni humilitate et mansuetudine et patientia.* Nam fieri potest ut sit aliquis humilis, sed acer et iracundus; sed id nihil prodest : sæpe enim dum ab ira possidetur, perdit omnia. *Sustinentes,* inquit, *invicem in caritate.* Quomodo potest sustineri, si est iracundus, si accusator et maledicus ? Dixit etiam modum : *In caritate,* inquit. Si proximum non sustines, quomodo te sustinebit Deus ? si ipse non fers conservum, quomodo te feret Dominus ? Ubi est caritas, ferri possunt omnia. *Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Liga manus lenitate et mansuetudine. Rursus pulchrum adest nomen, vinculum : ipsum dimisimus, et ipsum rursus ad nos accurrit. Pulchrum est

illud vinculum, pulchrum et hoc : et illud ex hoc nascitur. Teipsum colliga cum fratre : ii omnia facile ferunt, qui sunt colligati in caritate. Teipsum illi alliga, et illum tibi : amborum tu es dominus : nam quem volo amicum facere, potero cum facilitate. *Sollicite studentes,* inquit. Ostendit rem non facile fieri, nec esse cujuslibet. *Studentes,* inquit, *servare unitatem spiritus.*

3. Quid est unitas spiritus? Sicut in corpore est unus spiritus qui omnia continet, etiamsi in diversis membris, ita hic quoque. Propterea enim datus est spiritus, ut eos uniat qui sunt disjuncti genere et moribus. Nam senex et juvenis, et pauper et dives, puer et ephebus, mulier et vir, et omnis anima fit unum quidpiam; et magis quam si esset unum corpus. Hac enim cognatione illa est multo major, et est potior hæc unitatis perfectio. Animæ enim conjunctio eo est accuratior et exactior, quo est simplicior et formæ unius. Quomodo autem ea conservatur? *In vinculo pacis.* Fieri non potest ut ea sit in inimicitiis et dissen-
1. Cor. 3. 3. sione. *Ubi enim sunt,* inquit, *in vobis lites et æmulationes et dissensiones, annon carnales estis, et secundum hominem ambulatis?* Sicut enim ignis, quando ligna quidem invenerit sicca, omnia unam efficit pyram; quando autem humida, nec operatur nec conglutinat : ita hic etiam: nihil ex frigidis eum potest constringere, sed ex calidis unumquodque maxima ex parte. Ex hoc ergo etiam nascitur calor caritatis : a vinculo pacis vult nos omnes colligare. Quemadmodum enim, inquit, si velis teipsum alteri alligare, non aliter poteris, nisi illum quoque tibi ipsi alliges; quod si velis duplex facere vinculum, illum quoque oportet tibi esse alligatum : ita hic quoque vult eos inter se esse alligatos, non solum in pace degere, nec solum diligere, sed omnes esse unam animam. Pulchrum est hoc vinculum : hoc vinculo et nos inter nos, et nos ipsos cum Deo colligemus. Non affligit nec comprimit colligatas manus hoc vinculum, sed relaxat et in amplo ac lato sinit esse spatio; et efficit ut qui sunt vincti, sint lætiores iis qui soluti sunt. Fortis etiam cum debili ligatus, et illum portat et non sinit perire, etiamsi cum segni et ignavo fuerit alligatus,
Prov. 18 19. ipsum magis excitat. *Frater enim,* inquit, *a fratre adjutus, est tamquam urbs munita.* Hanc catenam non potest prohibere viarum spatium, non cælum, non terra, non mors, neque aliud

μαι. Μετ' εὐκολίας σπουδάζοντες. Δείκνυσιν οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ τοῦ τυχόντος τὸ πρᾶγμα εἶναι. Σπουδάζοντες, φησὶ, τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος.

E Τί ἐστιν ἑνότης πνεύματος; Καθάπερ ἐν σώματι πνεῦμά ἐστι τὸ πάντα συνέχον, καὶ ἕν τι ποιοῦν τὸ ἐν διαφόροις ὂν μέλεσιν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Διὰ γὰρ τοῦτο τὸ πνεῦμα ἐδόθη, ἵνα τοὺς γένει καὶ τρόποις διαφόροις διεστηκότας ἑνώσῃ. Ὁ γὰρ γέρων καὶ ὁ νέος, ὁ πένης καὶ ὁ πλούσιος, ὁ παῖς καὶ ὁ ἔφηβος, ἡ γυνὴ καὶ ὁ ἀνὴρ, καὶ πᾶσα ψυχὴ ἕν τι γίνεται, καὶ μᾶλλον ἢ εἰ σῶμα ἓν ἦν. Ταύτης γὰρ τῆς συγγενείας πολλῷ μείζων ἐκείνη, καὶ πλείων ἡ ἀκρίβεια
F τῆς ἑνώσεως. Ἡ γὰρ τῆς ψυχῆς συνάφεια ἀκριβεστέρα ἐστὶν, ὅσῳ καὶ ἁπλῆ καὶ μονοειδής ἐστι. Πῶς δὲ αὕτη φυλάττεται; Ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης. Οὐκ ἔστιν
72 ἐν ἔχθρᾳ καὶ διαστάσει ταύτην εἶναι. Ὅπου γὰρ ἔριδες
A ἐν ἡμῖν, φησὶ, καὶ ζῆλοι καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; Καθάπερ γὰρ τὸ πῦρ, ὅταν μὲν ξηρὰ εὕρῃ ξύλα, μίαν τὰ πάντα ἐργάζεται πυρὰν, ὅταν δὲ ὑγρὰ, οὐδὲ ἐνεργεῖ οὐδὲ συγκολλᾶται· οὕτω καὶ ἐνταῦθα· οὐδὲν τῶν ψυχρῶν αὐτὴν συσφίγξαι δύναται, ἕκαστον δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῶν θερμῶν. Ἀπὸ τούτου γοῦν καὶ ἡ θερμότης τῆς ἀγάπης τίκτεται· ἀπὸ τοῦ συνδέσμου τῆς εἰρήνης βούλεται συνδῆσαι πάντας ἡμᾶς. Καθάπερ γὰρ, φησὶν, ἐὰν θέλῃς σαυτὸν ἑτέρῳ προσδῆσαι, ἄλλως οὐ
B δυνήσῃ, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ κἀκεῖνον σαυτῷ προσδῆσαι, καὶ εἰ ἐθέλοις διπλοῦν ποιῆσαι τὸν δεσμὸν, χρὴ κἀκεῖνόν σοι προσδεθῆναι· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀλλήλοις προσδεδέσθαι βούλεται, οὐχ ἁπλῶς εἰρηνεύειν, οὐδὲ ἁπλῶς φιλεῖν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν εἶναι μίαν ψυχήν. Καλὸς οὗτος ὁ δεσμός· τούτῳ τῷ δεσμῷ καὶ ἀλλήλοις καὶ πρὸς τὸν Θεὸν συνδήσωμεν ἑαυτούς. Οὐ θλίβει, οὐ πιέζει τὰς δεδεμένας χεῖρας οὗτος ὁ δεσμὸς, ἀλλ' ἀνίησι καὶ ἐν εὐρυχωρίᾳ καθίστησι πολλῇ καὶ τῶν
C λελυμένων μᾶλλον εὐθυμεῖσθαι ποιεῖ. Ὁ ἰσχυρὸς καὶ δεδεμένος μετὰ τοῦ ἀσθενοῦς διαβαστάζει τε ἐκεῖνον, καὶ οὐκ ἀφίησιν ἀπολέσθαι· κἂν μετὰ τοῦ ῥαθύμου προσδεθῇ, διεγείρει μᾶλλον αὐτόν. Ἀδελφὸς γὰρ ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, φησὶν, ὡς πόλις ὀχυρά. Ταύτην τὴν ἅλυσιν οὐχ ὁδῶν διάστημα κωλῦσαι δύναται, οὐκ οὐρανὸς, οὐ γῆ, οὐ θάνατος, οὐκ ἄλλο οὐδὲν, ἀλλὰ πάντων ἐστὶ κρείττων καὶ ἰσχυροτέρα· αὕτη καὶ ἀπὸ μιᾶς τεχθεῖσα ψυχῆς, δύναται ὁμοῦ πολλοὺς

περιλαβεῖν. Ἄκουε γὰρ Παύλου λέγοντος· Οὐ στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. Πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. Τί δὴ οὖν τοῦτον λυμαίνεται τὸν δεσμόν; Χρημάτων ἔρως, φιλαρχίας, δόξης καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων· [a] χαύνους αὐτοὺς ποιεῖ καὶ διακόπτει. Πῶς οὖν, ἵνα μὴ διακοπῶσιν; Ἐὰν ταῦτα ἐκποδὼν γένηται, καὶ μηδὲν παρενοχλῇ τῶν διαφθειρόντων τὴν ἀγάπην. Ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Ὅταν πληθυνθῇ ἡ ἀνομία, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Οὐδὲν οὕτως ἐναντίον ἀγάπῃ, ὡς ἁμαρτία, καὶ οὐ λέγω τῇ πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ τῇ πρὸς τὸν πλησίον. Πῶς οὖν καὶ λησταὶ εἰρηνεύουσι, φησί; Πότε, εἰπέ μοι; Πάντως, ὅταν οὐ λῃστρικῷ τρόπῳ χρήσωνται. Ἂν γὰρ ἐν αὐτοῖς, οἷς ἂν διανέμωνται, μὴ τοὺς νόμους φυλάξωσι τοὺς τοῦ δικαίου, καὶ ἑκάστῳ ἀπονείμωσι τὸ δίκαιον, εὑρήσεις ἂν κἀκείνους ἐν πολέμοις καὶ μάχαις. Ὥστε οὐδὲ ἐν τοῖς κακοῖς τὴν εἰρήνην ἔστιν εὑρεῖν· πανταχοῦ δὲ ταύτην ἔστιν εὑρεῖν, ὅπου ἂν μετὰ δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς βιῶσιν. Ἀλλὰ τί; ἀντεερασταὶ εἰρηνεύουσιν; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ τίνα βούλει εἴπω; Πλεονέκτης μετὰ πλεονέκτου οὐκ ἂν εἰρηνεύσειέ ποτε· ὡς εἴ γε μὴ ἦσαν δίκαιοι καὶ ἐπιεικεῖς, καὶ ἀδικούμενοι μεταξὺ αὐτῶν, καὶ διεσπάσθη ἂν τὸ γένος. Καθάπερ γὰρ δύο θηρίων σφόδρα πεινώντων, ἂν μή τι γένοιτο μέσον τὸ δυνάμενον ὑπ' αὐτῶν ἀναλωθῆναι, ἑαυτὰ κατεσθίουσιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πλεονεκτῶν καὶ τῶν κακῶν ἐγένετο ἄν. [a] Ὥστε οὐκ ἔνι εἰρήνην εἶναι, μὴ πρότερον ἀρετῆς κατορθωθείσης. Κατασκευάσωμεν δὲ καὶ πόλιν, εἰ βούλει, πάντων πλεονεκτῶν καὶ ἰσοτίμων, καὶ μηδεὶς φερέτω ψῆφον τοῦ ἀδικεῖσθαι, ἀλλὰ πάντες ἀδικείτωσαν· μὴ δύναται συστῆναι ἡ πόλις ἐκείνη; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ μοιχῶν ἐστιν εἰρήνη; Ἀλλ' οὐχὶ εὑρήσεις οὐδὲ δύο ὁμονοοῦντας. Ὥστε οὐδὲν τούτου αἴτιον πάλιν, ἢ τὸ τὴν ἀγάπην ψυγῆναι· τοῦ δὲ τὴν ἀγάπην ψυγῆναι αἴτιον τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν. Εἰς γὰρ φιλαυτίαν ἄγει τοῦτο, καὶ διαιρεῖ καὶ σχίζει τὸ σῶμα, καὶ χαυνοῖ καὶ διασπᾷ. Ἔνθα δὲ ἀρετὴ, τὸ ἐναντίον ποιεῖ· ὁ μὲν γὰρ ἐνάρετος καὶ χρημάτων κρείττων. Ὥστε κἂν μυρίοι ὦσιν ἐν πενίᾳ, δύναιντ' ἂν εἶναι εἰρηνικοί· οἱ δὲ πλεονέκται, κἂν δύο ὦσιν, οὐδέποτε δύνανται ἐν εἰρήνῃ εἶναι.

D quidquam, sed est omnibus potentior et validior: hæc etiam nata ex una anima, potest multos simul comprehendere. Audi enim Paulum dicentem : *Non angustiamini in nobis, angustiamini* 2. Cor. 6.
autem in visceribus vestris. Dilatemini et vos. 12.
Quid ergo hoc vinculum labefactat? Amor pecuniæ, imperii et honorum gloriæque cupiditas et aliorum hujusmodi : eos laxos reddit et molles, ipsosque discindit. Quomodo ergo fiat, ut non discindantur? Si hæc ablata fuerint impedimenta,
E et nihil molestiam afferat ex iis quæ caritatem corrumpunt. Audi enim Christum dicentem :
Quando abundaverit iniquitas, refrigescet ca- Matth. 24.
ritas multorum. Caritati nihil est æque contra- 12.
rium atque peccatum : nec dico solum caritati in Deum, sed etiam caritati in proximum. Quomodo ergo latrones, inquit, degunt in pace? Quando, dic mihi, degunt? Cum latronum moribus non utuntur. Si enim in iis ipsis quibus dividun-
F tur, non servent leges justitiæ, ut unicuique quod justum est tribuant, invenies illos quoque esse in bellis et pugnis. Quamobrem nec in malis licet pacem invenire : ubique autem eam licet invenire, ubi cum justitia et virtute vivitur. Sed quid?
73
A rivalesne et æmuli in pace vivunt? Minime. Sed quemnam vis dicam? Avarus numquam erit in pace cum avaro : nam si non essent inter se justi et æqui, et alii alios afficerent injuria, dissipatum esset eorum genus. Sicut enim feræ duæ valde esurientes, nisi aliquid intercedat medium quod possit ab eis consumi, illæ se exedunt : ita etiam inter avaros et malos eveniret. Quamobrem fieri non potest ut sit pax, nisi virtus exerceatur. Construamus, si placet, civitatem avarorum et qui
B pares sint in honore, et nemo condemnet injuriam, sed omnes injuriam inferant; an potest hujusmodi civitas consistere? Minime. At pax est adulterorum? Sed ne duos quidem invenies concordes. Quamobrem non est rursus alia hujus causa, quam quod refrixerit caritas : quod autem refrixerit caritas, causa est, quod abundarit iniquitas. Hoc enim ducit ad proprium amorem, et dividit et corpus scindit, emollitque et divellit. Ubi autem est virtus, facit contrarium : nam virtute præditus, est pecuniis superior. Itaque etiamsi innumerabiles degant in paupertate, potuerint esse pacifici : avari autem, etiamsi sint duo tantum, numquam possunt esse in pace.

[a] [*Fort.* χαῦνον αὐτὸν π. Savil.]

[b] Hic series nonnihil intricata videtur, nec Codices Mss. juvant ad illam instaurandam. [Omnia sunt sanissima.]

4. Quamobrem, si virtute simus præditi, non peribit caritas : virtus enim est ex caritate, et caritas ex virtute. Quomodo autem, ego dicam. Qui est præditus virtute, non præfert pecuniam amicitiæ, non est memor injuriæ acceptæ, proximum nec injuria afficit nec contumelia, omnia fert forti et generoso animo. Ex his constat caritas. Rursus qui diligit, hæc omnia suscipit. Sic ea sunt hujusmodi, ut alterum alterum constituat. Et ex hoc ostenditur, quod caritas sit ex virtute : dicendo enim, *Quando abundaverit iniquitas, refrigescet caritas,* hoc significavit : quod autem

Rom. 13. 8. virtus ex caritate : *Qui diligit,* inquit, *proximum, legem implevit.* Quamobrem ex duobus unum esse oportet, aut valde diligentem et dilectum, aut valde virtute præditum. Qui enim habet unum, necessario quoque possidet alterum : et contra qui nescit diligere, multa quoque mala fa-

Caritatis laudes.

ciet ; qui mala facit, nescit diligere. Persequamur ergo caritatem : est enim præsidium ad hoc ut non permittatur nobis aliquid mali pati : colligemus nos. Nihil sit apud nos dolosum, nihil fraudulentum et insidiosum : nihil enim invenitur hujusmodi ubi fuerit amicitia. Hoc dixit vir quoque alius sa-

Eccli. 22. 26. 27.

piens : *In amicum etiamsi strinxeris ensem, ne desperes ; est enim regressus : ad amicum, si os aperueris, ne despondeas animum ; est reconciliatio præter exprobrationem, et arcanorum revelationem, et plagam dolosam.* In his aufugit amicus, in arcanorum revelatione. Si simus itaque omnes amici, ne arcanis quidem est opus. Ut enim non habet quisquam apud se ullum arcanum, neque ipse seipsum potest celare, ita nec amicos. Cum igitur non sint arcana, fieri non po-

Unde orta sunt arcana et secreta.

test ut ex ea re sit abscissio. Arcana enim non habemus propter aliud, quam quod non omnibus fidamus : caritatis itaque refrigeratio fecit arcana. Nam quid habes arcanum ? vis injuriam facere proximo ? aut prohibes ne sit alicujus boni particeps, et propterea eum celas ? At nihil est horum ; sed erubescis ? Hoc est ergo signum quod non fidis. Si sit ergo caritas, non erit detectio arcanorum, sed nec exprobratio. Quis enim, dic quæso, animæ suæ umquam exprobaverit ? Quod si etiam fiat, fit propter lucrum. Nam etiam pueris exprobramus volentes eos mordere : Christus quoque

Luc. 10. 13. civitatibus tunc cœpit exprobrare, *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaïda,* ut eas liberaret a pro-

Ὥστε ἐὰν ἡμεῖς ὦμεν ἐνάρετοι, ἡ ἀγάπη οὐκ ἀπο-
C λεῖται· ἀπὸ γὰρ ἀγάπης ἡ ἀρετὴ, καὶ ἀπὸ ἀρετῆς ἡ
ἀγάπη. Καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Ὁ ἐνάρετος οὐ προτιμᾷ
χρήματα φιλίας, οὐδὲ μνησίκακός ἐστιν, οὐδὲ ἀδικεῖ
τὸν πλησίον, οὐχ ὑβρίζει, φέρει πάντα γενναίως. Ἀπὸ
τούτων ἡ ἀγάπη συνίσταται. Πάλιν ὁ ἀγαπῶν, πάν-
τα ταῦτα ὑφίσταται. Οὕτως ἀλλήλων ἐστὶ κατασκευ-
αστικά. Καὶ τοῦτο μὲν ἐντεῦθεν δείκνυται, ὅτι ἀπὸ
ἀρετῆς ἡ ἀγάπη· τῷ γὰρ εἰπεῖν, Ὅταν πληθυνθῇ ἡ
ἀνομία, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη, τοῦτο ἐδήλωσεν· ὅτι
δὲ ἀπὸ ἀγάπης ἡ ἀρετὴ, Ὁ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, νό-
D μον ἐπλήρωσε, φησίν. Ὥστε ἓν τῶν δύο εἶναι χρὴ, ἢ
σφόδρα φιλικὸν καὶ ἐρώμενον, ἢ σφόδρα ἐνάρετον. Ὁ
γὰρ τὸ ἓν ἔχων, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ ἕτερον κέκτηται·
καὶ τοὐναντίον, ὁ μὴ εἰδὼς φιλεῖν, καὶ πονηρὰ ἐργά-
σεται· ὁ πονηρὰ ἐργαζόμενος, οὐδὲ φιλεῖν οἶδε. Μετα-
διώξωμεν τοίνυν τὴν ἀγάπην· φρούριον γάρ ἐστι πρὸς
τὸ μηδὲν συγχωρῆσαι ἡμᾶς παθεῖν κακόν· συνδήσω-
μεν ἑαυτούς. Μηδὲν δολερὸν ἔστω παρ' ἡμῖν, μηδὲν
ὕπουλον· οὐδὲν γὰρ εὑρίσκεται τοιοῦτον, ἔνθα ἂν ᾖ φι-
E λία. Εἶπε δὲ τοῦτο καὶ ἄλλος σοφός τις ἀνήρ· Ἐπὶ φί-
λον ἐὰν καὶ σπάσῃς ῥομφαίαν, μὴ ἀπελπίσῃς· ἔστι
γὰρ ἐπάνοδος· ἐπὶ φίλον ἐὰν ἀνοίξῃς τὸ στόμα, μὴ
ἀπογνῷς· ἔστι γὰρ διαλλαγὴ, ἄνευ ὀνειδισμοῦ, καὶ
μυστηρίων ἀποκαλύψεως, καὶ πληγῆς δολίας. Ἐν τού-
τοις ἀποφεύγει φίλος, ἐν ἀποκαλύψει, φησὶ, μυστη-
ρίων. Ἂν πάντες τοίνυν ὦμεν φίλοι, οὐδὲ μυστηρίων
δεῖ· ὥσπερ γὰρ αὐτός τις πρὸς ἑαυτὸν οὐδὲν ἔχει μυ-
F στήριον, οὐδὲ αὐτὸς ἑαυτὸν κρύπτειν δυνήσεται· οὕ-
τως οὐδὲ τοὺς φίλους. Οὐκ ὄντων οὖν μυστηρίων, ἀδύ-
νατος ἡ ἐκ τούτου διακοπή. Δι' οὐδὲν γὰρ ἔχομεν μυ-
74 στήρια, ἢ διὰ τὸ μὴ πᾶσι θαῤῥεῖν· ὥστε ὁ ψυγμὸς
A τῆς ἀγάπης πεποίηκε μυστήρια. Τί γὰρ ἔχεις μυστή-
ριον; ἀδικῆσαι τὸν πλησίον βούλει; ἢ κωλύεις ἀγα-
θοῦ τινος μετέχειν, καὶ διὰ τοῦτο κρύπτεις; Ἀλλ' οὐ-
δὲν τούτων· ἀλλ' αἰσχύνῃ; Οὐκοῦν τὸ μὴ θαῤῥεῖν τού-
του τεκμήριον. Ἂν μὲν οὖν ἀγάπη ᾖ, οὐκ ἔσται μυστη-
ρίων ἀποκάλυψις, ἀλλ' οὐδὲ ὀνειδισμός. Τίς γὰρ ἂν,
εἰπέ μοι, καὶ πότε τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ὀνειδίσειεν; Εἰ δὲ
καὶ γένοιτο, ἐπὶ κέρδει. Ἐπεὶ καὶ παισὶν ὀνειδίζομεν,
δακεῖν αὐτοὺς βουλόμενοι· καὶ ὁ Χριστὸς δὲ τότε ἤρ-
B ξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις, λέγων, Οὐαί σοι Χωραζὶν,
οὐαί σοι Βηθσαϊδὰ, ἵνα ὀνειδισμῶν ἀπαλλάξῃ. Οὐδὲν
γὰρ οὕτω δύναται καθάψασθαι διανοίας, καὶ διανα-
στῆσαι μᾶλλον αὐτὴν, καὶ παρειμένην ἀνορθῶσαι. Μὴ
δὴ ὀνειδίζωμεν ἁπλῶς ἀλλήλους. Τί γάρ; ἐπὶ χρήμα-
σιν αὐτὸν ὀνειδίσεις; Μηδαμῶς, εἴ γε κοινὰ τὰ ὄντα κέ-
κτησαι. Ἀλλ' ἐπὶ ἁμαρτήμασιν; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ
μᾶλλον διορθώσεις. Καὶ πληγῆς, φησὶ, δολίας. Τί
ποτε; ἑαυτὸν ἀναιρήσει; τίς δὲ πλήξει; Οὐδὲ εἷς. Διώ-
κωμεν τοίνυν τὴν ἀγάπην. Οὐ εἶπεν ἁπλῶς, ἀγαπῶμεν,
C ἀλλὰ διώκωμεν. Πολλῆς δεῖ τῆς σπουδῆς· ταχέως ἀφα-

νίζεται, ὀξεῖα πρὸς ἀναχώρησίν ἐστι· τοσαῦτα ἐν τῷ βίῳ τῷ πράγματι τούτῳ λυμαίνεται. Ἂν διώκωμεν αὐτὴν, οὐ φθάσει ἀπελθεῖν, ἀλλὰ ταχέως αὐτὴν ἐξελκύσομεν· ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τῷ οὐρανῷ συνῆψε τὴν γῆν· ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν ἐκάθισεν· ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τὸν Θεὸν ἔδειξεν ἐπὶ τῆς γῆς· ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τὸν Δεσπότην δοῦλον ἐποίησεν· ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν τὸν ἀγαπητὸν, ὑπὲρ τῶν μισούντων τὸν υἱὸν, ὑπὲρ τῶν δούλων τὸν δεσπότην, ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων τὸν Θεὸν, ὑπὲρ οἰκετῶν τὸν ἐλεύθερον ἐκδοθῆναι ἐποίησε. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἔστη, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μείζονα ἡμᾶς ἐκάλεσεν. Οὐ γὰρ μόνον ἀπήλλαξεν ἡμᾶς τῶν προτέρων κακῶν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μείζονα δώσειν ἕτερα ἐπηγγείλατο. Ὑπὲρ δὴ τούτων εὐχαριστήσαντες τῷ Θεῷ, πᾶσαν ἀρετὴν μετέλθωμεν, καὶ πρὸ πάντων τὴν ἀγάπην μετ' ἀκριβείας κατορθώσωμεν, ἵνα καταξιωθῶμεν ἐπιτυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

bris. Nihil enim animum ita potest tangere, et cum magis excitare, et dejectum ac dissolutum erigere. Neque nos temere alter alterum probris appetamus. Quid enim? propter pecuniasne probra ingeres? Nequaquam, siquidem quæ habes, possides communia. At propter peccata? Ne hoc quidem, sed potius corriges. *Et plagam*, inquit, *dolosam.* Quid vero? seipsum perimet? quis ipsum percutiet? Nemo. Persequamur ergo caritatem. (1. Cor. 14. 1.) D Non dixit simpliciter, Diligamus, sed, Persequamur. Multo studio opus et diligentia: cito evanescit, velox est ad recedendum: tam multa in vita huic rei exitium afferunt. Si eam persequamur, non prius recesserit, quam eam cito attraxerimus. Dei caritas cælo terram conjunxit; Dei caritas hominem sedere fecit super thronum regium; Dei caritas Deum ostendit super terram; Dei caritas dominum fecit servum; Dei caritas fecit ut traE deretur dilectus pro inimicis, filius pro iis qui oderant, dominus pro servis, Deus pro hominibus, liber pro famulis. Nec eo usque constitit, sed nos vocavit ad majora. Non solum enim nos liberavit a prioribus malis, sed etiam multo majora se daturum est pollicitus. Pro his, actis Deo gratiis, omnem persequamur virtutem, et præ omnibus caritatem exerceamus, ut digni habeamur qui consequamur bona promissa, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Ι'.

Ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν.

F Ὅταν ἐπί τι μεῖζον παρακαλῇ ὁ μακάριος Παῦλος, συνετὸς ὢν σφόδρα καὶ πνευματικὸς, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ποιεῖται τὴν παράκλησιν, τοῦτο δὲ αὐτὸ παρὰ τοῦ Κυρίου μεμαθηκώς· καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησι· Περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγά-75 A πησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ πάλιν, Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. Ὅταν γὰρ ᾖ τὰ ὑποδείγματα τὰ προκείμενα μεγάλα, σφοδρός ἐστι ζήλῳ καὶ τῷ πόθῳ. Τί οὖν φησιν, εἰς ἑνότητα προτρέπων ἡμᾶς; Ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, κα-

HOMILIA X.

Cap. IV. v. 4. *Unum corpus et unus spiritus, sicut et vocati estis in una spe vocationis vestræ.*

ποῦς, ἀλλ' οὐχ ὅπερ ἐστὶν ἀπαγγέλλει; Τί δὲ, εἰ ὄφιν
ἴδοι ὁ ὀφθαλμὸς, ἢ θηρίον, μὴ ψεύδεται τὸν πόδα;
οὐκ εὐθέως ἀπαγγέλλει; Κἀκεῖνος παρ' αὐτοῦ μαθὼν,
οὐκέτι ἐπέρχεται. Τί δὲ, ὅταν μήτε ὁ ὀφθαλμὸς,
E μήτε ὁ ποῦς εὕρῃ διαγνῶναι, ἀλλὰ τὸ πᾶν τῆς ὀσφρήσεως ᾖ, οἷον πότερον δηλητήριον φάρμακον, ἢ οὔ,
μὴ ψεύδεται ἡ ὄσφρησις τὸ στόμα; Οὐδαμῶς. Διὰ τί;
Καὶ γὰρ καὶ ἑαυτὴν προσαπόλλυσιν· ἀλλ' ὅπερ αὐτῇ
παρίσταται, λέγει. Τί δὲ, ἡ γλῶσσα μὴ ψεύδεται τὸν
στόμαχον; οὐκ ἔνθα μὲν πικρὸν ᾖ, τοῦτο ῥίπτει, ἂν
δὲ γλυκὺ, παραπέμπει; Ὅρα διακονίαν καὶ δουλείας
ἀντίδοσιν· ὅρα πρόνοιαν ἐξ ἀληθείας γεγενημένην,
F καὶ ἐκθύμως, ὡς ἄν τις εἴποι. Οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς
μὴ ψευδώμεθα, εἰ ἀλλήλων μέλη ἐσμέν. Τοῦτο φιλίας τεκμήριον, τὸ δὲ ἐναντίον ἔχθρας. Τί οὖν, ἂν

[a] [ἀπατᾶσθαι marg. Savil.]

ἐπιβουλεύῃ, φησί; Τὸ ἀληθὲς μάθε· ἂν γὰρ ἐπιβουλεύῃ, οὐκ ἔστι μέλος. Εἶπε δὲ, μὴ ψεύδεσθε πρὸς τὰ μέλη. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Ὅρα σύνεσιν· 104 A
καὶ λέγει ὅπως μὴ ἁμαρτήσωμεν, καὶ παρακούσαντας πάλιν οὐκ ἐγκαταλιμπάνει· οὐ γὰρ ἀφίησιν αὐτοῦ τὰ σπλάγχνα τὰ πνευματικά. Καθάπερ γὰρ ὁ ἰατρὸς διαγορεύει μὲν τὰ πρακτέα τῷ κάμνοντι, καὶ μὴ ἀνασχομένου δὲ ὅμως οὐ καταφρονεῖ, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς πειθοῦς εἰσάγων συμβουλὴν, θεραπεύει πάλιν, οὕτω καὶ ὁ Παῦλος. Ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖνο ποιῶν, τὴν δόξαν μόνον ζητεῖ, καὶ ὅτι κατεφρονήθη δάκνεται· ὁ δὲ πανταχοῦ τὴν ὑγείαν τοῦ κάμνοντος ἐπιζητῶν, πρὸς ἓν τοῦτο μόνον ὁρᾷ, ὅπως ἀναστήσῃ τὸν κεί- B
μενον. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ποιεῖ. Εἶπε, μὴ ψεύδεσθε· εἰ δέ ποτε γένοιτο ἀπὸ ψεύδους ὀργὴ, καὶ τοῦτο θεραπεύει πάλιν. Τί γάρ φησιν; Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Καλὸν μὲν γὰρ τὸ μὴ ὀργίζεσθαι· εἰ δέ τις ἐμπέσοι ποτὲ εἰς τὸ πάθος, ἀλλὰ μὴ εἰς τοσοῦτον. Ὁ ἥλιος γὰρ, φησὶ, μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. Βούλει τῆς ὀργῆς ἐμπλησθῆναι; ἀρκεῖ σοι μία ὥρα καὶ δευτέρα καὶ τρίτη· μὴ καταλιπὼν ἐχθροὺς ὑμᾶς ὁ ἥλιος ἀπέλθοι. Ἀπὸ ἀγαθότητος ἀνέ- C
τειλε, μὴ ἀπερχέσθω εἰς ἀναξίους λάμψας. Εἰ γὰρ ὁ Δεσπότης αὐτὸν ἀπὸ πολλῆς ἀγαθότητος ἔπεμψε, καὶ αὐτὸς μὲν ἀφῆκέ σοι τὰ ἁμαρτήματα, σὺ δὲ τῷ πλησίον οὐκ ἀφίῃς, ὅρα πόσον τὸ κακόν. Καὶ ἄλλο δὲ μετὰ τούτου· δέδοικε τὴν νύκτα ὁ μακάριος Παῦλος, μὴ λαβοῦσα ἐπ' ἐρημίας τὸν ἠδικημένον, ἔτι φλεγμαίνοντα ἀνακαύσῃ τὸ πῦρ. Ἕως μὲν γὰρ ἂν πολλὰ ἐκκρούῃ, τῆς ἡμέρας οὔσης, ἔξεστί σοι ἐμφορεῖσθαι· ὅταν δὲ μέλλοι ἑσπέρα γίνεσθαι, καταλλάττου καὶ πρόσφατον σβέσον τὸ κακόν. Ἂν γὰρ νὺξ ἐπιλάβηται, D
οὐκ ἀρκέσει ἡ μετὰ ταῦτα ἡμέρα τὸ συναχθὲν καὶ ἐν τῇ νυκτὶ σβέσαι κακόν· ἀλλὰ κἂν τὸ πλέον [a] ὑποτέμῃς, τὸ δὲ ὅλον μὴ δυνηθῇς, πάλιν δίδωσιν ἀπὸ τοῦ ὑπολειφθέντος τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ σφοδροτέραν ἐργάσασθαι τὴν πυράν. Καὶ καθάπερ ὁ ἥλιος, ἂν τὸ νεφωθὲν καὶ πυκνωθὲν τοῦ ἀέρος διὰ τῆς νυκτὸς μὴ ἀρκέσῃ τῇ καθημερινῇ μαλάξαι καὶ διασκεδάσαι θέρμῃ, ὑπόθεσιν χειμῶνος παρέχεται, τῆς νυκτὸς ἐπιλαβομένης τοῦ λειψάνου, καὶ πάλιν αὐτὸ τρεφούσης ἑτέροις ἀτμοῖς· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὀργῆς. Μήτε δίδοτε τόπον E
τῷ διαβόλῳ. Ὥστε τὸ ἀλλήλους πολεμεῖν, τόπον ἐστὶ

tionem : vide curam et providentiam ex veritate ortam, idque alacri et promto, ut ita dicam, animo. Ita nos quoque ne mentiamur nec fallamus, si sumus alter alterius membra. Hoc est indicium amicitiæ; contrarium autem, inimicitiarum. Quid vero, inquit, si insidietur? Quod verum est disce : nam si insidietur, non est membrum. Dixit autem, Ne mentiamini adversus membra. *Irascimini, et nolite peccare.* Vide sapientiam : et dicit quomodo non peccemus, et eos qui non obedierint rursus non relinquit : non enim dimittit viscera sua spiritualia. Sicut enim medicus ægroto quidem dicit quæ sunt agenda; quod si ille ut ea faciat non sustinuerit, non tamen eum despicit, sed persuadendo adhibens consilium, rursus curat : ita etiam Paulus. Nam qui illud quidem facit, nempe qui despicit, gloriam solum quærit, et ægre fert quod sit contemtus : qui autem semper quærit sanitatem laborantis, hoc unum solum spectat ut jacentem restituat. Hoc quoque facit Paulus dicens, Nolite mentiri : si quando autem orta sit ira ex mendacio, hoc quoque rursus curat. Quid enim dicit? *Irascimini, et nolite peccare.* Bonum est enim non irasci; sed si quis aliquando in eam inciderit culpam, ne tamen sit diuturna. *Sol*, inquit, *non occidat super iracundiam vestram.* Vis ira impleri? sufficit tibi una hora et altera et tertia; ne vobis relictis inimicis sol recedat. Ortus est a bonitate : ne recedat cum luxerit apud indignos. Nam si Dominus eum misit ex multa bonitate, et peccata tibi remisit, tu autem proximo non remittis, vide quantum sit malum. Cum hoc autem malo est aliud quoque : timet Paulus, ne si nox eum qui est injuria affectus in solitudine invenerit inflammatum, ignem accendat. Nam quamdiu, dum est dies, multa excutis, licet tibi exsatiari : quando autem ventura est vespera, reconciliare, et recens malum exstingue. Nam si nox apprehenderit, non poterit dies sequens, malum noctu quoque coactum et congregatum exstinguere; sed etiamsi majorem partem resecueris, totum autem non possis, dat rursus sequenti nocti ex eo quod est relictum majorem rogum faciendum : et sicut sol, si quod est aeris in nubem coactum et condensatum per noctem, non potuerit calore diurno mollire et dispergere, occasio præbetur tempestatis, dum nox reliquias appre-

[a] [Marg. Savil. ὑποτέμῃς, et mox δυνηθῇ. Recte ὑποτέμῃ, sed ita ut de secunda persona accipiatur.]

henderit, et eas rursus aliis vaporibus aluerit : ita etiam in ira. *Nolite locum dare diabolo.* Itaque bellum sibi mutuo inferre, est locum dare diabolo. Nam cum oporteret omnes simul esse constipatos et condensatos, et adversus illum stare, solutis quæ sunt nobis cum illo inimicitiis, jubemus ut alter in alterum convertamur. Numquam enim locum sic habet diabolus ut in inimicitiis.

2. Hinc mala nascuntur innumera. Et sicut quamdiu quidem sunt compacti lapides, neque quidquam habent vacuum, stant infracti; sin autem contigerit solius acus fieri perforationem aut rupturam, quæ unius pili solum locum teneat, totum murum pervadentem, hoc omnia dissolvit et perdit: ita etiam in diabolo; quamdiu quidem fuerimus conjuncti condensatique ac bene compacti, nihil omnino infert ex iis quæ sua sunt; quando autem nos parum mollierit, tamquam torrens quidam influit. Ei enim semper solo opus est initio; et hoc est quod difficulter recte componitur: hoc autem facto ipse sibi omnia dilatat: deinceps enim aures aperit calumniis, et iis qui falsa dicunt major adhibetur fides: nam disceptantes habent inimicitias, non judicantem veritatem. Et sicut si sit amicitia, etiam mala vera videntur falsa; ita etiam si sint inimicitiæ, etiam falsa videntur vera: alia est mens, aliud judicium, non ex æquo audiens, sed cum magna inclinatione et in alteram partem propensione. Quemadmodum enim in libra plumbum additum totum trahit: ita hic etiam pondus inimicitiarum, cum sit plumbo gravius. Quamobrem rogo agamus omnia, ut ante solis occasum exstinguamus inimicitias. Nam si primo et sequenti die eas tenueris, sæpe etiam ad annum usque extendis, et de cetero ipsæ seipsas augent inimicitiæ, nec aliquo indigent; et quæ alites dicuntur aliter suspicari facientes, etiam gestus habitusque et quodlibet furorem invehunt, et efficiunt ut pejus se habeant quam furiosi, ira neque nomen dicere nec audire sustinente, sed ex maledictis et conviciis loquente omnia. Quomodo ergo iram moliemus? quomodo flammam exstinguemus? Si nostra ipsorum peccata mente versemus, ac quantum Deo debeamus, et ad ei reddendam rationem simus obnoxii: si cogitemus quod non ulciscimur inimicum, sed nos ipsos: si cogitemus quod diabolum lætitia afficimus, nostrum inimicum, qui vere est

Inimicitiæ quomodo sedandæ.

δοῦναι τῷ διαβόλῳ. Δέον γὰρ πάντας συμπεφράχθαι, καὶ κατ' ἐκείνου ἵστασθαι, ἐκλύσαντες ἡμεῖς τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἔχθραν, ἐπ' ἀλλήλους κελεύομεν τρέπεσθαι. [b] Οὐδέποτε γὰρ οὕτως ἔχει τόπον ὁ διάβολος, ὡς ἐν ταῖς ἔχθραις.

Τὰ μυρία ἐντεῦθεν κακὰ τίκτεται. Καὶ καθάπερ ἕως μὲν ἂν ὦσιν ἡρμοσμένοι λίθοι, καὶ μηδὲν διάκενον ἔχοντες, ἑστήκασιν ἀῤῥαγεῖς, ἂν δὲ βελόνης μόνης διάτρησιν διαμπὰξ γεγενημένην, ἢ ῥαγάδα τριχὸς ἐπέχουσαν τόπον συμβῇ γενέσθαι, τοῦτο πάντα καταλύει καὶ ἀπόλλυσιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ διαβόλου· ἕως μὲν ἂν ὦμεν πεπυκνωμένοι καὶ συνηρμοσμένοι, οὐδὲν ὅλως ἐπεισάγει τῶν αὐτοῦ· ἐπειδὰν δὲ μικρὸν ἡμᾶς διαχαυνώσῃ, καθάπερ τις χειμάῤῥους ἐπιχέεται. Πανταχοῦ γὰρ ἀρχῆς αὐτῷ χρεία μόνης, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ δυσκατόρθωτον· τούτου δὲ γενομένου, αὐτὸς ἑαυτῷ τὰ πάντα εὐρύνει· λοιπὸν γὰρ διαβολαῖς τὰ ὦτα ἀνέῳγε, καὶ οἱ τὰ ψευδῆ λέγοντες, πιστότεροι· τὴν γὰρ ἔχθραν ἔχουσι δικάζουσαν, οὐ τὴν ἀλήθειαν κρίνουσαν. Καὶ ὥσπερ φιλίας οὔσης, καὶ τὰ ἀληθῆ ψευδῆ φαίνεται τῶν κακῶν· οὕτως ἔχθρας οὔσης, καὶ τὰ ψευδῆ ἀληθῆ· ἕτερος νοῦς, ἕτερον δικαστήριον, οὐκ ἐξ ἴσης ἀκοῦον, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς προσκλίσεως καὶ ἐπιῤῥεπείας. Καθάπερ γὰρ ἐν ζυγῷ μόλυβδος προστεθεὶς τὸ πᾶν εἵλκυσεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, τὸ τῆς ἔχθρας βάρος μολύβδου χαλεπώτερον ὄν. Διὸ, παρακαλῶ, πάντα πράττωμεν, ὥστε πρὸ τοῦ ἡλίου σβεννύναι τὰς ἔχθρας. Ἂν γὰρ τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ μὴ κρατήσῃς, καὶ τῇ ἑξῆς, πολλάκις καὶ εἰς ἐνιαυτὸν αὐτὴν ἐξέτεινας, καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν ηὔξησε λοιπὸν ἡ ἔχθρα, καὶ οὐ δεῖταί τινος. Καὶ ῥήματα γὰρ ἑτέρως λεγόμενα ἑτέρως ὑποπτεύειν ποιοῦσα, καὶ σχήματα καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐκθηριοῖ καὶ ἐξαγριοῖ, καὶ τῶν μαινομένων χεῖρω διατίθησιν, οὔτε τὸ ὄνομα εἰπεῖν, οὔτε ἀκοῦσαι ἀνεχομένη, ἀλλ' ἀπὸ τῶν λοιδοριῶν ἅπαντα φθεγγομένη. Πῶς οὖν μαλάξομεν τὸν θυμόν; πῶς σβέσομεν τὴν φλόγα; Ἂν τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα ἐννοήσωμεν, καὶ ὅσον ἐσμὲν ὑπεύθυνοι τῷ Θεῷ· ἂν ἐννοήσωμεν, ὅτι οὐ τὸν ἐχθρὸν ἀμυνόμεθα, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτούς· ἂν ἐννοήσωμεν, ὅτι τὸν διάβολον εὐφραίνομεν, ὅτι τὸν ἐχθρὸν τὸν ἡμέτερον, τὸν ὄντως ἐχθρὸν, δι' ὃν τὸ μέλος τὸ ἡμέτερον ἀδικοῦμεν *. Βούλει εἶναι μνησίκακος καὶ ἐχθρός; Ἐχθρὸς ἔσο, ἀλλὰ τοῦ διαβόλου, μὴ τοῦ μέλους τοῦ σοῦ. Διὰ

(Margin: F, 105 A, B, C, D)

[b] [Id. οὐδέποτε γὰρ ἄλλοτε οὕτως.]

* [αὔξομεν additur in marg. Savil. Paulo ante Dunæus δι' ὧν, *per quæ*, vel *in quibus*.]

τοῦτο ἡμᾶς ὥπλισε τῷ θυμῷ ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα τὸ ξίφος κατὰ τῶν ἡμετέρων σωμάτων, ἀλλ' ἵνα ὁλόκληρον τὴν μάχαιραν εἰς τὸ τοῦ διαβόλου στῆθος βαπτίζωμεν. Ἐκεῖ τὸ ξίφος ἔγκλεισον μέχρι τῆς λαβῆς, εἰ βούλει, καὶ τὴν λαβὴν αὐτὴν, καὶ μηδέποτε ἐκσπάσῃς, ἀλλὰ καὶ ἕτερον πρόσθες. Τοῦτο δὲ ἔσται, ὅταν ἡμῶν φειδώμεθα, ὅταν εἰρηνικῶς πρὸς ἀλλήλους διακειώμεθα. Ἐῤῥέτω χρήματα, ἐῤῥέτω δόξα καὶ εὐδοκίμησις· πάντων τὸ μέλος τὸ ἐμὸν ἐμοὶ τιμιώτερον. Ταῦτα E λέγωμεν πρὸς ἑαυτούς· μὴ τὴν φύσιν ἀδικῶμεν τὴν ἡμετέραν, ἵνα χρήματα κτησώμεθα, ἵνα δόξης ἐπιτύχωμεν. Ὁ κλέπτων, μηκέτι κλεπτέτω, φησίν. Ὁρᾷς τίνα τὰ μέλη τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου; ψεῦδος, μνησικακία, κλοπή. Διὰ τί μὴ εἶπεν, ὁ κλέπτων κολαζέσθω, βασανιζέσθω, στρεβλούσθω, ἀλλὰ, Μηκέτι κλεπτέτω[a]; Μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. Ποῦ F οἱ [b]καθαροὶ λεγόμενοι, οἱ παντὸς ῥύπου γέμοντες, καὶ τοῦτο ἑαυτοὺς ὀνομάζειν τολμῶντες; Ἔστι γὰρ, ἔστιν ἀποδύσασθαι τὸ ἔγκλημα, οὐ τῷ στῆναι μόνον τοῦ 106 ἁμαρτήματος, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀγαθόν τι ἐργάσασθαι. A Ὁρᾶτε πῶς ἀπολύεσθαι τὰ ἁμαρτήματα δεῖ; Ἔκλεψαν, τοῦτό ἐστι τὸ ἁμάρτημα πρᾶξαι· οὐκ ἔκλεψαν, τοῦτο οὐκ ἔστι τὸ ἁμάρτημα λῦσαι· ἀλλὰ πῶς; Εἰ ἐκοπίασαν, καὶ ἑτέροις μετέδωκαν· οὕτως ἔλυσαν τὸ ἁμάρτημα. Οὐχ ἁπλῶς ἡμᾶς ἐργάζεσθαι βούλεται, ἀλλ' ὥστε κοπιᾷν, ὥστε ἑτέροις μεταδιδόναι· καὶ γὰρ ὁ κλέπτων ἐργάζεται, ἀλλὰ κακόν. Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. Τίς ἐστι σαπρός; Ὃν φησιν ἀλλαχοῦ καὶ ἀργὸν, καταλαλιὰ, αἰσχρολογία, εὐτραπελία, μωρολογία. Ὁρᾷς πῶς τὰς B ῥίζας ἐκκόπτει τῆς ὀργῆς, τὸ ψεῦδος, τὴν κλοπὴν, τὴν ἄκαιρον διάλεξιν; Τὸ δὲ, Μηκέτι κλεπτέτω, οὐκ ἐκείνοις συγγινώσκων τοσοῦτόν φησιν, ὅσον τοὺς ἠδικημένους πράους καθιστῶν, καὶ τῷ μηκέτι τὰ αὐτὰ * παθεῖν ἀρκεῖσθαι παραινῶν. Καλῶς δὲ καὶ περὶ λόγων διδάσκει· οὐ γὰρ πραγμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥημάτων τίνομεν δίκας. Ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς, φησὶ, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι. Τουτέστιν, ὅπερ οἰκοδομεῖ τὸν πλησίον, τοῦτο φθέγγου μόνον, περιττὸν δὲ μηδέν.

inimicus, propter quem membro nostro injuriam facimus. Vis acceptæ injuriæ esse memor, et inimicus? Sis inimicus, sed diaboli, non membri tui. Propterea nos animo et ira armavit Deus, non ut ensem in nostra corpora adigamus, sed ut totum gladium in diaboli pectus immergamus. Illic include ensem usque ad capulum, si vis, et ipsum capulum, nec umquam evulseris, sed etiam adde alium. Hoc autem fiet quando nobis ipsis parcemus, quando placate inter nos affecti erimus. Pereant pecuniæ, pereat gloria et bona existimatio: meum membrum est mihi omnibus pretiosius. Hæc apud nos dicamus: Ne nostræ naturæ injuriam faciamus, ut pecunias acquiramus, ut gloriam consequamur. 28. *Qui furatur, jam non furetur,* inquit. Vides quænam sint membra veteris hominis? mendacium, acceptæ injuriæ recordatio, furtum. Cur autem non dixit, Qui furatur, castigetur, torqueatur, sed, *Non amplius furetur? Magis autem laboret operando bonum manibus suis, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.* Ubi sunt qui dicuntur Cathari, id est mundi, qui omni sorde pleni ita se audent nominare? Potest enim, potest crimen exui, non solum eo quod desistatur a peccato, sed etiam eo quod fiat bonum aliquod. Videtis quomodo oporteat exuere peccata? Furati sunt; hoc est peccatum admittere: non furati sunt; hoc non est peccatum solvere; sed quomodo? Si laborarunt, et aliis impertierunt: sic solverunt peccatum. Non vult solum nos laborare, sed ita laborare ut aliis impertiamus: nam etiam qui furatur operatur, sed malum. 29. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Quis est sermo malus? Is, quem etiam dicit otiosum, detractio, obscœnus sermo, scurrilitas, stultiloquium. Vides quomodo exscindit iræ radices, mendacium, furtum, intempestivam disputationem? Illud autem, *Non amplius furetur,* non tam dicit illis ignoscens, quam mites et clementes eos reddens quibus facta erat injuria, et suadens ut eo contenti sint, quod non sint ea amplius passuri. Bene autem de verbis monet: Non solum enim rerum, sed etiam verborum pœnas damus. *Sed si quis bonus ad ædificationem fidei ut det gratiam audientibus.* Hoc est, hoc solum loquere quod ædificat proximum, nihil autem supervacaneum.

a [Responsum desiderant Halesius et Boisius.]

b Καθαροί, Cathari, Novatiani, de quibus multa vide sis apud Cyprianum, Eusebium in Hist. Eccl. et Epiphanium.

* [παθεῖν ἂν mallet Danæus.]

3. Propterea enim tibi os et linguam dedit Deus, ut Deo agas gratias, ut proximum ædifices. Quod si ædificium destruas, melius est silere, et numquam loqui. Nam manus artificis, quæ pro struendis muris deputatæ, didicerint destruere, jure exscinderentur. Etenim hoc quoque dicit *Psal.* 11.4. psalmographus: *Perdet Dominus omnia labia dolosa.* Hoc os est causa omnium malorum, imo vero non os, sed qui eo male utuntur. Hinc contumeliæ, maledicta, blasphemiæ, voluptatum fomites et incendia, cædes, adulteria, furta, omnia ex eo nascuntur. Et quomodo, inquit, cædes? A contumelia ad iram, ab ira ad plagas, a plagis ad cædem devenisti. Quomodo adulterium? Hæc vel illa te, inquit, amat, boni quidpiam de te est loquuta, robur tuum relaxavit, deinde tibi sic quoque accenditur cupiditas. Propterea dicebat Paulus, *Si quis bonus.* Quoniam ergo verborum multa est profusio, merito dixit indefinite, ut qui illa loqui jusserit, et formam dederit. Quamnam? Si quis ædificat, dicens. Aut hoc dicit, ut qui audit, tibi habeat gratiam. Ut puta: scortatus est frater; ne insolenter probro ac contumelia afficias, nec cum ludibrio ei insultes: auditori nihil prodes, sed eum lædis, ut par est, ut qui scrupulum ei injeceris. Sed si ei suadeas ea quæ sunt agenda, magnam das ei gratiam; si erudias ut bona verba eloquatur, si docueris ut neminem maledicto appetat, maxime eum erudis, et ei das gratiam; si loquaris de compunctione, de pietate, de eleemosyna, hæc omnia molliunt ejus animum. Pro his omnibus fatebitur se tibi habere gratiam. Sed si risum moveris, si turpe loquutus fueris, magis accendis; si laudaris nequitiam, dejicis et perdis. Igitur vel hoc dicendum: vel ut eos reddat gratiosos, ita dixit. Ut enim unguentum dat gratiam iis qui sunt ejus participes, ita etiam sermo bonus. Propterea quidem etiam dicebat, *Unguentum effusum nomen tuum*, quod eos faciebat spirare ex bono illo odore. Vides illum quod semper suadet, hoc quoque nunc dicere, ut qui mandet unicuique ædificare proximum pro viribus? Qui ergo aliis hæc suades, multo magis tibiipsi. 30. *Et nolite contristare,* inquit, *Spiritum sanctum.* Horribilius hoc et terribilius: quod quidem dicit etiam in Epistola ad Thessalonicenses: illis enim quoque tale quid dicit, *Nam qui spernit, non hominem spernit, sed Deum.* Ita hic quoque: Si verbum dixeris contumeliosum

Monitis quomodo utendum.

Cant. 1.2.

1 *Thess.* 4. 8.

C Διὰ τοῦτο γάρ σοι στόμα καὶ γλῶσσαν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ἵνα εὐχαριστῇς αὐτῷ, ἵνα οἰκοδομῇς τὸν πλησίον· ὡς ἐὰν καθαιρῇς τὴν οἰκοδομὴν, βέλτιον σιγᾷν, καὶ μηδέποτε φθέγγεσθαι. Καὶ γὰρ χεῖρες τεχνίτου, ἀντὶ τοῦ τοὺς τοίχους [a] ἐξυφαίνειν μαθοῦσαι καθαιρεῖν, ἐκκόπτεσθαι δίκαιαι ἂν εἶεν. Καὶ γὰρ ὁ ψαλμῳδὸς τοῦτό φησιν· Ἐξολοθρεύσει Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια. Τοῦτο πάντων αἴτιον τῶν κακῶν, τὸ στόμα· μᾶλλον δὲ οὐ τὸ στόμα, ἀλλ' οἱ κακῶς αὐτῷ
D χρώμενοι. Ἐντεῦθεν ὕβρεις, λοιδορίαι, βλασφημίαι, ἐκκαύματα τῶν ἡδονῶν, φόνοι, μοιχεῖαι, κλοπαὶ, πάντα ἀπὸ τούτου τίκτεται. Καὶ πῶς, φησὶ, φόνοι; Ἀπὸ ὕβρεως εἰς ὀργὴν, ἀπὸ ὀργῆς εἰς πληγὰς, ἀπὸ πληγῶν εἰς φόνον ἐξέβης. Πῶς μοιχεῖαι; Ἡ δεῖνά σε φιλεῖ, φησὶν, ἐφθέγξατό τι περὶ σοῦ χρηστὸν, ἐχάλασέ σου τὸν τόνον, εἶτα καί σοι οὕτως ἀνάπτεται τὰ τῆς ἐπιθυμίας. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἔλεγεν, Εἴ τις ἀγαθός. Ἐπεὶ οὖν πολὺ τὸ χύμα τῶν λόγων, εἰκότως ἀδιορίστως εἶπεν, ἐκεῖνα φθέγγεσθαι κελεύσας, καὶ τύπον
E δοὺς ὁμιλίας. Ποῖον δὴ τοῦτον; Εἴ τις οἰκοδομεῖ, εἰπών. Ἢ τοῦτό φησιν, ἵνα χάριν σοι εἰδῇ ὁ ἀκούων. Οἷον, ἐπόρνευσεν ὁ ἀδελφός· μὴ ἐκπόμπευε τὴν ὕβριν. Μηδὲ ἐντρύφα· οὐδὲν ὠφέλησας τὸν ἀκούοντα, ἀλλὰ καὶ ἔβλαψας, εἰκότως, ἧλον αὐτῷ δούς. Ἂν μέντοι τὰ πρακτέα παραινῇ, πολλὴν αὐτῷ δίδως τὴν χάριν· ἂν παιδεύσῃς εὔφημον ἔχειν στόμα, ἂν διδάξῃς μηδένα κακηγορεῖν, μάλιστα αὐτὸν ἐπαίδευσας, καὶ χάριν αὐτῷ δέδωκας· ἂν περὶ κατανύξεως, ἂν
F περὶ εὐλαβείας, ἂν περὶ ἐλεημοσύνης διαλεχθῇς, πάντα ταῦτα μαλάττει αὐτοῦ τὴν ψυχήν. Ὑπὲρ τούτων πάντων χάριν ὁμολογήσει. Ἂν μέντοι γέλωτα κινήσῃς, ἂν αἰσχρὸν φθέγξῃ, μᾶλλον ἐξῆψας· ἂν ἐπαι-
107 A νέσῃς τὴν πονηρίαν, κατέβαλες καὶ ἀπώλεσας. Τοῦτο οὖν ἐστιν εἰπεῖν· ἢ ἵνα κεχαριτωμένους αὐτοὺς ἐργάσηται, οὕτως εἶπε. Καθάπερ γὰρ τὸ μύρον χάριν δίδωσι τοῖς μεταλαμβάνουσιν, οὕτω καὶ λόγος ἀγαθός· διὰ τοῦτο καί τις ἔλεγε, Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου· ἀποπνεῖν αὐτοὺς ἐποίει ἀπὸ τῆς εὐωδίας ἐκείνης. Ὁρᾷς ὅτι, ὅπερ ἀεὶ παραινεῖ, τοῦτο καὶ νῦν λέγει, ἑκάστῳ οἰκοδομεῖν τὸν πλησίον ἐπιτρέπων κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτοῦ; Ὁ ἑτέροις οὖν τοιαῦτα παραινῶν, πολλῷ μᾶλλον σαυτῷ. Καὶ μὴ λυπεῖτε,
B φησὶ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Φρικωδέστερον καὶ φοβερώτερον τοῦτο, ὅπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικέας ἐπιστολῇ φησι· καὶ γὰρ ἐκεῖ τοιοῦτόν τι λέγει· Ὁ γὰρ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεόν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα· ἂν εἴπῃς ὑβριστικὸν ῥῆμα, ἂν πλήξῃς τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἐκεῖνον ἔπληξας, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα ἐλύπησας. Εἶτα καὶ ἡ προσθήκη τῆς εὐεργε-

[a] [ἀνορθοῦν marg. Savil.]

σίας, ἵνα μείζων γένηται ἡ κατηγορία· Καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, φησὶν, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Τοῦτο ἡμᾶς ἔδειξεν ἀγέ- C
λην βασιλικὴν, τοῦτο ἡμᾶς πάντων τῶν πρώτων ἀπέστησε, τοῦτο οὐκ ἀφῆκε κεῖσθαι μετὰ τῶν ὑπευθύνων τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ σὺ αὐτὸ λυπεῖς; Ὅρα πῶς ἐκεῖ μὲν φοβερῶς, Ὁ γὰρ ἀθετῶν, φησὶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεόν· ἐνταῦθα δὲ ἐντρεπτικῶς, Μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, φησὶν, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε. Ἡ σφραγὶς αὕτη ἐπὶ τοῦ στόματος κείσθω· μὴ ἀνέλῃς τὰ σήμαντρα. Στόμα πνευματικὸν οὐδὲν τοιοῦτον φθέγγεται. Μὴ εἴπῃς, οὐδέν ἐστιν, ἂν αἰσχρὸν εἴπω, ἂν τὸν δεῖνα ὑβρίσω. Διὰ τοῦτο μέγα ἐστὶ κακὸν, ἐπειδὴ οὐδὲν εἶναι δοκεῖ. D
Τὰ γὰρ μηδὲν εἶναι δοκοῦντα, εὐκόλως καὶ καταφρονεῖται, τὰ δὲ καταφρονούμενα καὶ αὔξεται, τὰ δὲ αὐξόμενα καὶ ἀνίατα γίνεται. Στόμα ἔχεις πνευματικόν; Ἐννόησον [a] τί ἐφθέγξω εὐθέως ῥῆμα τεχθεὶς, ποία ἀξία τοῦ στόματός σου. Πατέρα καλεῖς τὸν Θεὸν, καὶ τὸν ἀδελφὸν εὐθέως ὑβρίζεις; Ἐννόησον πόθεν Πατέρα καλεῖς τὸν Θεόν. Ἀπὸ φύσεως; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις. Ἀπὸ ἀρετῆς; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο. Ἀλλὰ πόθεν; Ἀπὸ φιλανθρωπίας μόνης, ἀπὸ εὐσπλαγχνίας, ἀπὸ ἐλέου πολλοῦ. Ὅταν οὖν Πατέρα καλῇς τὸν Θεὸν, E
μὴ τοῦτο μόνον ἐννόει, ὅτι ἀνάξια τῆς εὐγενείας ἐκείνης πράττεις ὑβρίζων, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπὸ φιλανθρωπίας ἔχεις τὴν εὐγένειαν. Μὴ τοίνυν αὐτὴν καταισχύνῃς, ἀπὸ μὲν φιλανθρωπίας λαβὼν, ὠμότητι δὲ κεχρημένος πρὸς τοὺς ἀδελφούς. Πατέρα καλεῖς τὸν Θεὸν, καὶ ὑβρίζεις; Ἀλλ' οὐ ταῦτα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Τὸ ἔργον τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῖς ἐχθροῖς ἀφιέναι, ὑπὲρ τῶν σταυρούντων εὔχεσθαι, ὑπὲρ τῶν μισούντων τὸ αἷμα ἐκχέειν. Ταῦτά ἐστιν ἄξια τοῦ υἱοῦ τοῦ F
Θεοῦ, τοὺς ἐχθροὺς, τοὺς ἀγνώμονας, τοὺς κλέπτας, τοὺς ἰταμοὺς, τοὺς ἐπιβουλεύοντας, τούτους ἀδελφοὺς ποιεῖσθαι καὶ κληρονόμους, οὐχὶ τοὺς ἀδελφοὺς γινομένους, τούτους ὡς ἀνδράποδα ὑβρίζειν.

Ἐννόησον τίνα ἐφθέγξατο ῥήματα τὸ στόμα τὸ 108 A
σὸν, ποίας ἄξια τραπέζης· ἐννόησον τίνων ἅπτεται, τίνων γεύεται, ποίας ἀπολαύει τροφῆς. Οὐδὲν ἡγῇ ποιεῖν δεινὸν τὸν ἀδελφὸν κατηγορῶν; Πῶς οὖν καλεῖς ἀδελφόν; Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀδελφὸς, πῶς λέγεις, Πάτερ ἡμῶν; τὸ γὰρ, Ἡμῶν, πολλῶν ἐστι προσώπων σημαντικόν. Ἐννόησον μετὰ τίνων ἕστηκας κατὰ τὸν καιρὸν τῶν μυστηρίων, μετὰ τῶν Χερουβὶμ,

si fratrem percusseris, non illum percussisti, sed Spiritum affecisti tristitia. Deinde est etiam accessio beneficii, ut major sit accusatio: *Et nolite contristare,* inquit, *Spiritum sanctum, in quo signati estis in die redemtionis.* Is nos fecit gregem regalem, is nos abduxit a primis omnibus, is non permisit nos esse sitos cum iis qui sunt obnoxii iræ Dei, et tu eum tristitia afficis? Vide quomodo illic quidem terribiliter dicit: *Nam qui spernit, non hominem spernit, sed Deum;* hic autem apposite ad pudorem incutiendum, *Nolite contristare,* inquit, *Spiritum sanctum, in quo signati estis.* Hoc signaculum sit in ore: ne sigilla sustuleris. Os spirituale nihil tale loquitur. Ne dicas, Nihil est si turpe dixero, si hunc aut illum contumelia affecero. Propterea magnum est malum, quoniam nihil esse videtur. Nam quæ nihil esse videntur, facile contemnuntur; quæ autem contemnuntur, etiam augentur; quæ autem augentur, fiunt incurabilia. Os habes spirituale? Cogita quod verbum dixeris primum quando es loquutus, quanta sit dignitas oris tui. Patrem vocas Deum, et fratrem statim injuria afficis? Cogita undenam Deum vocas Patrem. A natura? sed non potueris. A virtute? sed nec hoc. Sed unde? A sola benignitate et clementia, a multa misericordia. Quando ergo Deum vocas Patrem, non solum hoc cogita, quod facis indigna illa generis nobilitate, contumelia afficiens; sed quod etiam a benignitate et clementia habes nobilitatem generis. Ne eam ergo dedecore afficias, cum eam quidem acceperis a benignitate et clementia; crudelitate autem et sævitia utaris adversus fratres. Deum vocas Patrem, et eum contumelia afficis? Sed hæc non sunt filii Dei. Opus filii Dei est inimicis remittere, pro crucifigentibus orare, pro iis qui oderunt sanguinem effundere. Hæc sunt digna filio Dei, inimicos, ingratos, fures, impudentes, insidiatores, eos fratres facere et heredes, non autem eos qui facti sunt fratres, tamquam mancipia afficere contumelia.

4. Cogita quænam verba loquutum est os tuum, quanam mensa sit dignatum, quænam tangat, quænam gustet, quonam fruatur alimento. Te fratri nihil grave facere existimas illi maledicens? Quomodo ergo vocas fratrem? Si ergo non est frater, quomodo dicis, *Pater noster?* illud enim, *noster,* multas significat personas. Cogita cum quibus stes tempore illorum mysteriorum;

[a] [Marg. Savil [illegible] ἐφθέγξω ῥήματα χθές. Mox idem post ἔχοις addit [illegible]]

cum Cherubim, cum Seraphim. Seraphim enim contumelia non afficiunt, sed os eorum unum solum implet munus, nempe Deum laudandi et glorificandi. Quomodo ergo poteris cum illis dicere, *Sanctus, sanctus, sanctus*, qui ore usus es ad contumeliam? Dic quæso, si esset vas regium, regiis semper cibis refertum, et ad hoc constitutum; deinde aliquis ex famulis eo uteretur ad stercora, auderetne amplius reponere cum vasis, quæ sunt ad illa destinata, ipsum stercore repletum? Nequaquam. Hujusmodi res est maledicentia, hujusmodi res est contumelia. *Pater noster.* Et quid? estne hoc solum? audi etiam quæ sequuntur: *Qui es in cælis.* Statim dixisti, *Pater noster qui es in cælis*, et verbum te erexit, et menti tuæ alas addidit, et ostendit te Patrem habere in cælis. Nihil agas, nihil dicas ex iis quæ sunt in terra. In supernum illum ordinem te retulit, in choro illo te inseruit: cur te deorsum detrahis? apud thronum stas regium, et contumelia afficis? Non extimescis ne Rex eam rem existimet contumeliam? Sed si famulus quidem coram nobis conservum verberet aut contumelia afficiat, etiamsi hoc juste faciat, statim increpamus, rem esse contumeliam putantes; tu autem cum Cherubinis stans apud thronum Regis, contumelia fratrem afficis? Non vides hæc sancta vasa? annon ad unum eis semper est opus? num audet quispiam eis uti ad aliquid aliud? Tu es his vasis sanctior, et multo sanctior: cur ergo teipsum polluis et inquinas? Stas in cælis, et contumelia afficis? cum angelis versaris, et contumelia afficis? Dominico osculo dignatus es, et contumelia afficis? Deus os tuum ornavit tam multis hymnis angelicis, alimento non utique angelico, sed superangelico, sui osculo et suis amplexibus, et contumelia afficis? Noli quæso. Res hæc, causa magnorum malorum, procul sit ab animo Christiano. Dicendo tibi non persuademus, neque tibi pudorem incutimus? Restat ergo ut te terreamus: audi enim Christum dicentem, *Qui dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis.* Si autem quod est omnium levissimum, gehennam conciliat: qui dicit quæ sunt nimiæ audaciæ, quæ non merebitur? Erudiamus os nostrum ad benedicendum: ex hoc magnum est lucrum; ex contumelia magnum est damnum: non sunt hic pecuniæ impendendæ. Imponamus ostium, vectem et repagulum: nos ipsos exedamus, si

Contra maledicos.

Matth. 5. 22.

μετὰ τῶν Σεραφίμ. Τὰ Σεραφὶμ οὐχ ὑβρίζει, ἀλλὰ
μίαν αὐτοῖς χρείαν μόνον τὸ στόμα πληροῖ, τὸ δοξο-
B λογεῖν, τὸ [a] δοξάζειν τὸν Θεόν. Πῶς οὖν δυνήσῃ σὺ
μετ' ἐκείνων λέγειν, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, εἰς ὕβριν
τῷ στόματι κεχρημένος; Εἰπὲ δή μοι, εἰ σκεῦος εἴη
βασιλικὸν, καὶ ἀεὶ ἐδεσμάτων ἔμπλεων βασιλικῶν, καὶ
εἰς τοῦτο ἀποτεταγμένον, εἶτά τις αὐτῷ τῶν οἰκετῶν
χρήσαιτο εἰς κόπρον, ἆρα τολμήσει πάλιν μετ' ἐκεί-
νων τῶν σκευῶν τῶν εἰς ἐκεῖνα ἀποτεταγμένων αὐτὸ
ἀποτίθεσθαι τῆς κόπρου ἐμπεπλησμένον; Οὐδαμῶς.
Τοιοῦτόν τί ἐστιν ἡ κατηγορία, τοιοῦτόν ἐστιν ἡ
ὕβρις. Πάτερ ἡμῶν. Καὶ τί; τοῦτο μόνον; Ἄκουε
C καὶ τῶν ἑξῆς. Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Εὐθέως εἶπες, Πά-
τερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἀνέστησέ σε τὸ ῥῆ-
μα, ἐπτέρωσέ σου τὴν διάνοιαν, ἔδειξεν ὅτι Πατέρα
ἔχεις ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μηδὲν πρᾶττε, μηδὲν λέγε τῶν
ἐπὶ γῆς. Εἰς ἐκείνην σε τὴν τάξιν ἔστησε τὴν ἄνω,
ἐκείνῳ σε ἐνέκρινε τῷ χορῷ· τί σαυτὸν κάτω καθέλ-
κεις; παρὰ τὸν θρόνον ἕστηκας τὸν βασιλικὸν, καὶ
ὑβρίζεις; Οὐ δέδοικας μὴ ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἡγήσηται
ὁ βασιλεύς; ἀλλὰ ἂν μὲν οἰκέτης ἐφ' ἡμῶν τὸν ὁμόδου-
λον τύπτῃ, ἢ ὑβρίζῃ, κἂν δικαίως τοῦτο ποιῇ, εὐ-
D θέως ἐπιτιμῶμεν, ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἡγούμενοι· σὺ
δὲ μετὰ τῶν Χερουβὶμ ἑστὼς παρὰ τὸν θρόνον τοῦ
βασιλέως, ὑβρίζεις τὸν ἀδελφόν; Οὐχ ὁρᾷς τὰ ἅγια
ταῦτα σκεύη; οὐχὶ πρὸς ἕν ἐστιν αὐτῶν διαπαντὸς
ἡ χρεία; μή τις τολμᾷ πρὸς ἄλλο τι χρήσασθαι αὐ-
τοῖς; Σὺ τῶν σκευῶν ἁγιώτερος εἶ τούτων, καὶ πολλῷ
ἁγιώτερος· τί τοίνυν ῥυπαίνεις σαυτὸν καὶ μολύνεις;
Ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἕστηκας, καὶ ὑβρίζεις; μετὰ ἀγγέ-
λων πολιτεύῃ, καὶ ὑβρίζεις; φιλήματος ἠξίωσαι δε-
σποτικοῦ, καὶ ὑβρίζεις; τοσούτοις σου τὸ στόμα
E ἐκόσμησεν ὁ Θεὸς ὕμνοις ἀγγελικοῖς, τροφῇ οὐκέτι
ἀγγελικῇ, ἀλλ' ὑπὲρ ἀγγελικὴν, φιλήματι τῷ αὐτοῦ,
περιπλοκαῖς ταῖς πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑβρίζεις; Μὴ, πα-
ρακαλῶ. Μεγάλων τὸ πρᾶγμα αἴτιον κακῶν, πόῤῥω
ψυχῆς Χριστιανῆς. Οὐ πείθομέν σε λέγοντες, οὐδὲ
ἐντρέπομεν; Οὐκοῦν ἄξιον φοβῆσαι λοιπόν· ἄκουε γὰρ
τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Ὁ εἰπὼν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ,
μωρὲ, ἔνοχος ἔσται τῇ γεέννῃ τοῦ πυρός. Εἰ δὲ τὸ
κουφότερον πάντων γέενναν προξενεῖ, ὁ τὰ τολμηρὰ
F λέγων, τίνος οὐκ ἔσται ἄξιος; Παιδεύσωμεν ἡμῶν
πρὸς εὐφημίαν τὸ στόμα· μέγα ἀπὸ τούτου κέρδος,
μεγάλη ἀπὸ τῆς ὕβρεως ἡ βλάβη· οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα
109 χρήματα δαπανῆσαι. Ἐπιθῶμεν θύραν καὶ μοχλὸν,
A κατεσθίωμεν ἑαυτοὺς, ἐὰν ῥῆμά ποτε φορτικὸν ἐκπη-
δήσῃ τῶν ὀδόντων· παρακαλῶμεν τὸν Θεὸν, παρα-
καλῶμεν τὸν ὑβρισμένον, μὴ ἀναξιοπαθῶμεν· ἑαυτοὺς

[a] [Id. ἁγιάζειν, et infra εἰ σκεῦος εἴη πρὸς βασιλικῶν ἐδεσμάτων ἀφωρισμένον ὑποδοχήν.]

ἐπλήξαμεν, οὐκ ἐκεῖνον· [a] ἐπιθῶμεν τὸ φάρμακον τὴν εὐχὴν καὶ τὴν πρὸς τὸν ὑβρισμένον καταλλαγήν. Ἂν ἐν τοῖς ῥήμασι τοσαύτην ποιώμεθα πρόνοιαν, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς πράγμασι νόμους τιθῶμεν ἑαυτοῖς. Κἂν φίλους ἔχωμεν, κἂν οὑστινασοῦν, καὶ εἴποιεν κακῶς τινὰ, ἢ ὑβρίσαιεν, ἀπαίτησον αὐτοὺς καὶ εἴσπραξαι δίκην. Μανθάνωμεν ὅλως, ὅτι κἂν ἁμάρτημα τὸ τοιοῦτόν ἐστιν· ἂν γὰρ μάθωμεν, ταχέως ἀποστησόμεθα. B Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης φυλάξοι ὑμῶν καὶ τὸν νοῦν, καὶ τὴν γλῶσσαν, καὶ τειχίσοι ἀσφαλεῖ τειχίῳ τῷ αὐτοῦ φόβῳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ καὶ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

grave aliquod verbum aliquando e nostris dentibus exsilierit: rogemus Deum, rogemus eum qui est affectus contumelia; ne id nobis indignum censeamus: nos ipsos, non illum percussimus: adhibeamus medicamentum, preces, et reconciliationem cum eo qui est affectus contumelia. Si in verbis tantam curam gerimus, multo magis in rebus nobis leges imponamus. Et si habeamus amicos, quicumque tandem sint illi, et quempiam maledicto appetierint, aut injuria affecerint, postula ab ipsis ut pœnas dent. Discamus omnino hoc esse peccatum: nam cum didicerimus, cito desistemus. Deus autem pacis custodiat mentem et linguam vestram, et muniat tuto muro, nempe sui metu, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria simul cum sancto Spiritu.

a [Subjungit marg. Savil. ἑαυτοὺς ἐτρώσαμεν, οὐκ ἐκεῖνον.]

ΟΜΙΛΙΑ ιε'. C

Πᾶσα πικρία καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ.

Ὥσπερ εἰς σκεῦος ἀκάθαρτον [b] οὐκ ἄν ποτε ἑαυτὰς καθεῖεν αἱ μέλισσαι· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ θυμιάμασι καὶ μύροις καὶ εὐωδίαις τὸν τόπον καταῤῥαίνουσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, οἴνοις τε εὐώδεσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοὺς καλαθίσκους, ἐν οἷς ἂν μέλλουσιν ἄρτι τῶν σμηνῶν ἐξιοῦσαι ἐνιζάνειν, ὥστε μὴ τὴν ἀηδῆ ὀσμὴν D λυπήσασαν αὐτὰς ἀποστῆσαι πάλιν· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματός ἐστι τοῦ ἁγίου. Ἀγγεῖόν τί ἐστιν ἡ ἡμετέρα ψυχὴ καὶ καλαθίσκος, τὰ σμήνη τῶν χαρισμάτων τῶν πνευματικῶν ὑποδέξασθαι δυναμένη· ἀλλ' ἐὰν ᾖ ἔνδον χολὴ καὶ πικρία καὶ θυμὸς, τὰ σμήνη ἀφίπταται. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος οὗτος καὶ σοφὸς γεωργὸς διακαθαίρει καλῶς ἡμῶν τὰ σκεύη, οὐ δρέπανον, οὐδέ τι ἄλλο σκεῦος σιδηροῦν κατέχων· καὶ E καλεῖ ἡμᾶς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν τοῦτο σμῆνος, καὶ συνάγων αὐτὸ [c] διακαθαίρει εὐχαῖς καὶ πόνοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. Ὅρα οὖν πῶς ἡμῶν ἐκκαθαίρει τὴν καρδίαν· ἀπήλασε τὸ ψεῦδος, ἀπήλασε τὴν ὀργήν. Δείκνυσι πάλιν πῶς ἂν μᾶλλον πρόῤῥιζον ἀνασπασθείη τὸ κακόν [d]· ἂν μὴ ὦμεν, φησὶ, πικροὶ τὴν

HOMILIA XV.

Cap. IV. v. 31. *Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.*

1. Quemadmodum in vas et vestimentum immundum numquam sedimiserint apes: ideo enim et suffitibus et unguentis bonisque odoribus locum aspergunt, harum rerum periti, vinisque suave olentibus, et aliis omnibus illinunt calathiscos, in quibus sunt incessuræ exeuntes ex alveis, ne ingratus odor eas rursus abigat: ita etiam in sancto Spiritu. Vas quoddam et quidam calathiscus est nostra anima parata ad excipienda examina gratiarum spiritualium; sed si sit intus bilis et amaritudo et ira, evolant examina. Propterea beatus hic et sapiens agricola pulchre purgat vasa nostra, non falcem tenens, neque ullum aliud instrumentum ferreum: et nos vocat ad examen hoc spirituale, ac congregans ipsum purgat precibus et laboribus et aliis omnibus. Vide ergo quomodo expurgat et emundat cor nostrum: expulit mendacium, expulit iram. Ostendit rursus quomodo malum radicitus evelli possit: si mente quidem non simus amari, inquit. Ut enim solet accidere in

b [Idem *οὐκ ἄν ποτε αὐτῶν μελιττῶν καθεῖεν τὸ γένος..... καὶ μύροις τὸν τόπον εὐωδιάζουσι..... δεινοί, οἴνῳ τε εὐώδει.*]

c [Id. *ἀνακαθαίρει*, et mox *ἀποσμήχει* pro *ἐκκαθαίρει.*]

d [Id. addit *τί τοίνυν ποιούντων ἡμῶν ἀνασπασθείη.*]

bile nostra, si modica fuerit, motus etiam parvus efficitur rupto receptaculo; cum autem vehementia ejus creverit, et mordacior effecta fuerit, vas quod illam prius ferebat, quasi a vehementi igne exesum, non ultra potest illam cohibere, et in definitis terminis continere; sed ab immodica divulsum acrimonia dimittit eam, et sinit egressam totum corpus perdere: et sicut in urbem importata quædam sævissima et immanissima bellua, quamdiu quidem continetur in carceribus, etiamsi efferetur et vociferetur, neminem poterit lædere; quando autem ira invaluerit, si perfractis quæ interjecta erant repagulis, possit exsilire, ingenti tumultu et conturbatione replet civitatem, et omnes abigit: ita etiam in bili, quamdiu quidem continetur suis finibus, nullum nobis magnum infert malum; posteaquam autem, rupta quæ eam continebat membrana, nihil vetat quominus de cætero in universam diffundatur naturam, tunc, etiamsi sit res admodum parva in quantitate, propter exsuperantem in qualitate vim, omnia alia elementa suo inficit vitio. Nam et invento sanguine, qui est propinquus et loco et qualitate, calorem qui est in illo acriorem efficiens, et quidquid est propinquum, ab ea quæ est in humore symmetria et moderatione terminos transiliens, et bilem reddens, his freta auxiliis, deinceps etiam in alia membra bellum gerit: et deinde cum omnibus suam indiderit amaritudinem, mutum efficit hominem, et animam expellens, exspirare cogit. Cur hæc a nobis omnia adeo exacte et accurate dicta sunt? Ut cum ex sensili amaritudine senserimus intolerabile vitium amaritudinis, quæ cadit sub intelligentiam, et quod toti quæ eam parit animæ primum affert interitum, omnia sursum et deorsum pervertens, vitemus ejus experientiam. Nam ut ipsa totum elementum, ita illa incensis cogitationibus, eum qui captus fuerit abducit in gehennæ barathrum. Ut hæc ergo exacte perscrutantes, hoc malum fugiamus, et belluam frenemus, vel potius radicitus evellamus, pareamus Paulo qui dicit, *Omnis amaritudo*, non, Expurgetur, sed, *tollatur a vobis*. Quid enim opus est ut eæ res mihi negotium exhibeant, et eas teneam? quid opus est ut custodiam belluam, cum liceat ab anima amandare, et procul abductam abigere? Pareamus ergo Paulo qui dicit: *Omnis amaritudo tollatur a vobis*. Sed proh dolor, quæ nos tenet perversitas!

διάνοιαν. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς χολῆς συμβαίνειν εἴωθε τῆς ἡμετέρας, ἂν μὲν ὀλίγη τύχῃ τις οὖσα, ὀλίγη καὶ ἡ κίνησις γίνεται ἐκραγέντος τοῦ ταμιείου· ὅταν δὲ πλεονάσῃ τὸ σφοδρὸν τῆς τοιαύτης ποιότητος F καὶ δηκτικὸν, οὐκέτι στέγει τὸ φέρον αὐτὴν πρότερον ἀγγεῖον, ἀλλὰ καθάπερ [a] πυρὸς σφοδροῦ διαβρωθὲν οὐκέτι οἷόν τέ ἐστι στέγειν αὐτὴν καὶ κατέχειν ἐν τοῖς ὡρισμένοις ὅροις, ἀλλὰ διασπασθὲν ὑπὸ τῆς ἀμέτρου δριμύτητος ἀφίησιν ἐξελθοῦσαν παντὶ τῷ σώματι λυμαίνεσθαι· καὶ καθάπερ εἰς πόλιν ἐνεχθὲν θηρίον χα- 110 A λεπώτατον καὶ ἀφόρητον, ἕως μὲν ἂν ἔνδον ἐν ταῖς πεποιημέναις εἱρκταῖς κατέχηται, οὐδὲν, κἂν ἀγριαίνῃ, κἂν κράζῃ, οὐδένα βλάψαι δυνήσεται· ὅταν δὲ τῷ θυμῷ κρατηθῇ, καὶ διακλάσας τοὺς διὰ μέσου βεβλημένους κανόνας ἐκπηδῆσαι δυνηθῇ, παντὸς θορύβου τὴν πόλιν ἐμπίπλησι καὶ ταραχῆς, καὶ πάντας ἀπελαύνει· οὕτω δὴ καὶ τῆς χολῆς ἡ φύσις· ἕως μὲν ἂν ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις κατέχηται, οὐδὲν μέγα ἡμᾶς ἐργάζεται κακόν· ἐπειδὰν δὲ ἐκραγέντος τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὑμένος, οὐδὲν ᾖ τὸ κωλύον λοιπὸν εἰς B πᾶσαν διαχυθῆναι τὴν φύσιν, τότε δὴ, τότε, καίτοι οὕτω σφόδρα μικρὸν ὂν τῇ ποσότητι, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐν τῇ ποιότητι δύναμιν πάντα τὰ ἄλλα στοιχεῖα τῆς οἰκείας ἀναχρώννυσι κακίας. Τό τε γὰρ δὴ αἷμα εὑροῦσα πλησίον τῷ τε τόπῳ καὶ τῇ ποιότητι, καὶ τὴν ἐν ἐκείνῳ θερμότητα δριμυτέραν ἐργαζομένη, καὶ τὸ ἐγγύθεν πᾶν ὅπερ ἐστὶν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ὑγρότητα συμμετρίας ὑπερβαῖνον τοὺς ὅρους καὶ χολὰς ἐργαζόμενον, μετὰ τούτου λοιπὸν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιστρατεύεται μέλεσι, καὶ οὕτω πάντα εἰς τὴν οἰ- C κείαν ἐνθεῖσα πονηρίαν, ἄφωνον ἐργάζεται τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀποπνεῖν ποιεῖ, τὴν ψυχὴν ἀπελαύνουσα. Τί δὴ ταῦτα ἡμῖν ἅπαντα οὕτω μετὰ ἀκριβείας εἴρηται; Ἵνα ἀπὸ τῆς πικρίας τῆς αἰσθητῆς, τῆς πικρίας τῆς νοητῆς τὴν ἀφόρητον αἰσθόμενοι κακίαν, καὶ ὡς ὁλόκληρον τὴν τίκτουσαν ψυχὴν πρῶτον λυμαίνεται, πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιοῦσα, φύγωμεν αὐτῆς τὴν πεῖραν. Καθάπερ γὰρ αὕτη τὸ στοιχεῖον ὅλον, οὕτως ἐκείνη τοὺς λογισμοὺς ἐμπρήσασα, εἰς τὸ τῆς γεέννης ἀπάγει βάραθρον τὸν ἁλόντα. Ἵν' οὖν ταῦτα ἀκριβῶς D διερευνώμενοι, τοῦτο φύγωμεν τὸ κακὸν, καὶ χαλινώσωμεν τὸ θηρίον, μᾶλλον δὲ πρόῤῥιζον ἀνασπάσωμεν, τῷ Παύλῳ πειθώμεθα λέγοντι· Πᾶσα πικρία, οὐχὶ *καθαιρείσθω, ἀλλὰ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν. Τί γάρ μοι δεῖ πραγμάτων καὶ κατοχῆς; τί δὲ χρὴ φυλάττειν θηρίον, ἐξὸν ἀποικίσαι τῆς ψυχῆς καὶ μεταστῆσαι, καὶ εἰς ὑπερορίαν τινὰ ἀπαγαγεῖν; Πειθώμεθα τοίνυν τῷ Παύλῳ λέγοντι· Πᾶσα πικρία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν. Ἀλλ'

[a] [Fort. ὑπὸ πυρός. Dunæus]

* [*Omnino ponendum* ex marg Savil. καθαιρέσθω.

οἶμοι τῆς κατεχούσης ἡμᾶς διαστροφῆς· δέον ἅπαντα ἐπὶ τούτῳ ποιεῖν, οὕτω τινές εἰσιν ὄντως ἀνόητοι, E ὥστε καὶ ἑαυτοὺς ἐν τούτῳ μακαρίζειν, καὶ ἐναβρύνεσθαι τῷ κακῷ, καὶ ἐγκαλλωπίζεσθαι, καὶ παρ' ἑτέρων ζηλοῦσθαι. Πικρὸς, φησὶν, ἄνθρωπος ὁ δεῖνα, σκορπίος ἐστὶν, ὄφις ἐστὶν, ἔχις· φοβερὸν νομίζουσιν αὐτόν. Τί δέδοικας τὸν πικρὸν, ἄνθρωπε; Μὴ βλάψῃ, φησὶ, μὴ λυμήνηται· ἄπειρος ἐγὼ τῆς ἐκείνου κακίας εἰμί· δέδοικα μή με λαβὼν ἁπλοῦν ἄνθρωπον, καὶ οὐδὲν τῶν αὐτοῦ προορώμενον, εἰς τὰς F πάγας ἐμβάλῃ τὰς αὐτοῦ, καὶ τοῖς δικτύοις ἡμᾶς συμποδίσῃ τοῖς ἡτοιμασμένοις αὐτῷ πρὸς ἡμετέραν ἀπάτην. Γελῶ νῦν. Τί δήποτε; Ὅτι παίδων ἐστὶ ταῦτα τὰ ῥήματα, τὰ μὴ φοβερὰ φοβουμένων. Οὐδενὸς μὲν οὖν οὕτω δεῖ καταφρονεῖν, οὐδενὸς οὕτω καταγελᾷν, ὡς 111 A ἀνθρώπου πικροῦ καὶ πονηροῦ. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀσθενὲς, ὡς πικρία· μωροὺς ποιεῖ καὶ ἀνοήτους.

Ἢ οὐχ ὁρᾶτε ὅτι τυφλὸν ἡ κακία; ἢ οὐκ ἠκούσατε, ὅτι ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον, ἑαυτῷ ὀρύσσει; πῶς οὖν οὐ χρὴ φοβεῖσθαι ψυχὴν ταραχῆς ἐμπεπλησμένην; Εἰ μὲν οὖν, ὡς * δαίμονας καὶ μαινομένους, χρὴ καὶ τοὺς πικροὺς φοβεῖσθαι, καὶ ὡς τοὺς μωρούς (καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἁπλῶς ἅπαντα ποιοῦσι), φημὶ κἀγώ· εἰ δὲ ὡς δεινοὺς πράγμασι χρῆσθαι, τοῦτο οὐκέτι. Οὐδὲν γὰρ οὕτω πρὸς πραγμάτων οἰκονομίαν ἐπιτήδειον, ὡς σύνεσις, οὐδὲν οὕτω συνέσεως ἐμπόδιον, ὡς B πονηρία καὶ κακία καὶ τὸ ὕπουλον. Οὐχ ὁρᾶτε τὰ σώματα τὰ χολερικὰ, πῶς ἐστιν ἀειδῆ, παντὸς ἄνθους μαρανθέντος ἐν αὐτοῖς; πῶς ἐστὶν ἀσθενῆ καὶ λεπτὰ, καὶ πρὸς πάντα ἀνεπιτήδεια; Τοιαῦταί εἰσι καὶ αἱ ψυχαὶ αἱ τοιαῦται. Ἴκτερος γὰρ ψυχῆς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ πονηρία. Οὐκ ἔστιν οὖν ἰσχυρὸν ἡ πονηρία, οὐκ ἔστι. Βούλεσθε πάλιν καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος, ὃ λέγω, ποιήσω φανερὸν, κακούργου καὶ ἀπλάστου παραγαγὼν ὑμῖν εἰκόνας; Κακοῦργος C ἦν ὁ Ἀβεσσαλὼμ, καὶ πάντας ἰδιοποιεῖτο· ὅρα οὖν ὅση ἦν ἡ κακουργία. Περιιὼν, φησὶν, ἔλεγε, μὴ ἐστί σοι κρίσις; οἰκειώσασθαι ἕκαστον βουλόμενος. Ὁ δὲ Δαυὶδ ἄπλαστος. Τί οὖν; Ὅρα ἀμφοτέρων τὸ τέλος, ὅρα πόσης ἔγεμεν ἐκεῖνος ἀνοίας. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὴν βλάβην ἑώρα μόνην τοῦ πατρὸς, ἐν τοῖς ἄλλοις τετύφλωτο πᾶσιν. Ἀλλ' οὐχ ὁ Δαυίδ· Ὁ πορευόμενος γὰρ ἁπλῶς, πορεύεται πεποιθώς. Τουτέστιν, ὁ μηδὲν περιεργαζόμενος, ὁ μηδὲν κατασκευάζων κακόν. Πειθώμεθα τοίνυν τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, καὶ ἐλεῶμεν D καὶ δακρύωμεν τοὺς πικροὺς, καὶ πάντα πράττωμεν καὶ ποιῶμεν, ὥστε αὐτῶν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐξαντλῆσαι τὴν πονηρίαν. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, χολῆς

cum oporteret propter hoc omnia facere, sunt quidam adeo dementes, ut se quoque hac in re beatos censeant, et in malo voluptatem accipiant et glorientur, et alii eos æmulentur. Ille, inquit, est homo acerbus et asper, est scorpius, est serpens, est vipera; terribilem eum existimant. Quid ergo acerbum illum et asperum times, o homo? Ne me lædat, inquit, ne me perdat: sum illius malitiæ imperitus: timeo ne si me hominem acceperint simplicem, et quæ sunt ejus nihil prævidentem, in suos injiciat laqueos, et suis impediat retibus, ab illo paratis ad nos decipiendos. Nunc rideo. Cur rides? Quoniam hæc sunt verba puerorum timentium, quæ non sunt timenda. Atque neminem quidem ita oportet despicere, neminem ita irridere ut hominem acerbum et malum. Nihil est enim æque imbecillum atque acerbitas: stultos illa facit et amentes.

Amaritudo in verbis tollenda.

2. Non videtis quod res cæca sit vitium? non audivistis quod qui vicino fodit foveam, sibi fodit? Quid ergo? non est timendus animus plenus perturbatione? Si quidem tamquam dæmones et furiosos, oportet etiam acerbos timere, et tamquam stultos (illi enim temere et inconsiderate omnia faciunt), ego quoque id dico: si autem ut qui recte intelligant quomodo sint res gerendæ, in hoc non assentior. Nam ad res administrandas et dispensandas nihil est æque aptum atque prudentia; prudentiam autem nihil æque impedit, atque pravitas et vitium, frausque et insidiæ. Non videtis biliosa corpora quam sint injucunda, cum omnis flos in eis emarcuerit? quam sint imbecilla et gracilia et inepta ad omnia? Tales etiam sunt hujusmodi animæ. Non est enim animæ alius morbus regius quam vitium et pravitas. Non ergo, non est res fortis ac valida improbitas. Vultis rursus etiam ut exemplo perspicuum faciam id quod dico, adductis vobis imaginibus scelerati hominis et hominis simplicis et non ficti? Sceleratus et vafer erat Absalon, et omnes ad suas alliciebat partes: vide ergo quanta ejus esset astutia et malignitas: *Circumiens*, inquit, *dicebat: Num est tibi judicium?* volens unumquemque sibi conciliare. David autem erat simplex et non fictus. Quid ergo? Vide amborum finem, vide quanta ille plenus fuit amentia. Nam quoniam non alio spectabat quam ut noceret patri, in aliis omnibus erat excæcatus. Sed non David: *Qui enim ambulat simpliciter, ambulat confidenter;*

2. Reg. 15. 3.

Prov. 10. 9.

* [*Ni fallor, leg.* δαιμονῶντας. Dunæus.]

id est, qui curiose nihil quærit, qui nullum malum molitur. Parcamus ergo beato Paulo, et misereamur ac defleamus homines acerbos, et omnia agamus et faciamus, ut ex eorum animis exhauriamus improbitatem. Nam quomodo non est absurdum, cum in nobis insit bilis (etsi utile sit elementum: nam absque bile fieri non potest ut sit homo, de hac loquor bile elementari): quomodo, inquam, non est absurdum hanc quidem evacuare pro viribus, etiamsi plurimum ab ea juvemur; eam autem quæ est in anima nihili facere, neque studium ponere ut evacuemus, cum minime sit utilis, sed etiam maxime lædat?
1 Cor. 3. 18. *Qui vult*, inquit, *inter vos esse sapiens, stultus fiat ut sit sapiens.* Audi rursus Lucam quoque dicentem:
Act. 2. 46. 47. *Sumebant cibum cum exsultatione et simplicitate cordis, collaudantes Deum, et habebant gratiam ad omnem plebem.* Annon videmus nunc quoque simplices et non fictos communem honorem assequi ab omnibus? Nemo ei qui est ejusmodi invidet, si res suas recte gerat; nemo ei insultat, si sint ei res adversæ; sed licet sint ei res secundæ, gratulantur, et si lapsus sit, miserentur. Sin autem homini acerbo successerint quandoque res secundæ, perinde ac si aliquod malum contigerit, omnes ingemiscunt: sin autem ei fuerint res adversæ, omnes lætantur. Eorum ergo misereamur; habent enim inimicos communes undique circumeuntes. Jacob erat non fictus; sed vafrum et malignum vicit Esaü:
Sap. 1. 4. *Nam in pravam et malignam animam non intrabit sapientia. Omnis amaritudo tollatur a vobis*: ne maneant quidem reliquiæ. Nam etiam hoc si motum fuerit, solet ut ab aliqua scintilla integrum intus excitare rogum. Quid sit ergo amaritudo, accurate consideremus. Exempli causa sit homo fraudulentus et insidiosus, dolosus et ad male faciendum paratus, suspiciosus: ab eo semper nascitur ira et indignatio. Fieri enim non potest ut tranquillus sit ejusmodi animus: nam iræ et indignationis radix est acerbitas et amarulentia. Qui est ejusmodi, et ad gravem iram propensus, numquam remittit animum, ut qui sit semper cogitabundus, semper tristis. Nam ipsi, ut dixi, primi sua mala sentiunt. *Et clamor*, inquit. Curnam? tollis etiam clamorem? Nam eum qui est mitis oportet esse talem. Clamor enim est equus ferens ascensorem, nempe iram et indignationem: equum impedi, et evertisti ascensorem. Audiant hæc ma-

μὲν ἡμῖν ἐνούσης (καίτοι γε χρήσιμον τοῦτο τὸ στοιχεῖον· χωρὶς γὰρ χολῆς ἄνθρωπον εἶναι οὐ δυνατὸν, ταύτης δὴ λέγω τῆς στοιχειώδους)· πῶς οὐκ ἄτοπον ταύτην μὲν κενοῦν κατὰ δύναμιν, καίτοι μεγάλα παρ' αὐτῆς ὠφελουμένους· τὴν δὲ ἐν τῇ ψυχῇ μηδὲν ποιεῖν
E μηδὲ σπουδάζειν ὥστε κενοῦν, οὐδαμοῦ χρήσιμον οὖσαν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ἀδικοῦσαν; Ὁ βουλόμενος, φησὶν, εἶναι σοφὸς ἐν ὑμῖν, γενέσθω μωρὸς, ἵνα γένηται σοφός. Ἄκουε πάλιν καὶ τοῦ Λουκᾶ λέγοντος· Μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας, αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ εἶχον χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. Ἢ οὐχ ὁρῶμεν καὶ νῦν τοὺς ἀφελεῖς καὶ ἀπλάστους κοινῆς τιμῆς παρὰ πάντων ἀπολαύοντας; Οὐδεὶς τῷ τοιούτῳ φθο-
F νεῖ εὐπραγοῦντι, οὐδεὶς ἐπεμβαίνει δυσπραγοῦντι· ἀλλὰ πάντες καὶ καλῶς πράττοντι συγχαίρουσι, καὶ πταίσαντι συναλγοῦσιν. Ἂν δὲ πικρὸς ἄνθρωπος εὐημερήσῃ ποτὲ, ὡς κακοῦ τινος συμβάντος, ἅπαντες
112 A στένουσι· κἂν δυσπραγήσῃ πάλιν, ἅπαντες χαίρουσιν. Ἐλεῶμεν οὖν αὐτούς· ἔχουσι γὰρ κοινοὺς ἐχθροὺς πανταχοῦ * περιιόντας. Ὁ Ἰακὼβ ἄπλαστος ἦν, ἀλλὰ τὸν κακοῦργον Ἠσαῦ ἐνίκησεν· Εἰς κακότεχνον γὰρ ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία. Πᾶσα πικρία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν· μηδὲ λείψανον μενέτω. Οἶδε γὰρ τοῦτο κινηθὲν, καθάπερ ἀπὸ σπινθῆρός τινος, ὁλόκληρον ἔνδον ποιῆσαι πυράν. Τί τοίνυν ἐστὶν ἡ πικρία κατα-
B νοήσωμεν ἀκριβῶς· οἷον ὁ ὕπουλος ἀνὴρ, ὁ δολερὸς, ὁ πρὸς τὸ κακοποιεῖν παρεσκευασμένος, ὁ καχύποπτος· ἀπὸ δὴ τούτου ἀεὶ θυμὸς καὶ ὀργὴ τίκτεται. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐν γαλήνῃ τὴν τοιαύτην εἶναι ψυχήν· ῥίζα γὰρ θυμοῦ καὶ ὀργῆς πικρία. Ὁ τοιοῦτος καὶ βαρύθυμός ἐστιν, καὶ οὐδέποτε ἀνίησι τὴν ψυχὴν, ἀεὶ σύννους ὢν, ἀεὶ σκυθρωπός. Ὅπερ γὰρ ἔφην, αὐτοὶ πρῶτοι καρποῦνται τὰ ἑαυτῶν κακά. Καὶ κραυγὴ, φησί. Τί δήποτε; καὶ κραυγὴν ἀναιρεῖς; Τὸν γὰρ ἤπιον τοιοῦτον εἶναι χρή. Ἵππος γάρ ἐστιν ἀναβάτην φέρων ἡ κραυγὴ
C τὴν ὀργήν· συμπόδισον τὸν ἵππον, καὶ κατέστρεψας τὸν ἐπιβάτην. Ἀκουέτωσαν ταῦτα μάλιστα γυναῖκες, αἱ ἐν παντὶ πράγματι κράζουσαι καὶ βοῶσαι. Ἐν ἑνὶ χρήσιμον τὸ κράζειν μόνον, ἐν τῷ κηρύττειν καὶ διδάσκειν, ἀλλαχοῦ δὲ οὐδαμοῦ, [a] ἀλλ' οὔτε ἐν εὐχῇ. Καὶ εἰ βούλει μαθεῖν διὰ τῶν πραγμάτων, μηδέποτε κράζῃς, καὶ οὐδέποτε ὀργισθήσῃ· ἰδοὺ τρόπος ἀοργησίας. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔνι τὸν μὴ κράζοντα ὀργι-
D σθῆναι, οὕτως οὐκ ἔνι τὸν κράζοντα μὴ ὀργισθῆναι.

* [illegible]

[a] [*Leg.* ἀλλ' οὐδέ. Idem.]

Μὴ γάρ μοι τὸν βαρύμηνιν εἴπῃς καὶ μνησίκακον καὶ αὐτοπικρίαν καὶ αὐτοχολήν· ἡμεῖς περὶ τῆς τοῦ πάθους συναρπαγῆς διαλεγόμεθα νῦν.

Ὥστε οὐ μικρὸν πρὸς τοῦτο συμβάλλεται τὸ παιδεῦσαι τὴν ψυχὴν μηδέποτε κράζειν καὶ βοᾷν. Τὰ πτερὰ περικόπτεις τῆς ὀργῆς, τὴν κραυγὴν περιαιρῶν, τὸ οἴδημα καταστέλλεις τῆς καρδίας. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστι τὰς χεῖρας μὴ ἀντάραντα παλαίειν, οὕτως οὐκ ἔνι μὴ κράζοντα συμποδίζεσθαι. Δῆσον τοῦ πυκτεύοντος τὰς χεῖρας, καὶ κέλευσον πυκτεύειν, ἀλλ' οὐ δυνήσεται· οὕτως οὐδὲ ὁ θυμός. Ἡ δὲ κραυγὴ καὶ τὸν οὐκ ὄντα ἐξαίρει· καὶ μάλιστα ἐντεῦθεν ταχέως ἁλίσκεται τὸ τῶν γυναικῶν γένος, αἳ, ὅταν ὀργίζωνται ταῖς θεραπαινίσι, τὴν οἰκίαν ἅπασαν τῆς κραυγῆς πληροῦσι τῆς ἑαυτῶν· πολλάκις δὲ καὶ εἰ παρὰ στενωπὸν τυγχάνοι ᾠκοδομημένη ἡ οἰκία, καὶ οἱ [b] παριόντες ἅπαντες ἀκούουσιν αὐτῆς βοώσης, καὶ τῆς θεραπαινίδος ὀλολυζούσης. Τί τούτου γένοιτ' ἂν ἀσχημονέστερόν ποτε τοῦ κωκυτοὺς ἀκούειν; Πᾶσαι γὰρ εὐθέως διακύψασαι, τί δὴ γέγονεν, ἐρωτῶσιν, ἐκεῖ; Ἡ δεῖνα, φησί, τὴν δούλην τύπτει τὴν αὐτῆς. Τί τούτου γένοιτ' ἂν ἀναισχυντότερον; Τί οὖν, οὐ χρὴ τύπτειν; Οὐ τοῦτο λέγω, δεῖ μὲν γὰρ, ἀλλὰ μήτε συνεχῶς, μήτε ἀμέτρως, μήτε ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἀδικημάτων, ὅπερ ἀεί φημι, μήτε τῆς ὑπηρεσίας ἄν τι ἐλλείπῃ, ἀλλ' εἰ τὴν ἑαυτῆς βλάπτει ψυχήν· ἂν ὑπὲρ τοιαύτης τύπτῃς αἰτίας, ἐπαινέσονται πάντες, καὶ ὁ ἐγκαλέσων οὐδείς· ἂν δὲ ὑπὲρ τῶν σῶν, * ὠμότητα πάντες καταγνώσονται καὶ ἀπήνειαν. Καὶ τὸ δὴ πάντων αἰσχρότερον, εἰσὶν οὕτως ἄγριαι καὶ ἀπηνεῖς, ὡς ἐπὶ τοσοῦτον μαστίζειν, ὡς μηδὲ αὐθημερὸν τοὺς μώλωπας σβέννυσθαι. Γυμνώσασαι γὰρ τὰς κόρας, καὶ τὸν ἄνδρα ἐπὶ τοῦτο καλέσασαι, δεσμοῦσι πολλάκις πρὸς τοῖς σκίμποσιν. Οἴμοι, οὐκ ἐπεισέρχεταί σοι ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ τῆς γεέννης, εἰπέ μοι, μνήμη; ἀλλὰ γυμνοῖς τὴν παιδίσκην, καὶ δεικνύεις τῷ ἀνδρί; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ μή σου καταγνῷ; καὶ ἐπιπλέον αὐτὸν παροξύνεις, καὶ ἀπειλεῖς δήσειν, μυρία πρότερον λοιδορησαμένη τῇ ἀθλίᾳ καὶ ταλαιπώρῳ, [a] Θεσσαλίδα,

[b] Sic in Cod. Coisliniano, et sic legendum suspicabatur Savilius. Editi παρόντες.

xime mulieres, quæ in re qualibet clamant et vociferantur. In uno solo utile est clamare, nempe in prædicando et docendo: nusquam autem alibi, neque in precatione. Et si vis per res ipsas discere: numquam clames, et numquam irasceris: ecce modum evacuandæ iræ. Sicut enim fieri non potest ut qui non clamat irascatur, ita fieri non potest ut qui clamat non irascatur. Ne mihi enim objeceris gravi ira percitum, acceptæque injuriæ memorem, et qui est ipsa per se amarulentia et bilis: nos hic loquimur de hujus vitii promta subreptione.

Mulieres clamosæ et procaces.

3. Ad hoc itaque non parum confert erudiisse animam, ut numquam clamet et vociferetur. Iræ pennas amputas, si auferas clamorem; cordis tumorem comprimis. Sicut enim fieri non potest ut luctetur, qui manus non contra quempiam sustu-
E lerit: ita fieri non potest ut qui non clamat irretiatur. Liga manus pugilis, et jube pugnare; sed non poterit: sic neque ira. Clamor autem etiam eam quæ non est excitat: et maxime hinc cito capitur genus mulierum, quæ quando irascuntur ancillis, totam domum implent suo clamore. Sæpe autem si domus ædificata sit in angiportu, omnes qui transeunt, audiunt eam clamantem, et ancillam ejulantem. Quidnam fuerit turpius et ma-
F gis indecorum quam audire fletus et ejulatus? Omnes statim prospicientes quid illic factum sit interrogant: Illa, inquiunt, ancillam suam verberat. Quidnam hoc fuerit impudentius? Quid ergo? non oportet verberare? Non hoc dico, opor-
113 A tet enim; sed nec assidue, nec supra modum, nec pro sibi factis injuriis; quod semper dico, non si in ministerio fuerit aliquid delictum, sed si animam ipsa suam lædat: si pro hac causa eam verberes, laudabunt omnes, et nemo reprehendet; sed si pro rebus tuis, damnabunt omnes sævitiam et crudelitatem. Et quod est omnium turpissimum, sunt adeo feræ et truces, ut ita flagris cædant, ut ne ipso quidem die exstinguantur vibices. Nudatis enim puellis et marito ad hoc vocato,
B ad lecticas sæpe alligant. Hei mihi, non tibi eo tempore venit in mentem memoria gehennæ? sed nudas puellulam, et ostendis marito, et non vereris ne te condemnet? et cum magis irritas, et minaris te eam vincturam, cum miseram et infelicem prius innumerabilibus maledictis appetieris, Thessalidem, fugitivam, prostitutam eam appellans. Ira enim ne ori quidem suo sinit parcere,

* [*Leg.* ὠμότητά σου. Dunæus.]

[a] Thessalides veneficæ, præstigiatrices et maleficæ

sed unam spectat quomodo eam ulciscatur, etiamsi seipsam probro afficiat. Et post hæc omnia tamquam tyrannus quispiam præsidet, et vocat pueros, et cum stolidum maritum illic stiterit, eo tamquam lictore utitur. Hæcne fieri oporteret in ædibus Christianorum? At est, inquit, pravum genus audaxque et impudens, et quod non potest corrigi. Ego quoque id scio; sed licet aliter componere ac corrigere, metu, minis, verbis, quæ illam magis possunt mordere, et te liberare a dedecore. Loquuta es verba turpia, cum sis ingenua, et non magis illam quam teipsam dedecoras? Deinde si oporteat venire ad balneum, sunt vibices in ejus nudæ tergo, et crudelitatis circumfert indicia. At est, inquit, servorum genus intolerandum, si fiat eis remissio. Ego quoque id scio; sed aliter, ut dixi, eos converte, non solum flagris et metu, sed etiam blanditiis et beneficiis. Tua est soror, si sit fidelis. Cogita quod tu sis domina, et illa tibi ministret. Si sit ebriosa, aufer occasiones ebrietatis; voca maritum, et admone. Annon vides quam sit turpe verberari mulierem? Qui adversus viros latis legibus innumerabilia statuerunt, ustiones, quæstiones et tormenta, raro mulierem suspendunt, sed ad impingendam usque alapam iram sistunt. Tanta autem usi sunt adversus naturam verecundia, ut ne cum necessitas quidem postulat eam suspendant, maxime si prægnans sit. Est enim viro dedecus verberare mulierem: si autem viro, multo magis ei quæ est ejusdem sexus. Hinc fiunt viris exosæ mulieres. Quid ergo, quando scortatur? Junge eam matrimonio, amputa occasiones scortationis, ne sinas eam deliciis et luxu diffluere. Quid vero, si furetur? Custodi et observa. O hyperbolen! ego ero, inquit, custos? O amentiam! cur, rogo, non eris custos? nonne ejusdem animæ, cujus tu, est particeps? nonne eisdem a Deo est dignata? nonne eadem mensa fruitur? nonne tecum habet communem generis nobilitatem? Quid si est, inquit, maledica, et conviciatrix, loquax et ebriosa? Quot autem mulieres liberæ sunt ejusmodi? omnia autem mulierum vitia et delicta ferre viros jussit Deus: Dummodo, inquit, non sit scortum, cætera omnia fer delicta et vitia. Etiamsi sit ebriosa, etiamsi maledica, etiamsi loquax, etiamsi invida, etiamsi sumtuosa, etiamsi consumens fa-

Ancillæ quomodo castigandæ.

δραπέτριαν, προεστῶσαν καλοῦσα. Ὁ γὰρ θυμὸς οὐδὲ τοῦ οἰκείου ἀφίησι στόματος φείδεσθαι, ἀλλ' εἰς ἓν μόνον ὁρᾷ, πῶς ἐκείνην ἀμύνηται, κἂν ἑαυτὴν C καταισχύνῃ. Καὶ μετὰ ταῦτα δὴ πάντα προκάθηται καθάπερ τις τύραννος, καὶ καλεῖ παῖδας, καὶ παραστησαμένη τὸν ἀνόητον ἄνδρα, καθάπερ δημίῳ αὐτῷ κέχρηται. Ταῦτα ἐν Χριστιανῶν οἰκίαις γίνεσθαι ἔδει; Ἀλλὰ πονηρὸν τὸ γένος, φησὶ, καὶ ἰταμὸν καὶ ἀναίσχυντον καὶ ἀδιόρθωτον. Οἶδα κἀγώ· ἀλλ' ἔστιν ἑτέρως ῥυθμίσαι, φόβοις, ἀπειλαῖς, ῥήμασι, κἀκείνην μειζόνως δυναμένοις δάκνειν, καὶ σὲ τῆς αἰσχύνης ἀπαλλάξαι. Αἰσχρὰ ἐφθέγξω ῥήματα ἐλευθέρα οὖσα, καὶ οὐ μᾶλλον ἐκείνην, ἢ σαυτὴν D καταισχύνεις; Εἶτα ἐν βαλανείῳ ἐὰν δέῃ προελθεῖν, μώλωπες κατὰ τῶν νώτων γυμνουμένης αὐτῆς, καὶ τεκμήρια περιφέρει [b] τῆς ὠμότητος. Ἀλλ' ἀφόρητον, φησὶν, ἀνέσεως τυχὸν τὸ δουλικὸν γένος. Οἶδα κἀγώ· ἀλλ' ἑτέρως, ὅπερ ἔφην, ἐπίστρεφε, μὴ μάστιξι μόνον μηδὲ φόβῳ, ἀλλὰ καὶ κολακείᾳ καὶ τῷ εὖ ποιεῖν. Ἀδελφή σου γέγονεν, ἂν ᾖ πιστή. Ἐννόησον ὅτι σὺ δέσποινα, κἀκείνη σοι διακονεῖται. Ἂν ᾖ μέθυσος, περίελε τῆς μέθης τὰς ὑποθέσεις, τὸν ἄνδρα κάλεσον, καὶ παραίνεσον. Ἢ οὐχ ὁρᾷς πῶς αἰσχρὸν πρᾶγμα E γυναῖκα τύπτεσθαι; Οἱ γοῦν μυρία κατὰ ἀνδρῶν νομοθετήσαντες, καὶ καύσεις καὶ βασάνους, σπανιάκις γυναῖκα ἀνήρτησαν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ ῥαπίσαι τὸν θυμὸν ἱστῶσι. Τοσαύτῃ δὲ κέχρηνται πρὸς τὴν φύσιν ταύτην αἰδοῖ, ὅτι οὐδὲ ἀναγκαίας χρείας οὔσης ἀνήρτησαν, καὶ μάλιστα ὅταν κύουσα τύχῃ. Αἰσχύνη γὰρ ἀνδρὶ γυναῖκα τύπτειν· εἰ δὲ ἀνδρὶ, πολλῷ μᾶλλον τῇ ὁμοφύλῳ. Ἀπὸ τούτων καὶ τοῖς ἀνδράσι γίνον- F ται μισηταὶ αἱ γυναῖκες. Τί οὖν, φησὶν, ὅταν πορνεύῃ; Ζεῦξον ἀνδρὶ, περίελε τῆς πορνείας τὰς ὑποθέσεις, μὴ συγχώρει ὑπερμαζᾷν. Τί οὖν, ἂν κλέπτῃ; Φύλαττε 114 καὶ παρατήρει. Ὢ τῆς ὑπερβολῆς· ἐγὼ ἔσομαι φύλαξ, A φησίν; Ὢ τῆς ἀνοίας· διὰ τί, παρακαλῶ, οὐκ ἔσῃ φύλαξ; οὐχὶ τῆς αὐτῆς σοι μετέχει ψυχῆς; οὐχὶ τῶν αὐτῶν ἠξίωται παρὰ τοῦ Θεοῦ; οὐ τῆς αὐτῆς ἀπολαύει τραπέζης; οὐ τῆς αὐτῆς σοι κοινωνεῖ εὐγενείας; Τί οὖν, ἂν ᾖ, φησὶ, λοίδορος καὶ λάλος καὶ μέθυσος; Πόσαι δέ εἰσιν ἐλεύθεραι τοιαῦται; Πάντα δὲ τὰ ἐλαττώματα τῶν γυναικῶν φέρειν τοὺς ἄνδρας προσέταξεν ὁ Θεός· μόνον μὴ ἔστω, φησὶ, πόρνη ἡ γυνὴ, καὶ πάντα τὰ λοιπὰ φέρε ἐλαττώματα. Κἂν μέθυσος ᾖ, B κἂν λοίδορος, κἂν λάλος, κἂν βάσκανος, κἂν πολυτελὴς, κἂν σπαθῶσα τὴν οὐσίαν, κοινωνὸν ἔχεις βίου· ῥυθμίζειν ἀνάγκην ἔχεις· διὰ τοῦτο κεφαλὴ εἶ

jam olim habebantur, ut videre est apud Aristophanem ejusque scholiasten, in Suida et aliis. Res est trita apud scriptores, et apud poetas Latinos Plautum, Horatium et alios.

b [*Leg.* τῆς σῆς ὠμ. Dunæus.]

σύ. Οὐκοῦν ῥύθμιζε, τὸ σαυτοῦ ποίει. Κἂν ἀδιόρθωτος μένῃ, κἂν κλέπτῃ, φύλαττε τὰ σά· μὴ ἐκείνην τοσοῦτον τιμωροῦ· ἂν λάλος ᾖ, ἐπιστόμιζε. Τοῦτο φιλοσοφίας ἐστὶ τῆς ἀνωτάτω. Νυνὶ δὲ εἰς τοσοῦτό τινες ἀτοπίας ἥκουσιν, ὡς ἀποκαλύπτειν τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀπὸ τριχῶν [a] σύρειν τὰς θεραπαινίδας.

C Τί ἠρυθριάσατε πᾶσαι; Οὐ πρὸς πάσας ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς τὰς εἰς τὴν θηριωδίαν ἐξελκομένας ταύτην. Γυνὴ ἀκατακάλυπτος μὴ ἔστω, φησὶν ὁ Παῦλος· σὺ δὲ ὅλως τὸ κρήδεμνον περιαιρεῖς; Ὁρᾷς πῶς σαυτὴν ὑβρίζεις; Ἂν μὲν οὖν γυμνῇ φανῇ σοι τῇ κεφαλῇ ἐκείνη, ὕβριν τὸ πρᾶγμα λέγεις· σὺ δὲ αὐτὴν γυμνοῦσα, οὐδὲν δεινὸν εἶναι φῄς; Εἶτά φησι, τί, ἂν μὴ διορθῶται; Ῥάβδῳ καὶ πληγαῖς σωφρόνισον. Πόσα
D δὲ καὶ σὺ ἔχεις ἐλαττώματα, καὶ οὐ διορθοῦσαι; Ταῦτα ἡμῖν νῦν οὐχ ὑπὲρ ἐκείνων εἴρηται, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐλευθέρων, ὥστε μηδὲν ἄσεμνον, μηδὲν αἰσχρὸν ποιεῖν, ὥστε μὴ βλάπτειν ἑαυτάς. Ἐὰν ἐν οἰκίᾳ ταῦτα παιδευθῇς ἐπὶ τῆς θεραπαινίδος, καὶ προσηνὴς ᾖς καὶ μὴ χαλεπὴ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἔσῃ τοιαύτη. Εἰ γὰρ ἐξουσίας οὔσης μηδὲν τοιοῦτον ἐργαζομένη δειχθῇς, πολλῷ μᾶλλον, ἔνθα τὸ κωλῦον ἐστὶν, οὐδὲν ἐργάσῃ τοιοῦτον. Ὥστε ἡ περὶ τὰς θεραπαινίδας φιλοσοφία μέγιστα ὑμᾶς εἰς τὴν τῶν ἀνδρῶν
E εὔνοιαν ὠφελεῖ. Ὧ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, φησὶν, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Θὲς τῷ στόματι χαλινόν· κἂν ἐγγυμνασθῇς θεραπαινίδα [b] χαλεπαίνουσαν φέρειν γενναίως, πρὸς τὴν ὁμότιμον οὐδὲ ὑβρίζουσαν δυσχερανεῖς· μὴ δυσχεραίνουσα δὲ, τὴν ἄκραν φιλοσοφίαν κατώρθωσας. Εἰσὶ δέ τινες, αἳ καὶ ὅρκους προστιθέασιν· οὐδὲν δὲ αἰσχρότερον τῆς οὕτω θυμουμένης. Τί οὖν, ἂν καλλωπίζηται, φησί; Τοῦτο κώλυσον, καὶ ἐγὼ
F σύμφημι· κώλυσον δὲ, ἀπὸ σαυτῆς ἀρχομένη, μὴ φόβῳ τοσοῦτον, ὅσον ὑποδείγματι· ἔσο ἐν πᾶσιν ἀρχέτυπος εἰκών. Καὶ βλασφημία, φησὶν, ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν. Ὅρα πῶς πρόεισι τὸ κακόν. Ἡ πικρία τὸν θυμὸν ἔτεκεν, ὁ θυμὸς τὴν ὀργὴν, ἡ ὀργὴ τὴν κραυγὴν, ἡ κραυγὴ τὴν βλασφημίαν, τουτέστι, τὰς λοιδορίας·
115 A ἡ βλασφημία λοιπὸν πληγὰς, αἱ πληγαὶ τραύματα, τὰ τραύματα θάνατον. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἠθέλησε φθέγξασθαι Παῦλος, ἀλλ' ἢ τοῦτο μόνον, Ἀρθήτω σὺν πάσῃ κακίᾳ. Τί ἐστι, Σὺν πάσῃ κακίᾳ; Πᾶσα γὰρ κακία εἰς τοῦτο τελευτᾷ. Εἰσὶ γάρ τινες καθάπερ οἱ λαθροδῆκται τῶν κυνῶν, οἳ τοὺς μὲν προσιόντας οὐδὲν ὑλακτοῦσιν, οὐδὲ δυσχεραίνουσι· σαίνοντες δὲ καὶ προσηνὲς ἐπιδεικνύμενοι σχῆμα, ἀφυλάκτους λαβόντες,

cultates, habes vitæ sociam : componere vitam necesse tibi est : ideo tu es caput. Compone ergo, fac quod tuum est. Etiamsi maneat ejusmodi ut non possit corrigi; etiamsi furetur, serva quæ sunt tua : ne illam adeo crucies : si sit loquax, os ei obstrue. Hoc est summæ philosophiæ. Nunc autem quædam veniunt eo sævitiæ et absurditatis, ut caput detegant, et ancillas trahant capillis.

4. Cur omnes erubuistis? Non omnibus hæc dicuntur, sed iis quæ ad tantam trahuntur feritatem. Mulier ne sit detecta, inquit, Paulus : 1. Cor. 11. 6. tu autem omnino velum aufers? Vides quomodo teipsam contumelia afficis? Atque si tibi quidem nudo capite appareat, eam rem dicis contumeliam: tu autem ipsam nudans, nihil grave esse dicis? Deinde, inquit, quid si non corrigatur? Virga et plagis eam castiga. Quot autem habes tu vitia et delicta, et non corrigeris? Hæc a nobis nunc non dicta sunt pro illis, sed pro vobis quæ estis liberæ, ut nihil faciatis indecorum neque turpe, ne vos ipsas lædatis. Si in his domi erga ancillam fueris erudita, et si mitis, et non gravis ac molesta, multo magis talis eris erga virum. Nam si cum in tua sit potestate, nihil tale facere deprehendaris, multo magis nihil tale facies, quando quidpiam prohibebit. Quo fit ut quæ in ancilla exercetur philosophia, multum vos juvet ad conciliandam maritorum benevolentiam. *Nam qua mensura mensi fueritis,* Matth. 7. 2. *eadem rependetur vobis.* Impone ori frenum; et si te exercueris ut forti et generoso animo feras ancillam molestam ac difficilem, nec eam quæ est tibi par honore, ne si sit quidem contumeliosa, ægre feres; non ægre ferens autem, te recte in summa gesseris philosophia. Sunt etiam quædam quæ addunt juramenta : nihil est autem turpius quam ea quæ sic irascitur. Quid vero, inquit, si fuco utatur? Hoc prohibe, et ego tibi assentiar : prohibe autem a te incipiens, non tantum metu, quantum exemplo: sis in omnibus exemplar archetypum. *Et blasphemia*, inquit, *tollatur a vobis.* Vide quomodo procedat malum. Amarulentia peperit iram, ira indignationem, indignatio clamorem, clamor blasphemiam, id est, maledicta; blasphemia demum plagas, plagæ vulnera, hæc mortem. At nihil horum voluit dicere Paulus, sed hoc tantum, *Tollatur cum omni malitia.* Quid est illud, *Cum omni*

a [περισύρειν marg. Savil.]

b [ἀντιλέγουσαν id. et paulo ante γυμνασθῇς.]

malitia? Omnis enim malitia in hoc desinit. Sunt enim quidam sicut canes mordentes latenter, qui accedenti quidem non allatrant, neque cum ægre ferunt; blandientes autem et lenitatis ostendentes speciem, cum non sibi caventes apprehenderint, eis dentes infigunt : ii sunt graviores, quam qui apertas suscipiunt inimicitias. Quoniam ergo sunt homines quoque canes, neque clamantes neque irascentes neque ægre ferentes minantur, sed clam dolos consuentes, et mala struentes innumera, et rebus ipsis et factis ulciscentes, hos quoque subindicavit. *Tollatur*, inquit, *a vobis cum omni malitia.* Ne verbis quidem parcas, factis autem ulciscaris. Ego ideo linguam castigavi, et ejus clamorem amputavi, ne vehementiorem rogum accenderet : si autem etiam absque clamore eadem facis, et intus alis rogum et carbones, quid tibi prodest silentium? an nescis incendia illa esse gravissima, quæ cum intus alantur, non apparent singulis qui foris circumsistunt? et vulnera quæ non apparent in superficie, et febres quæ interna adurunt? Ita etiam ira illa est gravior, quæ depascit animam. Sed ipsa quoque, inquit, tollatur cum omni malitia, et parva et magna. Si ergo pereamus, et omnem tollamus amaritudinem et malitiam, ne tristitia afficiamus Spiritum sanctum : auferamus radicitus amaritudinem, eam abscindamus. Nihil boni neque sani oriri poterit ex amara anima : sunt omnia calamitates, omnia lacrymæ, omnia lamentationes, luctus et ejulatus. Non videtis quomodo aversemur bestias quæ clamant? ut leonem, ursum ; sed non ovem : non est enim illic clamor, sed vox quædam mitis. Porro ex instrumentis quoque musicis quæcumque clamant, sunt ad sonum injucundiora, ut tympana et tubæ: quæ autem non ita sonitum edunt, sed molliunt, ea sunt jucunda, ut tibia, cithara et fistulæ. Sic nostram quoque componamus animam, ut non clamet, et ita poterimus etiam superare iram, et ea amputata ipsi primi fruemur tranquillitate, et ad tranquillum portum navigabimus: quem detur nobis omnibus consequi, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

τοὺς ὀδόντας ἐνέπηξαν· οὗτοι χαλεπώτεροι τῶν ἐκ
B φανεροῦ τὴν ἔχθραν ἀναδεχομένων. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἄνθρωποί εἰσι κύνες, καὶ οὔτε κράζοντες, οὔτε ὀργιζόμενοι, οὔτε δυσχεραίνοντες ἀπειλοῦσι, λάθρα δὲ ῥάπτοντες δόλους, καὶ κατασκευάζοντες μυρία κακὰ, καὶ δι' ἔργων ἀμυνόμενοι, καὶ τούτους ἠνίξατο. Ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, φησὶ, σὺν πάσῃ κακίᾳ. Μὴ ῥημάτων μὲν φείδου, διὰ δὲ τῶν ἔργων ἀμύνου. Ἐγὼ διὰ τοῦτο τὴν γλῶσσαν ἐκόλασα, καὶ τὴν κραυγὴν αὐτῆς περιέκοψα, ἵνα μὴ τὸν πυρσὸν ἀνάψῃ σφοδρότερον· εἰ δὲ καὶ χωρὶς κραυγῆς τὰ αὐτὰ ποιεῖς, καὶ ἔνδον τρέφεις τὴν πυρὰν καὶ τοὺς ἄνθρακας, τί τὸ ὄφελος τῆς
C σιγῆς; Ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι αἱ πυρκαϊαὶ μάλιστά εἰσι χαλεπώταται, αἵπερ ἂν ἔνδον τρεφόμεναι μὴ φαίνωνται τοῖς περιεστηκόσιν ἐκτός; καὶ τραύματα, ἅπερ ἂν μὴ εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐξανθήσῃ; καὶ πυρετοὶ ὅσοι τὰ ἐντόσθια καίουσιν; Οὕτω καὶ ὀργὴ αὕτη χαλεπωτέρα ἡ τὴν ψυχὴν ἐπινεμομένη. Ἀλλὰ καὶ αὕτη ἀρθήτω, φησὶ, σὺν πάσῃ κακίᾳ, καὶ μικρᾷ καὶ μεγάλῃ. Πειθώμεθα τοίνυν αὐτῷ, καὶ πᾶσαν πικρίαν καὶ πᾶσαν κακίαν ἐξαίρωμεν, ἵνα μὴ λυπῶμεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀνέλωμεν πρόῤῥιζον τὴν πικρίαν, ἐκτέμω-
D μεν αὐτήν. Οὐδὲν ἀγαθὸν ἀπὸ πικρᾶς γένοιτο ἂν ψυχῆς, οὐδὲν ὑγιὲς, πάντα συμφοραὶ, πάντα δάκρυα, πάντα θρῆνοι καὶ οἰμωγαί. Οὐχ ὁρᾶτε καὶ τῶν θηρίων ὅσα ἂν κράζῃ, πῶς ἀποστρεφόμεθα; οἷον τὸν λέοντα, τὴν ἄρκτον, ἀλλ' οὐχὶ τὸ πρόβατον· οὐ γάρ ἐστιν * ἐκεῖ κραυγὴ, ἀλλὰ προσηνής τις φωνή. Καὶ τῶν ὀργάνων δὲ τῶν μουσικῶν, ὅσα μὲν ἂν κράζῃ, ἀηδέστερά ἐστι πρὸς τὸν φθόγγον, οἷον τύμπανα, σάλπιγγες· τὰ δὲ μὴ οὕτως, ἀλλὰ μαλάττοντα, ταῦτα ἡδέα, οἷον αὐλὸς καὶ κιθάρα καὶ σύριγγες. Οὕτως οὖν ἡμῶν τὴν ψυχὴν
E καταστήσωμεν, ὥστε μὴ κράζειν· καὶ οὕτω δυνησόμεθα καὶ τῆς ὀργῆς πριγενέσθαι· ταύτην δὲ ἐκκόψαντες, αὐτοὶ πρῶτοι τῆς γαλήνης ἀπολαύσομεν, καὶ εἰς τὸν εὔδιον πλευσόμεθα λιμένα· οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* [ἐκείνῳ marg. Savil.]

ΟΜΙΛΙΑ ις'.

116 A

Πᾶσα πικρία καὶ θυμὸς καὶ ὀργὴ καὶ κραυγὴ καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν.

B Οὐκ ἀρκεῖ κακίας ἀπαλλαγῆναι, εἰ δεῖ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ πολλῆς τῆς τῶν ἀρετῶν ἐργασίας. Ἵνα μὲν γὰρ γεέννης ἀπαλλαγῶμεν, ἀπέχεσθαι δεῖ πονηρίας· ἵνα δὲ βασιλείας ἐπιτύχωμεν, ἀντέχεσθαι τῆς ἀρετῆς. Ἢ οὐκ ἴστε, ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἔξωθεν δικαστηρίοις, ὅταν ἐξέτασις ᾖ τῶν εἰργασμένων, καὶ ἐκκλησιάζῃ πᾶσα ἡ πόλις, οὕτω γίνεται; Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν ἔθος ἦν παλαιὸν, χρυσῷ στεφανοῦσθαι στεφάνῳ, οὐ τὸν μηδὲ κακὸν ἐργασάμενον τὴν πόλιν· τοῦτο γὰρ αὐτὸ πρὸς τὸ μὴ δοῦναι δίκην ἀπόχρη μόνον· C ἀλλὰ τὸν μεγάλας εὐεργεσίας ἐπιδειξάμενον. Οὕτως ἐπὶ ταύτην ἐχρῆν ἄγεσθαι τὴν τιμήν. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς μικροῦ δεῖν με παρέλαθεν ὃ μάλιστα πρὸς ὑμᾶς ἀναγκαῖον ἦν εἰπεῖν. Τῆς γὰρ διαιρέσεως ταύτης τὸ πρῶτον ἀνατίθεμαι μέρος, μικρᾷ τινι ἐπιδιορθώσει χρησάμενος. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφην, πρὸς τὸ μὴ περιπεσεῖν γεέννῃ ὅτι τῶν κακῶν ἡμῖν ἡ ἀναχώρησις ἀρκεῖ, μεταξύ με λέγοντα ὑπεισῆλθέ τις ἀπειλὴ φοβερὰ, οὐ τοῖς κακόν τι τολμήσασι τὴν τιμωρίαν ἐπάγουσα, D ἀλλὰ τοὺς ἐλλελοιπότας τι τῶν ἀγαθῶν κολάζουσα. Τίς δὴ οὖν αὕτη ἐστί; Τῆς ἡμέρας, φησὶν, ἐπιστάσης τῆς φοβερᾶς, καὶ παραγενομένης τῆς κυρίας, καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ βήματος ὁ κριτὴς, καὶ τὰ μὲν πρόβατα στήσας ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ ἀριστερῶν, πρὸς μὲν τὰ πρόβατα ἔλεγε· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. Τοῦτο καλῶς· ἔδει γὰρ αὐτοὺς τῆς τοσαύτης φιλανθρωπίας ταύτην λαβεῖν τὴν ἀντίδοσιν· E τὸ μέντοι τοὺς μὴ μεταδόντας τοῖς δεομένοις ἐξ ὧν εἶχον αὐτοὶ, μὴ μέχρι τῆς τῶν ἀγαθῶν στερήσεως κολάζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς γεέννης παραπέμπεσθαι πυρὶ, ποῖον ἂν ἔχοι λόγον τοῦτο δή; Μάλιστα μὲν οὖν καὶ τοῦτο εὐπρόσωπον ἂν ἔχοι λόγον, οὐχ ἧττον, ἢ ἐκεῖνο τὸ πρότερον. Διὰ γὰρ τούτου παιδευόμεθα, ὅτι οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ πράξαντες, τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀπολαύσονται ἀγαθῶν· F οἱ δὲ ἐγκληθῆναι μὲν οὐδὲν ἔχοντες κακὸν, ἐλλελοιπότες δέ τι τῶν ἀγαθῶν, μετὰ τῶν τὰ κακὰ ἐργασαμένων εἰς τὸ γεέννης ἀπαχθήσονται πῦρ. Εἰ μή τις ἐκεῖνο λέγοι, ὅτι καὶ τὸ ἀγαθὸν μὴ ποιῆσαι, κακίας

HOMILIA XVI.

Cap. IV. v. 31. *Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.* 32. *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus donavit vobis.*

1. Non sufficit liberari a vitio, si oportet assequi regnum cælorum, sed etiam multo virtutum opus est exercitio. Nam ut a gehenna quidem liberemur, abstinere oportet a scelere; ut autem regnum assequamur, virtus est amplectenda. An nescitis quod in externis etiam judiciis, quando facta examinantur, et ad concionem convenit tota civitas, ita fiat? In externis enim judiciis vetus erat mos, ut corona coronaretur aurea, non qui nihil mali fecerat civitati, hoc enim solum sufficit ad non dandas pœnas; sed etiam qui magnis eam affecerat beneficiis. Sic oportebat duci ad hunc honorem. Sed nescio quomodo propemodum me effugit, quod vobis maxime necesse erat dicere. Hujus enim divisionis primam resumo partem, parva quadam adhibita correctione. Nam quoniam dixi, quod ne cadamus in gehennam, sufficit nobis recessus a malo, interim dum dico, mihi venerunt in mentem quædam minæ terribiles supplicium inferentes, non iis qui mali quidpiam admiserunt, sed eos punientes, qui boni aliquid prætermiserunt. Quænam autem eæ sunt? Cum advenerit, inquit, dies ille terribilis, quo se sistere oportet, in tribunali sedens Judex, ovibus quidem statutis a dextris, hœdis vero a sinistris, ovibus quidem dicet : *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum vobis paratum a constitutione mundi ; esurivi enim, et dedistis mihi ad comedendum.* Hoc præclare : oportebat enim eos tantæ benignitatis hanc accipere remunerationem : quod autem qui egentibus non impertierunt ex iis quæ ipsi habebant, non solum ita puniantur ut priventur bonis, sed etiam ad ignem gehennæ transmittantur, hoc quamnam habet rationem? Habet autem hoc quoque non minus congruentem, quam illud prius, rationem. Nam per hoc erudimur, quod qui bona quidem fecerunt, fruuntur bonis quæ sunt in cælis : ii vero, in quos non cadit reprehensio quod aliquid mali fecerint, aliquid autem boni prætermiserunt, cum iis qui mala fecerunt, ab-

Matth. 25. 34. 35.

ducentur in ignem gehennæ. Nisi quis dicat quod bonum non fecisse est pars vitii; hoc enim est otii, otium autem est pars vitii; vel potius non pars, sed occasio et prava radix : nam omne vitium docuit otium. Ne ergo insipienter has proferamus interrogationes. Qui nihil vel mali vel boni fecit, quemnam locum accipiet? Etenim bonum non fecisse, hoc est fecisse malum. Nam dic mihi, si quem habeas famulum, qui neque furetur, neque sit contumeliosus, neque contradicat, et ab ebrietate abstineat ab aliisque omnibus, sed perpetuo sedeat otiosus, et nihil faciat ex iis quæ famulus debet hero præstare, non eum cædes flagris, non torquebis? Etiam, inquies. Atqui nihil mali fecit. Hoc ipsum ergo est malum. Sed, si placet, deducamus orationem etiam ad reliquam vitam. Sit aliquis agricola, qui nostris facultatibus nihil mali afferat, neque insidietur neque furetur, solum autem vinctis manibus domi sedeat, neque seminans, neque sulcum proscindens, neque boves jungens, neque vitem colens, neque aliquod aliud opus faciens in terra colenda : annon eum castigabimus? Atqui nullam fecit injuriam, neque habemus crimen cujus eum arguamus; sed is hoc ipso facit injuriam : nam communi rationi facit injuriam, ut qui suum munus non conferat. Quid vero, si unusquisque ex opificibus et artificibus nemini noceat neque ex iis qui sunt alterius, neque ex iis qui sunt ejusdem artis, solum autem sit otiosus : annon sic nobis tota vita perit et interit? Vis etiam orationem deducamus in corpus? Manus ergo caput non feriat, neque linguam exscindat, neque oculum effodiat, neque aliquid aliud tale malum faciat, solum maneat otiosa, et suum munus toti corpori non impleat : annon præstat eam exscindi, quam circumferre otiosam, et toti corpori perniciem afferentem? Quid vero, si os manum non exedat, neque pectus mordeat, sed quæ sunt ab ipso facienda omnia prætermittat; annon esset satius ipsum esse obstructum? Si ergo et in famulis et in opificibus et in toto corpore magna est injuria, non solum aliquid mali fecisse, sed etiam in bonis defecisse, multo magis hoc fuerit in corpore Christi.

2. Propterea beatus quoque Paulus nos abducens a vitio et improbitate, deducit ad virtutem. Quid enim, dic quæso, juvat quod omnes spinæ sint amputatæ, si non sint sparsa bona semina? Ad idem enim damnum rursus redibit labor, si

μέρος ἐστίν· ἀργίας γὰρ τοῦτό ἐστιν, ἀργία δὲ κακίας
μέρος· μᾶλλον δὲ οὐ μέρος, ἀλλὰ ὑπόθεσις καὶ ῥί-
117 ζα πονηρά· πᾶσαν γὰρ κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία. Μὴ
A τοίνυν ἀνοήτως ταύτας τὰς ἐρωτήσεις ἐρωτῶμεν, οἷον,
ὁ μηδὲν πεποιηκὼς κακὸν, μηδὲν ἀγαθὸν, ποῖον δέ-
ξεται τόπον; Τὸ γὰρ μὴ ποιῆσαι ἀγαθὸν, τοῦτο ποιῆ-
σαί ἐστι κακόν. Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τινα οἰκέτην ἔχοις,
μήτε κλέπτοντα, μήτε ὑβρίζοντα, μήτε ἀντιλέγοντα,
ἀλλὰ καὶ μέθης κρατοῦντα καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων,
καθήμενον δὲ διαπαντὸς ἀργὸν, καὶ οὐδὲν τῶν ὀφει-
λόντων παρὰ οἰκέτου δεσπότῃ πληροῦσθαι ποιοῦντα,
οὐ μαστιγώσεις, οὐ στρεβλώσεις αὐτόν; Ναὶ, φησί·
καὶ μὴν οὐδὲν εἰργάσατο κακόν. Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτό
B ἐστι κακόν. Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ἀγάγωμεν καὶ ἐπὶ τὸν λοι-
πὸν βίον τὸν λόγον. Ἔστω τις γεωργὸς, καὶ μηδὲν λυ-
μαινέσθω τοῖς ἡμετέροις ὑπάρχουσι, μήτε ἐπιβου-
λευέτω, μήτε κλεπτέτω, μόνον δὲ τὰς αὐτοῦ χεῖρας
δήσας, οἴκοι καθεζέσθω, μήτε σπείρων, μήτε αὔλα-
κα τέμνων, μήτε βοῦς ὑποζευγνὺς, μήτε ἄμπελον θε-
ραπεύων, μήτε ἄλλο τι τῶν περὶ τὴν γῆν πονῶν· ἆρα
οὐ κολάσομεν τὸν τοιοῦτον; Καίτοι γε οὐδὲν ἠδίκησεν,
οὐδὲ ἔχομεν ἐγκαλεῖν αὐτῷ τι· ἀλλ' αὐτῷ μὲν οὖν
τούτῳ ἠδίκησεν· ἀδικεῖ γὰρ κοινῷ λόγῳ, τὴν παρ'
C ἑαυτοῦ συντέλειαν μὴ παρεχόμενος. Τί δὲ, εἰπέ μοι,
ἂν τῶν δημιουργῶν ἕκαστος καὶ χειροτεχνῶν τὸν μὲν
ἑτερότεχνον, ἀλλὰ μηδὲ τὸν ὁμότεχνον βλάπτῃ μη-
δὲν, ἀργῇ δὲ μόνον, οὐχὶ ἀπόλωλεν ἅπας ἡμῖν ὁ βί-
ος οὕτω καὶ διέφθαρται; Βούλει καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος
τὸν λόγον [a] ἑλκύσωμεν; Οὐκοῦν ἡ χεὶρ μὴ πληττέτω
τὴν κεφαλὴν, μηδὲ ἐκκοπτέτω τὴν γλῶσσαν, μηδὲ
ἐξορυττέτω τὸν ὀφθαλμὸν, μηδὲ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐρ-
γαζέσθω κακόν· μόνον δὲ ἀργὴ μενέτω, καὶ τὴν παρ'
ἑαυτῆς λειτουργίαν μὴ πληρούτω τῷ παντὶ σώματι·
D ἆρα οὐκ ἄξιον ἐκκοπῆναι αὐτὴν, ἢ περιφέρειν ἀργοῦ-
σαν, καὶ παντὶ λυμαινομένην τῷ σώματι; Τί δὲ, ἂν
τὸ στόμα μὴ κατεσθίῃ τὴν χεῖρα, μηδὲ δάκνῃ τὸ στῆ-
θος, τὰ δὲ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἐλλείπῃ, οὐ βέλτιον
ἐμπεφράχθαι μᾶλλον; Εἰ τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν οἰκετῶν,
καὶ ἐπὶ τῶν δημιουργῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος παν-
τὸς ἀδικία μεγάλη, οὐ μόνον τὸ κακόν τι πρᾶξαι, ἀλ-
λὰ καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔλλειψις, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ
σώματος τοῦ Χριστοῦ τοῦτο γένοιτ' ἄν.

E Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἀπάγων ἡμᾶς
τῆς πονηρίας, ἄγει πρὸς τὴν ἀρετήν. Τί γὰρ ὄφελος,
εἰπέ μοι, τὰς ἀκάνθας ἐκκοπῆναι πάσας, ἂν τὰ χρη-
στὰ μὴ καταβάληται σπέρματα; Εἰς γὰρ τὴν αὐτὴν
περιστήσεται πάλιν ζημίαν ἡμῖν ὁ πόνος μείνας ἀτε-

[a] Unus Codex [et marg. Savil.] [illegible]

λῆς. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος σφόδρα κηδόμενος ἡμῶν, οὐ μέχρι τῆς τῶν κακῶν ἐκκοπῆς καὶ ἀναιρέσεως ἵστησι τὰ παραγγέλματα, ἀλλὰ καὶ ταχὺ τῶν ἀγαθῶν τὴν καταφύτευσιν ἐπιδείκνυσθαι προτρέπει. Εἰπὼν γὰρ, Πᾶσα πικρία καὶ θυμὸς καὶ ὀργὴ καὶ κραυγὴ καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ, ἐπήγαγε· Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς. Ἕξεις γάρ εἰσιν αὗται καὶ διαθέσεις. Καὶ οὐκ ἀρκεῖ ἡ τῆς ἑτέρας ἀπαλλαγὴ εἰς τὴν τῆς ἑτέρας ἡμᾶς ἕξιν καταστῆσαι πάλιν, ἀλλὰ δεῖ πάλιν κινήσεώς τινος, καὶ ὁρμῆς οὐκ ἐλάττονος τῆς ἐν τῇ φυγῇ τῶν κακῶν, ὥστε γενέσθαι ἐν τῇ κτίσει τῶν ἀγαθῶν. Καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος ὁ μέλας ἂν ἀπαλλαγῇ τῆς ποιότητος ταύτης, οὐκ εὐθέως γίνεται λευκός. Μᾶλλον δὲ μὴ ἐπὶ τῶν φυσικῶν τὸν λόγον γυμνάσωμεν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν κατὰ προαίρεσιν τὸ παράδειγμα [a] παραγάγωμεν. Ὁ μὴ ἐχθρὸς οὐ πάντως φίλος ἐστὶν, ἀλλ' ἔστι τι μέσον, ὃ μήτε ἔχθρας, μήτε φιλίας ἐστὶν, ἐν ᾧ μάλιστα οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων καθεστήκασι πρὸς ἡμᾶς. Ὁ μὴ δακρύων, οὐ πάντως καὶ γελᾷ, ἀλλ' ἔστι μέση κατάστασις. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, οὐχ ὁ μὴ πικρὸς πάντως χρηστὸς, οὐδὲ ὁ μὴ θυμώδης πάντως εὔσπλαγχνος· ἀλλὰ δεῖ πάλιν ἑτέρας σπουδῆς, ὥστε κτήσασθαι τοῦτο τὸ καλόν. Καὶ θέα πῶς κατὰ νόμον ἀρίστης γεωργίας ὁ μακάριος Παῦλος τὴν ἐμπιστευθεῖσαν αὐτῷ γῆν παρὰ τοῦ γεωργοῦ διακαθαίρει τε καὶ ἐργάζεται. Ἀνεῖλε τὰ νόθα σπέρματα, παρακαλεῖ λοιπὸν, ὥστε κατασχεῖν τὰ γνήσια φυτά. Γίνεσθε χρηστοὶ, φησίν. Ἂν γὰρ τῶν ἀκανθῶν ἀνασπασθεισῶν μένῃ ἡ χώρα ἀργοῦσα, ἀνονήτους πάλιν οἴσει βοτάνας. Διὸ τὴν σχολὴν αὐτῆς καὶ τὴν ἀργίαν προκαταλαμβάνειν δεῖ τῇ τῶν ἀγαθῶν σπερμάτων τε καὶ φυτῶν καταβολῇ. Ἀνεῖλεν ὀργὴν, ἔθηκε χρηστότητα· ἀνεῖλε πικρίαν, ἔθηκεν εὐσπλαγχνίαν· ἐξέτεμε κακίαν καὶ βλασφημίαν, ἐφύτευσε συγγνώμην· τὸ γὰρ, Χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, τοῦτό ἐστι. Συγγνωμικοὶ, φησὶ, γίνεσθε. Μείζων γὰρ αὕτη ἡ χάρις τῆς ἐν τοῖς χρήμασιν. Ὁ μὲν γὰρ χρήματα ἀφιεὶς τῷ δανεισαμένῳ παρ' αὐτοῦ, καινὸν μὲν ἐργάζεται ἔργον καὶ θαυμαστὸν, πλὴν ἀλλὰ μέχρι τοῦ σώματος ἡ χάρις, εἰ καὶ ἑαυτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἐν τοῖς πνευματικοῖς καὶ τοῖς κατὰ ψυχὴν ἀποδίδωσι δώροις· ὁ δὲ ἁμαρτήματα χαρισάμενος, τήν τε ψυχὴν ὠφέλησε τὴν ἑαυτοῦ, καὶ τὴν ἐκείνου τοῦ τῆς συγγνώμης [b] τυχόντος· οὐ γὰρ ἑαυτὸν μόνον τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἀλλὰ κἀκεῖνον ἐπιεικέστερον ἐποίησεν. Οὐ γὰρ οὕτως ἐπεξερχόμενοι τοῖς ἠδικηκόσιν ἡμᾶς, ὡς συγχωροῦντες δάκνομεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, ἐντρέποντες καὶ δυσωποῦντες. Ἐκείνως μὲν γὰρ οὔτε ἡμᾶς αὐτοὺς, οὔτε ἐκείνους

manserit imperfectus. Propterea Paulus quoque nostri curam gerens, non ad malorum usque amputationem et ablationem sistit præcepta, sed etiam hortatur ut cito fiat bonorum plantatio. F Nam cum dixisset, *Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia;* subjunxit, *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem.* 118 Hi enim sunt habitus et affectiones. A Nec sufficit ab altero recessus, ut nobis alterius habitum rursus constituamus; sed rursus opus est quodam motu, et non minori alacritate quam in fugiendis malis, ut in bonorum simus possessione. Etenim in corpore, si niger fuerit liberatus ab hac qualitate, non protinus factus est albus. Imo vero non in naturalibus id quod dicitur agitemus, sed exemplum adducamus in iis quæ fiunt ex animi instituto et libero arbitrio: qui non est inimicus, B non est omnino amicus, sed est aliquid medium, quod nec inimicitiarum neque amicitiæ, in quo maxime sunt plures apud nos homines. Qui non lacrymatur, non etiam omnino ridet, sed est medius status. Ita hic quoque: qui non est amarus, non tamen est comis et benignus; neque qui non est iracundus, est mitis et misericors: sed alio rursus studio opus est, ut hoc bonum acquiramus. C Vide autem quam convenienter legi optimæ agriculturæ beatus Paulus terram sibi creditam ab Agricola, expurgat et operatur. Sustulit semina adulterina, de cætero rogat ut veras et sinceras plantas teneat: *Estote*, inquit, *benigni*. Nam si spinis evulsis terra maneat otiosa, feret rursus herbas inutiles. Quamobrem ejus quies et otium est præoccupandum bonorum seminum et plantarum dejectione. Sustulit iram, posuit benignitatem: sustulit amaritudinem, posuit misericordiam: D exsecuit vitium et blasphemiam, plantavit veniam: hoc enim est illud, *Donantes invicem*. Estote, inquit, propensi ad ignoscendum. Hæc enim gratia est major quam quæ est in pecuniis. Nam qui remittit pecunias ei, qui ab ipso accepit fœnori, bonum quidem facit opus et admirabile; sed pervenit ad corpus usque gratia, etiamsi sibi reddit remunerationem in donis spiritualibus, et quæ spectant animam: qui autem condonat pec- E cata, et suam juvat animam, et illius qui veniam est assequutus: hoc enim modo non solum seipsum, sed illum quoque facit mitiorem et modestiorem. Non enim ita eos qui injuriam fecerunt

Virtus inserenda, vitia avellenda.

[a] [Marg. Savil. μεταγάγωμεν.]

[b] [Ibid. λέγω τυχόντος.]

persequentes, ut eis condonantes, eorum mordemus animos, pudorem incutientes. Nam illo quidem modo neque nobis ipsis neque illis prosumus, sed utrisque obsumus, ut qui non secus atque Judæorum principes, persequamur remunerationem, et in illis iram accendamus : sin autem lenitate et clementia rependamus injuriam, soluta omni ejus ira, apud ipsum sedere fecimus judicium, pro nobis ferens sententiam, et gravius ipsum quam nos condemnans. Seipsum enim condemnabit, et omnem quæret occasionem, per quam cum majori mensura reddet lenitatis et patientiæ partem quæ fuit sibi data fœnori : ut qui sciat quod, si par quidem reddiderit, eo tamen est inferior quod non ipse cœperit, sed eo quod exemplum a nobis acceperit, minus ferens. Studium ergo ponet ut semina superet mensura, ut detrimentum quod patitur ex eo quod secundus venerit ad remunerationem, tollat exsuperatione remunerationis, et quod ex tempore factum est detrimentum ejus qui prius male passus est, id commune faciat ex summa lenitate et clementia. Nam homines, quando sunt grati et memores beneficii, non tam ingemiscunt ob mala, quam ob bona quæ acceperunt ab iis qui sunt affecti injuria. Etenim illud nequitia, hoc opprobrio et risu plenum est, cum is qui beneficium accepit, non rependit. Nam hoc quidem habet laudem, plausum et commendationem ab omnibus, quod male passus par pari non reddiderit. Propter hoc maxime mordentur. Quamobrem, si velis ulcisci, hoc modo ulciscere : mala repende bonis, ut eum reddas debitorem, et admirabili vincas victoria. Male passus es? Bene fac : ita inimicum ulciscere. Nam si illum quidem persequaris, omnes et te et illum similiter vituperant : sin autem feras, aliter tibi quidem applaudent et te admirabuntur, illum autem accusabunt.

Ultio vera, bona pro malis rependere.

3. Quid autem majus fieri potuerit inimico, quam videre inimicum esse in admiratione apud omnes et ei applaudi? quid inimico acerbius, quam videre se probro et contumelia affici ab omnibus, vidente inimico? Si ipsum ulciscaris, et fortasse damnaris, et tu solus ulcisceris : sin autem ei remittas, omnes pro te ipsum ulciscuntur : quod quidem est gravius quam male pati, quod scilicet inimicus habeat tam multos qui ipsum ulciscuntur. Si tu os aperias, illi tacebunt : sin autem tu taceas, non utique uno ore, sed aliorum cum feries innumerabilibus, et magis ulcisceris. Et te quidem probro et contumelia appetentem, multi accusant; dicunt enim esse verba affectus : quando

ὠνήσαμεν, ἀλλ' ἀμφοτέρους ἐβλάψαμεν, αὐτοί τε τὸ ἀνταπόδομα διώξαντες κατὰ τοὺς παρὰ Ἰουδαίοις ἄρχοντας, καὶ τὸν ἐν ἐκείνοις ἐκκαύσαντες θυμόν· ἂν δὲ ἐπιεικείᾳ τὴν ἀδικίαν ἀμειψώμεθα, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ὀργὴν ἐκλύσαντες, ἐκαθίσαμεν παρ' αὐτῷ δικαστήριον
Γ ἡμῖν φέρον τὰς ψήφους, καταδικάζον αὐτὸν χαλεπώτερον, ἢ ἡμεῖς. Καταγνώσεται γὰρ αὐτοῦ καὶ καταψηφιεῖται, καὶ πᾶσαν ζητήσει πρόφασιν, δι' ἧς ἀποτίσει τὸ δανεισθὲν τῆς μακροθυμίας μέρος μετὰ πλείονος τοῦ μέτρου, εἰδὼς ἂν μὲν τὸ ἴσον ἀποδῷ, καὶ οὕτως ἠλλάττωται, τῷ μὴ αὐτὸς ἄρξασθαι, ἀλλὰ
119 τῷ παρ' ἡμῶν τὸ ὑπόδειγμα λαβεῖν ἔλαττον φέρων.
A Σπουδάσει τοίνυν ὑπερβαλέσθαι τῷ μέτρῳ, ἵνα τὴν ἐλάττωσιν, ἣν ἐκ τοῦ δεύτερος ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἀνταπόδοσιν ὑπέμεινε, τῇ τῆς ἀντιδόσεως ὑπερβολῇ κατακρύψῃ, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου γενομένην αὐτῷ ἐλάττωσιν τοῦ προτέρου παθόντος κακῶς, ταύτην ἀπὸ τῆς καθ' ὑπερβολὴν ἐπιεικείας κοινὴν ἐργάσηται. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι, ὅταν εὐγνώμονες ὦσιν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τοῖς κακοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, οἷς ἂν εὖ πάσχωσι παρὰ τῶν ἠδικημένων, στένουσι. Τὸ μὲν γὰρ κακίας, τὸ δὲ καὶ ὀνείδους καὶ γέλωτος μεστὸν, τὸν εὖ πα-
B θόντα μὴ ἀντευποιεῖν. Τοῦτο μὲν γὰρ ἔπαινον ἔχει καὶ κρότους παρὰ πάντων καὶ εὐφημίας, τὸ κακῶς παθόντα μὴ ἀντεπεξελθεῖν. Διὰ τοῦτο μάλιστα τούτῳ δάκνονται. Ὥστε, εἰ βούλει ἀμύνασθαι, τούτῳ ἀμύνου τῷ τρόπῳ· κακοῖς ἀγαθὰ ἀνταπόδος, ἵνα αὐτὸν καὶ ὀφειλέτην καταστήσῃς, καὶ νικήσῃς νίκην θαυμαστήν. Ἔπαθες κακῶς; Ποίησον καλῶς, οὕτως ἀμύνου τὸν ἐχθρόν. Ἂν μὲν γὰρ ἐπεξέλθῃς, ὁμοίως καὶ σὲ κἀκεῖνον ἅπαντες μέμφονται· ἂν δὲ ἐνέγκῃς, ἑτέρως σε μὲν κροτήσουσι καὶ θαυμάσονται, ἐκεῖνον δὲ κατηγορήσουσι.

C Τί δὲ ἐχθρῷ γένοιτο ἂν μεῖζον τοῦ τὸν ἐχθρὸν ἰδεῖν παρὰ πάντων θαυμαζόμενον καὶ κροτούμενον; τί ἐχθρῷ πικρότερον τοῦ ἑαυτὸν θεάσασθαι παρὰ πάντων ὑβριζόμενον ἐπ' ὄψεσι τοῦ ἐχθροῦ; Ἐὰν αὐτὸν ἀμύνῃ, καὶ κατεγνώσθης ἴσως, καὶ σὺ μόνος ἠμύνω· ἂν δὲ ἀφῇς, ἀντὶ σοῦ πάντες ἀμυνοῦνται αὐτόν· ὅπερ τοῦ παθεῖν κακῶς χαλεπώτερον, τὸ τὸν ἐχθρὸν τοσούτους τοὺς ἀμύνοντας ἔχειν. Ἂν ἀνοίξῃς σὺ τὸ στόμα, ἐκεῖνοι σιγήσονται· ἂν δὲ σιγήσῃς,
D οὐκέτι ἑνὶ στόματι, ἀλλὰ μυρίοις τοῖς τῶν ἄλλων αὐτὸν βάλλεις, καὶ μᾶλλον ἀμύνῃ. Καὶ σοὶ μὲν ὑβρίζοντι πολλοὶ καὶ ἐγκαλοῦσιν· ἐροῦσι γὰρ τοῦ πάθους εἶναι τὰ ῥήματα· ὅταν δὲ ὁ μηδὲν ἠδικημένος οὕτως αὐτὸν πλύνῃ ταῖς ὕβρεσι, τότε μάλιστα καθαρὰ πάσης

ὑποψίας ἡ ἄμυνα. Ὅταν γὰρ οἱ μηδὲν παθόντες δεινὸν, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς σῆς ἐπιεικείας ὡς ἠδικημένοι συναλγῶσι καὶ συμπάσχωσι, πάσης ὑποψίας καθαρὰ αὕτη ἡ ἐκδικία. Τί οὖν, ἂν μηδεὶς ἀμύνηται, φησίν; Οὐκ ἔστιν εἶναι λιθίνους ἀνθρώπους, ὡς τοσαύτην φιλοσοφίαν ὁρῶντας μὴ θαυμάσαι· κἂν μὴ τότε ἀμύνωσιν, ὕστερον ὅμως ἐν καταστάσει γενόμενοι, τοῦτο ἐργάσονται, σκώπτοντες ἐκεῖνον καὶ λοιδοροῦντες. Κἂν ἕτερος δὲ μηδεὶς θαυμάσῃ, αὐτός σε ἐκεῖνος πάντως θαυμάσεται, κἂν μὴ λέγῃ. Ἡ γὰρ τοῦ καλοῦ κρίσις ἡμῖν, κἂν εἰς αὐτὸ τῆς κακίας τὸ βάραθρον ἔλθωμεν, ἀδέκαστος καθέστηκεν, οὐ παρακλινομένη. Ἢ διὰ τί τὸν Κύριον ἡμῶν οἴει τὸν Χριστὸν ταῦτα λέγειν, Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην; οὐκ ἐπειδὴ ὅσῳ ἐάν τις μακρόθυμος γένηται, τοσούτῳ μᾶλλον καὶ ἑαυτὸν κἀκεῖνον ὠφέλησεν ὠφέλειαν τὴν μεγίστην; Διὰ τοῦτο στρέφειν καὶ τὴν ἄλλην προσέταξεν, ἵνα ἐμπλήσῃ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ θυμουμένου. Τίς γὰρ οὕτω θηρίον ἐστὶν, ὡς μὴ ἐντραπῆναι λοιπόν; Οἱ κύνες λέγονται τοῦτο ποιεῖν· κἂν γὰρ ὑλακτήσωσι, καὶ ἐπέλθωσί τινι, ὁ δὲ ὕπτιον ῥίψας ἑαυτὸν μηδὲν ἐργάσηται, τὸν θυμὸν ἅπαντα ἔσβεσεν. Εἰ τοίνυν ἐκεῖνοι τὸν παθεῖν [a] παρ' αὐτοῖς κακῶς ἕτοιμον δυσωποῦνται, πολλῷ μᾶλλον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος λογικώτερον. Ἀλλὰ γὰρ ἄξιον τὸ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰς μνήμην ἐλθὸν, καὶ εἰς μαρτυρίαν ἑλκυσθὲν, μὴ παριδεῖν. Τί δὴ τοῦτό ἐστιν; Ἐλέγομεν περὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν παρ' αὐτοῖς, ὅτι ἐνεκαλοῦντο ὡς διώκοντες ἀνταπόδομα· καίτοι τοῦτο ὁ νόμος αὐτοῖς ἐπέτρεπεν, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος· ἀλλ' οὐχ ἵνα τοὺς ἀλλήλων ἐξορύττωσιν ὀφθαλμοὺς, ἀλλ' ἵνα φόβῳ τοῦ παθεῖν τὴν τοῦ ποιεῖν ἄδειαν ἐπισχόντες, μήτε ἐργάζωνταί τι κακὸν ἑτέρους, μήτε πάσχωσιν αὐτοὶ παρ' ἑτέρων. Διὰ τοῦτο εἶπεν, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ἵνα τὰς ἐκείνου δήσῃ χεῖρας, οὐχ ἵνα τὰς σὰς ἀντεξαγάγῃ, οὐχ ἵνα τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἀπείρξῃ τὴν βλάβην μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τοὺς ἐκείνου διατηρήσῃ σώους. Ἀλλ' ὅπερ ἐζήτουν, τίνος ἕνεκεν συγκεχωρημένης ἀμύνης ἐνεκαλοῦντο οἱ τῷ πράγματι κεχρημένοι; τί ποτε τοῦτό ἐστι; Τὸ μνησίκακον ἐνταῦθά φησιν. Εὐθέως μὲν γὰρ τὸν παθόντα δρᾶσαι συγχωρεῖ, ὅπερ ἔφην, κατέχων ἐκεῖνον· μνησικακεῖν δὲ οὐκέτι ἀφίησιν· οὐκέτι γὰρ τὸ πρᾶγμά ἐστι τοῦ θυμοῦ, οὐδὲ τῆς ζεούσης [b] ὀργῆς, ἀλλὰ πονηρίας μεμελετημένης. Συγγινώσκει δὲ ὁ Θεὸς τοῖς ἀπὸ τῆς ἐπηρείας ἴσως συναρπασθεῖσι, καὶ ἐπὶ τὴν ἄμυναν ὡρμηκόσι· διὸ λέγει,

autem qui nulla affectus est injuria in eum probra ingerit et contumelias, tunc ultio est maxime libera ab omni suspicione. Quando enim qui nihil grave sunt passi, propter summam tuam lenitatem,
E tamquam injuria affecti simul dolent et commiserantur, ab omni suspicione pura hæc vindicta. Quid vero, inquit, si nullus ulciscatur? Fieri non potest ut homines sint lapidei, et non admirentur videntes tantam philosophiam : et si tunc non ulciscantur, postea tamen id faciunt re perpensa, illum irridentes et maledictis appetentes. Quod si etiam nullus alius te admiretur, ille ipse
F te omnino admirabitur, etiamsi non dicat. Ejus enim quod bonum et honestum est judicium, etiamsi venerimus in ipsum vitii profundum, manet incorruptum, nec potest perverti. Nam cur existimas Dominum nostrum Jesum Christum
120 A hæc dicere, *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe ei et alteram?* nonne quoniam si quis fuerit lenis et patiens, eo majorem et sibi et illi attulerit utilitatem? Propterea et aliam jussit obvertere, ut ejus qui irascitur impleat cupiditatem. Quis enim est adeo ferus, ut jam pudore non suffundatur? Canes dicuntur hoc facere : si latrent et invadant, is autem cui allatrant, se supinum abjecerit et nihil fecerit, totam iram exstinguit. Si ergo illi eum qui ab ipsis pa-
B ratus est pati reverentur, multo magis genus humanum quod est magis particeps rationis. Sed operæ pretium est non præterire id quod nuper venit in mentem, et adductum est in testimonium. Quid hoc est? Dicebamus de Judæis et eorum principibus, quod arguerentur ut qui persequerentur similis pœnæ relationem et talionem : etsi lex eis permittebat, *Oculum pro oculo, dentem pro dente;* sed non ut alter alterius oculos effo-
C derent, verum ut metu patiendi, cohibita faciendi audacia, neque aliquid mali facerent aliis, neque ipsi paterentur ab aliis. Propterea dixit : *Oculum pro oculo :* ut illius ligaret manus, non ut tuas contra educeret ; non ut solum arceret oculorum tuorum noxam, sed ut etiam illius oculos salvos conservaret. Sed quod quærebam, quanam de causa cum eis concessa esset ultio, arguebantur qui ea usi sunt? quidnam hoc est ? Hic dicit injuriæ acceptæ memoriam. Nam concedit quidem ut
D qui passus est, statim agat, illum, ut dixi, retinens ac reprimens; non permittit autem injuriæ acceptæ

Matth. 5. 39.

Levit. 24. 10. *Deut.* 19. 21.

a [*Indubitanter leg.* παρ' αὐτῶν. Dunæus. Mox marg. Savil. πόσῳ μᾶλλον.]

b [ὁρμῆς marg. Savil., quod et Interpres legisse videtur.]

esse memorem : non est enim id amplius iræ, neque ferventis impetus, sed meditati sceleris. Deus autem iis ignoscit, quos arripuit insolentis contumeliæ insultus, et ad ultionem sunt incitati : ideo

Prov. 12. 29. dicit, *Oculum pro oculo ;* et rursus, *Viæ eorum qui sunt injuriæ memores, sunt ad mortem.* Si vero ubi licebat oculum eruere pro oculo, tantum proponitur supplicium iis, qui acceptæ injuriæ sunt memores, quanto magis iis, quibus jussum est se præbere paratos ad patiendum ? Ne simus ergo injuriæ memores, sed iram exstinguamus, ut digni censeamur qui ejus consequamur miseri-

Matth. 7. 2. cordiam. *Nam qua*, inquit, *mensura metimini, ea vobis rependetur, et in quo judicio judicatis, judicabimini.* Simus igitur erga conservos misericordes ut et eos qui sunt in præsenti vita laqueos effugiamus, et in die futuro ab eo veniam assequamur, gratia et benignitate, etc.

Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ· καὶ πάλιν, Ὁδοὶ μνησικάκων εἰς θάνατον. Εἰ δὲ ἔνθα ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ πηροῦν ἐξῆν, τοσαύτη κεῖται τιμωρία τοῖς μνησικάκοις, πόσῳ μᾶλλον τοῖς καὶ παρέχειν ἑαυτοὺς πρὸς τὸ παθεῖν κακῶς κελευσθεῖσι; Μὴ τοίνυν ὦμεν μνησίκακοι, ἀλλὰ σβέσωμεν τὴν ὀργὴν, ἵνα τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀξιωθῶμεν. Ὧι γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, φησὶν, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ ἐν ᾧ

E κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε. Γινώμεθα οὖν περὶ τοὺς ὁμοδούλους φιλάνθρωποι, συμπαθεῖς, ὅπως ἂν καὶ τὰς ἐν τῷ παρόντι βίῳ διαφύγωμεν παγίδας, καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν τῆς παρ' αὐτοῦ τύχωμεν συγγνώμης, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

HOMILIA XVII.

ΟΜΙΛΙΑ ιζ'.

CAP. IV. v. 32. *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.* CAP. V. v. 1. *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi,* 2. *et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.*

121 A Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν. Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.

1. Præterita majorem vim habent quam futura, et videntur esse admirabiliora et credibiliora. Et ideo Paulus adhortationem ex iis facit quæ fuerunt : nam illa quidem majorem vim habent propter Christum. Nam dicere : Remitte, et

Matth. 6. 14.15. remittetur tibi; et, Si non remiseritis, non remittetur vobis; si dicatur quidem viris philosophis et futura credentibus, multum potest : Paulus autem non ex his solum incutit pudorem, sed etiam ex iis quæ fuerunt. Nam illud quidem est fugere supplicium; hoc autem esse boni alicujus participem. Imitare Christum, inquit. Hoc solum sufficit ad exhortandum ad virtutem, Deum imitari : hoc

Matth. 5. 45. majus est illo, nempe *Qui solem facit oriri super malos et bonos, et pluit super justos et injustos.* Non enim dixit solum ut Deum imitemur, sed in iis, in quibus beneficio afficimur, vult nos inter nos habere viscera patrum : viscera enim hæc dicuntur humanitas et miserationes. Nam

B Τὰ παρελθόντα τῶν μελλόντων πλείονα ἔχει τὴν ἰσχὺν, καὶ δοκεῖ θαυμαστότερα εἶναι καὶ πιστότερα. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἀπὸ τῶν ὑπηργμένων ἤδη ποιεῖται τὴν παράκλησιν· ἐκεῖνα μὲν γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἕνεκεν μείζονα ἔχει τὴν ἰσχύν. Τὸ γὰρ εἰπεῖν· Ἄφες, καὶ ἀφεθήσεταί σοι, κἂν μὴ ἀφῆτε, οὐ μὴ ἀφεθήσεται ὑμῖν, πρὸς μὲν φιλοσόφους ἄνδρας λεγόμενον καὶ τοῖς μέλλουσι πιστεύοντας, μέγα δύναται· ὁ δὲ Παῦλος

C οὐκ ἀπὸ τούτων ἐντρέπει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ὑπηργμένων. Ἐκείνῳ μὲν γάρ ἐστι κόλασιν φυγεῖν, τούτῳ δὲ ἀγαθοῦ τινος μετασχεῖν. Τὸν Χριστὸν, φησὶ, μιμῆ. Ἀρκεῖ τοῦτο μόνον εἰς παράκλησιν ἀρετῆς, τὸ τὸν Θεὸν μιμεῖσθαι· τοῦτο μεῖζον ἐκείνου, ὅτι Ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, ὅτι τὸν Θεὸν μιμούμεθα, εἶπεν, ἀλλ' ὅτι ἐν οἷς αὐτοὶ εὖ πά-

D σχομεν, πατέρων σπλάγχνα πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἔχειν βούλεται· σπλάγχνα γὰρ ταῦτα λέγεται ἡ φιλανθρωπία καὶ οἱ οἰκτιρμοί. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔνι ἀν-

θρώπους ὄντας μήτε λυπεῖν μήτε λυπεῖσθαι, δεύτερον εὗρε φάρμακον, ὥστε ἀλλήλοις χαρίζεσθαι· χαριζόμενοι, φησὶν, ἑαυτοῖς. Καίτοι οὐδὲν ἴσον· σὺ μὲν γὰρ ἂν χαρίσῃ, πάλιν σοι χαριεῖται ἐκεῖνος, Θεῷ δὲ οὐδὲν ἐχαρίσω. Καὶ σὺ μὲν τῷ ὁμοδούλῳ, ὁ δὲ Θεὸς τῷ δούλῳ καὶ τῷ ἐχθρῷ καὶ τῷ μισοῦντι αὐτόν. Καθὼς καὶ ὁ Θεὸς, φησὶν, ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ἡμῖν. Μέγα καὶ τοῦτο ἔχει αἴνιγμα· ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· οὐχ ἁπλῶς ἀκινδύνως ἐχαρίσατο, φησὶν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ κινδύνου τοῦ Υἱοῦ. Ἵνα γάρ σοι συγγνῷ, τὸν Υἱὸν ἔθυσε· σὺ δὲ πολλάκις καὶ ἀκίνδυνον καὶ ἀδάπανον ὁρῶν τὴν συγχώρησιν, οὐ ποιῇ. Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Ἵνα μὴ νομίσῃς ἀνάγκης εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἄκουσον πῶς οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ', ὅτι Ἑαυτὸν παρέδωκεν, εἶπεν· ὡσεὶ ἔλεγεν, ἐχθρὸν ὄντα σε ὁ Δεσπότης ἠγάπησεν, ἀγάπησον σὺ τὸν φίλον· μᾶλλον δὲ οὐδὲ οὕτω δυνήσῃ, πλὴν ἀλλ' ὡς δύνασαι. Βαβαί· τί ταύτης τῆς φωνῆς μακαριώτερον γένοιτ' ἄν; Κἂν βασιλείαν εἴπῃς, κἂν ὁτιοῦν, οὐδὲν ἴσον. Τὸν Θεὸν μιμῇ, τῷ Θεῷ ἐξομοιοῦσαι, ὅταν συγχωρήσῃς ἐκείνῳ. Μᾶλλον ἁμαρτήματα δεῖ συγχωρεῖν, ἢ χρήματα. Χρήματα μὲν γὰρ ἐὰν συγχωρήσῃς, οὐκ ἐμιμήσω τὸν Θεόν· ἁμαρτήματα δὲ ἐὰν συγχωρήσῃς, τὸν Θεὸν μιμῇ. Πλὴν πῶς δυνήσῃ λέγειν, πένης εἰμὶ, καὶ οὐ δύναμαι συγχωρῆσαι, ὅταν καὶ ἃ δύνασαι συγχωρῆσαι, μὴ συγχωρήσῃς, καὶ ἐνταῦθα ζημίαν ἡγῇ, οὐχὶ πλοῦτον μᾶλλον, οὐχὶ περιουσίαν, οὐχὶ εὐπορίαν; Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ. Ἰδοὺ καὶ ἄλλη παράκλησις εὐγενεστέρα. Ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, φησίν. Ἔχετε καὶ ἄλλην ἀνάγκην τοῦ μιμεῖσθαι αὐτὸν, οὐ τῷ παθεῖν εὖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ τέκνα γενέσθαι. Ὡς τέκνα ἀγαπητά. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ πάντες υἱοὶ τοὺς πατέρας μιμοῦνται, ἀλλ' οἱ ἀγαπητοὶ, διὰ τοῦτό φησιν, Ὡς τέκνα ἀγαπητά. Περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ. Ἰδοὺ πάντων ἡ ὑπόθεσις· οὐκοῦν ταύτης οὔσης, οὐ θυμὸς, οὐκ ὀργὴ, οὐ κραυγὴ, οὐ βλασφημία, ἀλλὰ πάντα ἀνῄρηται. Διὸ ὕστερον τὸ κεφάλαιον τίθησι. Πόθεν ἐγένου τέκνον; Ἐπειδὴ συνεχωρήθη σοι. Ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, ἀφ' ἧς τοσαύτης ἠξιώθης τιμῆς, ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ τῷ πλησίον συγχώρησον. Εἰπὲ δή μοι, εἴ τίς σε δεσμώτην ὄντα, καὶ μυρίων ὑπεύθυνον κακῶν ἤγαγεν ἐπὶ τὰ βασίλεια· μᾶλλον δὲ τοῦτο ἀφῶμεν· εἴ τίς σε πυρέττοντα καὶ ψυχορραγοῦντα ὠφέλησε φαρμάκῳ τινὶ, ἆρα οὐκ ἂν αὐτὸν πάντων προυτίμησας, καὶ αὐτὸ τοὔνομα τοῦ φαρμάκου; Εἰ

quoniam fieri non potest ut cum simus homines, nec molesti simus, nec molestia afficiamur, secundum invenit medicamentum, ut dona nobis mutuo conferamus: *Donantes,* inquit, *invicem.* Atqui minime sunt paria: nam si tu nunc quidem dones ac gratificeris, ille rursus tibi donabit et gratificabitur; Deo autem nihil donasti: et tu
E quidem conservo; Deus autem servo et inimico, et ei qui ipsum odit. *Sicut et Deus,* inquit, *Christo donavit nobis.* Hoc quoque magnum habet ænigma. Non simpliciter, inquit, sine periculo nobis donavit, sed cum periculo Filii. Ut tibi ignosceret, sacrificavit Filium: tu autem sæpe videns condonationem esse sine periculo et sine sumtu, non facis. *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi, et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit se-*
F *metipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.* Ne autem existimes rem esse necessitatis, audi quid dicat, *Seipsum*
122 *tradidit;* ac si diceret, Cum esses inimicus, Do-
A minus te dilexit; tu dilige amicum: imo vero nec sic poteris, sed fac ut potes. Papæ! quid hac voce potuerit esse beatius? Etiamsi regnum dixeris, etiamsi quodlibet, non sunt paria. Deum imitaris, Deo assimilaris, quando illi condonaveris. Magis sunt condonanda peccata quam pecuniæ. Nam pecunias quidem si condonaris, Deum non imitaris; peccata autem si condonaris, imitaris Deum. Sed quomodo poteris dicere: Sum pauper nec possum condonare, quando etiam quæ potes con-
B donare, non condonas, et putas esse damnum, non divitias, non facultates et copias? *Estote ergo imitatores Dei.* Ecce alia quoque generosior exhortatio. *Sicut filii carissimi,* inquit. Aliam habetis necessitatem ejus imitandi, non solum eo quod sitis affecti beneficiis, sed et quod facti sitis filii. *Sicut filii carissimi.* Nam quoniam non omnes filii imitantur patres, sed qui sunt dilecti, propterea dicit, *Sicut filii dilecti. Ambulate in*
C *dilectione.* Ecce omnium fundamentum. Hæc si sit, non est ira nec indignatio nec clamor nec blasphemia, sed sublata sunt omnia. Et ideo caput et summam ponit posterius. Undenam factus es filius? Quoniam fuit tibi condonatum. Ex eo fundamento ex quo dignatus es tanto honore, ex eodem etiam condona proximo. Dic mihi autem: si quis te cum esses vinctus, et obnoxius malis

innumerabilibus, adduxit ad regiam: vel potius hoc dimittamus: si quis te febricitantem et animo deficientem aliquo juvisset medicamento, annon ipsum prætulisses omnibus, et ipsum nomen medicamenti? Nam si in tempora et loca, per quæ accepimus utilitatem, ita affecti sumus sicut in nostras animas, multo magis in res ipsas. Sis amator caritatis; per ipsam assequutus es salutem, per ipsam factus es filius; et si potueris alteri afferre salutem, non eodem uteris medicamento, et hortaberis omnes, Remittite, ut remittatur vobis? Hoc est gratorum animorum et beneficii memorum, ita adhortari est ingenuorum et generosorum. *Sicut et Christus dilexit nos,* inquit. Tu parcis amicis, ille inimicis: est ergo multo majus quod factum est a Domino. Illud enim, *Sicut,* ubinam conservatur? annon perspicuum quod, si bene faciamus inimicis? *Et tradidit semetipsum oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.* Vides quod passum esse pro inimicis est odor suavis, hostia grata et accepta? Si moriaris, tunc eris hostia: hoc est Deum imitari. 3. *Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.* Dixit de amara affectione, nempe de ira; venit ad minus malum. Nam quod concupiscentia sit minus malum, audi etiam Moysem dicentem in lege, primum: *Non occides,* quod est iræ; et deinde, *Non mœchaberis,* quod est concupiscentiæ. Sicut enim amaritudo et clamor et omnis malitia et blasphemia, et quæ sunt hujusmodi, sunt animi et irascendi facultatis: ita et concupiscendi facultatis, fornicatio, immunditia, et avaritia: nam eadem re amamus pecunias et corpora. Sed sicut illic amputavit clamorem, ut qui sit iræ vehiculum, ita nunc quoque obscœnum sermonem et scurrilitatem quæ est vehiculum scortationis. 4. *Et turpitudo et stultiloquium et scurrilitas, quæ ad rem non pertinent; sed magis gratiarum actio.* Ne dixeris facetias nec turpia, nec feceris, et flammam exstingues. *Nec nominetur,* inquit, *in vobis:* hoc est, ne usquam quidem appareat. Hoc etiam dicebat scribens ad Corinthios: *Omnino auditur inter vos fornicatio.* Hoc est, Sitis omnes mundi. Sermones enim sunt viæ rerum. Deinde ne videatur esse gravis et importunus, et exscindere urbanitatem, subjunxit etiam causam, dicens: *Quæ ad rem non pertinent,* quæ nostra nihil referunt, inquit, *sed magis gratiarum actionem.*

[Margin: Concupiscentia minus malum quam ira. *Exod.* 20. 13. 14.]

[Margin: 1. *Cor.* 5. 1.]

γὰρ καιροὺς καὶ τόπους, δι' ὧν ὠφελούμεθα, οὕτως ἔχομεν ὡς τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, πολλῷ μᾶλλον αὐτὰ τὰ πράγματα. Ἐραστὴς ἔσο τῆς ἀγάπης· δι' αὐτῆς
D γὰρ ἐσώθης, δι' αὐτῆς υἱὸς γέγονας· κἂν ἕτερον δυνηθῇς σῶσαι, οὐχὶ τῷ αὐτῷ χρήσῃ φαρμάκῳ, καὶ παραινέσεις πᾶσι τὸ, ἄφετε, ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν; Εὐγνωμόνων ψυχῶν τοῦτο, τὸ οὕτω προτρέπεσθαι, καὶ ἐλευθέρων καὶ εὐγενῶν. Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, φησί. Σὺ τῶν φίλων φείδῃ, ἐκεῖνος τῶν ἐχθρῶν· οὐκοῦν πολλῷ μεῖζον τὸ παρὰ τοῦ Δεσπότου γινόμενον. Τὸ γὰρ, Καθὼς, [a] πῶς σώζεται; Ἢ δῆλον
E ὅτι, ἐὰν τοὺς ἐχθροὺς εὖ ποιῶμεν. Καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Ὁρᾷς τὸ ὑπὲρ ἐχθρῶν παθεῖν, ὅτι ὀσμὴ εὐωδίας ἐστὶ, καὶ θυσία εὐπρόσδεκτος; Κἂν ἀποθάνῃς, τότε ἔσῃ θυσία· τοῦτο μιμήσασθαί ἐστι τὸν Θεόν. Πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία, ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις. Εἶπε περὶ τοῦ πικροῦ πάθους τοῦ θυμοῦ· ἦλθεν ἐπὶ τὸ ἧττον κακόν. Ὅτι γὰρ ἧττον κακὸν ἡ ἐπιθυμία, ἄκουε καὶ ἐν τῷ
2. Quomodo enim non est absurdum ad artes quidem mittere, et ad ludum literarium, et pro eo omnia facere; in disciplina autem et Dei admonitione pueros non educare? Propterea nos primi fructus percipimus, audaces, intemperantes, immorigeros, sordidos, et illiberales alentes filios. Ne ergo hoc faciamus, sed huic beato pareamus suadenti: educemus eos in disciplina et admonitione Domini: demus eis exemplum, ab ineunte ætate curantes eos incumbere lectioni Scripturarum. Hei mihi, hæc assidue dicens videor delirare; verumtamen non cessabo facere quod est meum. Cur, dic mihi, non imitaris veteres? Maxime vos, mulieres, illas mulieres admirandas æmulamini. Peperisti filium? Imitare Annam, disce quid illa fecerit; eum statim deduxit in templum. Quænam vestrum non maluerit suum filium esse Samuelem, quam millies regem totius orbis terræ? Et quomodo, inquit, fieri potest ut sit talis? Quare non potest fieri? Quoniam non vis, nec eum tradis iis qui possunt eum talem facere. Et quis is est, inquit? Deus: nam ipsa illum ei tradidit. Neque enim Heli erat ex iis qui admodum possent eum fingere et efformare: quo- (1. Reg. 1.)

[d] [Idem ἕπεται.]

[a] [Idem πλάσαι.]

modo enim, qui nec suos potuit filios? sed fides mulieris et alacritas animi totum effecit. Primum peperit et solum, et nec sciebat an alios esset paritura. Neque dixit, Exspectabo dum crescat infans, ut utatur rebus quæ ad hanc vitam pertinent: concedam ut ipse parum versetur in ætate puerili: sed his omnibus propulsatis, in hoc solo fuit, quomodo ab initio imago spiritualis Deo dedicaretur. Pudore afficiamur viri de mulieris philosophia: eum Deo obtulit, et illic sivit. Propterea etiam splendidius factum est matrimonium, quia prius spiritualia quæsivit, quia obtulit primitias: propterea fertilis fuit ejus uterus, et alios habuit filios: propterea et in mundo eum vidit florentem et in bona esse existimatione. Si enim homines honorati vicissim honorant, annon multo magis Deus, qui etiam licet non honoratus hoc facit? Quousque sumus carnes? quousque in terram incurvamur? Omnia a nobis postponantur curæ filiorum, et eorum educationi in disciplina et admonitione Domini. Si ab initio didicerit esse philosophus, acquisivit divitias majores quibusvis divitiis, et potentiorem gloriam. Nihil tantum efficies docens artem et disciplinam externam, per quam acquiret divitias, quam si eum docueris artem per quam despiciet divitias. Si velis eum divitem facere, sic facito. Est enim dives non qui multis eget divitiis, et multis est circumdatus, sed qui nullius indiget. Hoc doce filium, hoc erudi: hæ maximæ sunt divitiæ. Ne quæras quomodo eum reddas florentem et magnæ existimationis in doctrinis externis, et reddas gloria insignem; sed cura ut eum doceas despicere hujus vitæ gloriam: inde fiet splendidior et gloria illustrior. Hæc et pauperi et diviti licet facere: hæc non a doctore discit aliquis, neque per artem, sed per divina eloquia. Non quæras ut longam hic vivat vitam, sed ut illic infinitam et quæ numquam desinat. Magna illi largire non parva: audi Paulum dicentem, *Educate eos in disciplina et admonitione Domini.* Ne studium ponas ut eum facias oratorem, sed erudi ut sit philosophus. Nam si illud quidem non sit, nihil est damni; si hoc autem absit, nullum erit lucrum rhetoricæ quantumvis multæ. Opus est moribus, non dicendi facultate; vitæ modestia, non orationis vehementia; factis, non verbis. Hæc regnum conciliant, hæc donant etiam quæ sunt vere bona. Ne linguam acuas, sed expurges animam. Non hæc dico prohibens erudire, sed prohibens illis solis adhibere animum. Ne existimes quod solis monachis opus sit his documentis, quæ sumuntur ex Scripturis: maxime enim his opus

1 Reg. 2.

σαι ἦν· πῶς γὰρ, ὁ μηδὲ τοὺς υἱοὺς συνηθεὶς τοὺς ἑαυτοῦ; ἀλλ' ἡ πίστις τῆς γυναικὸς καὶ ἡ προθυμία τὸ αὐτὸ εἰργάσατο. Πρῶτον ἔτεκε, καὶ μόνον, καὶ D οὐδὲ ᾔδει εἰ καὶ ἑτέρους τέξεται. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἀναμείνω αὐξηθῆναι τὸ παιδίον, ἵνα πράγμασι χρήσηται βιωτικοῖς· συγχωρήσω αὐτὸν μικρὸν ἐνδιατρίψαι τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ· ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἡ γυνὴ παρωσαμένη, ἑνὸς μόνου γέγονε, πῶς ἐκ προοιμίων τὸ ἄγαλμα τὸ πνευματικὸν ἀναθῇ τῷ Θεῷ. Αἰσχυνθῶμεν οἱ ἄνδρες τῆς γυναικὸς τὴν φιλοσοφίαν· ἀνήνεγκεν αὐτὸν τῷ Θεῷ, καὶ ἐκεῖ εἴασε. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ γάμος ἐγένετο λαμπρότερος, ἐπειδὴ πρότερον τὰ πνευματικὰ ἐζήτησεν, ἐπειδὴ τὴν ἀπαρχὴν ἀνέθηκε· διὰ τοῦτο E εὔφορος αὐτῆς γέγονεν ἡ γαστὴρ, καὶ ἑτέρους ἐκτήσατο παῖδας· διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ κόσμῳ εἶδεν εὐδοκιμοῦντα. Εἰ γὰρ ἄνθρωποι τιμώμενοι ἀντιτιμῶσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεὸς, ὁ καὶ χωρὶς τοῦ τιμηθῆναι τοῦτο ποιῶν; Μέχρι τίνος ἐσμὲν σάρκες; μέχρι τίνος ἐπὶ γῆς κύπτομεν; Πάντα ἡμῖν δεύτερα ἔστω τῆς προνοίας τῶν παίδων, καὶ τοῦ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου αὐτὰ ἐκτρέφεσθαι. Ἂν μάθῃ φιλόσοφος εἶναι ἐκ προοιμίων, πλοῦτον ἐκτήσατο παντὸς πλούτου μείζονα, καὶ δόξαν δυνατωτέραν. Οὐδὲν τοσοῦτον ἐργάσῃ F τέχνην διδάσκων αὐτὸν καὶ παιδείαν τὴν ἔξωθεν, δι' ἧς χρήματα κτήσεται, ὅσον ἐὰν διδάξῃς αὐτὸν τέχνην, δι' ἧς χρημάτων καταφρονήσει. Εἰ βούλει ποιῆσαι αὐτὸν πλούσιον, οὕτω ποίησον. Πλούσιος γὰρ οὐχ 161 ὁ πολλῶν χρημάτων δεόμενος, καὶ πολλὰ περιβεA βλημένος, ἀλλ' ὁ μηδενὸς χρείαν ἔχων. Τοῦτο παίδευσον τὸν υἱὸν, τοῦτο δίδαξον· οὗτος μέγιστος πλοῦτος. Μὴ ζήτει πῶς εὐδόκιμον ἐργάσῃ ἐν διδάγμασι τοῖς ἔξωθεν, καὶ ἐπίδοξον ποιήσεις, ἀλλὰ φρόντισον πῶς αὐτὸν διδάξεις καταφρονεῖν τῆς δόξης τῆς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ· ἐκεῖθεν λαμπρότερος καὶ ἐνδοξότερος γένοιτο ἄν. Ταῦτα καὶ τῷ πένητι καὶ τῷ πλουσίῳ δυνατὸν ποιεῖν· ταῦτα οὐκ ἐκ διδασκάλου μανθάνει τις, οὐδὲ διὰ τέχνης, ἀλλὰ διὰ τῶν θείων λογίων. Μὴ ζήτει ὅπως μακρὸν ὧδε ζήσεται βίον, ἀλλ' ὅπως ἐκεῖ ἄπειρον καὶ ἀτελεύτητον. Τὰ μεγάλα αὐτῷ χαB ρίζου, μὴ τὰ μικρά. Ἄκουε Παύλου λέγοντος· Ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου. Μὴ ῥήτορα αὐτὸν σπούδαζε ποιῆσαι, ἀλλὰ φιλοσοφεῖν παίδευε. Ἐκείνου μὲν γὰρ οὐκ ὄντος, οὐδὲν ἔσται βλάβος· τούτου δὲ ἀπόντος, οὐδὲν ἔσται κέρδος μυρίας ῥητορείας. Τρόπων χρεία, οὐ λόγων, ἤθους, οὐ δεινότητος, ἔργων, οὐ ῥημάτων. Ταῦτα προξενεῖ τὴν βασιλείαν, ταῦτα χαρίζεται καὶ τὰ ὄντως ἀγαθά. Μὴ τὴν γλῶτταν ἀκονήσῃς, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν ἐκκάθαιρε. Οὐ κωλύων παιδεύειν ταῦτα λέγω, ἀλλὰ κωλύων ἐκείC νοις μόνοις προσέχειν. Μὴ νομίσῃς ὅτι τῷ μονάζοντι μόνῳ τούτων δεῖ τῶν παιδευμάτων τῶν ἀπὸ τῶν Γρα-

φῶν· μάλιστα γὰρ τούτων * δεῖ τοῖς παισὶ τοῖς μέλλουσιν εἰς τὸν βίον τοῦτον ἥκειν. Ὥσπερ γὰρ τῆς ἀπὸ τοῦ πλοίου κατασκευῆς καὶ κυβερνήτου καὶ πληρώματος τῶν ναυτῶν οὐχ οὗτος δεῖται ὁ διαπαντὸς ἐπὶ λιμένος ἑστὼς, ἀλλ' ὁ θαλαττεύων ἀεί· οὕτω καὶ ὁ κοσμικὸς, καὶ ὁ μονάζων. Ὁ μὲν γὰρ, καθάπερ εἰς λιμένα ἐστὶν ἀκύμαντον, βίον ἀπράγμονα ζῶν, καὶ πά- D σης ἀπηλλαγμένον καταιγίδος· οὗτος δὲ διαπαντὸς πελάγιός ἐστι, καὶ θαλαττεύει ἐν μέσῳ πελάγει πολλαῖς τρικυμίαις μαχόμενος· κἂν αὐτὸς μὴ δέηται, ἀλλὰ παρεσκευασμένον εἶναι δεῖ, ὥστε τὰς ἑτέρων ἐμφράξαι γλώττας.

Ὥστε ὅσῳ ἂν εὐδόκιμος γένηται ἐν τῷ βίῳ τῷ παρόντι, τοσούτῳ αὐτῷ δεῖ τῆς παιδεύσεως ταύτης. Ἄν τε γὰρ ἐν βασιλείοις τρέφηται, πολλοὶ καὶ Ἕλληνες ἐκεῖ καὶ φιλόσοφοι καὶ οἱ πεφυσημένοι ἐπὶ τῇ E παρούσῃ δόξῃ, καθάπερ τόπος τις ὑδερικῶν ἐμπεπλησμένος. Τοιοῦτόν τί ἐστι τὰ βασίλεια· πάντες εἰσὶ πεφυσημένοι καὶ φλεγμαίνοντες· οἱ δὲ οὐκ ὄντες, σπουδάζουσι τοῦτο γενέσθαι. Ἐννόησον οὖν ὅσον ἐστὶ τὸν υἱὸν τὸν σὸν εἰσελθόντα ἐκεῖ, καθάπερ ἰατρὸν ἄριστον, μετὰ τῶν ὀργάνων εἰσιέναι τῶν δυναμένων καταστέλλειν τὴν ἑκάστου φλεγμονὴν, καὶ προσιέναι ἑκάστῳ καὶ διαλέγεσθαι, καὶ ὑγιὲς τὸ κάμνον σῶμα ποιεῖν, [a] φάρμακα ἐπιτιθέντα τὰ ἀπὸ τῶν Γραφῶν, καὶ τοὺς περὶ φιλοσοφίας ἐκχέοντα λόγους. Ὁ γὰρ μονά- F ζων τίνι διαλέξεται; τῷ τοίχῳ καὶ τῷ ὀρόφῳ; ἀλλὰ τῇ ἐρημίᾳ καὶ ταῖς νάπαις; ἢ τοῖς ὄρνισι καὶ τοῖς δένδροις; Οὐκ ἔχει τοίνυν πολλὴν ἀνάγκην ἐκεῖνος τῆς 162 τοιαύτης διδασκαλίας· ἀλλ' ὅμως ἔργον τίθεται τοῦτο A κατορθῶσαι, οὐχ ὥστε ἑτέρους τοσοῦτον παιδεῦσαι, ἀλλ' ὥστε ἑαυτόν. Πολλὴ οὖν χρεία μάλιστα τοῖς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ στρεφομένοις τῆς τοιαύτης διδασκαλίας· καὶ γὰρ τοῦ ἁμαρτάνειν πλείονα οὗτος ἀνάγκην ἔχει, ἢ ἐκεῖνος. Εἰ δὲ βούλει γνῶναι, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ αὐτῷ ἐπιτηδειότερος ἔσται. Πάντες γὰρ αὐτὸν αἰδεσθήσονται ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἐκείνων, ὅταν ὁρῶσιν αὐτὸν ἐν πυρὶ μὴ καιόμενον, μηδὲ ἀρχῆς ἐπιθυμοῦντα· τότε καὶ τεύξεται ταύτης, ὅταν μὴ ἐπιθυμῇ, καὶ βασιλεῖ αἰδεσιμώτερος ἔσται. Οὐ γὰρ ἔνι τὸν τοιοῦτον B λαθεῖν. Ἐν μὲν γὰρ πολλοῖς ὑγιαίνουσι λήσεται ὁ ὑγιαίνων· ἐν δὲ πολλοῖς κάμνουσιν ὅταν εἷς ὑγιαίνων ᾖ, ταχέως καὶ εἰς τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς ἡ φήμη διαδραμεῖται, καὶ πολλοῖς αὐτὸν ἐπιστήσει ἔθνεσι. Ταῦτα οὖν εἰδότες, ἐκτρέφετε ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου τὰ τέκνα. Ἀλλὰ πένης τίς ἐστι; Πάλιν πένης· ἀλλὰ τοῦ ἐν βασιλείοις στρεφομένου οὐδὲν ἔσται εὐτελέστερος, ἐπειδὴ μὴ ἐν βασιλείοις

est iis pueris, qui venturi sunt ad hanc mundi vitam. Ut enim navis instructione et gubernatore et nautarum justo et completo numero non indiget is qui perpetuo stat in portu, sed is qui semper versatur in mari: ita etiam mundanus seu sæcularis et monachus. Nam hic quidem est veluti in portu agens vitam nullis agitatam fluctibus, et procul a negotiis, et ab omni procella liberam: ille autem perpetuo agit in pelago et in medio mari versatur; cum multis iisque ingentibus pugnans fluctibus; et si ipse non opus habet, paratum tamen esse oportet ut aliorum linguas obstruat.

Vitæ monachi cum vita sæcularis viri comparatio.

3. Quamobrem quo fuerit in hac vita majoris existimationis, eo magis ei opus est hac eruditione. Nam etsi alatur in aula regia, multi sunt illic et Græci et philosophi, et ob præsentem gloriam tumidi, tamquam in loco qui sit repletus hydropicis. Tale quid est aula regia: omnes sunt inflati et tumidi; qui autem non sunt, studium ponunt ut fiant. Cogita ergo quantum sit, filium tuum illuc ingressum, introire tamquam optimum et præstantissimum medicum, cum instrumentis quæ possint uniuscujusque tumorem comprimere, et ad unumquemque accedere et disserere, et corpus quod laborat sanum facere, medicamenta imponentem ex Scripturis, et philosophiæ infundentem verba. Monachus enim cum quo disseret? cum muro et tecto? an cum desertis et nemoribus? an cum avibus et arboribus? Ejusmodi ergo doctrina non est illi admodum necessaria; conatur tamen hac in re se recte gerere, non ut alios tantum erudiat, sed ut seipsum. Hac ergo doctrina maxime opus est iis, qui in hac vita versantur: iste enim peccandi majorem habet necessitatem quam ille. Si vis autem cognoscere, etiam in mundo ipso erit aptior. Omnes enim ex verbis illis eum reverebuntur, quando viderint ipsum in igne non uri, neque principatum concupiscere: tunc etiam illum consequetur, quando non concupierit et regi erit magis reverendus. Non potest enim fieri ut is lateat. Nam inter multos sanos latebit is qui est sanus, inter multos autem ægrotos quando fuerit unus sanus, cito etiam fama perveniet ad aures regis, et præficiet cum multis gentibus. Hæc ergo scientes, educate filios in disciplina et admonitione Domini. At est quispiam pauper? Iterum pauper; sed nihilo erit vilior et abjectior eo qui versatur in

Aulæ regiæ vita.

* [*Leg.* δεῖ πᾶσι τοῖς μ. *Et mox* ἐπὶ τοῦ πλ. Dunæus.]

[a] Idem Cod. φάρμακον ἐπιτιθέντα ἀπὸ τῶν.

regia; quoniam non est in regia; sed habebitur in admiratione, et cito veniet etiam ad principatum, qui est voluntarius, non autem qui datur electione. Si enim Græci, cum sint viri triobolares et canes, hac suscepta triobolari philosophia (talis est enim Græca), imo vero non ipsa, sed ejus nomine; induti pallio et alentes comam, multos pudore afficiunt: quanto magis qui est vere philosophus? Si falsus habitus, philosophiæ umbra apparens ita extollit: quid, si veram et sinceram diligamus philosophiam? annon omnes colent? annon et domos et uxores et liberos iis qui sunt ejusmodi tradent et committent cum multa securitate? Sed non est, non est nunc ejusmodi philosophus: propterea nec exemplum licet invenire. Nam sunt quidem inter monachos, inter mundanos autem seu sæculares non sunt amplius. Et quod sint inter monachos, possunt multi produci, dicam tamen unum ex multis. Scitis utique et audivistis, et vidistis etiam nonnulli, virum quem sum dicturus; Julianum dico illum admirandum. Hic erat rusticus, humilis et humili loco natus, et nec externæ quidem eruditionis omnino peritus, sed non ficta et simulata philosophia repletus. Hoc ingrediente civitates (hoc autem raro fiebat), neque oratoribus neque sophistis, neque ullo alio ingrediente, tantus fiebat concursus. Quid autem dico? nonne nomen ejus nunc quoque clarius decantatur quam quorumvis regum? Si autem hæc fiunt in hoc mundo, in mundo in quo Deus nihil nobis boni promisit, in quo nos dixit esse hospites; cogitemus in cælis quanta erunt bona reposita: si ubi erant advenæ, tantum acceperunt honorem; ubi sunt civitates, quantam consequentur gloriam? si ubi promisit afflictionem, tantus est cultus; ubi bona vere est pollicitus, quanta erit quies? Sed vultis mundanos etiam seu sæculares ostendamus? Nunc quidem non habemus: nam sunt quidem fortasse mundani boni et probi, sed qui ad summam non perveniunt philosophiam. Quamobrem ex veteribus et sanctis dicam vobis exempla. Quam multi qui uxores habebant, et filios alebant, nihil minus, nihil, inquam, minus habuerunt quam qui dicti sunt? Sed nunc non licet propter instantem necessitatem, sicut dicit hic beatus. Quem ergo vultis dicam? Noe, an Abraham? an hujus filium an illius? an Joseph? Sed vultis veniamus ad prophetas? Mosem inquam, Isaiam.

Juliani monachi laudes.

ἐστὶν, ἀλλὰ * θαυμασθήσεται, καὶ ταχέως εἰς ἀρ-
C χὴν ἥξει τὴν ἑκούσιον, οὐ τὴν χειροτονητήν. Εἰ γὰρ
Ἕλληνες ἄνδρες τριωβολιμαῖοί τινες καὶ κύνες, φι-
λοσοφίαν τοιαύτην ἀναδεξάμενοι τριωβολιμαῖον (τοι-
αύτη γὰρ ἡ Ἑλληνικὴ, μᾶλλον) δὲ οὐδὲ αὐτὴν, ἀλλ'
ὄνομα αὐτῆς, καὶ τρίβωνα περιθέμενοι, καὶ κόμην
θρέψαντες, πολλοὺς δυσωποῦσι· πόσῳ μᾶλλον ὁ ὄν-
τως φιλόσοφος; Εἰ σχῆμα ψευδὲς, εἰ σκιὰ φιλοσοφίας
φαινομένη οὕτως [a] αἱρεῖ, τί ἐὰν τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν
ἀγαπήσωμεν καὶ τὴν εἰλικρινῆ; οὐχὶ πάντες θεραπεύ-
σουσι; καὶ οἰκίας καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας τοῖς τοιού-
D τοις μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας ἐγχειρίσουσιν; Ἀλλ' οὐκ
ἔστιν, οὐκ ἔστι τοιοῦτος φιλόσοφος νῦν. Διὰ τοῦτο οὐδὲ
τὸ ὑπόδειγμά ἐστιν εὑρεῖν. Εἰσὶ μὲν γὰρ ἐν μονάζου-
σιν, ἐν δὲ κοσμικοῖς οὐκέτι. Καὶ ὅτι ἐν μονάζουσίν εἰσι,
δυνατὸν πολλοὺς παραγαγεῖν· ὅμως ἕνα ἀπὸ πλειόνων
ἐρῶ. Ἴστε δήπου, καὶ ἀκηκόατε, οἱ δὲ καὶ ἐθεωρήσατε
τὸν ἄνδρα, ὃν μέλλω νῦν ἐρεῖν· Ἰουλιανὸν λέγω τὸν θαυ-
μάσιον. Οὗτος ἦν ἀνὴρ ἄγροικος, ταπεινὸς καὶ ἐκ τα-
πεινῶν· οὐδὲ ὅλως τῆς ἔξωθεν παιδείας ἔμπειρος, ἀλλὰ
τῆς ἀπλάστου φιλοσοφίας πεπληρωμένος. Τούτου εἰς
E τὰς πόλεις ἐμβάλλοντος (σπανιάκις δὲ τοῦτο ἐγίνετο),
οὔτε ῥητόρων, οὔτε σοφιστῶν, οὔτε ἄλλου τινὸς εἰσε-
λαύνοντος, τοιαύτη τις ἐγίνετο συστροφή. Τί δὲ λέγω;
οὐχὶ πάντων βασιλέων καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ λαμπρό-
τερον ᾄδεται ἔτι καὶ νῦν; Εἰ δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ
ταῦτα, ἐν τῷ κόσμῳ, ἐν ᾧ μηδὲν ἡμῖν ἐπηγγείλατο
ἀγαθὸν ὁ Δεσπότης, ἐν ᾧ ξένους ἡμᾶς εἶπεν εἶναι,
ἐννοήσωμεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πόσα ἔσται τὰ ἀποκεί-
μενα ἀγαθά· εἰ ἔνθα πάροικοι ἦσαν, τοσαύτης ἀπέ-
F λαυον τιμῆς, [b] ἔνθα αἱ πόλεις εἰσὶ, πόσης ἀπολαύ-
σουσι δόξης; εἰ ἔνθα θλῖψιν ἐπηγγείλατο, τοσαύτη
θεραπεία, ἔνθα ὄντως τιμὰς ἐπαγγέλλεται, πόση
ἔσται ἡ ἄνεσις; Ἀλλὰ βούλεσθε καὶ κοσμικοὺς ἐπι-
163 δείξωμεν; Νῦν μὲν γὰρ οὐκ ἔχομεν· πλήν εἰσι μὲν
A ἴσως καὶ κοσμικοὶ ἐπιεικεῖς, ἀλλ' εἰς τὴν ἄκραν οὐχ
ἥκοντες φιλοσοφίαν. Διὸ ἀπὸ τῶν παλαιῶν καὶ ἁγίων
ἐρῶ ὑμῖν τὰ ὑποδείγματα. Πόσοι γυναῖκας ἔχοντες,
καὶ παῖδας τρέφοντες, τῶν εἰρημένων οὐδὲν ἔλατ-
τον, οὐδὲν ἔλαττον ἔσχον; Ἀλλὰ νῦν οὐκέτι ἐστὶ διὰ
τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, καθώς φησιν ὁ μακάριος οὗ-
τος. Τίνα οὖν βούλεσθε εἴπω; τὸν Νῶε, ἢ τὸν Ἀβραάμ;
τὸν τούτου παῖδα, ἢ τὸν ἐκείνου; ἀλλὰ τὸν Ἰωσήφ;
Ἀλλὰ βούλεσθε ἐπὶ τοὺς προφήτας ἔλθωμεν; τὸν
Μωϋσέα λέγω, τὸν Ἡσαΐαν.

* [Inserit marg. Savil. καὶ πολλῷ γνωριμώτερος καὶ περιφανέστερος, ἂν ᾖ γνήσιος μόνον φιλόσοφος· ἀλλά.]

a [αἴρει Interpres.]

b [Leg. ἔνθα ἔμπολίς εἰσι. Dunæus.]

B Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ τὸν λόγον ἑλκύσωμεν, ὃν μάλιστα πάντες προφέρουσιν ἡμῖν ἀεί. Οὐχὶ γυναῖκα εἶχεν; οὐχὶ παῖδας; καὶ γὰρ καὶ ἐγὼ τοῦτο λέγω πρὸς ὑμᾶς, ὅπερ ὑμεῖς πρὸς ἡμᾶς. Γυναῖκα εἶχεν, ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ γυναῖκα εἶχε, θαυμαστὸς ἦν· χρήματα εἶχεν, ἀλλ' οὐκ, ἐπειδὴ χρήματα εἶχεν, ἤρεσε τῷ Θεῷ· παῖδας ἔτεκεν, ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ παῖδας ἔτεκεν, ἐμακαρίζετο· τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ οἰκογενεῖς ἐκέκτητο, ἀλλ' οὐ τούτου χάριν ἐθαυμάζετο. C Ἀλλὰ βούλει μαθεῖν πόθεν; Ἀπὸ τῆς φιλοξενίας, ἀπὸ τῆς τῶν χρημάτων ὑπεροψίας, ἀπὸ τῆς κοσμιότητος. Τί γάρ ἐστιν, εἰπέ μοι, φιλοσόφου; οὐχὶ καὶ χρημάτων καὶ δόξης καταφρονεῖν; καὶ φθόνου καὶ παντὸς πάθους ἀνώτερον εἶναι; Φέρε οὖν, αὐτὸν εἰς μέσον ἀγαγόντες ἀποδύσωμεν, καὶ δείξωμεν ὑμῖν οἷος φιλόσοφος ἦν. Οὐδὲν ἡγεῖτο πατρίδα πρῶτον· Ἔξελθε γὰρ ἤκουσεν ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου· καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν. Οὐ προσεδέδετο οἰκίᾳ· ἢ γὰρ ἂν D οὐκ ἐξῆλθεν· οὐ συνηθείας φιλίᾳ, οὐκ ἄλλῳ οὐδενί. Εἶτα δόξης μάλιστα πάντων ἐκεῖνος κατεφρόνησε καὶ χρημάτων· καὶ γὰρ πόλεμον τροπωσάμενος, καὶ λάφυρα ἀξιούμενος λαβεῖν, κατέπτυσεν. Ἀλλ' ὁ παῖς ὁ τούτου, οὐ διὰ τὰ χρήματα πάλιν ἐθαυμάζετο, ἀλλὰ διὰ τὴν φιλοξενίαν, οὐ διὰ τὰ παιδία, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπακοὴν, οὐ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ διὰ τὴν στείρωσιν τὴν ἐπὶ τῇ γυναικί. Οὐδὲν τὴν παροῦσαν ἡγοῦντο ζωὴν, οὐκ ἐχρηματίζοντο, ὑπερεώρων ἁπάντων. Εἰπὲ γάρ E μοι, ποῖα τῶν φυτῶν ἐστιν ἄριστα; οὐχ ἅπερ ἂν οἴκοθεν ἔχῃ τὴν ἰσχὺν, καὶ μήτε ὄμβροις, μήτε χαλάζαις, μήτε ἀνέμων ῥύμαις, μήτε ἄλλῃ τινὶ τοιαύτῃ ἀνωμαλίᾳ βλάπτηται, ἀλλὰ γυμνὰ ἕστηκε πάντων καταφρονοῦντα, μήτε θριγκίων, μήτε φραγμῶν δεόμενα; Τοιοῦτος ὁ φιλόσοφός ἐστι, τοιοῦτος ὁ πλοῦτος ἐκεῖνος· οὐδὲν ἔχει, καὶ πάντα ἔχει· πάντα ἔχει, καὶ οὐδὲν ἔχει. Ὁ γὰρ τοῖχος οὐκ ἔνδον, ἀλλ' ἔξω- F θέν ἐστιν, ὁ θριγκὸς οὐ τῆς φύσεώς ἐστιν, ἀλλ' ἔξωθεν περιβαλλόμενος. Τί δὲ, εἰπέ μοι, ποῖον σῶμα ἰσχυρόν ἐστιν; οὐχ ὅπερ ἂν ὑγιαῖνον ᾖ, καὶ μήτε λιμῷ, μήτε πλησμονῇ, μήτε ψύχει, μήτε καύματι 161 ἁλίσκηται· ἢ τὸ πρὸς πάντα ταῦτα ὑποκείμενον, καὶ A τραπεζοποιῶν καὶ ὑφαντῶν καὶ θηρευτῶν καὶ ἰατρῶν δεόμενον, ἵνα ὑγιαίνῃ; Ἐκεῖνός ἐστι πλούσιος, ὁ ὄντως φιλόσοφος, ὁ μηδενὸς τούτων δεόμενος. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος οὗτος ἔλεγεν· Ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου. Μὴ τοίνυν θριγκία ἔξωθεν περιβάλλετε· τοῦτο γὰρ ὁ πλοῦτος, τοῦτο ἡ δόξα. Ὅταν γὰρ ταῦτα καταπέσῃ, καταπίπτει δὲ, γυμνὸν ἕστηκε καὶ εὐάλωτον τὸ φυτὸν, οὐ μόνον οὐδὲν κερδᾶναν ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, ἀλλὰ καὶ βλαβέν. Ἐκεῖνα γὰρ τὰ θριγκία τὰ κωλύοντα αὐτὸ B ἐγγυμνάζεσθαι πρὸς τὰς τῶν ἀνέμων προσβολὰς, νῦν ἀθρόον καταπεσεῖν παρεσκεύασεν. Ὥστε βλάπτει μᾶλ-

4. Sed, si vultis, orationem attrahamus ad Abraham, quem maxime omnes nobis semper afferunt. Annon habebat uxorem, annon liberos? ego enim hoc vobis dico, quod vos nobis. Habebat uxorem; sed non quoniam habebat uxorem, erat admirabilis: habebat pecunias; sed non quia pecunias habebat, placuit Deo: habebat filios; sed non quia filios habebat, censebatur beatus: trecentos decem et octo habuit vernas; sed non ideo habebatur in admiratione. Sed vis scire undenam haberetur? Ex hospitalitate, ex pecuniæ despectu, ex modestia et temperantia. Quid enim, dic quæso, philosophi? annon pecunias et gloriam despicere, invidia et quavis animi perturbatione et ægritudine esse superiorem? Age ergo cum in medium adductum exuamus, et vobis ostendamus cujusmodi esset philosophus. Primum nihil existimabat esse patriam: *Egredere* enim, audivit, *ex terra tua et ex cognatione tua;* et statim est egressus. Non fuit domui alligatus: revera enim non esset egressus; non amicitiæ consuetudinis, non ulli alteri rei. Porro maxime omnium gloriam despexit et pecunias: confecto enim bello, fusisque ac fugatis hostibus, cum rogaretur accipere spolia, recusavit. Sed ejus filius rursus non habebatur in admiratione propter pecunias, sed propter hospitalitatem; non propter liberos, sed propter obedientiam; non propter uxorem, sed propter sterilitatem in uxore. Præsentem vitam nihili ducebant, pecuniæ non studebant, omnia despiciebant. Nam, dic mihi, quænam sunt plantæ optimæ et præstantissimæ? annon eæ quæ ex se habent vires, et nec imbribus nec grandinibus nec ventorum impetu, neque ulla alia ejusmodi tempestatum læduntur inæqualitate, sed stant nudæ omnia despicientes, et neque vallis neque maceriis neque septis indigent? Talis est philosophus, tales illæ divitiæ: nihil habet, et habet omnia; omnia habet, et nihil habet. Murus enim non est intrinsecus, sed extrinsecus; vallus non est naturæ, sed est extrinsecus. Quid vero? dic quæso, quodnam corpus est validum? idne quod est sanum, et neque fame, neque repletione, neque frigore, neque æstu expugnatur: an quod adversus hæc omnia et mensæ structoribus et textoribus et venatoribus et medicis indiget ut sit sanum? Ille est dives, qui vere philosophus, nullo horum indiget. Propterea dicebat hic beatus, *Educate eos in disciplina et Domini admonitione.* Ne ergo vallos et septa extrinsecus circumponatis: hoc enim sunt divitiæ, hoc est gloria. Quando enim ea decide-

Abrahæ virtutes.

Gen. 12. 1.

rint, decidunt autem, planta est nuda, et expugnatu facilis, ut quæ præterito tempore non solum nihil lucri acceperit, sed etiam damno sit affecta: illi enim valli et septa quæ prohibent quo minus decertet adversus insultus ventorum, efficiunt ut nunc repente simul concidat. Magis itaque lædunt divitiæ, ut quæ reddant imparatos et minime exercitatos adversus vitæ iniquos casus. Tales ergo reddamus filios, ut possint adversus omnia resistere, neque nova et aliena videantur quæ incurrunt: educemus in disciplina et admonitione Domini, et magna nobis reponetur merces. Nam si homines qui regum faciunt simulacra, et pingunt imagines, tantum honorem assequuntur: nos qui regiam ornamus imaginem (Dei enim imago est homo), non bonis fruemur innumerabilibus, id reddentes quod est ad similitudinem? Nam hoc est simile, virtus animæ, quando filios erudierimus ut sint boni, quando ut non sint ad iram promti, quando ut non sint injuriæ memores; hæc omnia sunt Deo propria: quando ut sint benefici, ut sint benigni, quando erudierimus nihili ducant præsentia. Hoc ergo nostrum sit opus, nos ipsos et illos fingere ac componere ut oportet. Alioqui qua fiducia stabimus ante tribunal Christi? Nam si indignus est episcopatu qui filios habet non subditos, multo magis regno cælorum. Quid dicis? si habemus uxorem immodestam, et si filios, reddendæ rationi erimus obnoxii? Maxime, nisi exacte et accurate præstiterimus quæ sunt a nobis præstanda: non enim propria virtus nobis sufficit ad salutem. Nam si qui unum talentum non deponens nihil est lucratus, sed etiam sic punitur, est perspicuum quod virtus propria non sufficit ad salutem, sed alterius etiam virtute opus est. Magnam ergo curam geramus et uxorum et liberorum et famulorum et nostri ipsorum, et in nobis ipsis et illis componendis Deum rogemus, ut ad eam rem nobis opem ferat. Si viderit nos hoc curare et de hoc esse sollicitos, opem feret; sin nullam habere hujus rei rationem, manum non porriget. Non enim dormientibus nobis dat auxilium Deus, sed ipsis quoque laborantibus: nam adjutor non est otiosi, sed ejus qui ipse quoque operatur. Potens est autem Deus opus per se ad effectum deducere, ut omnes digni habeamur qui bona promissa consequamur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Divitiæ quandoque lædant.

λον ὁ πλοῦτος, ἀμελετήτους παρασκευάζων πρὸς τὰς ἀνωμαλίας τοῦ βίου. Τοιούτους τοίνυν παρασκευάζωμεν τοὺς παῖδας, ὥστε δύνασθαι πρὸς πάντα ἀντέχειν, καὶ μὴ ξενίζεσθαι τοῖς ἐπιοῦσιν· ἐκτρέφωμεν αὐτοὺς ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου, καὶ πολὺς ἡμῖν ὁ μισθὸς ἀποκείσεται. Εἰ γὰρ ἄνθρωποι ἀγάλματα ποιοῦντες βασιλέων, καὶ εἰκόνας γράφοντες, τοσαύτης ἀπολαύουσι τιμῆς· ἡμεῖς τὴν βασιλικὴν εἰ-
C κόνα καλλωπίζοντες (εἰκὼν γὰρ τοῦ Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος), οὐ μυρίων ἀπολαύσομεν τῶν ἀγαθῶν, τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἀποδιδόντες; Τοῦτο γάρ ἐστιν ὅμοιον, ἡ τῆς ψυχῆς ἀρετὴ, ὅταν ἀγαθοὺς εἶναι παιδεύσωμεν τοὺς παῖδας, ὅταν ἀοργήτους, ὅταν ἀμνησικάκους· ταῦτα πάντα Θεοῦ ἴδια, ὅταν εὐεργετικοὺς, ὅταν φιλανθρώπους, ὅταν [a] παιδεύσωμεν τὰ παρόντα μηδὲν ἡγεῖσθαι. Τοῦτο τοίνυν ἡμῖν ἔργον ἔστω καὶ ἑαυτοὺς, κἀκείνους πλάττειν καὶ ῥυθμίζειν εἰς δέον· ἐπεὶ ποίᾳ παῤῥησίᾳ στησόμεθα ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ; Εἰ
D γὰρ ἐπισκοπῆς ἀνάξιος ὁ παῖδας ἀνυποτάκτους ἔχων, πολλῷ μᾶλλον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Τί λέγεις; κἂν γυναῖκα ἄτακτον ἔχωμεν, κἂν παῖδας, εὐθύνας ὑφέξομεν; Ναὶ, ἐὰν μὴ μετὰ ἀκριβείας τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενέγκωμεν· οὐ γὰρ ἀρκεῖ ἡμῖν ἡ οἰκεία ἀρετὴ πρὸς σωτηρίαν. Εἰ γὰρ ὁ τὸ τάλαντον τὸ ἓν μὴ καταβαλόμενος, οὐδὲν ἐκέρδανεν, ἀλλὰ καὶ οὕτω κολάζεται· δῆλον ὅτι οὐκ ἀρκεῖ ἡ οἰκεία ἀρετὴ εἰς σω-
E τηρίαν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς ἑτέρου. Πολλὴν τοίνυν ποιώμεθα καὶ τῶν γυναικῶν φροντίδα, πολλὴν καὶ τῶν παίδων πρόνοιαν καὶ τῶν οἰκετῶν, πολλὴν καὶ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοὺς, καὶ ἐν τῷ ἐκείνους ῥυθμίζειν, τὸν Θεὸν παρακαλῶμεν, ὥστε συναντιλαβέσθαι ἡμῖν τοῦ ἔργου. Ἂν ἴδῃ ἡμᾶς τοῦτο μεριμνῶντας, τούτου φροντίζοντας, συναντιλήψεται· ἂν δὲ μηδένα ποιουμένους λόγον, οὐ δώσει χεῖρα. Οὐ γὰρ καθεύδουσιν ἡμῖν χορηγεῖ τὴν βοήθειαν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ πονουμένοις καὶ αὐτοῖς. Ὁ γὰρ βοηθὸς, οὐ τοῦ ἀρ-
1 γοῦντός ἐστι βοηθὸς, ἀλλὰ τοῦ καὶ αὐτοῦ ἐργαζομένου. Δυνατὸς δὲ ὁ ἀγαθὸς Θεὸς δι' ἑαυτοῦ τὸ ἔργον εἰς τέλος ἀγαγεῖν, ἵνα ἀξιωθῶμεν πάντες ἐπιτυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ
165 A Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

a [Marg. Savil. διδάξωμεν.]

ΟΜΙΛΙΑ κβ'.

Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἐν ἁπλότητι καρδίας ὑμῶν, ὡς τῷ [a] Χριστῷ· μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐκ ψυχῆς, μετ' εὐνοίας δουλεύοντες ὡς τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις· εἰδότες ὅτι ἐάν τις ἄνθρωπος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος. B

Ὥστε οὐκ ἀνὴρ μόνον, οὔτε γυνὴ, οὔτε παιδία, ἀλλὰ καὶ οἰκετῶν ἀρετὴ συντελεῖ εἰς σύστασιν καὶ πρόστασιν οἰκίας. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Παῦλος C οὐδὲ τούτου μέρους ἠμέλησεν· ἀλλ' ἔρχεται μὲν ἔσχατον ἐπ' αὐτὸ, ἐπειδὴ καὶ ἔσχατον κεῖται τῷ ἀξιώματι. Πολλὰ δὲ καὶ πρὸς αὐτοὺς διαλέγεται, οὐκέτι ὡς τοῖς παισὶν, ἀλλὰ πολλῷ τελειότερον· οὐ γὰρ ἐνταῦθα δίδωσιν αὐτοῖς τὴν ὑπόσχεσιν, ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι. Εἰδότες, φησὶν, ὅτι ὃ ἐάν τι ἕκαστος ποιήσῃ ἀγαθὸν ἢ κακὸν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου. Καὶ φιλοσοφεῖν ἤδη διδάσκει. Εἰ γὰρ καὶ τῷ ἀξιώματι τῶν παίδων εἰσὶν ἐλάττους, ἀλλὰ τῷ φρονήματι μείζους. Οἱ δοῦλοι, φησὶν, ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα. Εὐθέως τὴν λελυπημένην ἀνέστησε ψυχὴν, εὐθέως παρεμυθήσατο. D Μὴ ἄλγει, φησὶν, ὅτι ἔλαττον ἔχεις καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν παίδων· ὄνομα δουλείας ἐστὶ μόνον· κατὰ σάρκα ἐστὶν ἡ δεσποτεία, πρόσκαιρος καὶ βραχεῖα· ὅπερ γὰρ ἂν ᾖ σαρκικὸν, ἐπίκηρόν ἐστι. Μετὰ φόβου, φησὶ, καὶ τρόμου. Ὁρᾷς ὅτι οὐ τὸν αὐτὸν ἀπαιτεῖ παρὰ γυναικὸς καὶ δούλων φόβον; Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, Ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα· ἐνταῦθα δὲ μετ' ἐπιτάσεως, Μετὰ φόβου, φησὶ, καὶ τρόμου. Ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας ὑμῶν, ὡς τῷ Χριστῷ. E Συνεχῶς τοῦτό φησι. Τί λέγεις, ὦ μακάριε Παῦλε; ἀδελφός ἐστι, τῶν αὐτῶν ἀπέλαυσεν, εἰς τὸ αὐτὸ σῶμα τελεῖ· μᾶλλον δὲ ἀδελφὸς ἐγένετο οὐ τοῦ κυρίου τοῦ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τῶν αὐτῶν ἀπολαύει πάντων, καὶ λέγεις, Ὑπακούετε τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις μετὰ φόβου καὶ τρόμου; Διὰ γὰρ τοῦτο, φησὶ, φημί. Εἰ γὰρ τοὺς ἐλευθέρους ἀλλήλοις ὑποτάσσεσθαι κελεύω διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καθάπερ

HOMILIA XXII.

Cap. VI. v. 5. *Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo : 6. non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, 7. cum bona voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus ; 8. scientes quod unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus sive liber.*

1. Non solum itaque maritus, neque uxor, neque filii, sed servorum quoque virtus confert ad domum constituendam et administrandam. Propterea beatus Paulus ne hanc quidem partem neglexit; sed postremo quidem ad eam accedit, quoniam dignitate quoque sita est postrema. Multis autem cum eis agit, non tamquam cum filiis, sed multo perfectius : non enim dat hic eis promissionem, sed in futuro. *Scientes,* inquit, *quod unusquisque quodcumque fecerit bonum vel malum, hoc recipiet a Domino.* Et jam docet philosophari. Nam etsi auctoritate sunt minores filiis, sui tamen opinione sunt majores. *Servi*, inquit, *obedite dominis carnalibus.* Mœrore affectam statim erexit animam, et statim est consolatus. Ne doleas, inquit, quod minus habeas quam uxor et filii : solum est nomen servitutis; carnale est dominium, temporale et breve : quidquid enim est carnale, est caducum et non diuturnum. *Cum timore,* inquit, *et tremore.* Vides quod non eumdem timorem exigit ab uxore et servis? Nam illic quidem dixit absolute, *Mulier timeat maritum :* hic autem cum intensione, *Cum timore et tremore. In simplicitate cordis vestri, sicut Christo.* Hoc dicit frequenter. Quid dicis, o beate Paule? est frater, eadem est consequutus, est in eodem corpore; imo factus est frater non sui domini, sed adeo Filii Dei; fruitur iisdem omnibus, et dicis, *Obedite dominis carnalibus cum timore et tremore?* Propterea enim, inquit, dico. Nam si jubeo, inquit, liberos invicem esse subjectos propter timorem Dei, sicut dicebat superius,

Servorum officia.

[a] [Idem Κυρίῳ, et versiculo octavo ἕκαστος pro ἄνθρωπος, ut etiam pag. 167, A., et initio homiliæ προστασίαν pro πρόστασιν.]

Ephes. 5. 21. *Subjecti invicem in timore Dei;* si jubeo uxorem timere maritum, etiamsi ea sit par honore: multo magis servum. Non est enim hoc ignobilitas, sed prima nobilitas, scire esse inferiorem, et modeste se gerere, et cedere proximo. Et liberi liberis cum multo timore et tremore serviunt. *In simplicitate cordis,* inquit. Recte dixit; quoniam fieri potest ut serviatur cum timore et tremore, at non ex benevolentia, sed utcumque licet. Non animadvertuntur enim multi multa prave gerentes adversus dominos. Igitur hanc quoque pravam tollit nequitiam, dicens, *In simplicitate cordis vestri sicut Domino. Non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum benevolentia servientes sicut Domino, et non hominibus.* Vides quam multis opus habuerit, ut hoc bonum et honestum insereret, *Cum benevolentia,* inquam, *et ex animo?* Nam illud quidem videmus multos exhibere dominis, *Cum timore,* inquam, *et tremore;* et ad illud multa efficiunt minæ domini: Sed ostende, inquit, te servire tamquam Christi servum, non tamquam hominis: fac ut quod a te geritur sit tuum opus, non necessitatis. Sicut ei qui ab alio male patitur suadet, et docet per ea quæ deinde sequuntur, ut suum esse faciat quod recte geritur, et esse liberi sui arbitrii: ita et hunc. Nam quia qui maxillam percussit, non ad hoc venit ex mente ejus qui est percussus, sed a sua pravitate, quid dicit? *Præbe* Matth. 5. 39. *illi et alteram;* ostendens quod non invitus eam alapam sustinueris. Nam qui ad id quod est male passum esse, affatim etiam supererogavit; id quod non erat suum, suum esse fecit, eo quód alteri maxillæ sit inflicta alapa, non solum quod tulerit. Hoc enim fortasse videbitur etiam esse timoris; illud autem multæ est philosophiæ. Ostendisti igitur quod hoc etiam tuleris propter philosophiam. Itaque nunc quoque ostende, quod sponte feras hanc servitutem, non ut hominibus placeas. Qui ergo talis est, non est servus Christi; qui est autem servus Christi, non studet placere hominibus. Quis enim, cum sit Dei servus, vult hominibus placere? et quis hominibus placens, potest esse Dei servus? *Ex animo,* inquit, *cum bona voluntate servientes.* Recte sic dixit: nam quoniam et in simplicitate serviri potest, et non prave ac maligne, sed non totis viribus, sed tantum impleri quod debetur: propterea dicit, Ex animi

ἀνωτέρω ἔλεγεν, Ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ F Θεοῦ· εἰ γὰρ τὴν γυναῖκα προστάσσω φοβεῖσθαι τὸν ἄνδρα, καίτοι αὕτη καὶ ὁμότιμός ἐστι· πολλῷ μᾶλλον τὸν οἰκέτην. Οὐ γὰρ δυσγένεια τὸ πρᾶγμά ἐστιν, 166 ἀλλ' ἡ πρώτη εὐγένεια, τὸ εἰδέναι ἐλαττοῦσθαι, καὶ A μετριάζειν, καὶ εἴκειν τῷ πλησίον. Καὶ ἐλεύθεροι ἐλευθέροις μετὰ πολλοῦ φόβου καὶ τρόμου ἐδούλευον. Ἐν ἁπλότητι, φησὶ, καρδίας. Καλῶς εἶπεν· ἐπειδὴ ἔνι μετὰ φόβου καὶ τρόμου δουλεύειν, οὐκ ἐξ εὐνοίας δὲ, ἀλλ' ὡς ἂν ἐξῇ. Λανθάνουσι γὰρ πολλοὶ πολλὰ κακουργοῦντες περὶ τοὺς δεσπότας τοὺς αὐτῶν. Καὶ ταύτην γοῦν ἀναιρεῖ τὴν κακουργίαν, λέγων, Ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας ὑμῶν, ὡς τῷ Κυρίῳ. Μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ὡς δοῦλοι B τοῦ Χριστοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐκ ψυχῆς, μετ' εὐνοίας δουλεύοντες, ὡς τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις. Ὁρᾷς πόσων ἐδεήθη, ὥστε τοῦτο ἐμφυτεῦσαι τὸ καλὸν, τὸ Μετ' εὐνοίας λέγω, καὶ ἐκ ψυχῆς; Ἐκεῖνο μὲν γὰρ πολλοὺς ὁρῶμεν τοῖς δεσπόταις παρέχοντας, τὸ τοῦ φόβου καὶ τὸ τοῦ τρόμου λέγω, καὶ πρὸς ἐκεῖνο ἡ τοῦ δεσπότου ἀπειλὴ πολλὰ ἀνύει· ἀλλὰ δεῖξον, φησὶν, ὅτι ὡς Χριστοῦ δοῦλος δουλεύεις οὐχ ὡς ἀνθρώπου· ποίησον εἶναι σὸν τὸ κατόρθωμα, μὴ τῆς ἀνάγκης. Ὥσπερ τὸν παρ' ἑτέρου κακῶς πά- C σχοντα πείθει καὶ διδάσκει διὰ τῶν ἑξῆς, αὐτοῦ ποιῆσαι τὸ κατόρθωμα καὶ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως· οὕτω καὶ τοῦτον. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ πλήξας τὴν σιαγόνα, οὐκ ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς τοῦ πληγέντος εἰς τοῦτο ἦλθεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οἰκείας κακίας, τί φησι; Στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, ἵνα δείξῃς ὅτι καὶ ταύτην οὐκ ἄκων ὑπέστης. Ὁ γὰρ ἐπιδαψιλευσάμενος τῷ παθεῖν κακῶς, καὶ ὅπερ οὐκ ἦν αὐτοῦ, ἐποίησεν ἑαυτοῦ τῷ ῥαπισθῆναι καὶ τὴν ἄλλην σιαγόνα, μὴ τῷ μόνον ἐνεγκεῖν. Τοῦτο μὲν γὰρ ἴσως δόξει καὶ φόβου εἶναι· D ἐκεῖνο δὲ φιλοσοφίας πολλῆς. Οὐκοῦν ἔδειξας, ὅτι καὶ τοῦτο διὰ φιλοσοφίαν ἤνεγκας. Ὥστε καὶ νῦν δεῖξον ἐνταῦθα, ὅτι καὶ ταύτην ἑκόντι φέρεις τὴν δουλείαν, καὶ οὐχ ὡς ἀνθρωπάρεσκος. Ὁ ἄρα τοιοῦτος, οὐ δοῦλος τοῦ Χριστοῦ· ὁ δὲ δοῦλος τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἀνθρωπάρεσκος. Τίς γὰρ Θεοῦ δοῦλος ὢν, ἀνθρώποις ἀρέσκειν βούλεται; τίς δὲ ἀνθρώποις ἀρέσκων, Θεοῦ δύναται εἶναι δοῦλος; Ἐκ ψυχῆς, φησὶ, μετ' εὐνοίας δουλεύοντες. Καλῶς οὕτως εἶπεν· ἐπειδὴ γὰρ ἔνι καὶ ἐν ἁπλότητι δουλεύειν, καὶ μὴ κακούργως, [a] μὴ μὴν E πάσῃ δυνάμει, ἀλλὰ τὸ ὀφειλόμενον μόνον πληροῦν, διὰ τοῦτό φησιν, ἀπὸ προθυμίας, μὴ ἀπὸ ἀνάγκης, ἀπὸ προαιρέσεως, μὴ ἀπὸ βίας. Ἂν οὕτω δουλεύσῃς, οὐκ εἶ δοῦλος, ἂν ἐκ προαιρέσεως, ἂν μετ' εὐνοίας, ἂν ἀπὸ ψυχῆς, ἂν διὰ τὸν Χριστόν. Ταύτην γὰρ τὴν δουλείαν

[a] [Marg. Savil. μὴ μὴν μετ' εὐνοίας, et proxime διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸ διορθοῦται καὶ λέγει.]

καὶ Παῦλος δουλεύει ὁ ἐλεύθερος, καὶ βοᾷ λέγων· Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν.

Ὅρα πῶς ἀφαιρεῖταί σου τὴν δυσγένειαν τῆς δουλείας. Ὥσπερ γὰρ ὁ χρήματα ἀφῃρημένος, ἂν καὶ ἕτερα προσθῇ τῷ λαβόντι, οὐκ ἐν τοῖς ἀφῃρημένοις, ἀλλ' ἐν τοῖς φιλοτίμοις κεῖται, οὐκ ἐν τοῖς παθοῦσι 187 A κακῶς, ἀλλ' ἐν τοῖς ποιοῦσι καλῶς, καὶ μᾶλλον ὀνείδει περιέβαλε τῷ χαρίσασθαι, ἢ περιεβλήθη τῷ ἀφαιρεθῆναι· οὕτω δὴ ἐνταῦθα, τῇ δαψιλείᾳ καὶ μεγαλοψυχότερος φανεῖται, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐκ ᾔσθετο τῆς ἁρπαγῆς, ἐντρέψει ἐκεῖνον. Οὐκοῦν διὰ τὸν Χριστὸν δουλεύωμεν τοῖς δεσπόταις, Εἰδότες, φησὶν, ὅτι ὃ ἄν τι ἄνθρωπος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν πολλοὺς τῶν δεσποτῶν ἀπίστους ὄντας μὴ αἰσχύνεσθαι, μηδὲ ἀμείβεσθαι τοὺς οἰκέτας τῆς B ὑπακοῆς, ὅρα πῶς αὐτοὺς παρεμυθήσατο, ὥστε μὴ ὑποπτεύειν τὴν ἀνταπόδοσιν, ἀλλὰ σφόδρα θαῤῥεῖν περὶ τῆς ἀμοιβῆς. Καθάπερ γὰρ οἱ καλῶς πάσχοντες, ὅταν μὴ ἀμείβωνται τοὺς εὐεργέτας, τὸν Θεὸν αὐτοῖς ὀφειλέτην ποιοῦσιν· οὕτω δὴ καὶ οἱ δεσπόται, ἂν παθόντες εὖ παρὰ σοῦ μὴ ἀμείψωνταί σε, μᾶλλον ἠμείψαντο, τὸν Θεὸν ὀφειλέτην σοι καταστήσαντες. Καὶ οἱ κύριοι, φησὶ, τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτούς. Τὰ αὐτά· ποῖα; Μετ' εὐνοίας δουλεύετε. Ἀλλ' οὐκ εἶπε, δουλεύετε, καίτοι γε εἰπὼν τὰ αὐτὰ, τοῦτο ἐδήC λωσε· δουλεύει γὰρ καὶ ὁ δεσπότης. Μὴ ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, φησὶ, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, τουτέστι, τοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, δεδοικότες μήποτε ὑμῖν ἐγκαλέσῃ ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς δούλους ἀμελείας. Ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν. Μὴ φορτικοὶ, φησὶ, μηδὲ ἐπαχθεῖς γίνεσθε. Εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ Κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς. Βαβαὶ, ἡλίκον ᾐνίξατο; πῶς ἐφόβησε; Τουτέστι, τῷ μέτρῳ, ᾧ μετρεῖς, ἀντιμετρηθήσεταί σοι. Μὴ ἀκούσῃς, δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκεί- D νην ἀφῆκά σοι. Καὶ προσωποληψία, φησὶν, οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ. Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ὅτι τὰ εἰς τὸν δοῦλον, ὡς εἰς δοῦλον γινόμενα, οὕτως ἀφήσει. Οἱ μὲν γὰρ ἔξωθεν νόμοι διαφορὰν ἴσασι τούτων τῶν γενῶν, ἅτε ἀνθρώπων ὄντες νόμοι· ὁ δὲ νόμος ὁ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου οὐδεμίαν οἶδε διαφορὰν, ἅτε κοινῇ πάντας εὖ ποιῶν, καὶ πᾶσι τῶν αὐτῶν μεταδιδούς. Εἰ δέ τις ἔροιτο πόθεν ἡ δουλεία, καὶ διὰ τί εἰς τὸν βίον εἰσῆλθε τὸν ἀνθρώπινον (καὶ γὰρ οἶδα πολλοὺς καὶ ἐρωτῶν- E τας τὰ τοιαῦτα ἡδέως καὶ μαθεῖν βουλομένους), ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ. Ἡ πλεονεξία τὴν δουλείαν ἔτεκεν, ἡ

alacritate, non ex necessitate; ex libera electione, non ex pravitate. Si sic servias, non es servus: si F ex libero arbitrio et instituto, si cum benevolentia, si ex animo, si propter Christum. Hanc enim servitutem servit etiam Paulus ille liber, et clamat dicens, *Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum, nos autem ipsos servos vestros propter Jesum.* 2. Cor. 4. 5.

2. Vide quomodo tibi aufert ignobilitatem servitutis. Sicut enim is, cui sunt ablatæ pecuniæ, si etiam alias dederit ei qui abstulit, non refertur inter eos quibus est ablatum, sed inter liberales et A magnificos; non inter eos qui male sunt affecti, sed inter eos qui bene faciunt; et plus probri in eum congessit quod donarit, quam probro ipse sit affectus quod ipsi sit ablatum: ita hic quoque ex abundanti erogatione apparebit etiam excelsioris animi, et ostendens quod rapinam non senserit, illum pudore afficiet. Ergo propter Christum serviamus dominis, *Scientes*, inquit, *quod unusquisque quod fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus, sive liber.* Nam quoniam B erat verisimile multos dominos, cum sint infideles, pudore non affici, nec servos remunerari propter obedientiam; vide quomodo eos sit consolatus, ut suspectam non habeant remunerationem, sed valde confidant de compensatione. Ut enim qui beneficio afficiuntur, quando non referunt gratiam benefactoribus, eis Deum faciunt debitorem: ita etiam domini, si a te beneficio affecti tibi gratiam non referant, magis referunt, tibi debitorem Deum constituentes. 9. *Et vos C domini eadem facite illis. Eadem*, quænam? Servite cum benevolentia. Sed non dixit, Servite, etiamsi dicens, *Eadem*, hoc significaverit: nam dominus quoque servit. Ne tamquam studentes placere hominibus, inquit, cum timore et tremore, id est, erga Deum, timentes ne quis vos accuset propter vestram in servos negligentiam. *Remittentes minas.* Non importuni, inquit, et graves estote. *Scientes quod vester et illorum* Matth. 7. 2. *D Dominus est in cælis.* et 18. 32. Papæ, quantam rem subindicavit! quomodo terruit! Hoc est, Qua mensura metiris, eadem tibi reddetur mensura. Ne audias, *Serve nequam, omne illud debitum remisi tibi. Et personarum acceptio non est apud eum.* Ne existimes, inquit, quod quæ in servum fiunt, remittet ut in servum facta. Nam externæ quidem leges sciunt horum generum differentiam, ut quæ sint leges hominum: lex autem E Domini communis nullam novit differentiam, ut qui communiter omnibus benefaciat, et omnibus

eadem impertiat. Si quis autem roget undenam servitus, et cur ingressa est in vitam humanam (scio enim multos et lubenter hæc rogare, et velle discere); ego vobis dicam. Avaritia peperit servitutem, necnon invidia et insatiabilitas. Nam Noe non habuit servum, neque Abel, neque Seth, nec ii qui fuerunt postea. Peccatum eam rem peperit, contumelia in parentes. Audiant filii se esse dignos qui fiant servi, quando in parentes fuerint ingrati. Qui est ejusmodi, sibi abstulit nobilitatem generis : nam qui patrem contumelia afficit, non est amplius filius. Si vero qui patrem contumelia afficit, non est filius; qui contumelia afficit eum qui vere est pater noster, quomodo erit filius? descendit a generis nobilitate, naturam affecit contumelia. Deinde et bella et prælia ceperunt captivos. At Abraham habuit servos, inquit. Sed non usus est ut servis. Vide quomodo omnia capiti tamquam appendens adaptet : uxorem, Ut eam, inquit, diligat; filios, Ut eos enutriat in disciplina et admonitione Domini; et servos, *Scientes quod vester quoque Dominus est in cœlis.* Sic, inquit, vos quoque, ut qui sitis servi, sitis benigni et clementes et propensi ad ignoscendum. Si autem vultis audire, eadem dicemus de servis, quæ prius diximus de filiis : Docete eos esse pios et religiosos; et omnino sequuntur omnia. Nunc autem ascendens quispiam in theatrum, et vadens ad balneum, secum trahit omnes pueros; in ecclesiam autem non item, neque cogit eos adesse et audire. Quomodo autem audiet servus, cum tu dominus aliis animum adhibeas? Emisti, comparasti servum? impera ei quæ ex Deo sunt, ut sit mitis in conservos, ut virtutis magnam habeat rationem. Uniuscujusque domus est civitas, unusquisque est princeps et rector suæ domus. Et id quidem est evidens in domo divitum, ubi sunt et agri et procuratores et præfecti supra præfectos : ego autem etiam domum pauperum dico esse civitatem. Sunt enim hic quoque principatus : utputa, maritus principatum obtinet in uxorem, uxor in servos, servi in uxores suas : rursus viri et mulieres in pueros. Annon tibi videtur esse veluti rex quispiam, cum tot habeat sibi subjectos principes; et oporteat eum esse omnium peritissimum administrandæ domus et civitatis? Nam qui scit varie et differenter his uti, scit aptos eligere principes, et quidem eliget præclaros. Ergo uxor erit domi rex alius, demto

Ex peccato factum ut alii liberi, alii servi essent.

βαναυσία, ἡ ἀπληστία· ἐπεὶ Νῶε δοῦλον οὐκ εἶχεν,
οὐδὲ Ἄβελ, οὐδὲ Σὴθ, ἀλλ' οὐδὲ οἱ μετὰ ταῦτα. Ἁμαρ-
τία τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἔτεκεν, ἡ εἰς τοὺς πατέρας ὕβρις.
Ἀκουέτωσαν οἱ παῖδες, ὅτι ἄξιοί εἰσι δοῦλοι εἶναι,
ὅταν εἰς τοὺς πατέρας ἀγνώμονες ὦσιν. Ἀφείλετο
ἑαυτοῦ ὁ τοιοῦτος τὴν εὐγένειαν· ὁ γὰρ ὑβρίζων τὸν
πατέρα, οὐκ ἔστιν ἔτι υἱός. Εἰ δὲ ὁ πατέρα ὑβρίζων,
F οὐκ ἔστιν υἱὸς, ὁ τὸν ὄντως ἡμῶν Πατέρα ὑβρίζων,
πῶς ἔσται υἱός; ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς εὐγενείας, ἐξύβρισεν
εἰς τὴν φύσιν. Εἶτα καὶ πόλεμοι καὶ μάχαι αἰχμα-
λώτους ἔλαβον. Ἀλλ' ὁ Ἀβραὰμ εἶχεν οἰκέτας, φησίν.
168 A Ἀλλ' οὐχ ὡς οἰκέταις ἐκέχρητο. Ὅρα πῶς πάντα εἰς
τὴν κεφαλὴν ἀναρτᾷ· τὴν γυναῖκα, ἵνα, φησὶν, ἀγα-
πᾷ ταύτην· τὰ παιδία, ἵνα ἐκτρέφῃ ἐν παιδείᾳ καὶ
νουθεσίᾳ Κυρίου· τοὺς δούλους, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν
αὐτῶν ὁ Κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς. Οὕτω, φησὶ, καὶ
αὐτοὶ, ὡς δοῦλοι ὄντες, φιλάνθρωποι γίνεσθε καὶ συγ-
γνωμονικοί. Εἰ δὲ βούλεσθε ἀκοῦσαι, τὰ αὐτὰ ἐροῦ-
μεν περὶ τῶν οἰκετῶν, ἃ καὶ πρότερον περὶ τῶν παί-
δων· διδάσκετε αὐτοὺς εἶναι εὐλαβεῖς, καὶ πάντως
πάντα [a] ἕπεται. Νῦν δὲ εἰς μὲν θέατρον ἀνιὼν, καὶ
B εἰς βαλανεῖον ἀπιών τις, πάντας ἐπισύρεται τοὺς παῖ-
δας· εἰς δὲ ἐκκλησίαν, οὐκέτι, οὐδὲ ἀναγκάζει παρεῖ-
ναι καὶ ἀκούειν. Πῶς δὲ ὁ οἰκέτης ἀκούσεται, σοῦ
τοῦ δεσπότου ἑτέροις προσέχοντος; Ἠγόρασας, ἐπρίω
τὸν δοῦλον; ἐπίταττε πρότερον αὐτῷ τὰ κατὰ Θεὸν,
ὥστε πρὸς τοὺς συνδούλους εἶναι ἤπιον, ἀρετῆς πολὺν
ποιεῖσθαι λόγον. Πόλις ἐστὶν ἡ ἑκάστου οἰκία, ἄρχων
ἐστὶν ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ οἰκίας. Καὶ ὅτι μὲν τοιαύ-
τη ἡ τῶν πλουτούντων, εὔδηλον, ἔνθα καὶ ἀγροὶ καὶ
ἐπίτροποι καὶ ἄρχοντες ἐπὶ ἄρχουσιν· ἐγὼ δὲ καὶ τὴν
C τῶν πενήτων οἰκίαν φημὶ πόλιν εἶναι. Καὶ γὰρ καὶ
ἐνταῦθά εἰσιν ἀρχαί· οἷον, κρατεῖ τῆς γυναικὸς ὁ
ἀνὴρ, ἡ γυνὴ τῶν οἰκετῶν, οἱ οἰκέται τῶν ἰδίων γυ-
ναικῶν· πάλιν αἱ γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες τῶν παίδων.
Ἆρα οὐ δοκεῖ σοι, καθάπερ τις βασιλεὺς εἶναι, το-
σούτους ἔχων ἄρχοντας ὑποτεταγμένους ἑαυτῷ, καὶ
πάντων προσήκειν αὐτὸν οἰκονομικώτερον εἶναι καὶ
πολιτικώτερον; Ὁ γὰρ εἰδὼς διαφόρως κεχρῆσθαι
τούτοις, οἶδε τοὺς ἐπιτηδείους ἄρχοντας αἱρεῖσθαι, καὶ
αἱρήσεταί γε λαμπρούς. Οὐκοῦν ἔσται βασιλεὺς ἕτε-
ρος ἡ γυνὴ ἐν οἰκίᾳ χωρὶς τοῦ διαδήματος, καὶ ὁ εἰδὼς
D τὸν βασιλέα τοῦτον αἱρεῖσθαι, πάντα τὰ ἄλλα κα-
λῶς διαθήσει. Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, φησὶν, ἐνδυ-

[a] [Idem ἕψεται.]

ναμοῦσθε ἐν Κυρίῳ. Ὅταν μέλλῃ τελευτᾷν ὁ λόγος, ἀεὶ τούτῳ κέχρηται τῷ τρόπῳ.

Οὐχὶ καλῶς ἔλεγον ἐξ ἀρχῆς, ὅτι στρατόπεδόν ἐστιν ὁλόκληρον ἡ ἑκάστου οἰκία; Ἰδοὺ γὰρ διατάξας πάσας τὰς ἀρχὰς, λοιπὸν αὐτοὺς καθοπλίζει, καὶ ἐπὶ πόλεμον ἐξάγει. Ἐὰν γὰρ μηδεὶς τὴν ἀρχὴν ἁρπάζῃ τὴν τοῦ ἑτέρου, ἀλλὰ κατὰ χώραν ἕκαστος μένῃ, πάντα εὖ διακείσεται. Ἐνδυναμοῦσθε, φησὶν, ἐν Κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ· τουτέστιν, ἐν τῇ ἐλπίδι τῇ εἰς αὐτὸν διὰ τῆς αὐτοῦ βοηθείας. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ [b] ἐπέταξεν ἅπερ ἔδει γενέσθαι, μὴ δείσητε, φησὶν, ἐπιῤῥίψατε τὴν ἐλπίδα ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ πάντα ἐξευμαρίσει. Καὶ ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Οὐκ εἶπε, πρὸς τὰς μάχας, οὐδὲ πρὸς τοὺς πολέμους, ἀλλὰ, Πρὸς τὰς μεθοδείας. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ φανερῶς ἡμῖν ὁ ἐχθρὸς πολεμεῖ, ἀλλὰ μεθοδείᾳ. Τί ἐστι μεθοδεία; Μεθοδεῦσαί ἐστι τὸ ἀπατῆσαι, [c] καὶ διὰ μηχανῆς ἑλεῖν, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν γίνεται, καὶ ἐν λόγοις, καὶ ἐν ἔργοις, καὶ ἐν παλαίσμασιν, ἐπὶ τῶν παραγόντων ἡμᾶς. Οἷόν τι λέγω· οὐδέποτε φανερὰ προτίθησι τὰ ἁμαρτήματα, εἰδωλολατρείαν οὐ λέγει, ἀλλ' ἑτέρως αὐτὸ κατασκευάζει μεθοδεύων, τουτέστι, πιθανὸν κατασκευάζων τὸν λόγον, ἐπικαλύμμασι κεχρημένος. Ἤδη μὲν οὖν * καὶ τούτῳ διήγειρε τοὺς στρατιώτας, καὶ νήφειν ἐποίησε, τῷ πεῖσαι καὶ διδάξαι, ὅτι πρὸς ἔμπειρον τῶν πολεμικῶν ἡμῖν ἡ μάχη, καὶ οὐχ ἁπλῶς [a] οὐδὲ φανερῶς πολεμοῦντα, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς μεθοδείας. Καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς τέχνης αὐτοῦ, δεύτερον δὲ ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ τοῦ πλήθους τοὺς μαθητὰς ἐπαίρει. Οὐχὶ καταβαλεῖν βουλόμενος τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἑστῶτας στρατιώτας, ἀλλ' ἐπᾶραι καὶ διεγεῖραι, εἶπε τὰ σοφίσματα, καὶ παρεσκεύασε νήφειν. Εἰ μὲν γὰρ μόνον διηγησάμενος αὐτῶν τὴν δύναμιν μέχρι τούτου τὸν λόγον ἔστησε, κἂν κατέβαλεν αὐτούς· εἰ δὲ καὶ πρὸ τούτου καὶ μετὰ τοῦτο δείκνυσι δυνατὸν εἶναι τὸν τοιοῦτον ἑλεῖν, μᾶλλον αὐτοὺς ἐπαίρει. Ἡ γὰρ τῶν ἐναντίων ἰσχὺς ὅσῳ ἂν σαφέστερον παρ' ἡμῶν ἀπαγγέλληται πρὸς τοὺς οἰκείους, τοσούτῳ σπουδαιοτέρους ποιεῖ τοὺς ἡμετέρους. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν, φησὶν, ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου,

C diademate: qui scit hunc regem eligere, alia omnia recte reget et dispensabit. 10. *De cætero,* inquit, *fratres, confortamini in Domino.* Quando finienda est oratio, hoc modo semper utitur.

3. Annon recte dicebam ab initio, quod uniuscujusque domus sit integer exercitus? Ecce enim omnibus constitutis principatibus, eos deinceps armat, et educit ad bellum. Nam si nemo arripiat E alterius principatum, sed unusquisque maneat in loco suo, omnia recte habebunt. *Confortamini,* inquit, *in Domino, et in potentia virtutis ejus:* hoc est, in spe in ipsum per ejus auxilium. Nam quoniam multa jussit quæ fieri oporteret, Nolite, inquit, timere, spem in Dominum conjicite, et omnia reddet facilia. 11. *Et induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli.* Non dixit, Adversus pugnas, neque adF versus bella, sed, *Adversus insidias:* neque enim incaute et aperte nobiscum bellum gerit inimicus, sed ex insidiis. Quid est autem μεθοδεία? Μεθοδεῦσαι est decipere, et per machinas capere: quod quidem fit et in artibus et in orationibus et in factis, et in lucta, per eos qui nos seducunt.
169 Exempli causa dico: numquam aperta proponit
A peccata: non dicit idololatriam seu cultum idolorum, sed aliter id instruit ex insidiis, hoc est, probabilem reddens orationem, et utens involucris. Jam ergo hoc etiam modo excitavit milites, et effecit ut essent sobrii, persuadens et docens prælium nobis ineundum adversus rei bellicæ peritum et non incaute nec aperte bellum gerentem, sed ex insidiis et methodica ratione. Et primum ab ejus arte, secundo a natura et multitudine excitat discipulos. Non volens dejicere milites, qui B secum stant adversus ipsum, sed excitare et erigere, dixit astutias et subtilia cogitata, et effecit ut sint sobrii. Nam si solum narratis eorum viribus finem imposuisset orationi, eos dejecisset: si autem et antea et postea ostendit eum posse capi et expugnari, eos magis excitat. Nam vires adversariorum quo a nobis apertius renuntiantur nostris, eo nostros reddunt diligentiores. 12. *Quoniam,* inquit, *non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus prin-* C *cipes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ*

[b] [Idem παραθαῤῥύνει λοιπὸν ὥστε μένειν.]

[c] [Idem καὶ διὰ συντόμου ἑλεῖν. *Quæ vera videtur lectio.* Danæus.]

* [*Leg.* καὶ τοῦτο . . τὸ πεῖσαι. *Non enim videtur de Paulo loqui, sed boni imperatoris exemplum proponere.* Danæus.]

[a] [Marg. Savil. οὐδὲ ἀφελῶς.]

in cælestibus. Postquam a genere pugnæ hortatus est, deinde a præmiis propositis eos excitat. Quomodo? Cum dixisset hostes esse vehementes, subjunxit eos nos magnis privare. Quibusnam? Pugna est in cælestibus: non certatur pro pecuniis, non pro gloria, sed certatur ne redigamur in servitutem et captivitatem. Quamobrem inimicitiæ sunt irreconciliabiles: contentio et pugna est vehementior, quando pro rebus magnis suscipitur: illud enim, *In cælestibus*, significat, pro cælestibus. Non ut ipsi victoriam adepti aliquid consequantur, sed ut nos privent. Ut si diceret, pactum conventum est in aliquo, illud *in* est *pro*, et *in* est *propter*. Vide quomodo vires inimici nos excitant, et faciunt ut simus sobrii, eo quod sciamus de rebus magnis esse periculum, et de magnis fore victoriam: studet enim nos e cælo ejicere. Quosnam dicit principes et potestates et mundi rectores hujus sæculi tenebrarum harum? quarumnam tenebrarum? numquid noctis? Nequaquam, sed nequitiæ: Eramus enim, inquit, aliquando tenebræ; nequitiam dicens et pravitatem, quæ est in vita præsenti. Non habebit enim ulterius locum, non in cælo, non in sæculo futuro. Eos autem dicit mundi rectores, non ut qui in mundo obtineant dominatum, sed quod malorum operum sint causæ. Nam hunc mundum solet Scriptura appellare sceleratas actiones; ut quando dicit Christus, *Vos non estis ex hoc mundo, sicut ego non sum ex mundo*. Nonne erant ex mundo? nonne carne erant circumdati? nonne erant ex iis qui sunt in mundo? Et rursus: *Mundus me odit: vos autem non potest odisse;* malas rursus dicens actiones. Vel mundum hic dicit malos homines; dæmones enim in eos magis dominatum obtinent. *Contra spiritualia nequitiæ*, inquit, *in cælestibus*. Principes dicit et potestates; sicut etiam in cælestibus sunt throni, dominationes, principatus, potestates. 13. *Propterea*, inquit, *accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare*. Diem malum dicit vitam præsentem: et malum sæculum hoc dicit, ex malis quæ in eo fiunt. Id est, semper armati estote. *Et omnibus*, inquit, *confectis;* hoc est, devictis vitiis, absurdis concupiscentiis, et omnibus quæ nobis afferunt molestiam. Non dixit solum facere, sed perficere; ut non solum de medio tollant, sed etiam stent postquam sustulerint: nam multi hanc

Ephes. 5. 8.

Joan. 17. 14. et 7. 7.

Mundus in Scriptura malos homines aliquando significat.

πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Προτρέψας ἀπὸ τοῦ εἴδους τῆς μάχης, λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῶν ἐπάθλων τῶν κειμένων αὐτοὺς διεγείρει. Τί γάρ; Εἰπὼν ὅτι σφοδροὶ οἱ ἐχθροὶ, ἐπήγαγεν, ὅτι καὶ μεγάλα ἡμᾶς ἀποστεροῦσι. Ποῖα; Ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἡ μάχη κεῖται· οὐ περὶ χρημάτων, οὐ περὶ δόξης, ἀλλ' ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ ὁ ἀγών. Ὥστε ἀκατάλλακτος ἡ ἔχθρα γίνεται. Σφοδροτέρα ἡ φιλονει- D
κία καὶ ἡ μάχη, ὅταν ὑπὲρ μεγάλων ᾖ. Τὸ γὰρ, Ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ τῶν ἐπουρανίων ἐστίν· οὐχ ἵνα αὐτοί τινος τύχωσι νικήσαντες, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἀποστερήσωσιν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ἡ συνθήκη ἐν τινὶ κεῖται, τὸ ἐν, ὑπέρ ἐστι, καὶ τὸ ἐν, διά ἐστιν. Ὅρα πῶς ἡμᾶς διεγείρει ἡ δύναμις τοῦ ἐχθροῦ, καὶ νήφειν ποιεῖ, [b] τὸ εἰδέναι ὑπὲρ μεγάλων ὄντα τὸν κίνδυνον, καὶ ὑπὲρ μεγάλων τὴν νίκην· τοῦ γὰρ οὐρανοῦ ἡμᾶς ἐκβάλλειν σπουδάζει. Ἀρχὰς τίνας φησὶ καὶ ἐξουσίας καὶ κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶ- E
νος τούτου; ποίου σκότους; ἆρα τῆς νυκτός; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ τῆς πονηρίας· ἦμεν γάρ, φησὶ, σκότος ποτὲ, οὕτω τὴν πονηρίαν λέγων τὴν ἐν τῷ παρόντι βίῳ. Οὐ γὰρ ἕξει περαιτέρω χώραν, οὐκ ἐν οὐρανῷ, οὐκ ἐν τῷ μετὰ ταῦτα αἰῶνι. Κοσμοκράτορας δὲ αὐτούς φησιν, οὐχ ὡς τοῦ κόσμου κρατοῦντας, ἀλλ' ὡς τῶν πονηρῶν ἔργων ὄντας αἰτίους. Οἶδε γὰρ κόσμον καλεῖν ἡ Γραφὴ τὰς πονηρὰς πράξεις· ὡς ὅταν λέγῃ ὁ Χριστός· Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, ὥσπερ F
ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου. Ἆρα οὖν οὐκ ἦσαν ἐκ τοῦ κόσμου; οὐχὶ σάρκα περιέκειντο; οὐ τῶν ἐν κόσμῳ ἦσαν; Καὶ πάλιν· Ὁ κόσμος ἐμὲ μισεῖ, ὑμᾶς δὲ οὐ δύναται μισεῖν· πάλιν τὰς πονηρὰς πράξεις λέγων οὕ-
170 A τως. Ἢ κόσμον ἐνταῦθα τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους λέγει· οἱ γὰρ δαίμονες μᾶλλον τούτων κρατοῦσι. Πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τὰ πνευματικὰ, φησὶ, τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας φησὶ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπουρανίων εἰσὶ θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι. Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι. Ἡμέραν πονηρὰν, τὸν παρόντα βίον, καὶ αἰῶνα δὲ πονηρὸν τοῦτον καλεῖ, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῷ γινομένων κακῶν. Τουτέστιν, ἀεὶ ὁπλί- B
ζεσθε. Καὶ ἅπαντα, φησὶ, κατεργασάμενοι· τουτέστι, καὶ πάθη καὶ ἐπιθυμίας ἀτόπους καὶ τὰ ἐνοχλοῦντα ἡμῖν ἅπαντα. Οὐχ ἁπλῶς ἐργάσασθαι εἶπεν, ἀλλὰ κατεργάσασθαι, ὥστε οὐκ ἀνελεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ στῆναι μετὰ τὸ ἀνελεῖν. Πολλοὶ γὰρ τὴν νίκην ταύτην νικήσαντες, πάλιν ἔπεσον. Πάντα, φησὶ, κατεργασάμενοι, οὐ τὸ μὲν ναὶ, τὸ δὲ οὔ· δεῖ γὰρ καὶ

[b] [Id. τῷ εἰδέναι περὶ μεγ.]

μετὰ τὴν νίκην στάσεως. [a] Ἐβλήθη ποτὲ, ἀλλὰ πάλιν ἀναζῇ τὰ βαλλόμενα· ἂν μὴ στῶμεν, ἤδη καὶ πεσόντα ἀνίσταται. Ἕως ἂν στήκωμεν, πέπτωκεν· ἕως ἂν μὴ περιφερώμεθα, ἐκεῖνος οὐκ ἀνίσταται. Ἐνδυσώμεθα τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ.

Ὁρᾷς πῶς τὸν φόβον ἐξεῖλεν; Εἰ γὰρ δυνατὸν κατεργάσασθαι καὶ στῆναι, τί ἀποφεύγεις τὴν μάχην; Στῆθι κατεργασάμενος, καὶ νενίκηκας. Καὶ μὴ θαυμάσῃς ὅτι τοσαῦτα περὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν δυνάμεως διεξέρχεται· τὸ γὰρ ταῦτα διεξιέναι οὐ δειλίαν ἐμποιεῖ καὶ φόβον, ἀλλὰ τὴν ῥαθυμίαν ἀποτινάσσει. Ἵνα δυνηθῆτε, φησὶν, ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ. Καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου παραμυθεῖται. Βραχὺς, φησὶν, ὁ καιρός· ὥστε χρὴ ἑστάναι· μὴ κάμητε μετὰ τὴν σφαγήν. Εἰ τοίνυν πόλεμός ἐστιν, εἰ τοιαῦται αἱ παρατάξεις εἰσὶν, εἰ ἀσώματοι αἱ ἀρχαὶ, εἰ κοσμοκράτορες, εἰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, πῶς τρυφᾷς, εἰπέ μοι; πῶς διακεχυμένος εἶ; πῶς ἀφωπλισμένοι περιγενέσθαι δυνησόμεθα; Ταῦτα ἕκαστος ἑαυτῷ λεγέτω καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὅταν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ κρατῆται, ὅταν ὑπὸ ἐπιθυμίας, ὅταν τὸν ὑγρὸν τοῦτον βίον [b] καὶ εἰκῇ ἐπιζητῇ. Ἀκουέτω τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας. Χαλεπώτερος οὗτος ὁ πόλεμος τοῦ αἰσθητοῦ, σφοδροτέρα ἡ μάχη. Ἐννόησον ὅσον οὗτος παλαίει χρόνον, ὑπὲρ τίνος πυκτεύει, καὶ γενοῦ σεαυτοῦ ἀσφαλέστερος. Ναὶ, φησὶν, ἀλλ' ἔδει ὄντα διάβολον ἐκ μέσου γενέσθαι, καὶ πάντες ἂν ἐσώζοντο. Ταῦτά τινες τῶν ῥαθύμων προφασιζόμενοι φθέγγονται. Δέον σε εὐχαριστεῖν, ἄνθρωπε, ὅτι τοιούτου περιγίνῃ, ἂν ἐθέλῃς, ἐκ τῶν ἐναντίων καὶ ἀγανακτεῖς, νωθροῦ τινος καὶ ὑπνηλοῦ στρατιώτου φθεγγόμενος ῥήματα. Οἶδας τὰς λαβὰς, ἂν ἐθέλῃς· περισκόπει πάντοθεν, σαυτὸν τείχιζε. Οὐχὶ πρὸς τὸν διάβολόν ἐστιν ἡ μάχη μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς ἐκείνου δυνάμεις. Πῶς οὖν παλαίσομεν τῷ σκότῳ, φησί; Φῶς γενόμενοι. Πῶς τοῖς πνευματικοῖς τῆς πονηρίας; Ἀγαθοὶ γενόμενοι. Ἀγαθῷ γὰρ ἐναντίον ἡ πονηρία, καὶ φῶς ἀπελαύνει σκότος· ἂν δὲ καὶ αὐτοὶ ὦμεν σκότος, ἁλωσόμεθα πάντως. Πῶς οὖν αὐτῶν περιεσόμεθα; Ἂν ὅπερ εἰσὶν ἀπὸ φύσεως ἐκεῖνοι, τοῦτο γενώμεθα ἀπὸ προαιρέσεως ἡμεῖς, σαρκὸς ἐκτὸς καὶ αἵματος· οὕτως αὐτοὺς αἱρήσομεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ὑπὸ πολλῶν ἐλαύνεσθαι, μὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι αὐτοὶ πολε-

adepti victoriam rursus ceciderunt. *Omnibus*, inquit, *confectis* : non hoc quidem confecto, illo vero non : stare enim oportet post victoriam.
C Dejecta sunt aliquando, sed quæ dejiciuntur reviviscunt : nisi steterimus, etiam quæ ceciderunt resurgunt. Donec stamus, dejecta sunt : donec non circumagimur, ille non resurgit. Induamur armatura Dei.

4. Vides quomodo metum ademerit. Nam si fieri potest ut conficiamus et stemus, cur refugis pugnam? Sta hostes conficiens, et vicisti. Et ne mireris, quod tanta de hostium viribus recenseat : nam recensere vires inimicorum, non metum affert et timorem, sed ignaviam excutit et socordiam. *Ut possitis*, inquit, *resistere in die malo.* A tempore etiam consolatur. Tempus, inquit, est breve : quare oportet stare : ne defessi sitis post
D cædem. Si est ergo bellum, si tales sunt acies, si incorporei principes, si mundi rectores, si spiritualia nequitiæ; quomodo, dic quæso, deliciis indulges? quomodo es dissolutus? quomodo inermes superare poterimus? Hæc unusquisque sibi dicat quotidie, quando ei dominatur ira, quando cupiditas, quando quærit hanc mollem vitam lubricam et inconstantem. Audiat beatum Paulum dicentem, *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus*
E *principes, adversus potestates.* Hoc bellum est sensili gravius, pugna vehementior. Cogita ergo quantum tempus iste luctatur, pro quo pugnat, et esto cautior. Etiam, inquies; sed oportuisset diabolum de medio tolli, et omnes salvi essent. Hæc prætendunt quidam socordes et ignavi. Cum oporteret, o homo, te agere gratias quod, si velis, cum superes, contra etiam succenses, verba loquens cujusdam desidis et somnolenti militis. Nosti, si velis, rationes quibus apprehenditur :
F undique circumspice, teipsum muni. Non est solum pugna adversus diabolum, sed etiam adversus illius potestates. Quomodo ergo luctabimur cum tenebris? Si lux facti fuerimus. Quomodo
171 A cum spiritualibus nequitiæ? Si facti fuerimus boni. Bono enim contrarium est nequitia et pravitas, et lux expellit tenebras : quod si ipsi quoque simus tenebræ, omnino capiemur et superabimur. Quomodo ergo ipsos superabimus? Si quod illi sunt a natura, effecti fuerimus ex libero arbitrio et animi instituto, nempe extra carnem

a [Fort. ἐβλήθη ποτέ; ἀλλὰ πάλιν ἀναστῇ τὰ β. *Dejectus est aliquando? Sed rursus resurgant quæ dejecta fuerint.*]

b [Excidisse videtur adverbium, fort. ἁπλῶς.]

et sanguinem, sic eos vincemus. Nam quoniam est verisimile ipsos a multis agitari, Ne existimetis, inquit, quod ipsi nobiscum bellum gerant: qui in ipsis operantur dæmones sunt, qui bellum gerunt: adversus illos nobis est pugna. Duo autem ex his efficit, ut qui et ipsos reddat audaciores adversus eos qui se oppugnant, illorumque animum contra hostes erigat. Et quanam de causa nobis pugna adversus eos exorta est? Quoniam in bello sociam habemus inexpugnabilem, nempe spiritus gratiam, eam artem didicimus, ut adversus homines non possimus luctari, sed adversus dæmones. Si autem velimus, ne luctabimur quidem: nam lucta est quoniam volumus. Ejus enim qui in
Luc. 10. 19. nobis inhabitat tanta est virtus, ut dicat: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem potestatem inimici.* Omnem nobis dedit potestatem, et luctandi et non luctandi: sed quoniam nos sumus pigri et hebetes, cum eis luctamur. Nam quod Paulus
Rom. 8. 35. non sit luctatus, audi eum dicentem, *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persequutio, an nuditas, an periculum, an gladius?* Et rursus audi eum di-
Ib. 16. 20. centem, *Deus conteret satanam sub pedibus vestris cito.* Illum enim habebat subditum; et
Act. 16. 18. ideo dicebat, *Præcipio tibi in nomine Domini Jesu ut ab ea exeas.* Hoc autem non est luctantis. Nam qui luctatur, nondum vicit; qui autem vicit, non luctatur amplius: nam eum subjecit, et captivum reddidit. Petrus quoque non luctabatur cum diabolo, sed quod erat melius quam luctari, id faciebat. Fideles multi, obsequentes, catechumeni ex magna superabundantia illo erant supe-
2. Cor. 2. 11. riores. Et ideo dicebat beatus Paulus, *Non enim ignoramus cogitationes ejus.* Unde etiam eum maxime superavit. Et rursus audi eum dicentem,
Ib. 11. 15. *Non est mirum, si ministri illius transfigurantur tamquam ministri justitiæ:* ita noverat
2 Thess. 2. 7. omnem pugnam, et nihil eum latebat. Et, *Mysterium enim*, inquit, *jam operatur iniquitatis.* Sed adversus nos ipsos est colluctatio. Nam audi
Rom. 8. 38. 39. eum rursus dicentem, *Certus sum quod neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque alia creatura poterit nos separare a dilectione Christi.* Non dixit, A Christo, sed *A dilectione Christi:* nam multi sunt uniti Christo,

μοῦσιν ἡμῖν. Οἱ ἐνεργοῦντες ἐν αὐτοῖς δαίμονές εἰσιν, οἱ πολεμοῦντες· πρὸς ἐκείνους ἡμῖν ἡ μάχη. Δύο δὲ ἀπὸ τούτων κατασκευάζει, [a] αὐτούς τε προθυμοτέρους ποιῶν πρὸς τοὺς πολεμοῦντας αὐτοῖς, καὶ πρὸς ἐκείνους τὸν θυμὸν ἐγείρων. Καὶ τίνος ἕνεκεν πρὸς τούτους
B ἡμῖν ἡ μάχη γεγένηται; Ἐπειδὴ καὶ σύμμαχον ἔχομεν ἄμαχον, τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν, τέχνην ἐδιδάχθημεν τοιαύτην, ὥστε μὴ πρὸς ἀνθρώπους δύνασθαι παλαίειν, ἀλλὰ πρὸς δαίμονας. Ἂν δὲ ἐθέλωμεν, οὐδὲ παλαίσομεν, ἐπειδὴ γὰρ βουλόμεθα, πάλη ἐστίν· ἐπεὶ τοσαύτη ἡ δύναμις τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν, ὡς λέγειν, Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ
C ἐχθροῦ. Πᾶσαν ἡμῖν δέδωκεν ἐξουσίαν καὶ τοῦ παλαίειν, καὶ τοῦ μὴ παλαίειν· ἐπειδὴ δὲ ἡμεῖς νωθεῖς ἐσμεν, παλαίομεν αὐτοῖς· ἐπεὶ ὅτι Παῦλος οὐκ ἐπάλαισεν, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμὸς, ἢ διωγμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; Καὶ πάλιν ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· Ὁ Θεὸς συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Εἶχε γὰρ αὐτὸν ὑποτεταγμένον· διὸ καὶ ἔλεγε, Παραγγέλλω σοι ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐξελ-
D θεῖν ἀπ' αὐτῆς. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι παλαίοντος. Ὁ γὰρ παλαίων οὐδέπω ἐνίκησεν, ὁ δὲ νικήσας οὐκέτι παλαίει. Ὑπέταξεν αὐτὸν, ἐξῃχμαλώτισε. Καὶ Πέτρος δὲ οὐκ ἐπάλαιε τῷ διαβόλῳ, ἀλλ' ὃ τοῦ παλαῖσαι βέλτιον ἦν, τοῦτο εἰργάζετο. Ἐν τοῖς πιστοῖς, ἐν τοῖς ὑπακούουσιν, ἐν τοῖς κατηχουμένοις ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἐκράτουν αὐτοῦ [b]. Διὸ καὶ ἔλεγεν ὁ μακάριος Παῦλος· Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. Ὅθεν καὶ μάλιστα αὐτοῦ περιεγένετο. Καὶ πάλιν ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· Οὐ θαυμαστὸν, εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ
E μετασχηματίζονται, ὡς διάκονοι δικαιοσύνης. Οὕτως ᾔδει πᾶσαν τὴν μάχην, καὶ οὐδὲν αὐτὸν ἐλάνθανε. Καὶ, Τὸ μυστήριον γὰρ, φησὶν, ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας. Ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς ἡ πάλη ἐστίν. Ἐπεὶ ἄκουε πάλιν αὐτοῦ λέγοντος· Πέπεισμαι ὅτι οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε ἐξουσίαι, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. Οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ', Ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. Πολλοὶ γάρ εἰσιν ἡνωμένοι δῆθεν τῷ
F Χριστῷ, οὐκ ἀγαπῶντες δὲ αὐτόν. Οὐ μόνον, φησὶν, ἀρνήσασθαί με οὐ πείσεις, ἀλλ' οὐδὲ ἧττον αὐτὸν ἀγαπῆσαι. Εἰ δὲ αἱ ἄνω δυνάμεις οὐκ ἂν τοῦτο ἴσχυσαν,
172 τίς ἕτερος αὐτὸν μετέστησεν; Οὐχ ὡς δὲ ἐκείνων ἐπι-
A χειρουσῶν, ταῦτά φησιν, ἀλλὰ καθ' ὑπόθεσιν. Διὸ καὶ

a [Marg. Savil. αὐστηροτέρους ποιῶν, καὶ τὸν πρὸς ἐκείνους θυμὸν καλῶν τοὺς πολεμοῦντας αὐτοῖς.]

b [Addit id. καὶ τῶν δυνάμεων τῶν αὐτοῦ.]

ἔλεγε, Πέπεισμαι. Οὐκοῦν οὐκ ἐπάλαιεν, ἀλλ' ὅμως φοβεῖται αὐτοῦ τὰς πανουργίας. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· Φοβοῦμαι, μή πως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν. Ναὶ, φησίν· ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τούτῳ τῷ ῥήματι κέχρηται, λέγων· Φοβοῦμαι γὰρ, μή πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. Πῶς οὖν πέπεισαι, ὅτι οὐδείς σε χωρίσει;

B Ὁρᾷς ὅτι ταπεινοφροσύνης τὸ ῥῆμά ἐστι καὶ μετριότητος; Ἤδη γὰρ ἐκεῖνος ᾤκει τὸν οὐρανόν· διὸ καὶ ἔλεγεν, Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα· καὶ πάλιν, Τὸν δρόμον τετέλεκα. Ὥστε οὐκ εἰς ταῦτα ἐνεπόδιζεν αὐτῷ ὁ διάβολος, ἀλλ' εἰς τὰ τῶν μαθητῶν. Τί δήποτε; Ἐπειδὴ τούτων οὐκ αὐτὸς ἦν κύριος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκείνων προαίρεσις. Ἐκεῖ ἐστιν ὅπου ἐκράτει· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐκεῖ αὐτοῦ ἐκράτει, ἀλλὰ τῆς ῥᾳθυμίας τῶν μὴ προσεχόντων. Εἰ μὲν γὰρ τὰ παρ' αὐτοῦ μὴ ἐπλήρου, ἢ διὰ νωθείαν, ἢ δι' ἄλλο τι C τοιοῦτον, αὐτοῦ ἐκράτει· εἰ δὲ αὐτὸς μὲν πάντα ἔπραττεν, ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἐπείθοντο, οὐκ αὐτοῦ ἐκράτει, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀπειθείας· καὶ τὸ νόσημα οὐ τοῦ ἰατροῦ ἐκράτει, ἀλλὰ τῆς ἀταξίας τοῦ κάμνοντος. Ὅταν γὰρ αὐτὸς μὲν πάντα παρασκευάσηται, ἐκεῖνος δὲ πάντα διαφθείρῃ, ἐκεῖνος ἥττηται, οὐχ οὗτος. Ὥστε οὐδαμοῦ ἐκράτησε τοῦ Παύλου. Πλὴν ἀλλ' ἐφ' ἡμῶν ἀγαπητὸν τὸ καὶ δύνασθαι παλαίειν. Ῥωμαίοις μὲν οὐ τοῦτο ἐπεύχεται, ἀλλὰ τί; Συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει· καὶ τούτοις οὕτως ἐπεύχεται, Τῷ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι D ὑπερεκπερισσοῦ, ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν. Ὁ παλαίων, ἔτι κατέχεται· πλὴν ἀλλ' ἀγαπητὸν καὶ τὸ μὴ πεσεῖν. Τότε ἡ νίκη λαμπρὰ γίνεται, ὅταν ἐξέλθωμεν ἐντεῦθεν. Οἷον, [a] ἔστω τις ἐπιθυμία πονηρά· τὸ μὲν παράδοξον, μηδὲ δέχεσθαι ταύτην, ἀλλὰ σβεννύναι· εἰ δὲ τοῦτο οὐ δυνατὸν, κἂν παλαίωμεν καὶ διαπαντὸς κατέχωμεν· ἂν παλαίοντες ἐξέλθωμεν, νενικήκαμεν. Οὐ γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἂν μὴ καταβάλῃς, οὐ νενίκηκας· ἐνταῦθα δὲ E ἂν μὴ καταβληθῇς, νενίκηκας· ἂν μὴ καταβληθῇς, κατέβαλες. Εἰκότως· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀμφότεροι ὑπὲρ νίκης σπουδάζουσι, κἂν ὁ ἕτερος καταβληθῇ, ὁ ἕτερος στεφανοῦται· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὁ διάβολος

[a] [Id. ἔστω τις ἐπιθυμία πονηρᾷ παλαίων.]

ipsum autem non diligentes. Non solum, inquit, non persuadebis ut negem, sed nec ut eum minus diligam. Si autem supernæ virtutes hoc non potuissent, quis alius eum transmutasset? Non hoc autem dicit ac si illæ hoc aggrederentur, sed per hypothesim. Et ideo dicit, *Certus sum*, seu, Est mihi persuasum. Igitur non luctabatur, sed tamen timet ejus astutias. Audi enim eum dicentem, *Timeo enim ne, sicut serpens Evam seduxit* 2. Cor. 11. 3.
astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate quæ est in Christo. Etiam, dicit: et pro seipso utitur hoc verbo dicens, *Timeo enim ne forte, cum aliis prædica-* 1. Cor. 9. 27.
vero, ipse reprobus efficiar. Quomodo ergo est tibi persuasum quod nemo te separabit?

5. Vides quod hoc verbum sit humilitatis et modestiæ. Ille enim jam cælum habitabat; et ideo dicebat, *Nihil enim mihi conscius sum;* et rur- 1. Cor. 4. 4.
sus, *Cursum consummavi.* Quare ad hæc non 2. Tim. 4. 7.
ei impedimentum afferebat diabolus, sed ad ea quæ erant discipulorum. Quare? Quoniam non eos habebat in potestate solum, sed eorum etiam liberum arbitrium. Illic erat superior; imo vero nec illic ideo erat superior, sed ex socordia et ignavia eorum qui non attendebant. Nam si id quidem quod suarum erat partium non implesset, aut propter segnitiem, aut propter aliquid aliud ejusmodi, illo fuisset superior: si autem ipse quidem faciebat omnia; illi autem non parebant, non illum superavit, sed eorum inobedientiam; et morbus non superavit medicum, sed ægroti intemperantiam. Cum enim ipse quidem omnia paraverit, ille autem omnia corruperit, ille fuit superatus, non hic. Quamobrem Paulo nusquam fuit superior. Cæterum nobiscum bene agitur quod possimus etiam luctari. Romanis quidem hoc non optat, sed quid? *Con-* Rom. 16. 20.
teret satanam sub pedibus vestris cito: his vero sic optat, *Ei autem, qui potens est omnia* Ephes. 3. 20.
facere superabundanter quam petimus aut intelligimus. Qui luctatur, adhuc tenetur; sed bene cum eo agitur si non ceciderit. Tunc præclara est victoria, quando hinc excesserimus. Exempli causa, sit aliqua concupiscentia; admirabile quidem est eam non admittere, sed extinguere: si hoc autem fieri non possit, et luctemur et nos semper contineamus: si luctantes excesserimus, vicerimus. Non enim ita se res habet hic sicut in athletis: nam illic quidem

nisi dejeceris, non vicisti; hic autem vicisti, si non fueris dejectus; si non es dejectus, dejecisti; et merito. Nam illic quidem ambo contendunt de victoria, et si alter fuerit dejectus, alter coronatur: hic autem non sic, sed diabolus contendit ut nos superemur. Quando ergo id ei ademero de quo contendit, vici: non enim incumbit ut dejiciat, sed ut secum dejiciat. Jam est ergo victus: ipse enim jam est dejectus, et est in perditione et interitu. Ejus autem victoria non est in hoc ut coronetur, sed ut me perdat. Quamobrem si non dejecero, non fuero autem dejectus, vici. Quænam est ergo præclara victoria? Ex superabundantia eum conculcare, ut faciebat Paulus, res præsentes nihil esse existimans. Nos quoque eum imitemur, et studium ponamus ut simus superiores, et nullam ei demus ansam.

Divitiæ et inanis gloria ansam dant diabolo.

Divitiæ dant ei ansam, pecuniæ, inanis gloria, et sæpe quidem eum erigunt, sæpe autem ferum reddunt et immanem. Sed quid opus est lucta? quid opus est ut concertemus? Qui manus conserit, finem habet incertum, num ipse etiam superabitur et capietur: qui autem conculcat, certam et manifestam habet victoriam. Conculcemus diaboli potentiam, conculcemus peccata; omnia, inquam, quæ ad hanc vitam pertinent, iram, concupiscentiam, arrogantiam, omnes animi perturbationes et vitia: ut cum illuc excesserimus, non inveniamur prodidisse potestatem quam nobis dedit Deus. Ita enim etiam futura consequemur. Si autem in hoc fuerimus ignavi, quis nobis majora committet? Si enim eum qui offendit, qui est ignominiosus, qui est contemtus, qui jacet sub pedibus, non potuimus conculcare, quomodo dabit nobis Pater res paternas? si eum qui est adeo subjectus non superavimus, quamnam habebimus fiduciam ingrediendi in domum paternam? Nam, dic mihi, si habeas aliquem filium, ille autem relictis famulis qui sunt honesti, versetur cum iis qui tibi fuerunt molesti, qui e domo pulsi sunt, qui in alea sunt occupati, et hoc faciat perpetuo, non exheredabitur? Perspicuum est, eum esse exheredandum. Ita nos quoque, si dimissis angelis qui Deo placuerunt, et qui nobis sunt præfecti, versemur cum diabolo, omnino erimus exheredes. Verum absit, ut nostrum quisquam hoc patiatur; sed bello adversus ipsum suscepto et cum superno auxilio victores, heredes simus regni cælo-

ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἥττης σπουδάζει. Ὅταν οὖν αὐ-
τὸν ἀφέλωμαι τοῦτο ὑπὲρ οὗ σπουδάζει, ἐνίκησα· οὐ
γὰρ ὥστε καταβαλεῖν, ἀλλ' ὥστε συγκαταβαλεῖν
ἐπείγεται. Ἤδη οὖν νενίκηται· αὐτὸς γὰρ ἤδη βέβλη-
C ται, καὶ ἐν τῇ ἀπωλείᾳ ἐστιν. Ἡ δὲ νίκη αὐτοῦ οὐκ
ἐν τῷ στεφανωθῆναι, ἀλλ' ἐν τῷ ἐμὲ ἀπολέσαι· ὥστε
ἂν μὴ καταβάλω, μὴ καταβληθῶ δὲ, νενίκηκα. Τίς
οὖν ἐστι λαμπρὰ νίκη; Τὸ ἐκ περιουσίας καταπατεῖν
173 αὐτὸν, οἷον ὁ Παῦλος ἐποίει, οὐδὲν ἡγούμενος εἶναι
A τὰ παρόντα πράγματα. Τοῦτον καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα,
καὶ σπουδάζωμεν ἀνώτεροι γενέσθαι, καὶ μηδαμόθεν
παρέχειν αὐτῷ λαβήν. Ὁ πλοῦτος δίδωσιν αὐτῷ λα-
βὴν, τὰ χρήματα, ἡ κενοδοξία· καὶ πολλάκις μὲν
αὐτὸ ἀνέστησε, πολλάκις δὲ ἠγρίανεν. Ἀλλὰ τίς χρεία
πάλης; τίς χρεία συμπλοκῆς; Ὁ συμπλεκόμενος ἄδη-
λον ἔχει τὸ τέλος, πότερον μὴ ἡττηθείη καὶ αὐτὸς καὶ
ἁλώσεται· ὁ δὲ καταπατῶν, δήλην ἔχει τὴν νίκην.
Οὐκοῦν καταπατήσωμεν τοῦ διαβόλου τὴν δύναμιν,
B καταπατήσωμεν τὰς ἁμαρτίας, πάντα λέγω τὰ βιω-
τικὰ, θυμὸν, ἐπιθυμίαν, ἀλαζονείαν, πάντα τὰ πάθη·
ἵνα ἀπελθόντες ἐκεῖ, τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔδωκεν ἡμῖν ὁ
Θεὸς, μὴ εὑρεθῶμεν προδιδόντες. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν
μελλόντων ἐπιτευξόμεθα. Εἰ δὲ * περὶ τοῦτο γινόμεθα
κακοὶ, τίς ἡμῖν ἐγχειρίσει τὰ μείζονα; Εἰ γὰρ τὸν
προσκεκρουκότα, τὸν ἠτιμωμένον, τὸν καταπεφρονη-
μένον, τὸν ὑπὸ τοὺς πόδας κείμενον, πατῆσαι οὐκ ἠδυ-
νήθημεν, πῶς ἡμῖν δώσει τὰ πατρῷα ὁ Πατήρ; εἰ
C τοῦ οὕτως ὑποτεταγμένου οὐ περιεγενόμεθα, ποίαν
ἕξομεν παῤῥησίαν εἰς τὴν πατρῴαν εἰσελθεῖν οἰκίαν;
Εἰπὲ γάρ μοι· εἴ τινα υἱὸν ἔχοις, ἐκεῖνος δὲ ἀφεὶς
τοὺς [a] εὐγνωμονοῦντας τῶν οἰκετῶν, ἀναμιγνύηται
τοῖς σε λελυπηκόσι, τοῖς ἐκπεπτωκόσι τῆς πατρῴας
οἰκίας, τοῖς περὶ κυβείαν ἠσχολημένοις, καὶ μέχρι
τέλους τοῦτο ποιῇ, οὐχὶ ἀποκληρονόμος ἔσται; Εὔ-
δηλον ὅτι. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἂν ἀφέντες τοὺς εὐηρε-
στηκότας καὶ τοὺς ἐπιτεταγμένους ἡμῖν ἀγγέλους,
ἀναστρεφώμεθα μετὰ τοῦ διαβόλου, πάντως ἀποκλη-
D ρονόμοι ἐσόμεθα. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο τοῦτο μηδένα πα-
θεῖν ἡμῶν, ἀλλὰ τὸν πόλεμον ἀναδεξαμένους τὸν πρὸς
αὐτὸν, καὶ νικήσαντας μετὰ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας,
κληρονόμους γενέσθαι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Εἴ
τις ἐχθρὸν ἔχει, εἴ τις ὑπ' αὐτοῦ ἠδίκηται, εἴ τις
ἀγριαίνει, πάντα τὸν θυμὸν ἐκεῖνον, πᾶσαν τὴν χαλε-
πότητα συναγαγὼν κενούτω κατὰ τῆς τοῦ διαβόλου
κεφαλῆς. Ἐνταῦθα ὁ θυμὸς καλὸν, ἐνταῦθα ἡ ὀργὴ
χρήσιμον, ἐνταῦθα ἡ μνησικακία ἐπαινετόν. Ὥσπερ
E γὰρ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν τοῦτο τὸ μνησικακεῖν κακὸν, οὕ-
τως ἐνταῦθα τὸ μνησικακεῖν ἀγαθόν. Ὥστε εἰ ἐλατ-

* [*Leg.* περὶ τούτου. Dunæus.]

a [Marg. Savil. εὐπροσωποῦντας.]

τώματα ἔχεις, ἐνταῦθα αὐτὰ [b] ἀποσκεύαζε· εἰ δὲ μὴ δύνασαι αὐτὸς ἀποθέσθαι, κἂν μετὰ τῶν μελῶν τῶν σῶν. Ἔπληξέ σέ τις; Μνησικάκησον τῷ διαβόλῳ, καὶ μηδέποτε καταλύσῃς τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς αὐτόν. Ἀλλ' οὐκ ἔπληξε; Καὶ οὕτω μνησικάκει, ὅτι τὸν Δεσπότην ὕβρισε τὸν σὸν, ὅτι προσέκρουσεν, ὅτι τοὺς ἀδελφοὺς λυμαίνεται καὶ πολεμεῖ. Ἀεὶ ἐχθρὸς ἔσο, Γ
ἀεὶ πικρὸς, ἀεὶ ἀνήμερος· οὕτω ταπεινὸς ἔσται ἐκεῖνος, οὕτως εὐκαταφρόνητος, οὕτως εὐχείρωτος. Ἂν ἡμεῖς ἀγριαίνωμεν πρὸς αὐτὸν, ἐκεῖνος οὐκ ἔσται ἡμῖν ἄγριος· ἂν ἡμεῖς ὦμεν ἐπιεικεῖς, τότε ἐκεῖνος ἄγριος ἔσται· οὐχ ὡς ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων. 174
Ἐχθρός ἐστι καὶ πολέμιος καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς σω- A
τηρίας, τῆς ἡμετέρας καὶ τῆς αὐτοῦ. Εἰ ἑαυτὸν οὐ φιλεῖ, πῶς ἡμᾶς φιλῆσαι δυνήσεται; Παρατασσώμεθα τοίνυν καὶ βάλλωμεν αὐτὸν, ἔχοντες σύμμαχον μέγαν τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς δυνήσεται καὶ ἡμᾶς ἀχειρώτους ποιῆσαι ταῖς ἐκείνου πάγαις, καὶ τῶν μελλόντων ἀξιῶσαι ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ,
καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. B

rum. Si quis habet inimicum, si injuria ab aliquo est affectus, si quis est efferatus, omnem congregatam asperitatem et ferociam effundat in caput diaboli. Hic ira res est bona et honesta; hic indignatio res est utilis; hic injuriæ acceptæ recordatio et odium res est laudabilis. Sicut enim in externis injuriæ acceptæ recordari est malum, ita hic injuriæ acceptæ meminisse est bonum. Itaque si habes vitia et defectus, ea hic depone; si non potes ea deponere, saltem cum membris tuis depone. Percussit aliquis? Sis injuriæ a diabolo acceptæ memor, et numquam adversus eum susceptas compone inimicitias. At non percussit? Sic quoque sis memor acceptæ injuriæ; quod Dominum tuum affecerit contumelia, quod offenderit, quod fratribus noceat, et cum eis bellum gerat. Sis semper inimicus, semper acerbus, semper immitis et ferus. Ita ille erit humilis, sic erit despicabilis, sic captu facilis. Si nos simus in eum feroces, ille in nos non erit ferus; si nos simus clementes et benigni, tunc ille erit ferox : non sicut erga fratres nostros erga illum affecti simus. Ille est inimicus et hostis vitæ et salutis, et nostræ et suæ. Si seipsum non diligit, quomodo poterit nos diligere? Struamus ergo aciem, et eum feriamus, cum magnum habeamus belli socium et adjutorem Dominum nostrum Jesum Christum, qui poterit efficere ut minime capiamur ejus laqueis, et nos bonis futuris dignabitur : quæ nobis omnibus detur consequi gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

b [Id. γύμναζε.]

ΟΜΙΛΙΑ κγ'.

Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ.

Συντάξας τὸ στρατόπεδον τοῦτο, καὶ διεγείρας αὐτῶν τὴν προθυμίαν (ἀμφοτέρων γὰρ ἔδει, καὶ τοῦ συντεταγμένους εἶναι, καὶ τοῦ θυμὸν αὐτῶν διεγερθῆναι), C
καὶ παραθαρσύνας αὐτούς (καὶ γὰρ καὶ τούτου ἔδει), λοιπὸν αὐτοὺς καὶ καθοπλίζει. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὅπλων ὄφελος, ἐκείνων πρότερον μὴ διατεταγμένων, μηδὲ τοῦ θυμοῦ διεγερθέντος τῆς τοῦ στρατιώτου ψυχῆς. Δεῖ γὰρ πρότερον αὐτὸν ἔνδοθεν ὁπλίζειν, καὶ τότε ἔξωθεν.

HOMILIA XXIII.

Cap. VI. v. 14. *State ergo succincti lumbos vestros in veritate.*

1. Cum exercitum hunc ordinasset, et eorum excitasset animi alacritatem (utriusque enim erat opus, et ut essent ordinati, et ut excitaretur eorum animus); cum eis animum addidisset (nam eo quoque erat opus), deinceps eos armat. Nihil enim juvarent arma, si illi prius non essent ordinati, neque militis animus esset excitatus. Oportet enim prius eum armare intrinsecus, et deinde

extrinsecus. Si hoc autem vulgo fit in militibus, multo magis in his militibus qui cadunt sub intelligentiam; imo vero in his ne licet quidem armare extrinsecus, sed omnia intrinsecus. Animum excitavit et inflammavit, audaciam indidit, ordinavit; demum armat. Sed vide ut eos armis induat. *State ergo*, inquit. Primum officium eorum qui in ordinata sunt acie, est ut sciant recte stare; et ex eo multa evenerint. Propterea multa dicit de statione, alibi etiam dicens :
1. Cor. 16. 13. *State, vigilate ;* et rursus, *Sic state in Domino ;*
Philipp. 4. 1. et rursus, *Qui se existimat stare, videat ne cadat ;*
1. Cor. 10. 12. et rursus, *Ut possitis omnibus confectis stare.* Non ergo quamlibet dicit stationem, sed eam quæ est recte ordinata ; et qui rei militaris sunt periti, sciunt quanta sit standi peritia. Nam si in pugilibus, et iis qui luctantur, hoc ante alia ludimagister præcipit, nempe stare, multo magis in bellis et in rebus militaribus. Qui stat rectus, stat non dissolutus, nulli cedens : accurata rectitudo cernitur in statione. Quare qui vere sunt recti, ii stant : qui autem non stant, non fuerint recti, sed dissoluti et effusi. Non stat qui degit in deliciis, sed declinat ; item lascivus, pecuniæ cupidus. Qui scit stare, ex eadem statione, tamquam ex quodam fundamento, quæcumque ad luctam pertinent habebit facilia et expedita. *State ergo, inquit, succincti lumbos vestros in veritate.* Non dicit de zona sensili : nam omnia quæ hic sunt, ita dicit ut cadant sub intelligentiam. Vide autem quomodo procedat. Primum succingit militem. Quid hoc est autem? Eum qui libidinibus diffluit et est dissolutus, et humi repentes habet cogitationes, per zonam reprimit, non sinens eum impediri a vestibus quæ tibiis implicantur, sed dimittens ut currat pedibus solutis. *State ergo, succincti lumbos vestros.* Lumbos autem hic dicit : nam sicut in navibus carina, ita etiam in nobis subjectum totius corporis lumbi sunt : sicut enim fundamentum sunt, et super ipsos totum ædificatur, ut dicunt medici. Nostram ergo constringit animam, lumbos cingens : non enim hos dicit lumbos, sed ita loquitur ut ii cadant sub intelligentiam. Et sicut eorum quæ sunt supra et infra lumbi sunt fundamentum : ita etiam in lumbis spiritualibus. Qui ergo defatigati sunt, illic sæpe quasi in fundamento manus imponunt, ut se sustineant : et zo-

Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν νοητῶν στρατιωτῶν· μᾶλλον δὲ ἐπὶ τούτων οὐδὲ
D ἔστιν ἔξωθεν ὁπλίσασθαι, ἀλλὰ πάντα ἔνδοθεν. Διήγειρε τὸν θυμὸν καὶ ἀνέκαυσε, προσέθηκε τὸ θάρσος, ἔστησεν αὐτοὺς εὐτάκτως· λοιπὸν καθοπλίζει. Ἀλλ' ὅρα πῶς καὶ περιτίθησι τὰ ὅπλα. Στῆτε οὖν, φησί. Πρῶτον τῶν τακτικῶν εἶδος, τὸ εἰδέναι ἑστάναι καλῶς, καὶ πολλὰ παρὰ τοῦτο γένοιτο ἄν. Διὰ τοῦτο πολλὰ περὶ τοῦ στῆναι διαλέγεται, καὶ ἑτέρωθι λέγων, Στῆτε, γρηγορεῖτε· καὶ πάλιν, Οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ· καὶ πάλιν, Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· καὶ πάλιν, Ἵνα δυνηθῆτε πάντα κατεργασάμενοι στῆναι.
E Οὐκ ἄρα ἁπλῶς τινα στάσιν φησὶν, ἀλλ' εὔτακτον· καὶ ὅσοι πολέμων εἰσὶν ἔμπειροι, ἴσασιν ὅσον ἐστὶ τὸ εἰδέναι ἑστάναι. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πυκτευόντων καὶ παλαιόντων τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων ὁ παιδοτρίβης παρεγγυᾷ, τὸ ἑστάναι, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς πράγμασιν. Ὁ ἑστὼς ὀρθὸς, ἕστηκεν οὐ διακεχυμένος, οὐκ ἐπικλινόμενός τινι· ἡ ἀκριβὴς ὀρθότης ἐν τῇ στάσει φαίνεται. Ὥστε οἱ ὄντως ὀρθοὶ, οὗτοι ἑστήκασιν· οἱ δὲ μὴ ἑστῶτες,
F οὐκ ἂν εἶεν ὀρθοὶ, ἀλλὰ διαλελυμένοι καὶ διακεχυμένοι. Ὁ τρυφῶν οὐχ ἕστηκεν ὀρθὸς, ἀλλὰ κέκλιται, ὁ λάγνος, ὁ φιλοχρήματος. Ὁ ἑστάναι εἰδὼς, ἀπ' αὐτῆς τῆς στάσεως, ὥσπερ ἀπό τινος θεμελίου πάντα εὐμαρῆ ἕξει τὰ τῆς πάλης. Στῆτε οὖν, φησὶ, περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ. Οὐ περὶ αἰσθητῆς ζώνης φησί· πάντα γὰρ τὰ ἐν
175 τῷ χωρίῳ τούτῳ νοητῶς λέγει. Καὶ ὅρα πῶς ὁδῷ
A προβαίνει. Πρῶτον ἀναζώννυσι τὸν στρατιώτην. Τί δή τοῦτό ἐστι; Διαῤῥέοντα καὶ * διακεχυμένον ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ χαμαὶ τοὺς λογισμοὺς ἔχοντα συρομένους ἀναστέλλει διὰ τῆς ζώνης, οὐκ ἐῶν αὐτὸν ἐμποδίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἱματίων συμπλεκομένων ταῖς κνημῖσιν, ἀλλ' εὐλύτοις τοῖς ποσὶν ἀφεὶς τρέχειν. Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι, φησὶ, τὴν ὀσφὺν ὑμῶν. Ὀσφὺν δὲ ἐνταῦθά φησι· [a] καθάπερ ἐπὶ τῶν νηῶν ἡ τρόπις, οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν ἡ ὑπόθεσις παντὸς τοῦ σώματος ἡ ὀσφύς ἐστιν· ὥσπερ γὰρ θεμέλιόν ἐστι, καὶ ἐπ' αὐτῷ
B τὸ πᾶν οἰκοδομεῖται, καθάπερ ἰατρῶν παῖδές φασι. Τὴν τοίνυν ψυχὴν ἡμῶν συσφίγγει, ζωννύων τὴν ὀσφύν· οὐ γὰρ δὴ ταύτην τὴν ὀσφύν φησιν, ἀλλὰ νοητῶς διαλέγεται. Καὶ ὥσπερ τῶν κάτω, καὶ τῶν ἄνω ἡ ὀσφὺς θεμέλιός ἐστιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς νοητῆς ὀσφύος. Οἱ γοῦν πολλάκις ἀποκαμόντες, καθάπερ εἰς τινὰ θεμέλιον ἐκεῖ τὰς χεῖρας θέντες, οὕτως ἑαυτοὺς διαβαστάζουσι· καὶ ἡ ζώνη διὰ τοῦτο γίνεται ἐν τοῖς πολέμοις, ἵνα συγκρατῇ καὶ συνέχῃ

* [Id. διακεχαλασμένον.]

a [Fort. καὶ καθάπερ, vel καθάπερ γάρ. Supra pro ἀφεὶς marg. Savil. παρασκευάζων.]

τὸν θεμέλιον τὸν ἐν ἡμῖν. Διὰ τοῦτο καὶ τρέχοντες ζωννύμεθα· ἐκείνη ἀσφαλίζεται τὸ ἐν ἡμῖν ἰσχυρόν. C Τοῦτο τοίνυν, φησὶ, καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς γινέσθω, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ποιοῦντες, ἰσχυροὶ ἐσόμεθα. Μάλιστα γὰρ τοῖς στρατιώταις τὸ πρᾶγμα πρέπον ἐστί. Ναὶ, φησὶν, ἀλλὰ ταύτην τὴν ὀσφὺν ἱμάντι δερματίνῳ ζωννύμεθα· ἡμεῖς δὲ τίνι; Τῷ κεφαλαίῳ τῶν λογισμῶν ἡμῶν, λέγω δὲ τῇ ἀληθείᾳ. Περιεζωσμένοι, φησὶ, τὴν ὀσφὺν ἡμῶν ἐν ἀληθείᾳ. Οὐκοῦν μηδὲν ψεῦδος ἀγαπῶμεν, πάντα τὰ πράγματα μετίωμεν ἐν ἀληθείᾳ, μὴ ψευδώμεθα εἰς ἀλλήλους· κἂν δόξα ᾖ, τὸ ἀληθὲς ζητῶμεν· κἂν βίος ᾖ, τὸν ἀληθῆ. Ἂν τούτῳ ἑαυτοὺς D περιφράξωμεν, ἂν τῇ ἀληθείᾳ ζωσώμεθα, οὐδεὶς ἡμῶν περιέσται. Ὁ δόγμα ἀληθείας ζητῶν, οὐ καταπεσεῖται εἰς τὴν γῆν. Ὅτι γὰρ τὰ μὴ ἀληθῆ ἀπὸ τῆς γῆς ἐστι, δῆλον ἐξ ὧν τοῖς πάθεσι δουλεύουσι πάντες οἱ ἔξωθεν, τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς κατακολουθοῦντες. Διὸ ἐὰν νήφωμεν, ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων λόγοις οὐ διδασκαλίας δεησόμεθα· Ὁρᾷς πῶς εἰσιν ἐκεῖνοι μαλακοὶ καὶ χαῦνοι, οὐδὲν αὐστηρὸν, οὐδὲν ὑπὲρ τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν περὶ Θεοῦ δέξασθαι δυνάμενοι; οὐ γὰρ E εἰσιν ἐζωσμένοι ἐν ἀληθείᾳ. Διόπερ αὐτῶν ἡ ὀσφὺς ἐκλέλυται, τὸ δεκτικὸν τῶν γεννητικῶν σπερμάτων, καὶ τῶν λογισμῶν τὸ ἰσχυρόν. Οὐδὲν οὖν τούτων ἀσθενέστερον.

Μανιχαίους δὲ ὁρᾷς πάλιν, πῶς πάντα ἀπὸ τῶν οἰκείων λογισμῶν τολμῶσι φθέγγεσθαι; Οὐκ ἠδύνατο, φησὶν, ὁ Θεὸς ἄνευ ὕλης ποιῆσαι τὸν κόσμον. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Χαμόθεν ταῦτα λέγουσι καὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν. Ὅτι ἄνθρωπος, φησὶν, οὐ δύναται ἑτέρως ποιῆσαι. Πάλιν Μαρκίων ὅρα τί φησιν. F Οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς σάρκα ἀναλαβὼν μεῖναι καθαρός. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ὅτι οὐδὲ οἱ ἄνθρωποι, φησί. Καίτοι ἄνθρωποι δύνανται. Οὐαλεντῖνος πάλιν χαμαὶ συρομένους ἔχων τοὺς λογισμοὺς, ἀπὸ τῆς γῆς φθέγγεται· ὁμοίως καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ 176 A Ἄρειος. Τί γάρ φησιν; Οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς γεννῶν, γεννῆσαι ἀπαθῶς. Πόθεν τοῦτο τολμᾷς λέγειν, ὦ Ἄρειε; Ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν. Ὁρᾷς πάντων χαμαὶ συρομένους τοὺς λογισμοὺς, πάντων κεχαλασμένους, τῆς γῆς πνέοντας; Καὶ δογμάτων μὲν ἕνεκα, οὕτω· βίου δὲ πάλιν, οἱ πόρνοι, οἱ χρημάτων ἐρῶντες, οἱ δόξης, οἱ τῶν ἄλλων ἁπάντων, χαμαὶ σύρονται· οὐκ ἔχουσιν ἑστηκυῖαν αὐτὴν τὴν ὀσφὺν, ὥστε κάμνοντες ἐπαναπαύεσθαι, ἀλλ' ἐὰν κάμωσιν, οὐ τιθέασι τὴν χεῖρα καὶ ἑστήκασιν, ἀλλὰ διαλύονται. Ὁ μέντοι ἐζωσμένος τῇ ἀληθείᾳ, πρῶτον μὲν οὐδέποτε καμεῖται· δεύτερον B δὲ, κἂν κάμῃ, εἰς αὐτὴν ἐπαναπαύσεται τὴν ἀλήθειαν. Τί γὰρ, εἰπέ μοι; πενία αὐτὸν καμεῖν ποιήσει; Οὐδαμῶς· ἐπαναπαύεται γὰρ ἐπὶ τὸν ὄντως

na ideo in bellis adhibetur ut fundamentum nostrum contineat et stringat. Ideo currentes cingimur: zona robur nostrum in tuto ponit. Hoc ergo, inquit, fiat etiam in anima, et quidvis facientes erimus fortes ac validi: id enim maxime decet milites. Etiam, inquies, sed hos lumbos cingimus loro coriaceo; nos autem quonam? Illo, quod est caput et summa cogitationum, nempe veritate: *Succincti*, inquit, *lumbos nostros in veritate.* Ergo nullum diligamus mendacium: res omnes tractemus in veritate: alter alteri non mentiamur: et si sit gloria, quod verum est quæramus; et si vita, veram. Si hoc ergo nos circumvallemus, si veritate accingamur, nullus nos superabit. Qui quærit dogma veritatis, non decidet in terram. Nam quod quæ vera non sunt, sint ex terra, inde palam est, quod externi omnes serviant vitiis et affectibus, dum suas sequuntur cogitationes. Quamobrem si vigiles simus, in Græcorum libris et scriptis doctrina non egebimus. Viden' quam sunt illi molles et enervati, ut qui de Deo nihil possint grave et austerum suscipere, quod humanam superet rationem? non sunt enim succincti in veritate. Quamobrem soluti sunt eorum lumbi, in queis sunt gignendi semina et ratiociniorum robur. Nihil est ergo his imbecillius.

2. Rursus autem vides Manichæos quomodo ex propriis rationibus omnia loqui audeant? Non poterat, inquit, Deus mundum creare absque materia. Undenam hoc constat? hæc humi versantes dicunt, et ex terra, atque iis quæ sunt apud nos. Quoniam homo, inquiunt, non potest aliter facere. Rursus vide quid dicat Marcion: Non poterat Deus assumta carne manere mundus. Undenam hoc constat? Quoniam nec homines quidem possunt. Atqui homines possunt. Valentinus rursus humi serpentes habens rationes, e terra loquitur, similiterque Paulus Samosatenus, et Arius. Quid enim dicit? Non poterat Deus generans generare impatibiliter. Undenam hoc audes dicere, o Ari? Ex iis quæ sunt apud nos. Viden' rationes omnium humi repere? plane demissas esse et enervatas, et terram spirare? Et ita quidem se habent quod attinet ad dogmata. Rursus autem quod ad vitam, qui sunt scortatores, pecuniæ amantes et gloriæ et aliorum omnium, humi repunt: non habent lumbos firmos et stantes ut defessi possint quiescere, sed si fuerint defessi, non admovent manum nec stant, sed resolvuntur. Qui autem est succinctus veritate, primo quidem numquam erit defessus: secundo au-

Manichæi

Marcion.

Valentinus.

Paulus Samosatenus.

Arius.

tem, si fuerit defessus, requiescet in ipsa veritate. Quid enim, dic mihi, paupertasne eum defatigabit? Nequaquam: requiescit enim super eas quæ vere sunt divitiæ, et per paupertatem sciet quæ sit vere paupertas. At servitus eum defatigabit? Minime: scit enim quæ sit vere servitus. At mor-
Luc. 12. 35. bus? Sed neque hoc: *Lumbi vestri*, inquit Christus, *sint succincti, et lucernæ ardentes;* ita ut lucem habeant quæ non possit exstingui. Hoc etiam præceptum fuit exeuntibus ex Ægypto, et succincti pascha comedebant. Et cur, inquies, sic comedebant? Vis scire totam causam secundum historiam, an secundum anagogen? Sed utrumque dicam: vos autem retinete. Non enim dico ut verba proferam, sed ut verba mea apud vos in
Exod. 12. 11. opus exeant. *Erant*, inquit, *accincti, et baculi erant in eorum manibus, et calcei in pedibus, et ita comedebant pascha.* Terribilia et tremenda mysteria, quæ magnam habent profunditatem. Si autem in typis et figuris sunt adeo terribilia, multo magis in veritate. Exeunt ex Ægypto, pascha comedunt. Attende: est habitus viatorum: nam habere calceos, et virgas in manibus, et stantes comedere, nihil aliud quam hoc significat. Vultis primum audire historiam, an anagogen? Satius est historiam. Quid ergo sibi vult historia? Obliviscebantur sæpe Judæi beneficiorum Dei. Ut igitur illis vel invitis horum memoriam refricaret, hunc comedendi pascha modum lege statuit. Quare? Ut cum singulis annis cogerentur legem illam servare, necessario Dei, qui ipsos eduxerat, recordarentur. Itaque non tempori solum alligavit Deus sua beneficia, sed etiam habitui comedentium. Propterea enim nunc comedunt accincti et calceati, uti si rogentur, dicant: Eramus parati ad iter, et eramus exituri ex Ægypto in terram promissionis. Secundum historiam, hoc quidem est typus; hæc autem veritas. Nos quoque pascha
1. Cor. 5. 7. comedimus, nempe Christum: *Pascha enim nostrum immolatus est Christus,* inquit. Ergo nos quoque pascha comedimus, legali longe præstantius. Itaque et calceati et succincti comedamus oportet. Quare? Ut nos quoque simus parati ad exitum, et ad peregrinationem hinc futuram. Nemo ex iis, qui hoc pascha comedunt, aspiciat ad Ægyptum, sed ad cælum, ad supernam Jerusalem. Propterea accinctus, propterea calceatus comedis, ut discas quod simul atque incepisti comedere

* [*Legas melius* τὸν λόγον *vel* τὴν διάλεξιν ποιοῦμαι. Dunæus.]

πλοῦτον, καὶ διὰ τῆς πενίας εἴσεται τὴν ὄντως πενίαν. Ἀλλὰ δουλεία ποιήσει αὐτὸν καμεῖν; Οὐδαμῶς· οἶδε γὰρ τὴν ὄντως δουλείαν. Ἀλλὰ νόσος; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο· Αἱ ὀσφύες ὑμῶν, φησὶν ὁ Χριστὸς, ἔστωσαν ἐζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι, ὥστε τὸ φῶς ἔχειν ἄσβεστον. Τοῦτο καὶ οἱ ἐξ Αἰγύπτου ἐξιόντες ποιεῖν C ἐπετάττοντο, καὶ ἐζωσμένοι τὸ πάσχα ἤσθιον. Καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶν, οὕτως ἤσθιον; Βούλει μαθεῖν τὴν ὑπόθεσιν ἅπασαν καθ' ἱστορίαν, ἢ κατὰ ἀναγωγήν; Ἐγὼ μὲν οὖν ἀμφότερα ἐρῶ· ὑμεῖς δὲ κατέχετε. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἵνα μόνον εἴπω τὴν λύσιν, * ποιοῦμαι, ἀλλ' ἵνα καὶ ἔργον ἐν ὑμῖν γένηται τὰ ἡμέτερα ῥήματα. Ἦσαν, φησὶν, ἐζωσμένοι, καὶ αἱ βακτηρίαι αὐτῶν ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶ, καὶ οὕτως ἤσθιον τὸ πάσχα. Φρικτὰ καὶ φοβερὰ τὰ μυστήρια, καὶ πολὺ τὸ βάθος ἔχοντα. Εἰ δὲ ἐν τοῖς D τύποις οὕτω φοβερὰ, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀληθείᾳ. Ἐξ Αἰγύπτου ἐξέρχονται, τὸ πάσχα ἐσθίουσι. Πρόσεχε, τὸ σχῆμα ὁδοιπορούντων ἐστί· τὸ γὰρ ὑποδήματα ἔχειν, καὶ ῥάβδους ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ ἑστῶτας ἐσθίειν, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο δηλοῖ. Βούλεσθε τὴν ἱστορίαν ἀκοῦσαι πρῶτον, ἢ τὴν ἀναγωγήν; Τὴν ἱστορίαν ἄμεινον. Τί οὖν ἡ ἱστορία βούλεται; [a] Ἀγνώμονες ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ συνεχῶς τοῦ Θεοῦ ἐπελανθάνοντο τῶν εὐεργεσιῶν. Βουλόμενος οὖν καὶ ἄκοντας εἰς μνήμην αὐτῶν ἔρχεσθαι, τὸν τρόπον τῆς βρώσεως τοῦ E πάσχα τοῦτον νομοθετεῖ. Τί δήποτε; Ἵνα καθ' ἕκαστον χρόνον ἔχοντες ἀνάγκην τὴν νομοθεσίαν τηρεῖν, μνημονεύωσιν ἀναγκαίως καὶ τοῦ αὐτοὺς ἐξαγαγόντος Θεοῦ. Οὐκ ἄρα οὖν τῷ χρόνῳ μόνον κατέδησεν αὐτοῦ τὰς εὐεργεσίας ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τῷ σχήματι τῶν ἐσθιόντων. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐζωσμένοι καὶ ὑποδεδεμένοι ἐσθίουσιν, ἵνα ἐρωτώμενοι λέγωσιν, ὅτι πρὸς ὁδοιπορίαν ἦμεν ἕτοιμοι, καὶ ὅτι ἐμέλλομεν ἐξιέναι ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπὶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Τοῦτο μὲν ὁ καθ' ἱστορίαν τύπος· ἡ δὲ ἀλήθεια, αὕτη. Καὶ ἡμεῖς ἐσθίομεν πάσχα, τὸν Χριστόν· Τὸ γὰρ πάσχα F ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς, φησίν. Ἄρα καὶ ἡμεῖς πάσχα ἐσθίομεν πολὺ τοῦ νομικοῦ κρεῖττον. Οὐκοῦν καὶ ὑποδεδεμένοι καὶ ἐζωσμένοι ὀφείλομεν ἐσθίειν. Διὰ τί; 177 Ἵνα καὶ ἡμεῖς ἕτοιμοι ὦμεν πρὸς τὴν ἔξοδον, πρὸς A τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. Μηδεὶς τῶν τὸ πάσχα τοῦτο ἐσθιόντων πρὸς Αἴγυπτον βλεπέτω, ἀλλὰ πρὸς τὸν οὐρανὸν, πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Διὰ τοῦτο ἐζωσμένος, διὰ τοῦτο ὑποδεδεμένος ἐσθίεις, ἵνα μάθῃς ὅτι ἅμα τῷ ἄρξασθαι ἐσθίειν τὸ πάσχα, ἀποδημεῖν ὀφείλεις καὶ ὁδεύειν. Δύο δὲ αἰνίττεται· καὶ τὸ δεῖν ἐξιέναι ἀπὸ Αἰγύπτου, καὶ τὸ μένοντας, ὡς εἰς ἀλλο-

[a] [**Marg. Savil.** *ἐπιλήσμονες ἦσαν Ἰουδαῖοι τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ. οὐκ ἄρα.*]

τρίαν λοιπὸν μένειν. Ἡμῶν γάρ, φησι, τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὸ πάντα τὸν βίον ἀεὶ ἐμπαρασκεύους εἶναι, ὥστε κληθέντας μὴ ἀναβάλλεσθαι, ἀλλὰ λέγειν, Ἑτοίμη ἡ καρδία ἡμῶν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν Παῦλος ἠδύνατο λέγειν, ὁ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδώς· ἐγὼ δὲ ὁ πολλοῦ χρόνου δεόμενος εἰς μετάνοιαν, οὐ δύναμαι εἰπεῖν. Ὅτι δὲ τὸ ἐζῶσθαι γρηγορούσης ψυχῆς, ἄκουε τοῦ Θεοῦ λέγοντος τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· Μὴ, ἀλλὰ ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου· ἐρωτήσω δέ σε, σὺ δέ μοι ἀποκρίθητι. Τοῦτο καὶ πρὸς πάντας ἁγίους φησὶ, τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τὸν Μωϋσέα. Καὶ αὐτὸς δὲ φαίνεται ἐζωσμένος ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· μᾶλλον δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι ἡμῖν ἐζωσμένοι φαίνονται, ἅτε στρατιῶται ὄντες. Ἀπὸ τοῦ περιζώσασθαι, τὸ στῆναι γίνεται γενναίως, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ στῆναι, τὸ ζώσασθαι. Οὐκοῦν καὶ ἑαυτοὺς περιζώσωμεν· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐξιέναι μέλλομεν, καὶ πολλὰ μεταξὺ τὰ χαλεπά. Ὅταν τὸ πεδίον τοῦτο διέλθωμεν, ὁ διάβολος ἐφέστηκεν εὐθέως, πάντα ποιῶν καὶ μηχανώμενος, ὥστε τοὺς ἐξ Αἰγύπτου σωθέντας, ὥστε τοὺς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διαβάντας, τοὺς ἀπὸ τῶν δαιμόνων καὶ τῶν μυρίων πληγῶν ἅμα ἀπολυομένους, τούτους λαβὼν ἀπολέσαι. Ἀλλ', ἐὰν νήφωμεν, ἔχομεν καὶ ἡμεῖς στῦλον πυρὸς, τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν· ὁ αὐτὸς καὶ φωτίζει, καὶ σκιάζει· ἔχομεν μάννα· μᾶλλον δὲ οὐ μάννα, ἀλλὰ πολλῷ πλέον τοῦ μάννα ἔχομεν· πόμα πνευματικὸν, οὐχ ὕδωρ ἀπὸ πέτρας ἔξεισιν. Ἔχομεν καὶ παρεμβολὴν, τὴν ἔρημον οἰκοῦντες καὶ νῦν. Ὄντως γὰρ, ὄντως ἔρημος καὶ νῦν τῆς ἀρετῆς ἡ γῆ γέγονε, καὶ μᾶλλον ἢ ἐκείνη. Διὰ τί ἐκείνη ἡ ἔρημος φευκτὴ ἦν; ἆρ' οὐχ ὅτι σκορπίους εἶχεν ἐν ἑαυτῇ καὶ ἔχεις; ἐν ᾗ, φησὶν, οὐ διῆλθεν ἄνθρωπος. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὕτως ἄφορος ἐκείνη καρπῶν, ὡς ἡ ἀνθρωπίνη φύσις.

Νῦν πόσοι σκορπίοι, [a] πόσαι ἔχεις κατὰ τὴν ἔρημον ταύτην, πόσοι ὄφεις, πόσοι γεννήματα ἐχιδνῶν οὗτοι, οὓς νῦν διήλθομεν; Ἀλλὰ μὴ φοβηθῶμεν· τῆς γὰρ ἐξόδου ταύτης στρατηγεῖ, οὐ Μωϋσῆς, ἀλλὰ Ἰησοῦς. Πῶς οὖν μὴ τὰ αὐτὰ πάθωμεν; Μὴ τὰ αὐτὰ δράσωμεν, καὶ οὐ πεισόμεθα τὰ αὐτά. Ἐκεῖνοι ἐγόγγυζον, ἐκεῖνοι ἀγνώμονες ἦσαν· μὴ τοίνυν ταῦτα πάθωμεν ἡμεῖς. Πῶς ἔπεσον ἐκεῖνοι πάντες; Ἐξουθένησαν τὴν γῆν τὴν ἐπιθυμητήν. Πῶς ἐξουθένησαν; καὶ μὴν ἐθαύμαζον. Τῷ μαλακισθῆναι, καὶ μὴ θελῆσαι πόνους ὑπὲρ αὐτῆς ἀναδέξασθαι. Μὴ τοίνυν ἡμεῖς ἐξουθενήσωμεν τὸν οὐρανόν· τοῦτο ἐξουθένησίς ἐστιν.

[a] Sic quidam Mss. Editi vero et alii πόσοι ἔχεις.

pascha, debes peregrinari et iter facere. Duo autem tacite significat, et oportere egredi ex Ægypto, et manentes quasi in aliena terra manere; *Nostra enim*, inquit, *conversatio est in cælis*; (Philipp. 3. 20.) et tota vita semper esse paratos, ut vocati non differant, sed dicant, *Paratum est cor nostrum*. (Psal. 107. 2.) Sed poterat hæc dicere Paulus, qui sibi nihil erat conscius: ego autem non possum dicere, qui multo tempore opus habeo ad pœnitentiam. Quod autem accinctum esse sit vigilantis animæ, audi Deum dicentem illi justo: *Non; sed tamquam vir accinge lumbos tuos: ego autem te interrogabo, tu vero mihi responde*. (Job. 38. 3.) Hoc sanctis omnibus dicit, hoc quoque Moysi. Et vero ipse quoque apparet accinctus in Ezechiele: imo etiam angeli apparent nobis accincti, ut qui sint milites. Ex eo enim quod accingantur, fit ut stent generose et fortiter; ita ex eo quod stent, fit ut accingantur. Nos ergo accingamus: exituri quippe sumus, et multa interim sunt difficilia. Quando hunc campum pertransierimus, statim insistit diabolus, omnia agens et machinans, ut qui servati sunt ex Ægypto, qui mare Rubrum transierunt, qui a dæmonibus et a plagis innumerabilibus simul liberantur, eos capiat et perdat. Sed si vigiles simus, habemus nos quoque columnam ignis, nempe Spiritus gratiam: eadem illuminat et adumbrat: habemus manna; imo vero non manna, sed quod est plus quam manna: potus spiritualis, non aqua exit e petra. Habemus et castra, nunc quoque desertum habitantes. Revera enim, revera nunc quoque terra est a virtute deserta, et magis quam illa. Cur autem fugiendum erat illud desertum? nonne quia habebat in se scorpios et viperas? In quo, inquit, non transiit homo. Sed non est illud desertum adeo sterile et non ferens fructus, ut natura humana.

3. Nunc quot sunt scorpii, quot viperæ in hoc deserto, quot serpentes? quot genimina viperarum sunt hi quos recensuimus? Sed ne timeamus: hujus exitus dux est, non Moyses, sed Jesus. Quomodo igitur non eadem nobis accidant? Ne eadem agamus, et non eadem patiemur. Illi murmurabant, illi fuerunt ingrati: ne eadem ergo nobis accidant. Quomodo ceciderunt illi omnes? Nihili fecerunt terram desiderabilem. Quomodo nihili fecerunt? atqui admirabantur. Eo quod molles evaserint, et pro ea labores noluerint suscipere. Ne ergo cælum nihili faciamus: hoc est

nihili facere. E cælo fructus est ad nos delatus, non uva quæ portatur in amphoris, sed arrha Spiritus : vitæ agendæ ratio, quæ est in cælis, quam docuit Paulus et totus apostolorum chorus, admirandi agricolæ. Non Chaleb filius Jephonæ, neque Jesus filius Nave hos tulit fructus ; sed Jesus, Filius Patris misericordiarum, Filius ejus qui est vere Deus, omnem tulit virtutem, omnes qui inde sunt fructus, hymnos nempe ad nos detulit cælestes. Nam quæ in cælis dicunt Che-
Marc. 12. 25. rubim, ea nos quoque jussit dicere, *Sanctus, sanctus, sanctus.* Ad nos attulit vitam angelorum : Neque ducunt uxores, neque nubunt angeli ; hoc quoque hic plantavit bonum : illi pecunias non amant, neque alia ; hoc quoque nobis inseruit : illi non moriuntur ; hoc quoque nobis largitus est : Mors non est amplius mors, sed somnus. Au-
Joan. 11. 11. di enim ipsum dicentem : *Lazarus amicus noster dormit.* Vidisti fructus supernæ Jerusalem ? Et quod est admirabilius, bellum non est decretum ; sed ante promissionem nobis donavit hæc omnia. Nam illi quidem, etiam cum venissent ad terram promissionis, laborabant ; imo vero non laborabant : nam si Deo parere voluissent, absque armis et sine instructa acie omnes cepissent urbes : Jericho certe, choros ducentium magis quam bellantium habentes habitum, expugnarunt. Nos autem postquam ingressi sumus in terram promissionis, hoc est, in cælum, non belligeramur, sed quamdiu
Hebr. 4. 10 fuerimus in deserto, hoc est, in præsenti vita. *Ingressus enim in requiem suam, cessavit a suis*
Gal. 6. 9 *operibus sicut Deus a propriis. Ne ergo defatigemur quod bonum est facientes:* proprio enim tempore metemus, si non deficiamus. Vides quomodo ut illos, sic nos quoque duxerit ? Illic de
Exod. 16. 18. manna dicit, et de solitudine : *Qui multum, non plus habuit ; et qui parum, non minus.*
2. Cor. 8. 15. Et nobis quoque est præceptum, ne thesaurize-
Matth. 6. 19. mus super terram. Sin autem thesaurizemus, non jam corrumpit et perdit vermis sensilis sicut in manna, sed vermis qui, ut ignis ille, æternus est. Omnia ergo efficiamus, ne vermi paremus alimentum : nam *Qui multum*, inquit, *non plus habuit.* Hoc enim etiam in nobis fit quotidie : nam omnes eamdem implemus ventris mensuram : quod est autem supervacaneum, est accessio stultarum sollicitudinum. Nam quod post-
Matth. 6. 34. ea erat daturus, dicendo, *Sufficit diei malitia sua*, hoc jam superius docuit, et nec sic susceperunt. Sed nos ne simus inexplebiles, non ingrati, ne ædes quæramus splendidas : nam iter facimus, non habitamus. Quamobrem si quis no-

(Qui thesaurizat, vermi immortali parat alimentum.)

178 A Ἠνέχθη καὶ παρ' ἡμῖν καρπὸς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, οὐκ ἐν ἀμφορεῦσι βασταζόμενος βότρυς, ἀλλ' ὁ ἀῤῥαβὼν τοῦ Πνεύματος, τὸ πολίτευμα τὸ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὃ Παῦλος ἐπαίδευσε, ὃ πᾶς τῶν ἀποστόλων χορὸς, οἱ θαυμάσιοι γεωργοί. Οὐ Χάλεβ ὁ τοῦ Ἰεφονῆ, οὐδὲ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ τοὺς καρποὺς ἤνεγκε τούτους, ἀλλ' ὁ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Πατρὸς τῶν οἰκτιρμῶν, ὁ τοῦ ὄντως Θεοῦ Υἱὸς, ἤνεγκε πᾶσαν τὴν ἀρετὴν, πάντας τοὺς ἐκεῖθεν καρποὺς ἡμῖν κατήνεγκεν, τοὺς ὕμνους λέγω τοὺς ἐπουρανίους. Ἃ γὰρ τὰ Χερουβὶμ ἄνω λέγει,
B ταῦτα καὶ ἡμῖν προσέταξε λέγειν, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. Ἤνεγκεν ἡμῖν τῶν ἀγγέλων τὴν πολιτείαν· Οὐ γαμοῦσιν, οὐδὲ γαμίζονται οἱ ἄγγελοι· τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἐφύτευσε τὸ καλόν· χρημάτων οὐκ ἐρῶσιν, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἐκεῖνοι· καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐγκατέσπειρεν· οὐκ ἀποθνήσκουσιν ἐκεῖνοι· τοῦτο καὶ ἡμῖν ἐχαρίσατο· οὐκέτι γὰρ θάνατος ὁ θάνατος, ἀλλ' ὕπνος. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. Εἶδες τοὺς καρποὺς τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ; Καὶ τὸ δὴ θαυμαστότερον, ὅτι οὔπω ὁ πόλεμος ἐκρίθη, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἐπαγγελίας πάντα ταῦτα ἡμῖν δεδώρη-
3. Vide quomodo illos modestiam etiam tueri doceat. Etenim quoniam magnum quiddam erat, quod de illis testatus fuerat; ne humani quid patiantur, protinus ipsos instituit, ut et præterita et futura ipsi Christo accepta referant. Quomodo? Non dixit, Confido, quemadmodum cœpistis, ita etiam perfecturos, sed quid? *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet:* neque ipsorum in recte facto aliquas fuisse partes negat : dixit enim, *Gaudeo super communicatione vestra;* nimirum tamquam ipsi recte se gessissent : neque tamen ipsis dumtaxat recte facta assignat, sed principaliter Deo : *Confido* enim, inquit, *quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Jesu Christi;* id est Deus. Nec vero solum de vobis, inquit, sed etiam de iis, qui ex vobis orientur, hoc spero. Nam et hæc non exigua laus est, nempe Deum in aliquo operari. Etenim si ille personarum acceptator non est, quemadmodum certe non est, sed ad cujusque propositum spectans nobis in virtutis officiis obeundis opitulatur : satis constat nos ipsos esse, qui occasionem demus cur ille nobis concilietur. Quare hac etiam ratione illos laudem esse promeritos minime negavit : alioqui si absolute ageret, nihil sane impedimenti erat, quominus et Græci et omnes omnino homines agerent; si inquam nos perinde ac ligna et lapides moveret, neque partes etiam nostras desideraret. Quamobrem, cum, inquit, *Deus perficiet,* et hoc rursus ad illorum laudem pertinet, quippe qui Dei gratiam ita sibi conciliarint, ut ipsis cooperaretur ad naturæ humanæ conditionem exsuperandam. Atque alia etiam ratione hac in re laus inest, nimirum, quod talia sint vestra recte facta, ut minime humana sint, sed divino actu sit opus. Quod si Deus perficiet, non maximus capiendus erit labor, sed confidere oportet, facile a

In bonis operibus Deus agit, et nos cum Deo.

nobis omnia præstitum iri, quippe qui ab illo adjuvemur. 7. *Sicut est justum me hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde, et vinculis meis, et in defensione mea, et confirmatione evangelii, quod omnes vos una mecum participes estis gratiæ.* Magnam interea desiderii vim hoc loco ostendit, siquidem illos in corde habebat, atque in ipsomet carcere vinctus Philippensium recordabatur. Non vulgaris virorum laus, esse in memoria sancti hujus: non enim illius dilectio ex inconsiderato quodam animi motu, sed judicio ac bene cogitata ratione exsistebat. Quamobrem diligi aliquem a Paulo adeo vehementer, satis argumenti est, magnum esse illum atque admirabilem. *Et in defensione*, inquit, *et confirmatione evangelii.* Et quid mirum, si in carcere illos in corde haberet? Nam neque illo tempore, inquit, quo ad tribunal accedebam dicturus causam, ex animo meo effluxistis. Tanta enim violentia est amoris spiritualis, ut nulli cedat ille tempori, sed amantis animam perpetuo complectatur, nullaque calamitate aut dolore vinci sinat. Etenim quemadmodum in fornace Babylonica, cum tantum esset excitatum incendium, ros tamen erat beatis illis pueris : ita etiam amicitia, ubi semel amantis Deoque accepti hominis apprehendit, omnem exstinguit flammam, roremque admirabilem spargit. *Et confirmatione evangelii*, inquit. Ergo vincula erant confirmatio evangelii, ergo erant defensio; ac jure quidem. Nam si vincula detrectasset, impostoris omnino speciem præbuisset : nunc vero omnia tolerans, et vincula et calamitatem, plane demonstrat non se humanam aliquam ob causam hæc pati, sed propter Deum, qui mercedem reddere solitus est. Nemo enim fuerit, qui et mori et tot adire pericula statuat; nemo qui tanti Imperatoris, Neronem dico, offensionem subeat, nisi alium multo majorem Imperatorem intueretur. Erant igitur vincula confirmatio evangelii. Vide quomodo, ut plenius atque abundantius quod vult obtineat, omnia in contrariam partem converterit. Quod enim infirmitatis et criminis loco putabant, id confirmationem vocat : ut nisi id evenisset, infirmitate laboraturus fuerit. Deinde ostendit dilectionem non temere, sed judicio susceptam. Unde? *Habeo vos*, inquit, *in vinculis meis, et in defensione, eo quod una mecum participes estis gratiæ.* Quid hoc est? hoc ipsumne erat apostoli gratia, vinciri, jactari, sexcentas ferre acerbitates? Maxime : nam, *Sufficit tibi*, inquit, *gra-*

2. Cor. 12. 9 10.

Οὐ μικρὸν δὲ τῶν ἀνδρῶν τὸ ἐγκώμιον, τὸ μεμνῆσθαι ὑπὸ τοῦ ἁγίου τούτου· ἐπειδὴ μηδέ ἐστι προλήψεως ἡ τοῦ ἁγίου τούτου ἀγάπη, ἀλλὰ κρίσεως καὶ λογισμῶν ὀρθῶν. Ὥστε τὸ ἀγαπᾶσθαι παρὰ Παύλου οὕτω σφοδρῶς, τεκμήριόν ἐστι τίνα εἶναι μέγαν καὶ θαυμαστόν. Καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, φησὶ, καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ εἶχεν αὐτούς; Οὐδὲ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, φησὶ, καθ' ὃν εἰσῄειν εἰς τὸ δικαστήριον ἀπολογησό-
D μενος, ἐξεπέσατέ μου τῆς μνήμης. Οὕτω γάρ ἐστι τυραννικὸν ὁ ἔρως ὁ πνευματικὸς, ὡς μηδενὶ παραχωρεῖν καιρῷ, ἀλλ' ἀεὶ τῆς ψυχῆς ἔχεσθαι τοῦ φιλοῦντος, καὶ μηδεμίαν θλῖψιν ἢ ὀδύνην συγχωρεῖν περιγενέσθαι τῆς ψυχῆς. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς καμίνου τῆς Βαβυλωνίας, τοσαύτης αἰρομένης φλογὸς, δρόσος ἦν τοῖς μακαρίοις ἐκείνοις παισίν· οὕτω καὶ φιλία τοῦ ἀγαπῶντος καὶ ἀρέσκοντος Θεῷ τὴν ψυχὴν καταλαβοῦσα, πᾶσαν ἀποτινάσσει φλόγα, καὶ δρόσον ποιεῖ
E θαυμαστήν. Καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου, φησίν. Ἄρα τὰ δεσμὰ βεβαίωσις τοῦ εὐαγγελίου ἦν, ἄρα ἀπολογία. Καὶ πάνυ ὑγιῶς· ὅτι εἰ μὲν παρῃτήσατο τὰ δεσμὰ, ἔδοξεν ἂν εἶναι ἀπατεών· νῦν δὲ πάντα ὑπομένων, καὶ δεσμὰ καὶ θλῖψιν, δηλοῖ ὡς οὐχ ἀνθρωπίνης τινὸς αἰτίας ἕνεκεν ταῦτα πάσχει, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεὸν τὸν ἀνταποδιδόντα. Οὐδεὶς γὰρ ἂν καὶ ἀποθανεῖν εἵλετο καὶ τοσούτους κινδύνους ἀναδέξασθαι, οὐ-
F δεὶς ἂν καὶ βασιλεῖ τοιούτῳ κατεδέξατο προσκροῦσαι, τῷ Νέρωνι λέγω, εἰ μὴ πρὸς ἕτερον ἑώρα βασιλέα πολλῷ μείζονα. Ἄρα βεβαίωσις τοῦ εὐαγγελίου ἦν τὰ δεσμά. Ὅρα πῶς ἐκ περιουσίας εἰς τὸ ἐναντίον ἅπαν-
199 A τα περιέτρεψεν. Ὃ γὰρ ἐνόμιζον εἶναι ἀσθένειαν καὶ κατηγορίαν, τοῦτο βεβαίωσίν φησι· καὶ εἰ μὴ τοῦτο γέγονεν, ἐν ἀσθενείᾳ ἦν. Εἶτα δείκνυσιν ὅτι οὐ προλήψεως ἡ ἀγάπη, ἀλλὰ κρίσεως. Διὰ τί; Ἔχω ὑμᾶς, φησὶν, ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ διὰ τὸ συγκοινωνοὺς εἶναι τῆς χάριτος. Τί ἐστι τοῦτο; ἡ χάρις τοῦ ἀποστόλου τοῦτο ἦν τὸ δεσμεῖσθαι, τὸ ἐλαύνεσθαι, τὸ μυρία πάσχειν δεινά; Ναί· Ἀρκεῖ γάρ σοι, φησὶν, ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Διὸ εὐδοκῶ, φησὶν, ἐν ἀσθενείαις, ἐν
B ὕβρεσιν. Ἐπεὶ οὖν ὁρῶν ὑμᾶς διὰ τῶν ἔργων τὴν ἀρετὴν ἐπιδεικνυμένους, καὶ τῆς χάριτος ταύτης ὄντας κοινωνοὺς, καὶ μετὰ προθυμίας, εἰκότως ταῦτα στοχάζομαι. Ὁ γὰρ πεῖραν ὑμῶν εἰληφὼς, καὶ μάλιστα πάντων ὑμᾶς εἰδὼς, καὶ τὰ ὑμέτερα κατορθώματα, ὅτι καὶ τοσοῦτον ἡμῶν ἀφεστηκότες βιάζεσθε μὴ ἀπολειφθῆναι ἡμῶν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου πειρασμῶν κοινωνῆσαι, καὶ μηδὲν ἔλαττον ἐμοῦ ἔχειν τοῦ εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβεβηκότος, αὐ-
C τοὶ οἱ πόῤῥωθεν ὄντες, δίκαιός εἰμι ταῦτα μαρτυρεῖν. Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπε κοινωνοὺς, ἀλλὰ, Συγκοινωνούς; Καὶ αὐτὸς ἐγὼ, φησὶν, ἑτέρῳ κοινωνῶ, ἵνα γένωμαι

συγκοινωνὸς τοῦ εὐαγγελίου· τουτέστιν, ἵνα κοινωνήσω τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν τῷ εὐαγγελίῳ. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, τὸ πάντας αὐτοὺς οὕτω διακεῖσθαι ὥστε συγκοινωνοὺς Παύλου ἀκούειν· Συγκοινωνούς μου γὰρ, φησὶ, τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. Ἀπὸ τῶν προοιμίων τοίνυν τούτων πέποιθα, ὅτι τοιοῦτοι ἔσεσθε μέχρι τέλους. Οὐ γὰρ ἔνι οὕτω λαμπρὰν ἀρχὴν σβεσθῆναι καὶ λῆξαι, ἀλλὰ μεγάλα δείκνυσι τὰ τέλη.

tia mea ; virtus enim mea in infirmitate perficitur. Propter quod placeo mihi, inquit, *in infirmitatibus , in contumeliis.* Quando igitur video vos factis ipsis virtutem ostendere, atque hujus gratiæ esse participes , idque alacriter , nec immerito has conjecturas facio. Nam qui vos fuerim expertus , ac præ omnibus vos et vestra D benefacta norim, qui vel tanto a nobis intervallo sejuncti, omnem contentionem adhibetis ne in calamitatibus a nobis sejungamini , sed periculorum quæ pro evangelio subeunda sunt participes sitis, et procul positi nihil minus me ipso habeatis, qui in certamina ipsa descendi ; æquum plane est, ut hæc relinquam testata. Cur autem non dixit Participes, sed, *Una mecum participes?* 1. *Cor.* 9. Et ego ipse, inquit, alteri impertio, ut una fiam 23. particeps evangelii, id est bonorum, quæ pro evangelio nos manent. Ac mirum profecto est, omnes illos ita affectos animo fuisse, ut a Paulo vocari possent sui participes : ita enim inquit, *Quod omnes vos una mecum participes estis gratiæ.* Hæc igitur initia fidem mihi faciunt, vos usque ad finem tales fore. Vix enim fieri potest, ut principium adeo splendidum exstinguatur, atque evanescat, sed magnos quoque ac præclaros exitus præstat.

Ἐπεὶ οὖν ἔστι κοινωνῆσαι * καὶ ἑτέρως χάριτος, καὶ πειρασμῶν καὶ θλίψεων, κοινωνῶμεν, παρακαλῶ, καὶ ἡμεῖς. Πόσοι τῶν ἐνταῦθα ἑστώτων, μᾶλλον δὲ πάντες, ἐβούλεσθε κοινωνῆσαι τῷ Παύλῳ τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν. Ἔνεστιν, εἰ βούλεσθε τοῖς τὴν διακονίαν ἀναδεδεγμένοις τὴν ἐκείνου, τοῖς πάσχουσί τι δεινὸν διὰ τὸν Χριστὸν συμμαχῆσαι, βοηθῆσαι. E Εἶδες ἐν πειρασμῷ τὸν ἀδελφόν; ὄρεξον χεῖρα. Εἶδες τὸν διδάσκαλον ἀγωνιζόμενον; παράστηθι. Ἀλλ' οὐδεὶς κατὰ Παῦλόν ἐστι, φησίν. Εὐθέως ἀπόνοια, εὐθέως κρίνουσιν. Οὐδεὶς κατὰ Παῦλόν ἐστι, κἀγὼ ὁμολογῶ· ἀλλ' Ὁ δεχόμενος, φησὶ, προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται. Μὴ γὰρ ἐκεῖνοι διὰ F τοῦτο ἐθαυμάζοντο, ἐπειδὴ Παύλῳ συνέπραττον; Οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἐπειδὴ[a] ἀναδεξαμένῳ τὸ κήρυγμα. Παῦλος διὰ τοῦτο τίμιος ἦν, ἐπειδὴ ταῦτα ἔπασχε διὰ τὸν 200 Χριστόν. A Κατὰ Παῦλον μὲν οὐδείς ἐστι. Τί λέγω κατὰ Παῦλον; ἀλλὰ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγὺς τοῦ μακαρίου ἐκείνου· τὸ δὲ κήρυγμα τὸ αὐτό ἐστιν, ὅπερ καὶ τότε. Οὐκ ἐν δεσμοῖς δὲ ὄντι μόνον ἐκοινώνουν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς· ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου

4. Quoniam igitur alia quadam ratione licet esse participem gratiæ et periculorum et calamitatum, obsecro ego vos, simus nos quoque participes. Quam multi ex iis qui hic sunt vellent? quinimo omnes velletis participes esse Pauli in repositis illis bonis. Atqui licet, si vultis, facile, E istud assequi, si iis qui ministerium illius repræsentant, iis qui pro Christo male accipiuntur, velitis subsidium alacriter ferre, opitulari, manum porrigere. Vides periclitari fratrem? porrige manum. Vides præceptorem prælio appetitum? assiste. At enim dicis, nemo est qui Paulo comparari F queat. En subito animi elatio, subito judicant. Neminem prope ad Paulum accedere, ego quoque fateor : verumtamen, *Qui recipit,* inquit, *pro-* *Matth.* 10. 200 *phetam in nomine prophetæ, mercedem pro-* 41. A *phetæ accipiet.* Num Philippenses ob eam causam admirabiles erant, quod Paulum adjuvabant? Non, inquam, ob eam causam, sed quoniam communicabant ei, qui evangelii prædicationem susceperat. Propterea Paulus honorem promerebatur, quoniam hæc patiebatur pro Christo. Qualis

* [*Leg.* καὶ ἑτέρῳ *vel* καὶ ἑτέροις. Dunæus.]

a [ἐκοινώνουν ἀναδεξαμένῳ marg. Savil., probante Halesio. Et Interpres *communicabant ei....* Ed. Bas. ἀνα- [illegible]]

Paulus, nemo est. Quid dico, qualis Paulus? nemo est qui ad beatum illum vel prope accedat: prædicatio autem eadem est, quæ illo tempore erat. Nec tantum, dum in vinculis erat, ei communicabant, sed etiam a principio: audi enim ipsius verba, *Scitis autem et vos, Philippenses, quod in principio evangelii nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli.* (Philipp. 4. 15.) Ac sane omissis etiam periculis, multas habet molestias præceptor: vigilias, dicendi ac docendi laborem, reprehensiones, accusationes, querelas, obtrectationes, invidiam. Levia hæc, dic mihi, sexcentis se linguis exponere, cum liceret sua unius procurare? Heu quid mihi animi est? duabus rebus interclusus, hæsito, atque hæreo. Nam cum vos et admonere et cohortari cupio, ut sanctos Dei foveatis omnique ope juvetis; tum vero metuo ne cui alia quædam incidat suspicio, nimirum hanc mihi orationem non vestri, sed illorum causa esse susceptam. Verum scitote hæc a me non illorum, sed vestra ipsorum causa dici, idque, si mentem advertere velitis, ipsæ vobis rationes persuadebunt. Non æquale est lucrum, quod vos reportatis atque illi: nam vos quidem si dederitis, ea dabitis, quæ paulo post, velitis nolitis, aliis resignaturi et concessuri estis; at quæ accipitis, permagna sunt, longe, inquam, majora. Annon hoc animo estis, accipere vos, cum datis? Ego vero, nisi hoc animo estis, ne detis quidem velim: tantum abest, ut pro illis sermonem faciam. Nisi quis antea sibi persuaserit, accipere se magis quam dare, ingens lucrum facere, beneficio magis affici quam afficere; ille vero ne det: si ita putat, dare se beneficium accipienti, ne det. Non enim id mihi nunc magnopere curæ est, ut alantur sancti: nam nisi tu dederis, alius dabit. Quamobrem quod volo, hoc est: ut vos peccatis vestris lenem quamdam medicinam faciatis: qui vero hanc in dando rationem non tenet, medicinam non habebit. Non enim dare, sed alacrem dare, sed lætum, sed gratias habentem accipienti, hoc est, eleemosynam facere: ait enim, *Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus.* (2. Cor. 9. 7.) Non det igitur, qui hoc modo non dat: jactura enim istud est, non eleemosyna. Quare si vobis hoc exploratum est, vos esse qui quæstum facitis, non illos, exploratum quoque illud sit, majus etiam lucrum vobis acce-

οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι. Καὶ χωρὶς πειρασμῶν δὲ ἔχει πολὺν ὁ διδάσκαλος πόνον, ἀγρυπνίαν, κόπον τὸν ἐν λόγῳ, διδασκαλίαν, μέμψεις, κατηγο-
B ρίας, αἰτίας, βασκανίας. Μικρὰ ταῦτα, τὸ μυρίων ἀνέχεσθαι στομάτων, ἐξὸν τὰ αὐτοῦ μεριμνᾷν; Οἴμοι, τί πάθω· ἐν μέσῳ δυοῖν ἐναπείλημμαι πραγμάτων ἀπόρων· βούλομαι μὲν γὰρ καὶ προτρέψαι ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσαι πρὸς τὴν συμμαχίαν καὶ τὴν ἀντίληψιν τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ· δέδοικα δὲ μὴ ἕτερόν τις ὑποπτεύσῃ, ὅτι οὐχ ὑμῶν ἕνεκεν, ἀλλ' ἐκείνων ταῦτα λέγω. Ἴστε δὲ, ὅτι οὐκ ἐκείνων ἕνεκεν ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑμῶν αὐτῶν. Καὶ εἰ βούλεσθε προσέχειν, δι' αὐτῶν τῶν λόγων ὑμᾶς πείθω· οὐκ ἔστιν ἴσον ὑμῖν τὸ
C κέρδος, κἀκείνοις. Ὑμεῖς μὲν γὰρ ἐὰν δῶτε, ταῦτα δώσετε, ὧν καὶ μικρὸν ὕστερον καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες ἀποστήσεσθε, καὶ παραχωρήσετε ἑτέροις· ἃ δὲ λαμβάνεις, πολλῷ μεγάλα ἐστὶ καὶ μείζονα. Ἢ οὐχ οὕτω διάκεισθε, ὅτι διδόντες λήψεσθε; Εἰ γὰρ μὴ οὕτω διάκεισθε, οὐδὲ δοῦναι ὑμᾶς βούλομαι· οὕτως οὐ τὸν ὑπὲρ ἐκείνων ποιοῦμαι λόγον. Εἰ μή τις οὕτω πρότερον ἑαυτὸν διέθηκεν, ὡς λαμβάνων μᾶλλον ἢ
D διδοὺς, ὡς κερδαίνων μυρία, ὡς εὐεργετούμενος ἢ εὐεργετῶν, μὴ διδότω· εἰ ὡς χάριν παρέχων τῷ λαμβάνοντι, μὴ διδότω. Οὐ γὰρ τοῦτό μοι περισπούδαστον τοσοῦτον τραφῆναι τοὺς ἁγίους· κἂν γὰρ σὺ μὴ δῷς, ἕτερος δώσει. Ὥστε ὃ βούλομαι, τοῦτό ἐστιν, ὑμᾶς τῶν ὑμετέρων ἁμαρτημάτων παραμυθίαν ἔχειν· ὁ δὲ μὴ οὕτω διδοὺς, οὐχ ἕξει παραμυθίαν. Οὐ γὰρ τὸ δοῦναι, τοῦτό ἐστιν ἐλεημοσύνην ἐργάσασθαι, ἀλλὰ τὸ μετὰ προθυμίας, τὸ χαίροντα, τὸ χάριν εἰδότα τῷ λαμ-
E βάνοντι· Μὴ ἐκ λύπης γὰρ, φησὶ, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός. Εἰ μή τις τοίνυν οὕτω δίδωσι, μὴ διδότω· ζημία γὰρ τοῦτό ἐστιν, οὐκ ἐλεημοσύνη. Εἰ τοίνυν ἴστε, ὅτι ὑμεῖς κερδανεῖτε, οὐκ ἐκεῖνοι, ἴστε, ὅτι μεῖζον ὑμῖν τὸ κέρδος γίνεται. Ἐκείνοις μὲν γὰρ τὸ σῶμα τρέφεται, ὑμῖν δὲ ἡ ψυχὴ εὐδοκιμεῖ· ἐκείνοις οὐδὲν ἀφίεται τῶν ἁμαρτημάτων, ὅταν λάβωσιν, ὑμῖν δὲ τὰ πολλὰ τῶν προσκρουμάτων
F ὑποτέμνεται. Κοινωνῶμεν τοίνυν αὐτοῖς τῶν ἄθλων, [a] ἵνα καὶ τῶν ἐκείνοις κοινωνήσωμεν μεγάλων ἐπάθλων. Βασιλέας υἱοποιοῦντές τινες, οὐχ ἡγοῦνται δι-

[a] Hic δι' ὁμοιοτέλευτον quædam deficiebant, quæ ex Coisliniano Cod. restituta sunt. [Videlicet Edd. τῶν ἄθλων τῶν μεγάλων. Βασιλέας. Supplementum additum quoque in marg. Savil., omisso tamen adj. μεγάλων.]

οῦναι μᾶλλον, ἢ λαμβάνειν. Υἱοποίησαι σὺ τὸν Χριστὸν, καὶ ἕξεις πολλὴν ἀσφάλειαν. Βούλει καὶ Παύλῳ κοινωνῆσαι; τί λέγω Παύλῳ, ὅπου γε Χριστός ἐστιν ὁ λαμβάνων; 201 A

Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ὑμῶν ἕνεκεν πάντα καὶ λέγω καὶ ποιῶ, οὐ τῆς ἑτέρων ἀναπαύσεως κηδόμενος· εἴ τίς ἐστι τῶν προεστώτων Ἐκκλησίας ἐν ἀφθονίᾳ ζῶν, καὶ μηδενὸς δεόμενος, κἂν ἅγιος ᾖ, μὴ δῷς, ἀλλὰ προτίμησον ἐκείνου τὸν ἐν ἀδείᾳ ὄντα, κἂν μὴ οὕτως ᾖ θαυμαστός. Τί δήποτε; Ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς οὕτω βούλεται, ὡς ὅταν λέγῃ· Ἐὰν ποιῇς δεῖπνον, ἢ ἄριστον, μὴ καλέσῃς τοὺς φίλους σου, μηδὲ τοὺς συγγενεῖς, ἀλλὰ τοὺς ἀναπήρους, τοὺς χωλοὺς, τοὺς τυφλοὺς, τοὺς μὴ δυναμένους ἀνταποδοῦναί σοι. Οὐ γὰρ ἁπλῶς δεῖ τὰς τοιαύτας δεξιώσεις ποιεῖν, ἀλλὰ τοῖς πεινῶσιν, ἀλλὰ τοῖς διψῶσιν, ἀλλὰ τοῖς γυμνητεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ξένοις, [a] ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ πλούτου πτωχεύσασιν. Οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, ἐτράφην, ἀλλ', ἐπείνων· Πεινῶντά με γὰρ, φησὶν, εἴδετε, καὶ ἐθρέψατε. Διπλοῦν τὸ δικαίωμα· εἰ δὲ τὸν ἁπλῶς πεινῶντα δεῖ τρέφειν, πολλῷ μᾶλλον, ὅταν καὶ ἅγιος ὁ πεινῶν ᾖ. Ἂν τοίνυν ἅγιος μὲν ᾖ, μὴ δέηται δὲ, μὴ δῷς· οὐ γὰρ κέρδος τοῦτο· οὐδὲ γὰρ ἐπέταξεν ὁ Χριστὸς, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἅγιος ἐκεῖνος ὁ ἐν ἀφθονίᾳ ὢν, καὶ λαμβάνων. Ὁρᾷς, ὅτι οὐκ αἰσχροκερδείας ἕνεκεν ἡμῖν ταῦτα λέλεκται, ἀλλὰ τοῦ ὑμῖν λυσιτελοῦντος; Θρέψον τὸν πεινῶντα, ἵνα μὴ θρέψῃς τὸ τῆς γεέννης πῦρ· ἐκεῖνος ἐσθίων ἀπὸ τῶν σῶν, καὶ λείψανα ἁγιάζει. Ἐννόησον πῶς ἔτρεφε τὸν Ἠλίαν ἡ χήρα· οὐκ ἔθρεψε μᾶλλον, ἢ ἐτράφη· οὐκ ἔδωκε μᾶλλον, ἢ ἔλαβε. Τοῦτο καὶ νῦν γίνεται καὶ πολλῷ μεῖζον. Οὐ γὰρ ὑδρία ἀλεύρου, οὐδὲ καμψάκης ἐλαίου, ἀλλὰ τί; ἑκατονταπλασίονα, καὶ ζωὴ αἰώνιος τοῖς τοιούτοις ἡ ἀμοιβή. Ἔλεος ὁ τοῦ Θεοῦ, ἡ τροφὴ ἡ πνευματικὴ γίνῃ, ζύμη καθαρά. Χήρα ἦν ἐκείνη, λιμὸς ἐπέκειτο, καὶ οὐδὲν τούτων αὐτὴν ἐκώλυσε· παῖδες ἦσαν αὐτῇ, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐνεποδίσθη. Αὕτη τῆς τὰ δύο καταβαλούσης λεπτὰ ἴση γέγονεν. Οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτὴν, τί ἀπὸ τούτου λήψομαι; αὐτὸς ἐμοῦ δεῖται· εἴ τινα ἰσχὺν εἶχεν, οὐκ ἂν ἐλίμωξεν, ἔλυσεν ἂν τὸν αὐχμὸν, οὐκ ἂν ὑπεύθυνος ἦν τοῖς αὐτοῖς· προσκρούει ἴσως καὶ αὐτὸς τῷ Θεῷ. Οὐ-

B

C

D

E

dere. Nam illis quidem corpus alitur; vobis autem splendescit anima: illis, cum accipiunt, nullum remittitur peccatum; vobis vero multæ offensiones abolentur. Communicemus igitur ipsis in laboribus ac certaminibus, ut in magnis quoque illis præmiis aliquando communicemus. Non defuerunt qui reges sibi adoptarent, atque in eo magis se dare, quam accipere putarent. Tu Christum tibi adopta, tuasque res in tuto collocabis. Vis et Paulo communicare? quid dico Paulo, ubi Christus ipse est, qui accipit?

5. Ut autem intelligatis, me non aliorum recreationi studentem, sed vestra causa hæc omnia et dicere et facere: si quis est ex præfectis Ecclesiæ, qui vitam non inopem agat nullaque re egeat, etiamsi sanctus sit, tamen nolo ei des; sed huic præpone illum qui eget, quamvis non adeo admirabilem. Quid ita? Quoniam ipse etiam Christus hoc ita vult, idque illis verbis indicat: *Cum facis cœnam aut prandium, noli vocare amicos tuos neque cognatos, sed debiles, claudos et cæcos:* eos nimirum, qui tibi par pari referre non possunt. Non enim temere sunt quilibet invitandi, sed esurientes, sed sitientes, sed nudi, sed peregrini, sed ii qui ex divitiis ad inopiam sunt redacti. Non enim absolute dixit, Aluistis me, sed addidit, Esurientem: *Esurientem*, inquit, *me vidistis, et dedistis mihi manducare.* Quod si quemvis esurientem nutrire opus est; multo magis cum ad cibi necessitatem viri sanctitas accesserit. Duplici enim nomine officium justum est, quod et in sanctum, et in esurientem confertur. Ergo si quis sanctus quidem fuerit, sed non egeat, nihil ei dato: non enim hoc lucrum est, non hoc Christus præcepit; quinimo ne sanctus quidem ille fuerit, qui cum abundet, accipit tamen. Vides non turpis lucri causa hæc a me esse dicta, sed vestræ utilitatis. Ale esurientem, ut ne alas gehennæ ignem: ille de tuis rebus comedens, eam etiam partem quæ tibi relinquitur sanctificat. Cogita, quomodo vidua Heliam aluerit, ac non magis aluerit quam alta sit; non magis dederit, quam acceperit. Id nunc etiam fit, et multo amplius. Non enim hydria farinæ, aut lecythus olei, sed quid? centuplum, et vita æterna hujusmodi officiis proposita merces est. Misericordia Dei, alimentum spirituale fias, fermentum mundum. Vidua erat illa, urgebat fames,

Eleemosynæ faciendæ ratio.

Luc. 14. 12. 13.

Matth. 25. 35.

[a] Ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ πλούτου πτωχεύσασιν. Hæc deerant in Edito; sed ex Cod. Coisliniano restituta sunt, et a Nobilio lecta fuere [et habentur in marg. Savil.]

et nihil horum impedimento illi fuit; habebat filios, neque hinc etiam se retardari sivit. Æquavit illam, quæ misit duo minuta in gazophylacium. Non secum ipsa dixit : Quæ mihi utilitas ob hoc exspectanda est! ipse eget : si quid virium haberet, non incidisset in famem : depulisset hanc siccitatem, non iisdem premeretur malis : forsitan et ipse in Dei offensionem incurrit. Nihil horum cogitavit. Vides quantum boni sit adhibere simplicitatem in benefaciendo, nec nimis curiose in eum inquirere, qui beneficium sit accepturus? Si omnia voluisset nimia quadam diligentia expendere, multa illius animum diverse traxissent, nec fidem habuisset. Ita et Abraham si curiose agere voluisset, angelos non suscepisset. Fieri enim minime potest, fieri inquam non potest, ut qui tam tenuem singulis quibusque rebus examinandis diligentiam adhibet, sancto homini aliquando benigne faciat, sed omnium maxime incidit in impostores. Et quomodo istud, ego dicam. Vir pius non hoc affectat, ut pius videatur, neque hanc sibi personam vult imponere, etiamsi futurum videat, ut despicatui habeatur : impostor autem, quippe qui rem hanc artis loco habet, eximiæ cujusdam pietatis speciem artificio ad deprehendendum difficillimo præ se fert. Quamobrem fit, ut ille quidem, qui etiam iis qui non videntur pii, benigne facit, in pios incidat : qui autem eos solos quærit qui pii existimantur, incidat persæpe in impios. Obsecro igitur, omnia in simplicitate faciamus. Esto enim, qui ad nos accedit, sit impostor; non tamen jussus es hæc
Luc. 6. 30. curiose scrutari : *Omnia* enim, inquit, *a te pe-*
Prov. 24. 11. *tenti tribue*; et, *Qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses* : quamvis multi eorum qui necantur, in criminibus deprehensi ea pœna mulctati fuerint; sed, *Ne cesses*, inquit. Ita similes Deo, ita admirabiles erimus, et immortalia bona consequemur : quibus utinam digni efficiamur, etc.

δὲν τούτων ἐνενόησεν. Ὁρᾷς πόσον ἀγαθόν ἐστι μετὰ ἁπλότητος εὖ ποιεῖν, καὶ μὴ σφόδρα περίεργον εἶναι
Γ περὶ τὸν εὖ πάσχοντα; Εἰ ἤθελε πολυπραγμονῆσαι, ἐδίστασεν ἄν, οὐκ ἂν ἐπίστευσεν. Οὕτω καὶ Ἀβραὰμ, εἰ ἤθελε πολυπραγμονῆσαι, οὐκ ἂν ἐδέξατο ἀγγέλους.
202 Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὸν ἐν τούτοις ἀκριβολογού-
A μενον ἐπιτυχεῖν ἁγίου ποτὲ, ἀλλ' ὁ τοιοῦτος μάλιστα ἐμπίπτει εἰς ἐπιθέτας. Καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Ὁ εὐλαβὴς οὐ βούλεται φαίνεσθαι εὐλαβὴς, καὶ οὐ περιτίθησιν ἑαυτῷ σχῆμα, κἂν μέλλῃ διαπτύεσθαι· ὁ δὲ ἐπιθέτης, ἅτε τέχνην τὸ πρᾶγμα ἔχων, πολλὴν εὐλάβειαν καὶ δυσφώρατον περιτίθεται. Ὥστε ὁ μὲν καὶ τοῖς δοκοῦσιν ἀνευλαβέσιν εὖ ποιῶν, τοῖς εὐλαβέσι περιπεσεῖται· ὁ δὲ τοὺς νομιζομένους εὐλαβεῖς ἐπιζητῶν, ἀνευλαβέσιν ἐμπεσεῖται πολλάκις. Διὸ, παρακαλῶ,
B ἐν ἁπλότητι πάντα πράττωμεν. Θῶμεν γὰρ ὅτι καὶ ἐπιθέτης ἐστὶν ὁ προσιών· οὐκ ἐκελεύθης ταῦτα περιεργάζεσθαι. [a] Παντὶ γὰρ, φησὶ, τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· καὶ, Ἐκπριοῦν κτεινόμενον μὴ φείσῃ· καίτοι οἱ πλείους τῶν ἀναιρουμένων ἐπὶ κακοῖς ἁλισκόμενοι τοῦτο ὑπομένουσιν, ἀλλὰ Μὴ φείσῃ, φησίν. Οὕτω γὰρ ὅμοιοι ἐσόμεθα τῷ Θεῷ, οὕτω θαυμασθησόμεθα, καὶ τῶν ἀθανάτων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο
C πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.

[a] *Παντὶ γὰρ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου*, hæc prima loci pars ex Evangelio Lucæ 6, 30, excerpta fuit. Quod sequitur autem, *καὶ ἐκπριοῦν κτεινόμενον μὴ φείσῃ*, sic hodie legitur in Græcis exemplaribus, *καὶ ἐκπριοῦ κτεινομένους, μὴ φείσῃ*. Nobilius hic Vulgatam Latinam sequitur in Latina interpretatione.

ΟΜΙΛΙΑ β'.

Μάρτυς γάρ μοί ἐστιν ὁ Θεὸς, ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει, Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ.

Οὐχ ὡς ἀπιστούμενος μάρτυρα καλεῖ τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἐκ πολλῆς διαθέσεως τοῦτο ποιεῖ. καὶ τῷ σφόδρα πεπεῖσθαι καὶ θαῤῥεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐκοινώνησαν αὐτῷ, ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι διὰ τοῦτο αὐτοὺς ποθεῖ, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐκείνων ἕνεκεν, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, ὅτι Ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ. Τί ἐστι τοῦτο; Ἀντὶ τοῦ, Κατὰ Χριστόν· ἐπειδὴ πιστοί ἐστε, ἐπειδὴ φιλεῖτε τὸν Χριστὸν, διὰ τὴν κατὰ Χριστὸν ἀγάπην. Καὶ οὐκ εἶπεν ἀγάπην, ἀλλ' ὃ θερμότερον ἦν, σπλάγχνα Χριστοῦ· ὡσανεὶ [b] τοῦτο λέγων, τοῦ ὡς πατὴρ ὑμῶν γεγονότος διὰ τὴν συγγένειαν τὴν κατὰ Χριστόν. Σπλάγχνα γὰρ ἡμῖν αὕτη χαρίζεται, σπλάγχνα θερμὰ, καὶ διάπυρα· τοῖς γὰρ γνησίοις αὐτοῦ δούλοις σπλάγχνα χαρίζεται. Ἐν ἐκείνοις, φησὶ, τοῖς σπλάγχνοις· ὡς ἂν εἴ τις εἴποι, φιλῶ ὑμᾶς σπλάγχνοις οὐ φυσικοῖς, ἀλλὰ τοῖς θερμοτέροις, τοῖς τοῦ Χριστοῦ. Ὡς ἐπιποθῶ, φησὶ, πάντας ὑμᾶς. Ἐπιποθῶ πάντας, ἐπειδὴ καὶ πάντες τοιοῦτοί ἐστε. Οὐ τοίνυν δυνατὸν εἰπεῖν πῶς ἐπιποθῶ· οὐ γὰρ δύναμαι παραστῆσαι τῷ λόγῳ τὸν πόθον· διὰ τοῦτο τῷ Θεῷ καταλιμπάνω εἰδέναι τῷ τὰς καρδίας ἐμβατεύοντι. Οὐκ ἂν δὲ, εἰ ἐκολάκευεν αὐτοὺς, τὸν Θεὸν ἐκάλεσε μάρτυρα· οὐδὲ γὰρ ἀκίνδυνον τοῦτο. Καὶ τοῦτο, φησὶ, προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ. Καλῶς· ἀκόρεστον γὰρ ἀγαθὸν τοῦτο. Ὅρα πῶς φιλούμενος, ἔτι μᾶλλον ἐβούλετο φιλεῖσθαι. Ὁ γὰρ οὕτω φιλῶν τὸν φιλούμενον, οὐδαμοῦ τῆς ἀγάπης βούλεται ἵστασθαι· οὐ γὰρ ἔνι μέτρον τούτου τοῦ καλοῦ. Ὅθεν ἀεὶ αὐτὸ ὀφείλεσθαι βούλεται ὁ Παῦλος, Μηδενὶ, λέγων, μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους. Μέτρον ἀγάπης, τὸ μηδαμοῦ ἵστασθαι. Ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν, φησὶν, ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ. Ὅρα τὴν διάθεσιν τῆς λέξεως· Ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον, φησὶν, ἵνα περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει. Οὐχ ἁπλῶς τὴν φιλίαν θαυμάζει,

HOMILIA II.

CAP. I. v. 8. *Testis est mihi Deus, quomodo vos omnes cupiam in visceribus Jesu Christi. 9. Et hoc oro, ut caritas vestra adhuc magis ac magis abundet in scientia et omni sensu: 10. ut probetis potiora, ut sitis sinceri et sine offensa in diem Christi, 11. repleti fructibus justitiæ per Jesum Christum*
B *in gloriam et laudem Dei.*

1. Non idcirco quod sibi fides non habeatur, testem citat Deum, sed ex animi affectu id facit, utque illis hoc sit persuasissimum. Nam quoniam dixerat, eos sibi communicasse: ne ob hanc causam, id est ob ea quæ mittebant, putarent se ab ipso desiderari, minime vero quod ipsi per se
C amarentur, idcirco subjunxit, *In visceribus Christi.* Quid hoc sibi vult? Idem ac si dixisset, secundum Christum: quoniam fideles estis, quoniam amatis Christum, propter dilectionem quæ secundum Christum est. Neque dixit, Dilectionem, sed, quod ardentius est, Viscera Christi: perinde atque ita diceret, viscera ejus, qui veluti pater vester effectus est per eam cognationem, quæ est secundum Christum. Hæc enim est, quæ nobis dat viscera, viscera calentia et inflammata:
F veris enim servis suis viscera largitur. In illis,
203 A inquit, visceribus amo vos: ac si dicat, visceribus non naturalibus, sed iis quæ ardentiora sunt, nimirum, quæ Christi sunt. *Quomodo*, inquit, *vos omnes cupiam.* Omnes desidero, quoniam et omnes tales estis. Modum ergo desiderii non possum consequi oratione: non enim verbis exprimi potest: ideoque Deo cognoscendum relinquo penetranti corda. Quod si illis assentaretur, minime Deum citasset testem: non enim id tutum est. *Et hoc*, inquit, *oro, ut caritas vestra magis, ac magis abundet.* Recte; insa-
B tiabile enim est bonum hoc. Vide quomodo, cum adeo amaretur, adhuc magis amari cupiebat. Qui enim hoc modo amat, cum quem amat ita sibi respondere vult, ut in nullo amoris gradu consistere patiatur: nullus enim est hujus boni modus. Idcirco Paulus id semper deberi vult: *Nemini,* inquit, *quidquam debeatis nisi ut in-*

[b] Vitiatam seriem ex Coisliniano restituimus, ut etiam in sequentibus quædam eodem Codice usi correximus Nobilium Interpretem sequentes, qui accurato exemplari Vaticano usus est.

Rom. 13. 8. *vicem diligatis.* Modus et mensura caritatis est, nusquam consistere : *Ut caritas vestra*, inquit, *adhuc magis, ac magis abundet.* Attende verborum dispositionem : *Ut adhuc magis*, inquit, *ac magis abundet in scientia et omni sensu.* Non universe quamvis caritatem admiratur, sed eam quæ ex scientia proficiscitur; id est, ut non erga omnes eamdem caritatem adhibeatis : id enim minime caritatis est, sed insulsitatis. Quid est, *In scientia?* Adhibito judicio, cogitata ratione, delectu quodam ac sensu. Non enim desunt qui inconsulto ac temere ament : ex quo etiam fit, ut hujusmodi amicitiæ parum roboris habeant. *In scientia*, inquit, *et omni sensu, ut probetis potiora* : id est, quæ utilia sunt. Non mea, inquit, sed vestra ipsorum causa hæc dico : periculum enim est ne quis ab hæreticorum amore corrumpatur. Hoc enim totum subindicat, dum ita loquitur. Vide autem quomodo istud injicit : Non mea, inquit, causa isthæc dico, sed, *Ut sitis sinceri*, id est, ne spurium aliquod dogma prætextu caritatis admittatis. Quæres,
Rom. 12. 18. quomodo igitur alibi dixit, *Si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habete?* Non sane hoc docens, ita vobis amandum esse, ut ex ami-
Matth. 5. 29. citia damnum reportetis : nam *Si oculus tuus dexter scandalizat te*, inquit, *erue eum, et projice abs te* : sed illud faciendum esse, *Ut sitis*, quod quidem ad Deum pertinet, *sinceri* : quod vero ad homines, *sine offensa.* Multis enim sæpe amicitiæ nocent. Nam etsi tibi nihil nocet, inquit, attamen alius interea offenditur. *In diem Christi;* id est, ut tunc reperiamini puri, quippe qui nemini scandalo fueritis; *repleti fructibus justitiæ per Jesum Christum, in gloriam et laudem Dei;* id est, una cum dogmatibus vitam quoque rectam habentes. Nec quomodocumque rectam esse satis est, sed confertam fructibus justitiæ; est enim quædam justitia, quæ non secundum Christum est, ut vita illa, quæ virtutem quoquomodo colit; sed *Per Jesum Christum*, inquit, *in gloriam et laudem Dei.* Vides me non gloriam meam curare, sed gloriam Dei? Sæpe autem eleemosynam justitiæ nomine appellat. Ne, inquit, officiat vobis caritas, quominus cognoscatis quæ in rem vestram sunt; nec quoniam hunc vel illum amas, propterea collabaris. Cupio quidem vestram crescere caritatem, sed non adeo, ut inde damnum feratis; nec quavis præcepta semel opinione vos moveri velim, sed cum perpenderitis,

οὐδὲ ἁπλῶς τὴν ἀγάπην, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἐπιγνώσεως· τουτέστιν, οὐχ ἵνα πρὸς ἅπαντας τῇ αὐτῇ χρήσησθε ἀγάπῃ· τοῦτο γὰρ οὐκ ἀγάπης, ἀλλὰ ψυχρότητος. Τί ἐστιν, Ἐν ἐπιγνώσει; Τουτέστι, μετὰ κρίσεως, μετὰ
C λογισμοῦ, μετὰ τοῦ αἰσθάνεσθαι. Εἰσὶ γάρ τινες ἀλόγως φιλοῦντες, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν· ὅθεν οὐδὲ σφοδρὰς εἶναι τὰς τοιαύτας [b] φιλίας συμβαίνει. Ἐν ἐπιγνώσει, φησὶ, καὶ πάσῃ αἰσθήσει, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, τουτέστι, τὰ συμφέροντα. Οὐκ ἐμοῦ ἕνεκεν ταῦτα λέγω, φησὶν, ἀλλ' ὑμῶν αὐτῶν· δέος γὰρ μή τις παραφθαρῇ ὑπὸ τῆς τῶν αἱρετικῶν ἀγάπης. Τοῦτο γὰρ ὅλον αἰνίττεται τῷ οὕτως εἰπεῖν. Καὶ ὅρα πῶς αὐτὸ τίθησιν· οὐ δι' ἐμὲ, φησὶ, ταῦτα
D λέγω, ἀλλ' ἵνα ἦτε ὑμεῖς εἰλικρινεῖς· τουτέστιν, ἵνα μηδὲν νόθον δόγμα τῷ τῆς ἀγάπης προσχήματι παραδέχησθε. Πῶς οὖν ἀλλαχοῦ φησιν, Εἰ δυνατὸν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύετε; Εἰρηνεύετε, εἶπεν, οὐ τοῦτο δηλῶν, ὅτι οὐχ οὕτως ἀγαπᾶτε, ὥστε ὑπὸ τῆς φιλίας βλάπτεσθαι· Εἰ γὰρ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, φησὶν, ἔκκοψον αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· ἀλλ' ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς, τὸ κατὰ Θεὸν δηλονότι, καὶ ἀπρόσκοποι, τὸ κατὰ ἀνθρώπους. Πολλοὺς γὰρ πολλάκις αἱ φιλίαι βλάπτουσιν. Εἰ γὰρ καὶ σὲ οὐ-
E δὲν βλάπτει, φησὶν, ἀλλ' ἕτερος προσκόπτει. Εἰς ἡμέραν Χριστοῦ· τουτέστιν, ἵνα τότε εὑρεθῆτε καθαροὶ, μηδένα σκανδαλίσαντες· Πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ· τουτέστι μετὰ τῶν δογμάτων καὶ βίον ὀρθὸν ἔχοντες. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ὀρθὸν εἶναι χρὴ, ἀλλὰ πεπληρῶσθαι καρπῶν δικαιοσύνης. Ἔστι γὰρ δικαιοσύνη, ἀλλ' οὐ κατὰ Χριστὸν, οἷον βίος ἁπλῶς ἐνάρετος· ἀλλὰ Τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, φησὶν, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ. Ὁρᾷς ὅτι οὐ τὴν ἐμαυτοῦ
F δόξαν λέγω, ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην; Πολλαχοῦ δὲ δικαιοσύνην καὶ τὴν ἐλεημοσύνην λέγει. Μὴ παραβλαπτέτω ὑμᾶς, φησὶν, ἡ ἀγάπη πρὸς τὸ εἰδέναι τὰ συμφέροντα, μηδὲ, ἐπειδὴ τὸν δεῖνα φιλεῖς, κατα-
204 A πέσῃς. Βούλομαι μὲν αὐξάνεσθαι τὴν ἀγάπην ὑμῶν, οὐχ οὕτω μέντοι, ὡς καὶ βλάπτεσθαι· καὶ οὐχ ἁπλῶς βούλομαι προλήψει, ἀλλὰ δοκιμάσαντας, εἰ ἡμεῖς καλῶς λέγομεν. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἵνα τὰ ἡμέτερα αἱρῆσθε, ἀλλ', Ἵνα δοκιμάζητε. Καὶ οὐκ εἶπε φανερῶς, μὴ τῷ δεῖνι πλησιάζετε· ἀλλὰ, πρὸς τὸ συμφέρον βούλομαι ὑμῖν τὴν ἀγάπην γίνεσθαι, οὐχ ἵνα ἀναισθήτως διακέησθε [a]. Ἀνόητον γὰρ, εἰ μὴ διὰ Χριστὸν τὴν δικαιοσύνην ἐργάζεσθε, καὶ δι' αὐτοῦ. Ἰδοὺ, τὸ δι' αὐτοῦ,
B πάλιν. Ἆρα οὖν ὑπουργῷ κέχρηται τῷ Θεῷ; Ἄπαγε· οὐχ ἵνα ἐγὼ, φησὶν, ἐπαινεθῶ, οὕτως εἶπον, ἀλλ' ἵνα ὁ Θεὸς δοξάζηται. Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βού-

[b] Sic Coislinian. Editi vero οὐδέν ἐστιν.

[a] [*Videtur leg.* ἀνόητον γάρ. Dunæus.]

λομαι, ἀδελφοὶ, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν. Ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν.

Εἰκὸς ἦν ἀκούσαντας ὅτι δέδεται, ἀλγεῖν, καὶ νο- C μίζειν ἐγκόπτεσθαι τὸ κήρυγμα. Τί οὖν ποιεῖ; Εὐθέως ταύτην ἀναιρεῖ τὴν ὑποψίαν, καί φησι, Τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθε. Καὶ τοῦτο δὲ φιλοῦντος, τὸ τὰ καθ' ἑαυτὸν δηλοῦν αὐτοῖς, ἅτε μεριμνῶσι. Τί λέγεις; δέδεσαι, ἐνεποδίσθης, καὶ πῶς τὸ εὐαγγέλιον ἐπιδίδωσιν; Ὥστε τοὺς δεσμούς μου, φησὶ, φανεροὺς γενέσθαι τοὺς ἐν Χριστῷ ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ. Τοῦτο οὐ μόνον οὐκ ἐπεστόμισε τοὺς ἄλλους οὐδὲ δειλοὺς ἐποίησεν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο καὶ μᾶλλον παρεθάῤῥυνεν. Εἰ τοίνυν οἱ D πλησίον ὄντες τῶν κινδύνων μόνον οὐδὲν ἐβλάβησαν, ἀλλὰ καὶ πλέον θάρσος ἔλαβον, πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς θαῤῥεῖν χρή. Εἰ μὲν γὰρ δεθεὶς ἀθλίως ἤνεγκε, καὶ ἐσίγησεν, εἰκὸς ἦν καὶ ἐκείνους τὸ αὐτὸ παθεῖν· εἰ δὲ δεθεὶς πλέον ἐπαῤῥησιάζετο, μᾶλλον αὐτοῖς θάρσος ἔδωκεν, ἢ εἰ μὴ ἐδέθη. Πῶς δὲ εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου γέγονε τὰ δεσμά; Ὁ Θεὸς τοῦτο ᾠκονόμησε, φησὶν, ὥστε μὴ λαθεῖν τοὺς ἐμοὺς δεσμοὺς, τοὺς ἐν Χριστῷ, τοὺς διὰ Χριστὸν, Ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ. Τέως γὰρ οὕτως ἐκάλουν τὰ βασίλεια. Οὐδὲ ἐν τῷ πραιτωρίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πόλει, φησὶ, πάσῃ. Καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ πε- E ποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου περισσοτέρως τολμᾷν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. Δείκνυσι τοῦτο, ὅτι καὶ πρότερον ἐθάῤῥουν, καὶ μετὰ παῤῥησίας διελέγοντο, νῦν δὲ πολλῷ πλέον. Εἰ ἄλλοι τοίνυν, φησὶ, διὰ τοὺς ἐμοὺς δεσμοὺς θαῤῥοῦσι, πολλῷ μᾶλλον ἐγώ· εἰ ἄλλοις εἰμὶ αἴτιος θάρσους, πολλῷ μᾶλλον ἐμαυτῷ. Καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ. Ἐπειδὴ μέγα ἦν τὸ εἰπεῖν, ὅτι οἱ ἐμοὶ δεσμοὶ θάρσος αὐτοῖς παρεῖχον, διὰ τοῦτο προλαβὼν εἶπεν, Ἐν Κυρίῳ. F Ὁρᾷς πῶς καὶ ἀνάγκην ἔχων τοῦ μεγαληγορεῖν, τοῦ μετριάζειν οὐκ ἀφίσταται; Περισσοτέρως τολμᾷν, 205 φησὶν, ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. Τὸ, Περισσοτέρως, A δεικνύντος ἐστὶν, ὅτι ἤδη ἤρξαντο. Τινὲς μὲν καὶ διὰ

utrum quæ dicimus recte se habeant. Neque dixit, ut mea præponatis, sed, *Ut probetis*. Neque perspicue dixit, Ne cum isto vel illo familiariter versemini; sed, Velim caritas vobis ad utilitatem proficiat; minime vero perinde affecti sitis, ac si sensu careatis. Res enim stultitiæ plenissima est, justitiam operari aliam ob causam, quam propter Christum et per ipsum. Ecce rursus illam loquendi formulam, Per ipsum. Num igitur usus est Deo, tamquam famulo, qui inferiorem in operando locum tenebat? Absit. Inquit igitur, Non ut ego lauder, ita loquutus sum, sed ut glorificetur Deus. 12. *Scire autem vos volo, fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt evangelii,* 13. *ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, et in cæteris omnibus.*

C 2. Verisimile erat illos, cum eum in vinculis esse audissent, dolere, putareque obstructam esse viam prædicationi. Quid igitur facit? Statim hanc suspicionem tollit, atque ita inquit: *Ea quæ circa me sunt magis ad profectum venerunt evangelii.* Est autem et hoc amantis, suas illis res patefacere, utpote quibus curæ sint. Quid ais? in vinculis es, impeditus es: ecquo igitur modo evangelium ipsum progressus facit? *Ut vincula mea,* inquit, *manifesta fierent, quæ sunt in Christo,* D *in omni prætorio.* Id non modo aliis silentium non imposuit, neque timorem incussit, sed etiam hoc ipso fidentiores sunt facti. Quod si illi, qui in mediis periculis versantur, non solum nihil damni tulerunt, sed etiam plus animi ac fidentiæ sumserunt: multo magis vos fidatis oportet. Nam si ille quidem, qui vinctus est, id miseriæ loco tulisset ac tacuisset, consentaneum erat illos eodem modo affici: nunc vero cum is qui est in vinculis, liberius et fidentius agit, longe magis animum illis addit, quam si vinctus non esset. Sed quomodo vincula ad progressum evangelii fuerunt? Hoc, E inquit, gubernavit Deus, ut ne laterent mea vincula, quæ in Christo, quæ per Christum, *In omni prætorio.* Tunc enim hoc nomine regias appellabant. Neque vero solum inquit, *In prætorio,* sed etiam, In universa civitate. 14. *Et plures e fratribus in Domino confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum loqui.* His verbis ostendit et antea fidenter illos egisse ac libere disseruisse, sed nunc multo magis. Ergo, F si alii propter mea vincula fidenter agunt, multo magis ego; si aliis fidentiæ causa sum, multo magis mihi ipsi. *Et plures e fratribus in Domino.* A Quoniam magnum dictu erat, mea illis vincula animum addidisse; propterea occupans dixit, *In*

16.

Domino. Vides necessitate etiam ipsi imposita magnifice de se loquendi, quam tamen modestiæ non obliviscatur? *Abundantius auderent,* inquit, *sine timore verbum loqui.* Dum inquit, *Abundantius,* satis indicat, illos jampridem cœpisse. 15. *Quidam quidem propter invidiam et contentionem, quidam vero et propter bonam voluntatem Christum prædicant.* Operæ pretium fuerit cognoscere, quid hoc sit. Cum in vinculis detineretur Paulus, multi ex infidelibus cupientes acre bellum ab Imperatore adversus illum exitare, ipsi quoque Christum prædicabant, ut Imperatoris ira vehementior fieret, disseminari evangelium animadvertentis, et in Pauli caput, quidquid ille furoris concepisset, recideret. Itaque duæ agendi rationes ex vinculis Pauli, tamquam ex [illegible]: aliis enim illa multum animi addiderunt; alios vero in spem perniciei meæ adducendo ad prædicandum Christum invitarunt. *Quidam quidem propter invidiam;* id est, meæ invidentes gloriæ et præclaris initiis, meque perditum cupientes, mecumque pugnantes, adjuvant ac provehunt actiones meas; vel ipsi quoque honoris cupiditate ducti, ac putantes fore ut aliquid de mea gloria decerpant. *Quidam vero et propter bonam voluntatem;* id est, sine simulatione, penitusque ex animo. 16. *Quidam quidem ex contentione Christum annuntiant non sincere;* id est, non pure atque integre, non propter rem ipsam, sed cur? *Existimantes pressuram suscitare vinculis meis.* Existimantes enim ita mihi majus periculum creari, dolorem dolore cumulant. O crudelitatem! o diabolicum impetum! vinctum cernebant, conjectumque in carcerem, et adhuc invidebant: augere ipsius calamitates, vehementiorique iræ obnoxium reddere cupiebant. Ac recte dixit, *Existimantes;* non enim id illis ex sententia successit. Nam illi quidem hac re putabant dolorem mihi afferre; ego vero evangelii progressu lætabar. Ita interdum est, cum opus bonum non ex bono proposito fit; nec modo nulla illi merces est proposita, sed supplicium manet. Nam quoniam ideo Christum prædicabant, quod Christi prædicatorem in majora pericula conjectum vellent; non modo nullam capient mercedem, sed etiam supplicio erunt obnoxii, ac pœnas dabunt. 17. *Quidam vero ex caritate, scientes quoniam in defensionem evangelii positus sum.* Quid est, *In defensionem evangelii positus sum?* Id est, hoc præstantes, ut ne mihi in rationibus Deo reddendis valde laborandum sit, et quiddam mihi subsidii ad defensionem afferentes. Hoc est,

φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσι. Τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ἄξιον μαθεῖν. Ἐπειδὴ κατεσχέθη ὁ Παῦλος, τὸν πόλεμον ἐγεῖραι βουλόμενοι σφοδρὸν τὸν παρὰ τοῦ βασιλέως πολλοὶ τῶν ἀπίστων, καὶ αὐτοὶ τὸν Χριστὸν ἐκήρυττον· ὥστε μείζονα γενέσθαι τῷ βασιλεῖ τὴν ὀργὴν, ἅτε τοῦ κηρύγματος διασπειρομένου, καὶ εἰς τὴν τοῦ Παύλου κεφαλὴν τὸ πᾶν ἐλθεῖν τοῦ θυμοῦ. Δύο τοίνυν προφάσεων γεγόνασιν οἱ
B δεσμοὶ αἴτιοι. Τοῖς μὲν γὰρ θάρσος παρεῖχον πολὺ, τοὺς δὲ εἰς ἐλπίδα ἄγοντες τῆς ἐμῆς ἀπωλείας, παρεσκεύασαν κηρύττειν τὸν Χριστόν. Τινὲς μὲν διὰ φθόνον· τουτέστι, φθονοῦντες τῇ δόξῃ τῇ ἐμῇ καὶ τῇ ἐνστάσει, καὶ βουλόμενοί με ἀπολέσθαι καὶ ἐρίζοντές μοι, συμπράττουσιν ἐμοί· ἢ ὥστε καὶ αὐτοὶ τιμᾶσθαι, καὶ οἰόμενοι παρασπᾶν τι τῆς δόξης τῆς ἐμῆς. Τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν· τουτέστι, χωρὶς ὑποκρίσεως, ἀπὸ προθυμίας ἁπάσης. Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς· τουτέστιν, οὐχ
C εἰλικρινῶς, οὐδὲ δι' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ διὰ τί; Οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου. Νομίζοντες γὰρ οὕτω με εἰς μείζονα ἐμπεσεῖσθαι κίνδυνον, θλῖψιν ἐπάγουσιν ἐπὶ θλίψει. Ὢ τῆς ὠμότητος, ὢ τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας· δεδεμένον ἑώρων καὶ ἐμβεβλημένον εἰς δεσμωτήριον, καὶ ἔτι ἐφθόνουν· αὔξειν αὐτῷ τὰ τῶν συμφορῶν ἤθελον, καὶ μείζονος ὀργῆς ὑπεύθυνον καθιστᾶν. Καὶ καλῶς εἶπε τὸ, Οἰόμενοι· οὐ γὰρ οὕτως ἐξέβαινεν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐνόμιζόν με τούτῳ λυπεῖν, ἐγὼ δὲ ἔχαιρον ὅτι τὸ κήρυ-
D γμα ἐπεδίδου. Οὕτως ἔνι, ἔργον ποιῆσαι ἀγαθὸν οὐκ ἀπὸ προαιρέσεως ἀγαθῆς· καὶ οὐ μόνον οὐ κεῖται μισθὸς ὑπὲρ τούτου, ἀλλὰ καὶ κόλασις. Ἐπειδὴ γὰρ μείζοσι κινδύνοις περιβαλεῖν τὸν τοῦ Χριστοῦ κήρυκα βουλόμενοι, τὸν Χριστὸν ἐκήρυττον, οὐ μόνον οὐ λήψονται μισθὸν, ἀλλὰ καὶ τιμωρίας ἔσονται ὑπεύθυνοι καὶ κολάσεως. Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπο-
E λογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι. Τί ἐστιν, Ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι; Τουτέστι, τὰς εὐθύνας μοι ὑποτέμνοντες τὰς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ συναντιλαμβανόμενοί τι εἰς ἀπολογίαν. Ὃ λέγει, τοῦτό ἐστι· προσετάγην κηρῦξαι· μέλλω διδόναι εὐθύνας, καὶ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ ἔργου, οὗ προσετάγην· ὥστε οὖν μοι τὴν ἀπολογίαν γενέσθαι εὔκολον, συναντιλαμβάνονταί μοι. Ἐὰν γὰρ εὑρεθῶσι πολλοὶ οἱ κατηχηθέντες πιστεύσαντες, εὔκολός μοι ἡ ἀπολογία ἔσται.
Γ Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγέλλεται. Ὅρα τὸ φιλόσοφον τοῦ ἀνδρός· οὐ σφόδρα αὐτῶν κατηγόρησεν, ἀλλ' εἶπε τὸ γινόμενον. Τί γὰρ, φησὶν, ἐμοὶ διαφέρει, ἄν τε οὕ-
206 τως, ἄν τε ἐκείνως; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφά-
A σει, εἴτε ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγέλλεται. Οὐκ εἶπε, καταγγελλέσθω, νομοθετῶν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὸ

συμβαῖνον ἀπήγγειλε, δεύτερον δὲ, εἰ καὶ νομοθετῶν ἔλεγεν, οὐδὲ οὕτω τὰς αἱρέσεις εἰσῆγεν.

Jussus sum prædicare; rationes mihi reddendæ sunt, ac defensio comparanda pro imposito mihi officio: igitur, ut mea defensio sit facilior, adjumento mihi sunt. Etenim, si multi inventi fuerint qui catechesim acceperint et crediderint, facilis mihi defensio erit. 18. *Quid enim? dum omni modo sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntiatur.* Vide viri philosophiam: non in illos vehementer invectus est, sed factum ipsum narravit. Quid enim mea, inquit, interest, utrum hoc an illo modo? si nihilominus sive occasione, sive veritate Christus interea annuntiatur? Non dixit, Annuntiatur, quasi legem ferens, sed primum eventum ipsum narravit; deinde, etiam si legem ferens hoc dixisset, non propterea hæresibus aditum patefecisset.

Ἐξετάσωμεν γὰρ, εἰ δοκεῖ, τὸ πρᾶγμα, καὶ εὑρήσομεν, ὅτι, εἰ καὶ οὕτως ἐπέτρεπε κηρύττειν, ὡς ἐκεῖνοι, [a] οὐδὲ οὕτως εἰσήγετο αἵρεσις. Πῶς; Ὅτι ἐκεῖνοι ὑγιῶς μὲν ἐκήρυττον, ὁ σκοπὸς δὲ καὶ ἡ διάνοια, μεθ' ἧς ἐποίουν οὕτω, διέφθαρτο, οὐ τὸ κήρυγμα ἐνήλλακτο. Καὶ πολλὴν εἶχον ἀνάγκην οὕτω κηρύττειν. Διὰ τί; Ὅτι εἰ ἑτέρως ἐκήρυξαν, οὐχ ὡς Παῦλος, εἰ ἑτέρως ἐδίδαξαν, οὐχ ὡς ἐκεῖνος, οὐκ ἂν τὴν τοῦ βασιλέως ὀργὴν ηὔξησαν· νῦν δὲ τῷ τὸ κήρυγμα αὐτοῦ αὔξειν καὶ ὁμοίως διδάσκειν, καὶ ἴσους αὐτῷ μαθητὰς ποιεῖν, ἴσχυσαν ἐκπολεμῶσαι τὸν βασιλέα, ἅτε πολλοῦ τοῦ πλήθους τῶν μαθητῶν φαινομένου. Ἀλλά τις μιαρὸς καὶ ἀναίσθητος ἐπιλαβόμενος τοῦ χωρίου τούτου, φησί· καὶ μὴν τὸ ἐναντίον εἰργάσαντο ἂν, τοὺς ἤδη πεπιστευκότας ἀπήλασαν, οὐχὶ τοὺς πιστοὺς ἐπιδοῦναι ἐποίησαν ἂν, εἴ γε δακεῖν αὐτὸν ἐβούλοντο. Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὅτι πρὸς ἓν τοῦτο ἑώρων ἐκεῖνοι, τὸ κινδύνοις αὐτὸν περιβαλεῖν τοῖς παροῦσι, τὸ μὴ ἀφεῖναι διαφυγεῖν· καὶ τούτῳ μᾶλλον ᾤοντο αὐτὸν λυπεῖν, καὶ τὸ κήρυγμα σβεννύναι, ἢ ἐκείνως. Ἑτέρως μὲν γὰρ ἂν καὶ ἔσβεσαν τοῦ βασιλέως τὴν ὀργὴν, * καὶ ἀφῆκαν ἂν ἐξελθεῖν, καὶ πάλιν κηρῦξαι· οὕτω δὲ δι' αὐτὸν τὸ πᾶν ἑλεῖν ἐνόμιζον, ἀνελόντες αὐτόν. Καὶ τοῦτο οὐκ ἦν τῶν πολλῶν συνιδεῖν, ἀλλὰ πικρῶν τινων καὶ σφόδρα μοχθηρῶν. Εἶτα, Καὶ ἐν τούτῳ, φησὶ, χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι. Τί ἐστιν, Ἀλλὰ χαρήσομαι; Κἂν [b] ἐπιπλεῖον γένηται, φησίν. Ἐμοὶ γὰρ συμπράττουσι καὶ ἄκοντες, καὶ τῶν αὐτοῖς πεπονημένων ἐκεῖνοι μὲν κόλασιν, ἐγὼ δὲ ὁ μηδὲν συμβαλλόμενος, μισθὸν λήψομαι. Ἆρα ἐστί τι τοῦ διαβόλου μιαρώτερον, τοῦ κήρυγμα ἐπι-

3. Rem enim ipsam, si libet, expendamus, et intelligemus profecto, etiam si ad eum modum prædicare jussisset, quemadmodum illi prædicabant; non tamen hac ratione hæresi locum dari. Quomodo? Quoniam illi sanam quidem doctri-
B nam prædicabant, propositum vero ac mens, qua id faciebant, corrupta erat, non tamen ut doctrina prædicata variaretur. Sed ut eodem modo prædicarent, magna illis imposita necessitas erat. Quapropter? Quoniam, si aliter prædicassent ac Paulus; si aliter docuissent atque ille, profecto Imperatoris iram non auxissent: nunc vero hoc ipso, quod illius prædicationem dilatabant atque eadem docebant, et similes sibi atque ille discipulos comparabant, Imperatorem irritare potuerant, tanta discipulorum multitudine prodeunte in con-
C spectum. Sed importunus quispiam et stolidus hunc locum reprehendens, ita dicet: Imo vero illi contrariam rationem sequuti essent, si Paulum lædere voluissent: non enim fidelium numerum auxissent, sed eos potius qui jam crediderunt abegissent. Quid igitur respondebimus? Hoc unum illos spectasse, ut Paulum præsentibus periculis circumcingerent, ut ne illum dimitti sinerent; at-
D que hac ratione putabant majorem se illi dolorem allaturos, atque evangelium exstincturos, quam si illos abegissent. Aliter enim faciendo et Imperatoris iram sedassent, et Paulum exire ac rursus prædicare sivissent; hoc autem modo totam se rem evertere existimabant, cum ipsum de medio sustulissent. Neque vero multi hoc penetrabant,

[a] Sic ex Coisliniano et ex Nobilio restituimus. Quæ autem hic dicit Chrysostomus, omnino consonant cum iis quæ protulit in Homilia in hunc Epistolæ ad Philippenses locum, *Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur.* Quæ habetur Tom. III. pag. 300.

* [*Fort.* [illegible] Savil.]

[b] [*Fort.* [illegible] Savil.]

sed amari quidam homines et improbi. Deinde, *Et in hoc*, inquit, *gaudeo*, *sed et gaudebo*. Quid hoc est, *Sed et gaudebo?* Etiam si, inquit, magis ac magis id agant. Nam vel inviti actiones meas adjuvant, et laborum quos in hac re impendunt, ipsi quidem pœnam, ego vero qui eo nihil confero, mercedem feram. Estne quidquam diabolo scelestius hoc agente, ut evangelii susceptio iis, quibus suscipere persuaserit, supplicium conciliet? Vides quantis malis undique suos perfodiat? pœnam istis et supplicium ex ipsamet prædicatione et laboribus in ea susceptis fabricatur. Ecquis alius inimicus atque hostis, quidquid ad illorum salutem faceret, sic disposuisset? Intelligis nihil eum posse, qui adversus veritatem bellum gerit, sed potius seipsum vulnerare, quemadmodum qui adversus stimulum calcitrat? 19. *Scio enim*, inquit, *quia hoc mihi proveniet ad salutem per vestram orationem et subministrationem Spiritus Jesu Christi.* Nihil diabolo scelestius: ita ubique infructuosis laboribus suos obruit ac dilaniat: nec solum præmiorum compotes esse minime sinit, sed etiam supplicio novit obnoxios facere. Non enim solum prædicationem, sed etiam ejusmodi jejunia ac virginitatem ipsis injungit, quæ non modo præmiis sit illos privatura, verum etiam magnam calamitatem iis, qui ipsam amplexi fuerint, invectura. De quibus et alibi in-
1. Tim. 4. 2. quit: *Cauteriatam habentes suam conscientiam.* Quamobrem hortor, pro omnibus gratias agamus Deo, qui nobis et labores leves fecit, et mercedes auxit. Quas enim mercedes apud nos ii consequuntur, qui caste utuntur matrimonio, eas apud istos ne illi quidem, qui virginitatem servant, assequi possunt; sed qui apud hæreticos virginitatem colunt, eamdem ac fornicatores pœnam subeunt. Unde? Quod nihil bono consilio ac proposito faciant, sed ut creaturas Dei immensamque illius sapientiam criminentur. Igitur ne torpeamus negligentia: moderata nobis certamina Deus injunxit, nullius fere laboris plena. Nec tamen propterea despiciamus. Nam si hæretici inutilibus laboribus seipsos misere affligant; quæ nobis excusatio reliqua erit, si neque tanto minores, quibusque maxima est proposita merces, subire voluerimus? Ecquod enim Christi præceptorum grave? ecquod valde molestum est? Non potes in virginitate degere? licet tibi matrimonio jungi. Non potes tuis te rebus omnibus privare? licet

νοήσαντος ἀναδέξασθαι κόλασιν τοῖς πειθομένοις προ-
E ξενοῦν; Ὁρᾷς πόσοις κακοῖς τοὺς ἑαυτοῦ περιπείρει; κόλασιν καὶ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐκ τοῦ κηρύγματος καὶ τῶν πόνων ἐπινοεῖ τούτων. Καὶ ποῖος ἂν ἄλλος ἐχθρὸς καὶ πολέμιος τῆς ἐκείνων σωτηρίας τὸ πᾶν οὕτω διέθηκεν; Ὁρᾷς ὅτι ὁ τὴν ἀλήθειαν πολεμῶν οὐδὲν ἰσχύει, ἀλλ' ἑαυτὸν πλήττει μᾶλλον, ὡς ὁ πρὸς κέντρα λακτίζων; Οἶδα γὰρ, φησὶν, ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας
F τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδὲν τοῦ διαβόλου μιαρώτερον· οὕτω πανταχοῦ πόνοις ἀνονήτοις τοὺς
207 ἑαυτοῦ περιβάλλει, καὶ διασπᾷ· καὶ οὐ μόνον τῶν
A ἐπάθλων οὐκ ἀφίησι τυχεῖν, ἀλλὰ καὶ κολάσεως ὑπευθύνους ποιεῖν οἶδεν. Οὐ γὰρ μόνον κήρυγμα, ἀλλὰ καὶ νηστείαν τοιαύτην καὶ παρθενίαν αὐτοῖς νομοθετεῖ, ἣ οὐ μόνον μισθῶν ἀποστερήσει, ἀλλὰ καὶ μέγα κακὸν ἐπάξει τοῖς αὐτὴν μετιοῦσι· περὶ ὧν φησι καὶ ἀλλαχοῦ, Κεκαυτηριασμένοι τὴν ἰδίαν συνείδησιν. Διὸ, παρακαλῶ, ὑπὲρ πάντων εὐχαριστῶμεν τῷ
B Θεῷ, ὅτι ἡμῖν καὶ τοὺς πόνους ἐπεκούφισε, καὶ τοὺς μισθοὺς ηὔξησεν. Ὧν γὰρ οἱ παρ' ἡμῖν γαμοῦντες σωφρόνως ἀπολαύουσι μισθῶν, οὐκ ἀπολαύουσιν οἱ παρθενεύοντες παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ τῇ τῶν πορνευόντων οἱ παρθενεύοντες παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς δίκῃ γεγόνασιν ὑπεύθυνοι. [a] Πόθεν; Ἐκ τοῦ μὴ ὀρθῷ σκοπῷ τι ποιεῖν, ἀλλ' ἐπὶ διαβολῇ τῶν τοῦ Θεοῦ κτισμάτων καὶ ἀποῤῥήτου σοφίας αὐτοῦ. Μὴ δὴ ῥαθυμῶμεν· ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς συμμέτρους ἀγῶνας, οὐδένα πόνον ἔχοντας. Ἀλλὰ μὴ καταφρονῶμεν διὰ τοῦτο. Εἰ γὰρ οἱ αἱρετικοὶ κατατείνουσιν ἑαυτοὺς πόνοις ἀνονήτοις, τίς ἡμῖν ἔσται ἀπολογία μηδὲ τοὺς
E ἔκρυψε. Τοῦτο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ οὐχ ὡς ἁρπαγμὸν εἶχεν, ἀλλὰ φυσικόν· διὸ ἐκένωσεν ἑαυτόν. Ποῦ οἱ λέγοντες, ὅτι ἀνάγκην ὑπέστη, ὅτι ὑπετάγη; Ἑαυτὸν, φησὶν, ἐκένωσεν, ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν, ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου. Πῶς ἐκένωσε; Μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ἐνταῦθα πρὸς τὸ, Ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν, τοῦτο εἶπε,
F τὸ Ἑαυτὸν ἐκένωσεν· ἐπεὶ εἰ ὑπετάγη, οὐδὲ ταπεινοφροσύνης ἦν τὸ πρᾶγμα, εἰ μὴ οἴκοθεν τοῦτο εἵλετο, εἰ μὴ παρ᾽ ἑαυτοῦ. Εἰ γὰρ οὐκ ᾔδει, ὅτι δεῖ τοῦτο γε-
246 A νέσθαι, ἔσται ἀτελής· εἰ μὴ εἰδὼς περιέμενε τὸν καιρὸν τοῦ προστάγματος, ἔσται καιρὸν οὐκ εἰδώς· ἢ εἰ ᾔδει καὶ ὅτι δεῖ γενέσθαι, καὶ πότε γενέσθαι, τίνος ἕνεκεν ὑποταγῆναι ὑπέμενεν; Ἵνα δείξῃ τὴν τοῦ Πατρὸς ὑπεροχήν. Τοῦτο οὐ Πατρός ἐστι δεῖξαι τὴν ὑπεροχὴν, ἀλλ᾽ οἰκείαν εὐτέλειαν· οὐ γὰρ ἱκανὸν τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα δεῖξαι τὰ πρεσβεῖα τοῦ Πατρός; Χωρὶς γὰρ τούτου πάντα τὰ αὐτά ἐστι τῷ Παιδί. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ ἱκανὴ αὕτη ἡ τιμὴ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς διαβῆναι

πρὸς τὸν Υἱόν. Χωρὶς δὲ τούτου, πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς κοινά ἐστι τῷ Παιδί.

'Ενταῦθα ἐπιλαβόμενοι τοῦ ῥητοῦ οἱ ἀπὸ Μαρκίωνος, ἰδοὺ, φασὶν, οὐκ ἐγένετο ἄνθρωπος, ἀλλ', ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος. Πῶς δέ ἐστιν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενέσθαι; σκιὰν περιβαλλόμενον; Οὐκοῦν εἴδωλον τοῦτό ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἀνθρώπου ὁμοίωμα· ἀνθρώπου γὰρ ὁμοίωμα, ἄνθρωπος ἕτερος. Τί δὲ ἐρεῖς Ἰωάννῃ λέγοντι, Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο; Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οὗτός φησιν ὁ μακάριος ἀλλαχοῦ, Ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας. Καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ἰδοὺ, φησὶ, Καὶ σχήματι, καὶ, Ὡς ἄνθρωπος. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ἀληθῶς, τὸ ὡς ἄνθρωπον εἶναι, καὶ τὸ σχήματι εἶναι ἄνθρωπον· τὸ γὰρ σχήματι εἶναι ἄνθρωπον, οὐκ ἔστι φύσει ἄνθρωπον εἶναι. Ὁρᾶτε μεθ' ὅσης ἐγὼ εὐγνωμοσύνης τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν τίθημι; Ἡ γὰρ λαμπρὰ νίκη καὶ ἐκ περιουσίας γινομένη αὕτη ἐστὶν, ὅταν τὰ δοκοῦντα αὐτῶν ἰσχυρὰ εἶναι οὐκ ἀποκρύπτωμεν· τὸ γὰρ ἀποκρύπτειν ἀπάτη ἐστὶ μᾶλλον, ἢ νίκη. Τί οὖν φασι; πάλιν γὰρ αὐτὰ ἀναλάβωμεν· τὸ, σχήματι, οὐκ ἔστι φύσει, καὶ τὸ, ὡς ἄνθρωπον εἶναι, καὶ τὸ, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου εἶναι, οὐκ ἔστι τοῦτο ἄνθρωπον εἶναι. Ἄρα καὶ τὸ μορφὴν δούλου λαβεῖν, οὐκ ἔστι [a] μορφὴν δούλου λαβεῖν. Οὐκοῦν μάχη ἐνταῦθα· καὶ διὰ τί μὴ ἐκεῖνο σὺ πρότερος λύεις; Ὥσπερ γὰρ ταῦτα νομίζεις ἡμῖν ἀντικεῖσθαι, οὕτω καὶ ἡμεῖς φαμεν ἐκεῖνό σοι ἀντικεῖσθαι. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὡς μορφὴ δούλου, οὐδὲ, ἐν ὁμοιώματι μορφῆς δούλου, οὐδὲ, ἐν σχήματι μορφῆς δούλου, ἀλλὰ, Μορφὴν δούλου ἔλαβε. Τί οὖν ἐστι; καὶ γὰρ μάχη ἐστίν. Οὐδεμία μάχη, μὴ γένοιτο, ἀλλά τις ὁ ψυχρὸς αὐτῶν λόγος, καὶ καταγέλαστος. Μορφὴν δούλου, φασὶν, ἔλαβεν, ὅτι τὸ λέντιον περιζωσάμενος ἔνιψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. Τοῦτο μορφὴ δούλου ἐστίν; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο μορφὴ δούλου, ἀλλ' ἔργον δούλου. Ἕτερον δέ

[a] [Pro μορφὴν recte Dunæus φύσιν legendum censet.]

ex seipso hoc suscepisset, id humilitatis non fuisset. Nam si ignoravit hoc esse faciendum, imperfectus certe fuerit: si vero nesciens tempus præcepti exspectavit, tempus sane non noverit. Quod si et faciendum esse, et quo tempore faciendum scivit; quænam causa est, cur illum subjectum fuisse dicendum sit? Ut Patris, inquiunt, præstantiam indicet. Istud vero non est Patris præstantiam indicare, sed suam vilitatem: Patris enim nomen nonne satis est ad indicandum Patris priorem in origine gradum? Hoc autem uno excepto, quod Pater non est, omnia eadem habet Filius. Ac sane neque aptus est hic honor, qui a Patre perveniat in Filium. Hoc autem excepto, quæcumque Patris sunt, Filio etiam sunt communia.

Contra Marcionistas.

2. Hoc loco Marcionistæ, quod dictum est arripientes, inquiunt, Non est factus homo, sed, In similitudine hominum factus. Quomodo vero potest quis in similitudine hominum fieri? umbram indutus? Igitur idolum istud est, minime vero hominis similitudo: hominis enim similitudo alter homo est. Quid autem respondebis Joanni ita dicenti, *Verbum caro factum est*? (Joan. 1. 14.) Verum et hic ipse beatus alibi inquit, *In similitudine carnis peccati*. (Rom. 8. 3.) *Et habitu inventus ut homo*. Ecce inquiunt, *Et habitu*, et, *Ut homo*. At esse ut hominem, et esse habitu hominem, hoc nequaquam est vere hominem esse: habitu enim hominem esse, aliud est ac natura esse hominem. Videte quam ego ingenue et æquo animo ea, quæ ab adversariis dicuntur, afferam? Tunc enim demum splendida ac redundans victoria parta erit, cum illorum argumenta, quæ aliquid roboris videntur habere, minime absconderimus: abscondere enim, potius dolus est, quam victoria. Quid igitur inquiunt? rursus enim eadem repetamus: Aliud est habitu hominem esse, ac natura; atque esse ut hominem, et in similitudine hominis esse, aliud est atque hominem esse. Ergo et formam servi accipere, non est formam servi accipere. Secum igitur hoc ipsum pugnat, et quare tu non prior istud dissolvis? Nam quemadmodum hæc nobis adversari existimas, ita et nos istud tibi adversari ostendimus. Non enim dixit, Ut forma servi, neque, In similitudine formæ servi, neque, In habitu formæ servi, sed, *Formam servi accepit*. Quid igitur hoc est? subestne aliqua in verbis pugna? Nulla pugna, absit; sed est illorum frigidum ac ridiculum dictum. Formam,

inquiunt, servi accepit, cum linteo circumcinctus discipulorum pedes lavit. Hoccine forma servi est? Neutiquam forma servi est, sed opus servi: aliud vero est opus servi esse, ac formam servi accipere. Cur enim non ita dixit, Opus servi fecit, quod manifestius erat? Nusquam omnino in Scriptura nomen formæ pro opere est usurpatum. Magna enim differentia intercedit: nam alterum quidem naturæ est, alterum vero operationis. Nec vero umquam in ipso etiam usu loquendi formam pro opere dicimus. Quamquam apud istos ne opus quidem fecit, neque succinxit se. Etenim, si id specie tantum fiebat, nulla erat veritas: si manus non habebat, quomodo lavit? si renes non habuit, quomodo se linteo succinxit? ecqua vero etiam ve-
Joan. 13.4. stimenta sumsit? nam, *Accepit*, inquit, *vestimenta sua.* Ut igitur nullum hic opus, quod vere factum fuerit, reperitur, sed mera illusio: ita neque discipulorum pedes lavit. Nam si incorporea illa natura non apparuit, in corpore non fuit. Quis igitur discipulos lavit? Quid rursus ad-
Contra Paulum Samosatenum. versus Paulum Samosatenum afferemus? Quidnam ille dicit, inquit? Plane idem: at non hoc est exinanitio, eum qui naturam habet humanam, purusque homo est, lavare conservos. Quæ enim adversus Arianos diximus, etiam adversus istos dicendum: nihil enim inter eos interest, nisi breve quoddam temporis intervallum: utrique enim creaturam statuunt Dei Filium. Quid igitur adversus ipsos dicemus? Si homo homines lavit, non inanivit, non humiliavit seipsum: si cum homo esset, non hoc rapuit, nimirum esse æqualem Deo, profecto non est cur laudetur. Nam cum quidem qui Deus sit hominem fieri, magna ineffabilisque humiliatio est; cum vero qui homo sit humana facere, quæ tandem humiliatio? Ubinam vero forma Dei appellatur opus Dei? Etenim si purus homo erat, atque ex operibus appellatur forma Dei, cur non et in Petro id faciamus, qui majora etiam opera edidit? cur non et Paulum inquis Dei formam habuisse? cur non et seipsum ad exemplum proposuit Paulus, qui sexcenta ministeria servilia obiverat, ac
2. Cor. 4.5. nullum recusaverat? ait enim, *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum, nos autem servos vestros per Jesum.* Ridicula ac nugæ sunt, quæ ab istis afferuntur. *Exinanivit seipsum*, inquit. Quomodo seipsum humiliavit, dic mihi? quæ est hæc exinanitio? quæ humiliatio? an quoniam miracula edidit? At hoc et Paulus et Petrus præstiterunt: quamobrem non hoc proprium ac peculiare Fi-

ἐστιν ἔργον εἶναι δούλου, καὶ ἕτερον μορφὴν δούλου
F λαβεῖν. Διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπεν, ὅτι ἔργον ἐποίησε δούλου, ὃ σαφέστερον ἦν; Οὐδαμοῦ δὲ ἐν τῇ Γραφῇ μορφὴ ἀντὶ ἔργου εἴρηται. Πολὺ γὰρ τὸ μέσον· τὸ μὲν γὰρ φύσεώς ἐστι, τὸ δὲ ἐνεργείας. Καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ δὲ οὐδαμοῦ τὴν μορφὴν ἀντὶ ἔργου λέγοντες λαμβάνο-
247 μεν. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ τὸ ἔργον ἐποίησε κατ' ἐκείνους,
A οὐδὲ μὴν διεζώσατο. Εἰ γὰρ φαντασία τὸ πρᾶγμα ἦν, οὐκ ἦν ἀλήθεια· εἰ μὴ χεῖρας εἶχε, πῶς ἔνιψεν; εἰ μὴ ὀσφὺν εἶχε, πῶς λέντιον περιεζώσατο; ποῖα δὲ καὶ ἱμάτια ἔλαβεν; Ἔλαβε γὰρ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, φησίν. Ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸ ἔργον ἐνταῦθα εὑρίσκεται γεγονὸς, ἀλλὰ ἀπάτη ἐστὶ μόνον, οὕτως οὐδὲ ἔνιψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. Εἰ γὰρ ἡ ἀσώματος φύσις οὐκ ἐφάνη, ἐν σώματι οὐκ ἦν. Τίς οὖν τοὺς μαθητὰς ἔνιψε; Τί οὖν πάλιν πρὸς Παῦλον τὸν Σαμοσατέα
B ἐροῦμεν; Καὶ τί ἐκεῖνος εἶπε, φησίν; Αὐτὸς τὸ αὐτό φησιν· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο κένωσις, τὸ φύσεως ὄντα ἀνθρωπίνης καὶ ἄνθρωπον ψιλὸν, νίψαι τοὺς ὁμοδούλους. Ἃ γὰρ εἴπομεν πρὸς Ἀρειανοὺς, ταῦτα καὶ πρὸς τούτους ῥητέον· οὐδὲν γὰρ ἀλλήλων διεστήκασιν, ἀλλ' ἢ ὀλίγῳ χρόνῳ· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ φασι. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς αὐτούς; Εἰ ἄνθρωπος ἀνθρώπους ἔνιψεν, οὐκ ἐκένωσεν, οὐκ ἐταπείνωσεν ἑαυτόν· εἰ ἄνθρωπος ὢν οὐχ ἥρπασε τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, οὐκ ἐπαινετός. Τὸ μὲν Θεὸν
C ὄντα ἄνθρωπον γενέσθαι, πολλὴ ταπείνωσις, ἄφατος, ἀνεκδιήγητος· τὸ δὲ ἄνθρωπον ὄντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ποιεῖν, ποία ταπείνωσις; Ποῦ δὲ μορφὴ Θεοῦ ἔργον Θεοῦ λέγεται; Εἰ γὰρ ἄνθρωπος ἦν ψιλὸς, καὶ διὰ τὰ ἔργα λέγεται μορφὴ Θεοῦ, διὰ τί μὴ καὶ ἐπὶ Πέτρου τὸ αὐτὸ λέγομεν; μείζονα γὰρ αὐτοῦ εἰργάσατο. Διὰ τί μὴ καὶ ἐπὶ Παύλου λέγεις, ὅτι μορφὴν Θεοῦ εἶχε; διὰ τί μὴ καὶ παρ' ἑαυτοῦ τὸ παράδειγμα εἰσήνεγκε Παῦλος, ὁ μυρία πράξας δουλικὰ, καὶ μηδὲν παραι-
D τησάμενος; λέγει γάρ· Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν. Γέλως ταῦτα καὶ φλυαρία. Ἐκένωσεν ἑαυτὸν, φησί. Πῶς ἐκένωσεν, εἰπὲ, καὶ τί ἡ κένωσις; καὶ τί ἡ ταπείνωσις; ἢ ἐπειδὴ θαύματα εἰργάσατο; Ἀλλὰ τοῦτο ἐποίησε καὶ Παῦλος, καὶ Πέτρος, ὥστε οὐ τοῦ Υἱοῦ τοῦτο ἐξαίρετον. Τί οὖν ἐστιν ὅ φησιν, Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος; Πολλὰ μὲν εἶχεν ἡμέτερα, πολλὰ δὲ
E οὐκ εἶχεν· οἷον ἀπὸ συνουσίας οὐκ ἐτέχθη, οἷον ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε. Ταῦτα ὑπῆρχεν αὐτῷ, ἃ μηδενὶ τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ ἦν τὸ φαινόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ Θεός. Ἐφαίνετο μὲν γὰρ ἄνθρωπος, οὐκ ἦν δὲ τοῖς πολλοῖς ὅμοιος, εἰ καὶ τὴν σάρκα ὅμοιος ἦν. Τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι οὐκ ἦν ψιλὸς ἄνθρωπος· διὰ τοῦτο φησὶν, Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων· Ἡμεῖς μὲν ψυχὴ καὶ σῶμά ἐσμεν· ἐκεῖνος δὲ Θεὸς, καὶ ψυχὴ,

καὶ σῶμα. Διὰ τοῦτό φησιν, Ἐν ὁμοιώματι. Ἵνα γὰρ F μὴ ἀκούσας, ὅτι Ἐκένωσεν ἑαυτὸν, μεταβολὴν νομίσῃς καὶ μετάπτωσιν καὶ ἀφανισμόν τινα, μένων, φησὶν, ὃ ἦν, ἔλαβεν ὃ οὐκ ἦν, καὶ σὰρξ γενόμενος ἔμενε Θεὸς Λόγος ὤν.

248 Ὥστε κατὰ τοῦτο ὅμοιος ἀνθρώπῳ, καὶ διὰ τοῦτό A φησι, Καὶ σχήματι· οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι ἡ φύσις μετέπεσεν, οὐδὲ σύγχυσίς τις ἐγένετο, ἀλλὰ σχήματι ἐγένετο. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι Μορφὴν δούλου ἔλαβεν, ἐθάρσησε λοιπὸν καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὡς ἐκείνου πάντας ἐπιστομίζοντος. Ἐπεὶ καὶ ὅταν λέγῃ, Ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι σάρκα οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ὅτι ἡ σὰρξ ἐκείνη οὐχ ἥμαρτεν, ἀλλ' ὁμοία ἦν τῇ ἁμαρτωλῷ. Κατὰ τί ὁμοία; Κατὰ τὴν φύσιν, οὐ κατὰ τὴν κακίαν· διὰ τοῦτο ὁμοία ἁμαρτωλοῦ ψυχῆς. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖ τὸ ὅμοιον διὰ τὸ μὴ πάντα εἶ- B ναι ἴσον, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ὁμοίωμα διὰ τὸ μὴ πάντα εἶναι ἴσα· οἷον τὸ μὴ ἐκ συνουσίας, τὸ χωρὶς ἁμαρτίας, τὸ μὴ ψιλὸν ἄνθρωπον. Καὶ καλῶς εἶπεν, Ὡς ἄνθρωπος· οὐ γὰρ ἦν εἷς τῶν πολλῶν, ἀλλ' ὡς εἷς τῶν πολλῶν. Οὐ γὰρ εἰς ἄνθρωπον μετέπεσεν ὁ Θεὸς Λόγος, οὐδὲ οὐσία μετεβλήθη, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος ἐφάνη, οὐ φαντασιοκοπῶν ἡμᾶς, ἀλλὰ παιδεύων εἰς ταπεινοφροσύνην. Ὅταν οὖν εἴπῃ, Ὡς ἄνθρωπος, τοῦτό C φησιν· ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν αὐτὸν ἄνθρωπον, ὅταν λέγῃ· Εἷς Θεὸς, καὶ εἷς μεσίτης ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς. Εἴρηται ἡμῖν καὶ τὰ πρὸς τούτους· καὶ πρὸς τοὺς μὴ λέγοντας δὲ ἀνειληφέναι ψυχὴν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Εἰ ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ τέλειος Θεὸς, καὶ ἡ μορφὴ τοῦ δούλου τέλειος δοῦλος. Πάλιν πρὸς Ἀρειανοὺς ὁ λόγος. Μορφὴ Θεοῦ ὑπάρχων, φησὶν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Ἐνταῦθα περὶ τῆς θεότητος, οὐδαμοῦ τὸ, ἐγένετο, οὐδαμοῦ τὸ, ἔλαβεν. Ἀλλ' ἑαυ- D τὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. Ἐνταῦθα περὶ τῆς ἀνθρωπότητος, τὸ Ἔλαβε, καὶ ἐγένετο. Τοῦτο ἐγένετο, τοῦτο ἔλαβεν, ἐκεῖνο ὑπῆρχε. Μὴ δὴ συγχέωμεν, μηδὲ διιστῶμεν. Εἷς Θεὸς, εἷς Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ, εἷς, ὅταν εἴπω, ἕνωσιν λέγω, οὐ σύγχυσιν, τῆς

lii fuerit. Quid igitur sibi volunt verba illa, *In similitudinem hominum factus?* Multa ille quidem nostra habuit, multa vero non habuit; hujusmodi sunt, non esse natum ex commixtione corporum, peccatum non admisisse. Hæc ipsius erant propria, nullique hominum communia. Non hoc solum erat quod apparebat, sed etiam Deus. Etenim apparebat quidem homo, in multis vero non erat similis, tametsi carne similis erat. Hoc igitur ista verba indicant, non fuisse purum hominem: propterea inquit, *In similitudine hominum.* Rom. 8. 3. Etenim nos quidem anima et corpus sumus; ille vero Deus, et anima et corpus: propterea inquit, *In similitudine.* Etenim ne audiens voces illas, *Exinanivit semetipsum,* mutationem aliquam suspiceris ad degenerationem et interitum, Manens, inquit, quod erat, assumsit quod non erat, et caro factus perseveravit esse Deus Verbum.

3. Hac igitur ratione Paulus dixit, similem esse homini, atque propterea addit, *Et habitu:* non enim natura degeneravit, neque confusio ulla facta est, sed habitu factus est. Nam cum dixisset formam servi accepisse, fidenter postea istud etiam protulit, nimirum cum illud nemini non os obstruxisset. Etenim et cum ita dicit, *In similitudine carnis peccati,* non hoc dicit, carnem non habuisse, sed carnem illam non peccasse, similem tamen fuisse peccatrici. In quo similis? Secundum naturam, non secundum malitiam: propterera similis animæ peccatrici. Quemadmodum igitur ibi similitudinis nomine usus est, quoniam non omnia æqualiter se habebant: ita et hic similitudo dicitur, eo quod non omnia sint æqualia, utpote quod non ex commixtione corporum, quod sine peccato, quod minime nudus homo. Ac pulchre dixit, *Ut homo:* non enim erat unus ex multis, sed ut unus ex multis. Deus Verbum enim non in hominem degeneravit, neque substantia est mutata; sed tamquam homo apparuit, non simulacris ac visis nos decipiens, sed erudiens ad humilitatem. Cum igitur dicit, *Ut homo,* hoc sibi vult: alioquin et alibi hominem ipsum vocat, ut cum dicit, *Unus Deus, et unus mediator Christus Jesus.* 1. Tim. 2. 5. Ea diximus, quæ adversus istos dicenda erant. Deinceps vero adversus eos, qui negant assumsisse animam, necessario dicendum. Si forma Dei perfectus Deus est, certe et forma servi perfectus est servus. Iterum contra Arianos agitur. *Cum in forma Dei esset,* inquit, *non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Hic de divinitate loquens nusquam istis verbis utitur, Factus est,

aut Accepit. Sed *Semetipsum exinanivit formam*
servi accipiens, in similitudine hominum fa-
ctus. Hic de humanitate dicit, Accepit, et, Factus
est. Hoc factus est, hoc accepit : illud vero erat.
Igitur nec confundamus, nec divellamus. Unus
Deus, unus Christus, Filius Dei. Verum, cum
utor ista voce, *unus*, unionem dico, non confusio-
nem : non enim natura hæc in illam versa dege-
neravit, sed unita est. *Humiliavit semetipsum fa-*
ctus obediens usque ad mortem, mortem autem
crucis. En, inquiunt, factus est obediens, cum ei
minime æqualis esset cui obedivit. O stolidi ac de-
mentes, hoc de illo nihil detrahit; nam nos etiam
amicis obedimus, neque id tamen nos minores facit.
Sponte Filius Patri obedivit, non in servilem con-
ditionem decidens, sed hoc ipso maxime servans
admirandam illam germani Filii dignitatem, ma-
gnum Patri honorem exhibendo. Honoravit Pa-
trem, non ut ipsum tu honore spoliares, sed ut
magis suspiceres, ut vel hinc germanum Filium
agnosceres, quod omnium maxime Patrem hono-
raverit. Nemo Deum ita honoravit : quantum habuit
celsitudinis, tantum vicissim humilitatis subiit.
Quemadmodum omnibus major est, ac nemo illi
æqualis : ita etiam in Patre honorando omnes vicit,
non coactus, neque invitus. Sed hoc etiam virtutis
ipsius fuit : aut potius desunt mihi verba, quibus
utar. Papæ ! magnum illud est atque inexplicabile,
servum fieri; sed mortem præterea subire, longe
adhuc majus. Sed est aliud quiddam hoc majus,
magisque opinionem omnem exsuperans. Quid il-
lud? Quod non quævis mors similis sit. Hæc enim,
quam Dominus pertulit, omnium turpissima habe-
batur : hæc plena ignominiæ, hæc exsecrabilis :
Deut. 21. 23. *Maledictus* enim, inquit, *omnis, qui pendet in*
ligno. Propterea etiam Judæi hac ipsum morte
afficere studuerunt, quo infamem redderent, ut
nisi quis ab eo idcirco deficeret, quod e medio sub-
latus esset, saltem ideo deficeret, quod sic subla-
tus esset. Propterea etiam inter duos latrones cruci
affixus est, ut eadem de ipso, ac de illis existima-
Isai. 53. 12. tio esset; atque impleretur quod dictum est, *Et*
cum iniquis reputatus est. Sed tanto magis elu-
cet veritas, tanto illustrior redditur. Longe enim
pulchrius atque admiratione dignius spectaculum
apparet, cum tot ab hostibus adversus ipsius glo-
riam artificiis ac machinis adhibitis, splendet ta-
men illa et magis fulget. Illi enim non solum
quod interfecerant, sed etiam quod hoc modo in-
terfecerant, talem se reddidisse putabant, quem
homines detestarentur ac maxime quidem detesta-
rentur; nec tamen quidquam profecerunt. Erant

φύσεως ταύτης εἰς ἐκείνην μεταπεσούσης, ἀλλὰ ἡνω-
μένης. Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ὑπήκοος γενόμενος μέ-
E χρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Ἰδοὺ, φησὶν, ὑπή-
κοος γέγονεν, οὐκ ἴσος ὢν ᾧ ὑπήκουσεν. Οὐδὲν τοῦτο
αὐτὸν ἐλαττοῖ, ὦ ἀγνώμονες καὶ ἀνόητοι· ἐπεὶ καὶ
φίλοις πολλάκις ὑπακούομεν ἡμεῖς, καὶ οὐδὲν τοῦτο
ἡμᾶς ἐλάττους ποιεῖ. Ὡς Υἱὸς Πατρὶ ὑπήκουσεν ἑκὼν,
οὐκ εἰς δουλικὸν ἀξίωμα καταπεσὼν, ἀλλὰ τούτῳ αὐ-
τῷ μάλιστα φυλάττων τῆς γνησιότητος τὸ θαῦμα, τῇ
πολλῇ περὶ τὸν Πατέρα τιμῇ. Ἐτίμησε τὸν Πατέρα,
F οὐχ ἵνα σὺ αὐτὸν ἀτιμάσῃς, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον θαυμά-
σῃς, ἵνα καὶ ἀπὸ τούτου μάθῃς, ὅτι γνήσιος Υἱὸς, τῷ
μάλιστα πάντων τὸν Πατέρα τετιμηκέναι. Οὐδεὶς οὕ-
τως ἐτίμησε τὸν Θεόν. Ὅσον εἶχε τὸ ὕψος, τοσαύτην
ταπείνωσιν ὑπέστη ἀντίῤῥοπον. Ὥσπερ πάντων ἐστὶ
μείζων, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ ἴσος, οὕτω καὶ τῇ περὶ
τὸν Πατέρα τιμῇ πάντας ἐνίκησεν, οὐκ ἀναγκα-
240 A σθεὶς, οὐδὲ ἄκων. Καὶ τοῦτο τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ· ἢ
οὐκ ἔχω πῶς εἴπω. Βαβαὶ, μέγα καὶ τὸ δοῦλον γενέ-
σθαι, καὶ σφόδρα ἄῤῥητον· τὸ δὲ καὶ θάνατον ὑπο-
στῆναι, πάλιν πολλῷ πλέον. Ἀλλ' ἔστι καὶ ἕτερόν τι
τούτου μεῖζον καὶ παραδοξότερον. Ποῖον δὲ τοῦτο;
ὅτι οὐχ ἅπας θάνατος ὅμοιος. Οὗτος γὰρ πάντων ἐπο-
νειδιστικώτερος εἶναι ἐδόκει, οὗτος ὁ αἰσχύνης γέμων,
οὗτος ὁ ἐπάρατος· Ἐπικατάρατος γὰρ, φησὶ, πᾶς ὁ
κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι τούτῳ
B ἐσπούδασαν αὐτὸν ἀνελεῖν, ὥστε καὶ ἐπονείδιστον
ἐργάσασθαι, ἵνα εἰ καὶ τῷ ἀναιρεθῆναι μηδεὶς ἀπέχη-
ται αὐτοῦ, ἀλλὰ τῷ οὕτως ἀναιρεθῆναι. Διὰ τοῦτο
καὶ λῃσταὶ δύο μεταξὺ αὐτοῦ ἐσταυρώθησαν, ἵνα κοι-
νωνήσῃ τῆς δόξης αὐτοῖς, καὶ πληρωθῇ τὸ εἰρημένον,
Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. Ἀλλὰ τοσούτῳ μᾶλλον ἡ
ἀλήθεια λάμπει, τοσούτῳ φαιδροτέρα γίνεται. Ὅταν
γὰρ τοσαῦτα ᾖ μηχανήματα παρὰ τῶν ἐχθρῶν κατὰ
τῆς δόξης αὐτοῦ γινόμενα, διαλάμπῃ δὲ, μᾶλλον τὸ
C θαῦμα μεῖζον δείκνυται. Οὐ γὰρ τῷ ἁπλῶς ἀποκτεῖ-
ναι, ἀλλὰ καὶ τῷ οὕτως ἀποκτεῖναι ᾤοντο βδελυκτὸν
αὐτὸν ἐργάσασθαι, καὶ πάντων ἀποφαίνειν βδελυκτό-
τερον· καὶ οὐδὲν ἴσχυσαν. Οὕτω δὲ μιαροί τινες ἦσαν
ἀμφότεροι οἱ λῃσταί· ὕστερον γὰρ ὁ εἷς μετεβάλετο,
ὅτι καὶ ἐν σταυρῷ ὄντες, ὠνείδιζον αὐτῷ· καὶ οὔτε τὸ
συνειδὸς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, οὔτε τὸ ἐν κολάσει
εἶναι, οὔτε τὸ καὶ αὐτοὺς τὰ αὐτὰ πάσχειν, κατεῖχεν
αὐτῶν τὴν μανίαν. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ εἷς τῷ ἑνὶ εἶπε, καὶ
D ἐπεστόμισε λέγων· Οὐδὲ φοβῇ τὸν Θεὸν σὺ, ὅτι ἐν τῷ
αὐτῷ κρίματί ἐσμεν; Τοσαύτην εἶχον τὴν κακίαν.
Ἀλλ' οὐδὲν πρὸς τὴν οἰκείαν δόξαν παρεβλάβη ἐν-

τεῦθεν. Διό φησι· Καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.

Ὅταν τῆς σαρκὸς ἐπιλάθηται ὁ μακάριος Παῦλος, πάντα λοιπὸν τὰ ταπεινὰ μετὰ ἀδείας φθέγγεται. Ἕως μὲν γὰρ οὐκ ἔλεγεν, ὅτι μορφὴν δούλου ἔλαβεν, ἀλλὰ περὶ τῆς θεότητος διελέγετο, ὅρα πῶς ὑψηλῶς· ὑψη- E
λῶς λέγω κατὰ τὴν δύναμιν· κατὰ γὰρ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν οὐ φθέγγεται· οὐδὲ γὰρ δύναται· Ἐν μορφῇ, φησὶ, Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Ἐπειδὴ δὲ εἶπεν, ὅτι ἐνηνθρώπησεν, ἀδεῶς λοιπὸν τὰ ταπεινὰ φθέγγεται, θαῤῥῶν ὡς οὐδὲν βλάπτει τὴν θεότητα τὸ ταπεινὰ λέγεσθαι, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεχομένης ταῦτα. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν Γ
ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Εἴπωμεν πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς, εἰ περὶ τοῦ μὴ σαρκωθέντος ταῦτα λέγεται, εἰ περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου, πῶς αὐτὸν ὑπερύ- 290
ψωσεν; ὡς πλεῖόν τι δεδωκώς; Οὐκοῦν ἀτελὴς ἦν A
κατὰ τοῦτο, καὶ δι' ἡμᾶς ἐγένετο τέλειος. Εἰ γὰρ μὴ ἡμᾶς εὐεργέτησεν, οὐκ ἂν ἔτυχε τῆς τιμῆς. Καὶ ἐχαρίσατο, φησὶν, ὄνομα. Ἰδοὺ, οὐδὲ ὄνομα εἶχε καθ' ὑμᾶς. Πῶς δὲ, εἰ ὀφειλὴν ἔλαβεν, εὑρίσκεται χάριτι καὶ δωρεᾷ λαβὼν, καὶ Ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα; Ποῖον δὲ ἴδωμεν καὶ ὄνομα· Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, φησὶ, πᾶν γόνυ κάμψῃ. Ὄνομα αὐτοὶ τὴν δόξαν λέγουσιν. Αὕτη γοῦν ἡ δόξα ὑπὲρ πᾶσαν δόξαν ἐστί· δόξα δὲ ὅλως ἐστὶ, τὸ προσκυνεῖν αὐτῷ. B
Πόῤῥω ἀπέχετε τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητος ὑμεῖς, οἱ νομίζοντες εἰδέναι Θεὸν, ὡς αὐτὸς οἶδεν ἑαυτόν. Καὶ ἀπὸ τούτου μὲν δῆλον, ὅσον ἀπέχετε τῆς ἐννοίας τῆς περὶ Θεοῦ· δῆλον δὲ καὶ ἐκ τούτου. Αὕτη δόξα ἐστὶν, εἰπέ μοι; Οὐκοῦν πρὶν ἢ τοὺς ἀνθρώπους γενέσθαι, πρὶν ἢ τοὺς ἀγγέλους, πρὶν ἢ τοὺς ἀρχαγγέλους, οὐκ ἦν ἐν δόξῃ. Εἰ γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ δόξα, ἡ ὑπὲρ πᾶσαν δόξαν· τοῦτο γάρ ἐστιν, Ὑπὲρ πᾶν ὄνο- C
μα· εἰ καὶ ἐν δόξῃ ἦν, ἀλλ' ἐν ἐλάττονι ταύτης. Οὐκοῦν [a] τοῦτο τὰ ὄντα ἐποίησε, καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα ἐν

[a] [Fort. πρὸς τοῦτο.]

vero ambo illi latrones adeo scelesti; nam postea alter mutatus est; ut etiam dum in cruce essent, in ipsum probra jacerent, illorumque furorem non conscientia suorum peccatorum, non supplicium, non ejusdem pœnæ perpessio coerceret: quod etiam unus ipsorum dixit, alterumque increpuit his verbis: *Neque tu times Deum, quod* Luc. 23. 40.
in eadem damnatione sumus? Tanta illorum improbitas. Sed nihil hinc detrimenti ipsius gloriæ allatum est: quamobrem inquit: *Et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen.*

4. Postquam Paulus carnis mentionem induxit, fidenter deinceps omnia illa commemorat, quæ humilitatem indicant. Antequam enim diceret formam servi sumsisse, et de divinitate dissereret, vide quam excelse: excelse, inquam, pro viribus; nam illius dignitatem non assequitur; minime enim potest: *Cum in forma Dei esset*, ait, *non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo:* at postquam dixit hominem esse factum, fidenter deinde quæ humilia sunt profert, hoc fretus, nullum divinitati damnum importari, quod humilia de ipsius carne commemorantur, ista suscipiente. *Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Christus Jesus in gloriam Dei Patris.* Dicamus adversus hæreticos: Si hæc de non incarnato afferuntur, si de Deo Verbo, quomodo ipsum exaltavit? an quasi plus aliquid ei dederit? Ergo hac quidem ex parte imperfectus erat, et propter nos obtinuit perfectionem. Etenim nisi nobis benefecisset, non honorem istum esset consequutus. *Et donavit*, inquit, *nomen.* Ecce ne nomen quidem, quantum vestra fert opinio, habebat. Quomodo vero, si id quod sibi debebatur acciept, ex dono et gratia accepisse tuebimur; et *Nomen, quod est super omne nomen?* Verum et quale sit istud nomen, videamus. *Ut in nomine Jesu Christi*, inquit, *omne genu flectatur.* Nomen isti gloriam interpretantur. Hæc igitur gloria omnem gloriam superat: gloria autem, inquiunt, omnino hæc est, illum nempe adorare. Longe abestis a Dei magnitudine, vos qui Deum nosse putatis, ut ipse seipsum novit. Atqui vel istud satis indicat, quantum a recta de Deo sententia absitis: cæterum hoc etiam indicabit. Hæc, dic mihi, gloria est? Ergo

antequam homines facti essent, antequam angeli, antequam archangeli, non erat in gloria. Etenim si hæc ea gloria est, quæ superat omnem gloriam; hoc enim significant verba, *Quod est super omne nomen;* certe tametsi in gloria erat, at saltem in minore quam nunc sit. Huc igitur spectans, et ob hanc causam ut gloriam assequeretur, omnia condidit, non autem bonitate adductus, sed indigus gloriæ a nobis proficiscentis? Videtis amentiam? videtis impietatem? Itaque si hæc de incarnato dicerent, recte dicerent; sinit enim Deus Verbum de carne hæc dici; non enim divinam naturam tangunt, sed omnia in œconomia, id est in assumta humanitate hærent: nunc vero ad deitatem ista maligne accommodantibus nulla superest venia. Quamobrem, si quando dixerimus, Hominem Deus fecit immortalem, etiamsi de toto dicam, quid dicam scio. Quid vero illa sibi verba volunt, *Cælestium et terrestrium et infernorum?* Id est, omnis mundus, et angeli et homines et dæmones: vel hoc significat, et justi et peccatores. *Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloriam Dei Patris.* Id est, ut omnes hoc dicant: id vero gloria Patris est. Vides ubique, cum Filius glorificatur, glorificari Patrem? Itidem vero dedecorato Filio dedecoratur etiam Pater. Nam si apud nos hoc fit, ubi inter patrem et filios multum interest; multo magis in Deo, ubi nihil discriminis, in ipsum et honor et dedecus redundabit. Nam si orbis, inquit, fuerit subjectus Filio, hoc est gloria Patris. Ergo et cum dicimus esse perfectum, non indigentem, nihilo minorem Patre, hæc gloria Patris est. Hoc et potentiæ ipsius magnum indicium et bonitatis et sapientiæ, quod Filium talem genuit, quod nihilo minorem, neque quod ad bonitatem, neque quod ad sapientiam attinet. Cum sapientem esse dico ut Patrem, et nihilo minorem, hoc magnæ Patris sapientiæ indicium est: cum dico potentem æque esse ac Patrem, hoc potentiæ Patris indicium est: cum dico bonum esse item ut Patrem, hoc bonitatis argumentum maximum, qui talem genuerit, se non inferiorem neque minorem, qui nequaquam ipso sit inferior, nequaquam minor atque indigus: cum dico non esse minorem secundum essentiam, sed æqualem, neque alterius esse substantiæ: hinc etiam rursus Deum mirabilem prædico, et potentiam ipsius et bonitatem et sapientiam, qui alium ex se nobis ejusmodi promserit, hoc excepto, quod Pater non est. Quamobrem, quæcumque de Filio magna dixero, omnia hæc in Patrem redun-

δόξη γένηται, οὐκέτι ἀγαθότητι, ἀλλὰ δεόμενος τῆς παρ' ἡμῶν δόξης. Ὁρᾶτε τὴν ἄνοιαν; ὁρᾶτε τὴν ἀσέβειαν; Ἂν μὲν οὖν περὶ τοῦ σαρκωθέντος ταῦτα ἔλεγον, εἶχε λόγον· ἀνέχεται γὰρ ὁ Θεοῦ Λόγος περὶ τῆς σαρκὸς ταῦτα λέγεσθαι· οὐ γὰρ τῆς φύσεως ἅπτεται, ἀλλὰ περὶ τὴν οἰκονομίαν τὸ πᾶν ἵσταται· νῦν δὲ περὶ τὴν θεότητα ταῦτα λεγόμενα, οὐδεμία συγγνώμη D τοῖς κακουργοῦσι καταλιμπάνεται. Ὥστε ὅταν εἴπωμεν, ἐποίησεν ἄνθρωπον ἀθάνατον ὁ Θεὸς, κἂν περὶ τοῦ ὅλου εἴπω, οἶδα ὃ λέγω. Τί δέ ἐστιν, Ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων; Τουτέστιν, ὁ κόσμος πᾶς, καὶ ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι καὶ δαίμονες· ἢ ὅτι καὶ οἱ δίκαιοι καὶ οἱ ἁμαρτωλοί. Καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Τουτέστιν, ἵνα πάντες τοῦτο εἴ- E πωσι· τοῦτο δὲ δόξα τοῦ Πατρός. Ὁρᾷς πανταχοῦ, ὅταν ὁ Υἱὸς δοξάζηται, τὸν Πατέρα δοξαζόμενον; Οὕτω καὶ ὅταν ἀτιμάζηται ὁ Υἱὸς, ὁ Πατὴρ ἀτιμάζεται. Εἰ γὰρ ἐφ' ἡμῶν τοῦτο, ἔνθα πολὺ τοῖς πατράσι πρὸς τοὺς Υἱοὺς τὸ μέσον, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, ἔνθα μέσον οὐδὲν, ἐπ' αὐτὸν διαβαίνει καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ ἀτιμία. Ἂν γὰρ ἡ οἰκουμένη ὑποταγῇ F τῷ Υἱῷ, φησὶ, τοῦτο Πατρός ἐστι δόξα. Οὐκοῦν καὶ ὅταν λέγωμεν, ὅτι τέλειός ἐστιν, ἀνενδεὴς, ὅτι οὐκ ἐλάττων τοῦ Πατρὸς, τοῦτο δόξα τοῦ Πατρός. Τοῦτο καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τεκμήριον μέγα καὶ τῆς ἀγαθότητος καὶ τῆς σοφίας, ὅτι Υἱὸν τοιοῦτον ἐγέννησεν, ὅτι οὐδὲν ἐλάττονα, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀγαθότητα, οὔτε κατὰ τὴν σοφίαν. Ὅταν εἴπω, ὅτι σοφός ἐστιν, ὡς ὁ Πατὴρ, καὶ οὐδὲν ἐλάττων, τοῦτο 251 A τῆς πολλῆς τοῦ Πατρὸς σοφίας τεκμήριον· ὅταν εἴπω, ὅτι δυνατός ἐστιν, ὡς ὁ Πατὴρ, τοῦτο τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τεκμήριον· ὅταν εἴπω, ὅτι ἀγαθός ἐστιν, ὡς ὁ Πατὴρ, τοῦτο τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ δεῖγμα μέγιστον, ὅτι τοιοῦτον ἐγέννησεν οὐδὲν αὐτοῦ λειπόμενον οὐδὲ ἀποδέοντα· ὅταν εἴπω, ὅτι οὐκ ἐλάττονα κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἴσον, οὐδὲ ἑτέρας οὐσίας, καὶ ἐν τούτῳ πάλιν τὸν Θεὸν θαυμάζω, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν σοφίαν, ὅτι ἄλλον ἡμῖν τοιοῦτον ἔδειξεν ἐξ αὐτοῦ, πλὴν B τοῦ Πατέρα εἶναι. Ὥστε ὅσα ἂν εἴπω μεγάλα περὶ τοῦ Υἱοῦ, ταῦτα εἰς τὸν Πατέρα διαβαίνει. Εἰ γὰρ τὸ μικρὸν τοῦτο καὶ εὐτελὲς (μικρὸν γάρ ἐστι πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν τὸ τὴν οἰκουμένην αὐτῷ προσκυ-

νῆσαι), εἰς δόξαν Θεοῦ γίνεται, πόσῳ μᾶλλον τὰ ἄλλα πάντα;

Πιστεύωμεν τοίνυν εἰς δόξαν αὐτοῦ, καὶ βιῶμεν εἰς δόξαν αὐτοῦ· ἐπεὶ οὐδὲν ὄφελος θατέρου. Ὥστε ὅταν δοξάζωμεν καλῶς, μὴ βιῶμεν δὲ καλῶς, τότε C
μάλιστα ὑβρίζομεν αὐτὸν, ὅτι ἐπιγραφόμενοι αὐτὸν Δεσπότην καὶ διδάσκαλον, καταφρονοῦμεν αὐτοῦ, καὶ οὐ δεδοίκαμεν τὸ φοβερὸν αὐτοῦ κριτήριον. Τὸ μὲν γὰρ Ἕλληνας ἀκαθάρτως βιοῦν, θαυμαστὸν οὐδὲν, οὐδὲ τοσαύτης καταγνώσεως ἄξιον· τὸ δὲ Χριστιανοὺς τοσούτων μετέχοντας μυστηρίων, τοσαύτης ἀπολαύοντας δόξης, οὕτως ἀκαθάρτως βιοῦν, τοῦτό ἐστι τὸ πάντων χείριστον, καὶ ἀφόρητον. Εἰπὲ γάρ μοι· D
ὑπήκουσε τὴν ἐσχάτην ὑπακοὴν, διὰ τοῦτο ἔλαβε τὴν ἄνω τιμήν· δοῦλος ἐγένετο, διὰ τοῦτο Δεσπότης ἐστὶ πάντων, καὶ ἀγγέλων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Ὥστε καὶ ἡμεῖς μὴ νομίζωμεν κατέρχεσθαι ἀπὸ τοῦ ἀξιώματος, ὅταν ταπεινώσωμεν ἑαυτούς. Τότε γὰρ μᾶλλόν ἐστιν ὑψωθῆναι εἰκότως· τότε μάλιστά ἐστι θαυμασθῆναι. Ὅτι γὰρ ὁ ὑψηλὸς ταπεινός ἐστιν, ὁ δὲ ταπεινὸς ὑψηλὸς, ἀρκεῖ μὲν καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀπόφασις E
τοῦτο λέγουσα· πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἐξετάσωμεν. Τί ἐστι ταπεινωθῆναι; οὐ τὸ ψέγεσθαι, οὐ τὸ κατηγορεῖσθαι καὶ διαβάλλεσθαι; Τί δὲ ὑψωθῆναι; οὐ τὸ τιμᾶσθαι, τὸ ἐπαινεῖσθαι, τὸ δοξάζεσθαι; Καλῶς. Ἴδωμεν οὖν πῶς τοῦτο γίνεται. Ἄγγελος ἦν ὁ σατανᾶς, ὕψωσεν ἑαυτόν· τί οὖν, οὐχὶ πάντων μᾶλλον ἐταπεινώθη; οὐχὶ χωρίον ἔχει τὴν γῆν; οὐχὶ ὑπὸ πάντων κατηγορεῖται καὶ διαβάλλεται; Ἄνθρωπος F
ὢν ὁ Παῦλος, ἐταπείνωσεν ἑαυτόν· τί οὖν; οὐχὶ θαυμάζεται; οὐχὶ ἐπαινεῖται; οὐχὶ ἐγκωμιάζεται; οὐχὶ φίλος ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ; οὐχὶ μείζονα εἰργάσατο ὧν ὁ Χριστὸς ἐποίησεν; οὐχ ὡς ἀνδραπόδῳ πολλάκις ἐπέ- 252
ταξε τῷ διαβόλῳ; οὐχὶ ὡς δήμιον περιέφερεν; οὐχὶ A
ἔπαιξεν ἐν αὐτῷ; οὐχὶ συντετριμμένην αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν εἶχεν ὑπὸ τοὺς πόδας τοὺς αὐτοῦ; οὐχὶ καὶ ἑτέροις μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας τοῦτο ἐπηύχετο; Τί λέγω ταῦτα; Ἐπῆρεν ἑαυτὸν ὁ Ἀβεσσαλὼμ, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν ὁ Δαυίδ· ποῖος οὖν ὑψηλὸς ἐγένετο; τίς ἐπίδοξος; Τί γὰρ ταπεινότερον τῶν ῥημάτων τούτων ὧν ἐπὶ τοῦ Σεμεεῖ ἐφθέγγετο ὁ μακάριος οὗτος προφήτης, λέγων· Ἄφετε αὐτὸν καταρᾶσθαί με· Κύριος γὰρ [a] ἐνετείλατο αὐτῷ; Καὶ ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν B
πραγμάτων ἐξετάσωμεν, εἰ δοκεῖ. Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν ὁ τελώνης, καίτοι γε οὐδὲ ταπεινοφροσύνη τὸ πρᾶγμα ἦν, ἀλλὰ εὐγνωμόνως πως ἔλεγεν, ἅπερ ἔλεγεν. Ὕψωσεν ἑαυτὸν ὁ Φαρισαῖος. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ,

dabunt. Nam si exiguum istud ac leve (exiguum enim ad Dei gloriam est, a mundo illum adorari) ad gloriam Dei pertinet, quanto magis reliqua omnia?

5. Credamus igitur ad ipsius gloriam, et vivamus ad ipsius gloriam: alterius enim sine altero nulla utilitas. Nam, cum illum recte quidem glorificamus, sed non recte vivimus, tunc maxime in ipsum contumeliosi sumus, quippe qui illum Dominum ac Magistrum profitentes, nihilominus eum contemnimus, nec terribile illud tribunal pertimescimus. Etenim Græcos quidem impure vivere, neque mirandum est, neque tanto dignum supplicio: at Christianos tantorum mysteriorum participes, tantæque gloriæ compotes, adeo impuram vitam vivere, hoc est, quod omnem exsuperat improbitatem, nulloque pacto ferendum. Dic enim mihi: Christus usque ad ultima obedientiæ officia descendit; propterea ad excelsum illum honoris gradum pervenit: servus factus est; propterea omnium factus est Dominus, et angelorum et cæterorum omnium. Quamobrem nos etiam ne de statu dignitatis nostræ dejici existimemus, cum nos ipsos humiliaverimus. Tunc enim potius vere in sublime ferimur; tunc maxime digni sumus qui suspiciamur. Quod enim sublimis sit humilis, humilis vero sublimis, sufficit ad fidem faciendam vel una Christi sententia hoc pronuntians: verumtamen ipsam quoque rei naturam perpendamus. Quid est humiliari? annon vituperari? annon accusari, et calumniis peti? Quid vero exaltari? nonne honorari? laudari? in magna gloria esse? Recte. Videamus igitur, quomodo ad hæc perveniatur. Angelus erat satan, seipsum exaltavit: quid igitur? nonne omnium maxime est humiliatus? nonne sedes ipsius terra est? nonne ab omnibus accusatur, omniumque criminationi patet? Homo erat Paulus, humiliavit seipsum: quid igitur? annon suspicitur? annon laudibus atque encomiis celebratur? annon Christi amicus est? annon majora illis edidit, quæ Christus fecerat? annon sæpe diabolo tamquam mancipio imperavit? annon lictorem circumduxit? annon ludibrio habuit? annon contritum illius caput suis subjecit pedibus? annon aliis etiam hoc idem magna cum fidentia a Deo precatus est? Quid hæc affero? Extulit seipsum Absalon, dejecit seipsum David: uter tandem positus in excelso est? uter gloria circumfluxit? Quid enim verbis hisce humilius,

Humilitas Christianis competit.

[a] Coislin ἐνετείλατο αὐτῷ. Ἐταπείνωσεν, omissis interpositis.

quibus beatus hic propheta erga Semei usus est,
2. Reg. 16. 10. cum ita diceret, *Dimittite eum, ut maledicat mihi: Dominus enim præcepit ei?* Ipsas quoque res, si placet, examinemus. Humiliavit seipsum publicanus, quamquam ne quidem humilitas erat, sed tamen modeste et verecunde loquebatur. Extulit seipsum Pharisæus: sed, si libet, omissis personis res ipsas examinemus. Statuantur duo aliqui, ambo et divitiis et honoribus abundantes, ac tum in sapientia, tum in potentia et in aliis mundanis bonis de se ipsis magnifice sentientes: deinde alter quidem honores ab omnibus petat, et nisi accipiat irascatur, et plusquam opus est exigat, ac seipsum extollat; alter vero totam rem despiciat, nemini hac de causa succenseat, delatumque sibi honorem repudiet: uter, dic mihi, major est? an qui honorem non accipit, quamvis petat? an qui delatum etiam despicit? Perspicue hic qui contemnit; et jure quidem. Gloriæ enim consequendæ alia ratio non est, quam gloriam fugere. Quamdiu enim ipsam persequimur, fugit nos; cum vero eam fugimus, ipsa nos persequitur. Si vis in gloria esse, gloriam ne concupiscas: si vis celsus esse, ne te ipse in sublime efferas. Atque alia etiam causa est, cur homines colant honoris non appetentem, consectantem vero aversentur: insitum enim hoc est hominum generi contentionis esse cupidum, et cum aliorum desideriis luctari. Itaque despiciamus gloriam: ita enim poterimus humiles fieri, vel potius celsi. Ne teipsum extollas, ut ab alio extollaris. Qui a seipso extollitur, is ab aliis non extollitur: qui seipsum dejicit, is ab aliis non dejicitur. Magnum arrogantia malum est: satius est stolidum esse, quam arrogantem: nam ibi quidem stultitia sola mentis infirmitas est; hic vero stultitia deterior est, et stultitia cum furore conjuncta. Stolidus sibiipsi nocet, arrogans vero aliorum etiam pernicies est. A dementia hic morbus procreatur: fieri minime potest, ut quis de se magnos spiritus sumat, nisi stultus sit: qui vero valde stultus est, is arrogans quoque est. Audi
Prov. 26. 12. sapientem quemdam ita dicentem: *Vidi hominem sapientem sibi videri: magis vero illo spem habet insipiens.* Vides me non temere dixisse, gravius esse hoc malum stoliditate? *Magis* enim, inquit, *illo spem habet insipiens.* Propterea
Rom. 12. 16. Paulus etiam dicebat, *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.* In corporibus, dic mihi, quænam valere dicimus? utrum valde tumida, ac multo intus referta flatu et aqua; an depressa, et contractam habentia superficiem? Sine dubio

ἀφέντες τὰ πρόσωπα, ἐξετάσωμεν τὰ πράγματα. Ἔστωσαν δύο τινὲς, ἀμφότεροι καὶ πλουτοῦντες, καὶ μετέχοντες πολλῆς τιμῆς, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ καὶ δυναστείᾳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς κοσμικοῖς πλεονεκτήμασι μεγαλοφρονοῦντες· εἶτα ὁ μὲν αὐτῶν ζητείτω
C τὰς παρὰ πάντων τιμὰς, καὶ μὴ λαμβάνων ὀργιζέσθω, καὶ πλέον ἢ δεῖ ἀπαιτείτω, καὶ ὑψούτω ἑαυτόν· ὁ δὲ καταφρονείτω τοῦ πράγματος, καὶ πρὸς μηδένα ὑπὲρ τούτου δυσχεραινέτω, καὶ διδομένην τὴν τιμὴν διακρουέσθω. Τίς οὖν μείζων; ὁ μὴ λαμβάνων καὶ ζητῶν, ἢ ὁ καὶ διδόντων καταφρονῶν; Εὔδηλον ὅτι οὗτος· εἰκότως. Δόξης γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐπιτυχεῖν, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ δόξαν φεύγειν. Ἕως μὲν γὰρ αὐτὴν διώκωμεν, φεύγει ἡμᾶς· ὅταν δὲ αὐτὴν φεύγωμεν, διώκει ἡμᾶς. Εἰ βούλει ἔνδοξος εἶναι, μὴ ἐπιθύμει δόξης· εἰ
D βούλει ὑψηλὸς εἶναι, μὴ γίνου ὑψηλός. Καὶ ἄλλως δὲ, τὸν μὲν μὴ ἐφιέμενον τιμῆς πάντες τιμῶσι, τὸν δὲ ἐπιζητοῦντα διαπτύουσι· πέφυκε γάρ πως φιλόνεικον εἶναι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ ἀντιπαθές. Καταφρονῶμεν τοίνυν δόξης· οὕτω γὰρ δυνησόμεθα γενέσθαι ταπεινοὶ, μᾶλλον δὲ ὑψηλοί. Μὴ ὕψου σαυτὸν, ἵνα παρ' ἑτέρου ὑψωθῇς. Ὁ παρ' ἑαυτοῦ ὑψούμενος, παρ' ἑτέρων οὐχ ὑψοῦται· ὁ παρ' ἑαυτοῦ ταπεινούμενος, παρ' ἑτέρων οὐ ταπεινοῦται. Μέγα ἀπόνοια κα-
E κόν· μωρὸν εἶναι κρεῖττον, ἢ ἀπονενοημένον· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἡ μωρία μόνον παρανοίας ἐστὶν, ἐνταῦθα δὲ χείρων· μωρία γάρ ἐστι μετὰ μανίας. Ὁ ἀνόητος ἑαυτῷ κακὸν, ὁ δὲ ἀπονενοημένος καὶ ἑτέροις λύμη. Ἀπὸ ἀνοίας τοῦτο τὸ πάθος τίκτεται. Οὐκ ἔστιν ὑψηλόφρονα εἶναι μὴ ὄντα μωρόν· ὁ δὲ μωρίας ἔμπλεως, ἐστὶν ἀπονενοημένος. Ἄκουε σοφοῦ τινος λέγοντος· Εἶδον ἄνθρωπον δοκοῦντα φρόνιμον εἶναι παρ' ἑαυτῷ· ἐλπίδα δὲ ἔχει μᾶλλον ὁ ἄφρων αὐτοῦ. Ὁρᾷς ὅτι οὐκ
F εἰκῇ ἔλεγον, ὅτι χεῖρον μωρίας τὸ κακόν; Ἐλπίδα γὰρ, φησὶ, μᾶλλον ἔχει ἄφρων αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε, Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς.
253 Ἐπὶ τῶν σωμάτων εἰπέ μοι, ποῖά φαμεν ὑγιαίνειν;
A τὰ ὄγκον ἔχοντα πολὺν, καὶ πολλοῦ πνεύματος ἔνδοθεν γέμοντα καὶ ὕδατος, ἢ τὰ κατεσταλμένα, καὶ τεταπεινωμένην ἔχοντα τὴν ἐπιφάνειαν; Δῆλον ὅτι ταῦτα. Οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς, ἡ μὲν φλεγμαίνουσα ὑδέρου χεῖρον ἔχει νόσημα· ἡ δὲ κατεσταλμένη παντὸς ἀπήλλακται πάθους. Πόσα οὖν τίκτει ἡμῖν ἀγαθὰ ἡ ταπεινοφροσύνη; Τί βούλει; τὸ ἀνεξίκακον, τὸ ἀόργητον, τὸ φιλάνθρωπον, τὸ νηπτικὸν, τὸ προσεκτικόν; Πάντα ταῦτα ἀπὸ ταπεινοφροσύνης τὰ καλὰ, καὶ τὰ ἐναντία ἀπὸ τῆς ἀπονοίας. Ἀνάγκη γὰρ τὸν τοιοῦτον
B καὶ ὑβριστὴν εἶναι, καὶ πλήκτην, καὶ ὀργίλον, καὶ πικρὸν, καὶ ἀμειδῆ, καὶ θηρίον μᾶλλον, ἢ ἄνθρωπον. Ἰσχυρὸς εἶ, καὶ μέγα φρονεῖς; Οὐκοῦν διὰ τοῦτο μᾶλλον ὀφείλεις ταπεινοῦσθαι· διὰ τί ἐπὶ πράγματι μέγα φρονεῖς οὐδαμινῷ; Καὶ γὰρ καὶ λέων σου θρα-

σύτερος, καὶ ὗς ἰσχυρότερος, καὶ οὐδὲ κώνωψ εἶ πρὸς αὐτούς· καὶ λῃσταὶ δὲ καὶ τυμβωρύχοι καὶ μονομάχοι καὶ οἱ οἰκέται οἱ σοὶ, καὶ ἴσως οἱ ἀγνωμονέστεροι, ἰσχυρότεροί σου. Τοῦτο οὖν ἄξιον ἐπαίνου; καὶ οὐ κατορύττεις σαυτὸν, ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονῶν; Ἀλλὰ καλὸς εἶ καὶ ὡραῖος; Κορωνῶν τὸ καύχημα· οὐκ εἶ τοῦ ταὼ καλλίων, οὐδὲ ἄνθους ἕνεκεν οὐδὲ πτερῶν· ἐν τοῖς τοῦ ὄρνιθος ἡ νίκη· πολύ σε παρελαύνει τῇ κόμῃ, τῷ ἄνθει. Καὶ ὁ κύκνος δὲ σφόδρα ἐστὶ καλὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ὀρνίθων ἕτεροι, πρὸς οὓς εἰ παραβληθείης, οὐδὲν ὄψει σαυτόν. Πολλάκις δὲ καὶ παιδία εὐτελῆ, καὶ κόραι ἀπειρόγαμοι, καὶ πόρναι γυναῖκες, καὶ ἄνδρες μαλακοὶ τοῦτο ἔσχον τὸ καύχημα. Τοῦτο οὖν ἄξιον ἀπονοίας;

Ἀλλὰ πλουτεῖς; πόθεν; τί κεκτημένος; χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους; Τοῦτο καὶ λῃστῶν ἐστι, καὶ ἀνδροφόνων τὸ καύχημα, καὶ τῶν τὰ μέταλλα ἐργαζομένων. Ὁ τῶν καταδίκων πόνος, τουτί σοι καύχημα. Ἀλλὰ κοσμῇ καὶ καλλωπίζῃ; Καὶ ἵππους ἐστὶν ἰδεῖν καλλωπιζομένους· παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις καὶ καμήλους ἴδοι τις ἂν καλλωπιζομένας· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων, τοὺς ἐπὶ σκηνῆς ἅπαντας. Οὐκ αἰσχύνῃ οὖν ἐπὶ τούτοις μέγα φρονῶν, ἐν οἷς τὰ ἄλογά σοι κοινωνεῖ καὶ δοῦλοι καὶ ἀνδροφόνοι καὶ μαλακοὶ καὶ λῃσταὶ καὶ τυμβωρύχοι; Ἀλλ' οἰκίας οἰκοδομεῖς λαμπράς; Καὶ τί τοῦτο; πολλοὶ κολοιοὶ λαμπροτέρας οἰκοῦσι, καὶ σεμνότερα ἔχουσι καταγώγια. Ἢ οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς περὶ τὰ χρήματα μαινομένους, οἳ ἐν ἀγροῖς καὶ ἐν ἐρήμοις τόποις ᾠκοδόμησαν οἴκους, κολοιῶν καταγώγια; Ἀλλὰ φωνῆς ἕνεκα μέγα φρονεῖς; Τοῦ κύκνου καὶ τῆς ἀηδόνος οὐδέποτε σὺ δυνήσῃ ᾆσαι λιγυρώτερον. Ἀλλ' ἐπὶ ποικιλίᾳ τέχνης; Καὶ τί τῆς μελίττης ἐν τούτῳ σοφώτερον; ποῖος ποικιλτὴς, τίς ζωγράφος, τίς γεωμέτρης τὰ ταύτης ἔργα μιμήσασθαι δυνήσεται; Ἀλλ' ἐπὶ λεπτότητι ἐσθῆτος; Ἀλλ' ἐνταῦθά σε ἀράχναι νικῶσιν. Ἀλλ' ἐπὶ ταχύτητι ποδῶν; Πάλιν τὰ πρωτεῖα παρὰ τοῖς ἀλόγοις, λαγωῷ

hæc. Ergo et in anima, quæ tumet, graviorem hydrope morbum habet : quæ vero depressa est, omni caret vitio. Quot igitur bona parit nobis humilitas? Quid quæris? malarum rerum esse tolerantem, iracundiæ expertem, humanum, sobrium, C attentum atque alacrem? hæc omnia bona ab humilitate proficiscuntur; contraria vero ab arrogantia. Nam qui arrogans est, hunc et contumeliosum esse necesse est, et percussorem, et iracundum, et amarum, et tristem, omninoque feram potius quam hominem. Robustus es, ac superbis? Inde potius deprimi debueras : cur enim ex re, quæ nullius ponderis est, magnos tibi spiritus sumis? Etenim et leo te audacior est, et sus robustior; ac præ illis ne culex quidem es : et latrones et sepulcrorum effossores et gladiatores et famuli tui, fortasse vero et qui inter ipsos hebetiores sunt, te robore et viribus superant. Hoccine igitur laude dignum? ac non te ipsum præ pudore abdis, qui ideo superbias? At pulcher es et formosus? Cornicum hæc gloriatio est; non es pavone pulchrior, sive nitorem sive pennas spectes : pennæ avis longe te vincunt, ipsa coma, ipso nitore. Atque olor etiam valde pulcher est, aliæque aves multæ : quibuscum si te contuleris, despicies plane teipsum. Sæpe vero et viles pueruli, et virgines innuptæ, et meretrices mulieres, et molles homines hanc habent gloriationem. Hoccine igitur arrogantia dignum?

6. At divitiis abundas? unde? quibus rebus D abundas? auro, argento, lapillis pretiosis? Hæc et latronum gloriatio est et sectorum, et eorum, qui metalla effodiunt. Ergo quod damnatis labor est, id tibi gloriandi causa erit? At ornatu nites? Equos etiam licet cernere pulchre ornatos : apud Persas vero camelos etiam videas mirifice comtos: inter homines autem eos omnes, qui ex scena. Non pudet te has ob res magnos spiritus sumere, in quibus tecum communicant bruta animantia et servi et homicidæ et molles et latrones et sepulcrorum perfossores? At ædes exstruis splendidas? E Et quanti hoc? multi graculi splendidius habitant, et magnificentiora habent domicilia. Annon vides ab iis ipsis, qui in divitiis ita insaniunt, in agris ac solitudine exstructas domos, graculorum esse domicilia? At vocis gratia superbis? Olore et luscinia numquam poteris canere suavius. At artium multitudine? Ecquid in his ape sapientius? ecquis variegandi artifex, ecquis pictor, ecquis F architectus istius imitari opera poterit? At subtilitate vestis? Sed hic te araneæ vincunt. At velocitate pedum? Rursus primæ brutis animantibus

deferendæ, lepori, damæ; et quot jumenta velocitate pedum minime vincuntur. At mutas sedes? Verum nihilo plus avibus; hæc enim facilius peregrinantur, ac sedes mutant: non viatico, non jumentis egent, sed ad omnia illis ala satis est: hæc navis, hæc jumentum, hæc vehiculum, hæc ventus, et quidquid aliud postulari queat. At acute cernis? verum non æque, atque caprea aut aquila. At acute audis? sed asinus acutius. At bene olfacis? verum canis minime se abs te vinci patitur. At parandi victus artificium tenes? verum formicæ cedis. At aurum gestas? verum non item atque Indicæ formicæ. At sanitas te effert? multo melius brutis animantibus est, sive bonitatem habitus, sive parandarum rerum quæ ad vitam faciunt facultatem spectes: non illa paupertatem timent: *Respicite* enim, inquit, *volatilia cæli, quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea*. Ergo, inquies, bruta ipsa nobis præstantiora Deus condidit. Vides quanta sit inconsiderantia? vides, quam negligenter res examinentur? vides, quantum illud sit, quod rerum ipsarum pondus examinatum nobis largitur? Ille qui præ omnibus hominibus magnos spiritus sumebat, vel brutis vilior esse convictus est. Sed nos ei parcamus; neque ipsum imitemur, neque quia supra nostræ naturæ conditionem de se magnifice sentit, dejectum illum in brutorum ordine jacere patiamur, sed inde ipsum extrahamus atque evehamus, non quidem ipsius gratia; nam ille quidem, qui hanc conditionem subeat dignus est; sed ut Dei humanitas honosque ab eo nobis tributus demonstretur. Sunt enim, sunt omnino quædam, in quibus nihil brutis animantibus nobiscum commune est. Quænam hæc? Pietas, et vita virtuti congruens. Hic non potes in medium adducere scortatores, non molles, non homicidas; longe enim ab illis distamus. Quid vero hoc est? Deum novimus, ipsius providentiam agnoscimus, de immortalitate philosophamur: hic cedunt bruta. De hujusmodi rebus non hæsitantes sobrie sentimus: hic nihil brutis commune nobiscum est. Nam cum omnibus illis inferiores simus, iis tamen imperamus. In hoc enim exstat imperii magnitudo, quod ipsis inferiores, regnum tamen in ipsa obtinemus; ut discas non te harum rerum esse causam, sed Deum qui te condidit, et rationem largitus est. Retia et laqueos illis tendimus, in quos ipsa impellimus et capimus. Moderatio enim nobis adest, æquitas, lenitas, pecuniarum despicientia. Sed quoniam tu unus ex arrogantibus es, nihilque horum habes,

Matth. 6. 26.

καὶ δορκάδι, καὶ ὅσα τῶν κτηνῶν οὐκ ἀπολείπεται τῇ ταχύτητι τῶν ποδῶν. Ἀλλ' ἀποδημεῖς; Ἀλλ' οὐ μᾶλ-
254 A λον τῶν πτηνῶν· ταῦτα γὰρ εὐκολώτερον τὴν ἀποδημίαν ποιεῖται· οὐκ ἐφοδίων δεῖται, οὐδ' ὑποζυγίων, ἀλλ' ἀρκεῖ πρὸς πάντα αὐτοῖς τὸ πτερόν. Τοῦτο καὶ ναῦς, τοῦτο καὶ ὑποζύγιον, τοῦτο καὶ ὄχημα, τοῦτο καὶ ἄνεμος, καὶ πᾶν ὅ τι ἂν εἴποι τις. Ἀλλ' ὀξὺ βλέπεις; ἀλλ' οὐχ ὡς δορκὰς, οὐδ' ὡς ἀετός. Ἀλλ' ὀξὺ ἀκούεις; ἀλλ' ὁ ὄνος ὀξύτερον. Ἀλλ' ὀσφραίνῃ; ἀλλ' ὁ κύων οὐκ ἀφίησί σε αὐτὸν παρελθεῖν. Ἀλλὰ ποριστικὸς εἶ; ἀλλὰ τοῦ μύρμηκος ἀπολείπῃ. Ἀλλὰ χρυσοφορεῖς; ἀλλ' οὐχ
B οὕτως, ὡς οἱ Ἰνδικοὶ μύρμηκες. Ὑγείας δὲ ἕνεκεν; πολλῷ βελτίω ἡμῶν τὰ ἄλογα, καὶ εὐεξίας καὶ τοῦ εὐπορεῖν· οὐ δέδοικεν ἐκεῖνα πενίαν. Ἐμβλέψατε γὰρ, φησὶν, εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας. Οὐκοῦν, φησὶν, ἡμῶν τὰ ἄλογα κρείττονα ἐδημιούργησεν ὁ Θεός. Ὁρᾷς πόσον ἐστὶ τὸ ἀπερίσκεπτον; ὁρᾷς τὸ ἀνεξέταστον; ὁρᾷς, ἡ τῶν πραγμάτων
C ἐξέτασις ὅσον ἡμῖν χαρίζεται; Ὁ πάντων ἀνθρώπων μείζω φρονῶν, εὑρέθη καὶ τῶν ἀλόγων ταπεινότερος. Ἀλλὰ φεισώμεθα αὐτοῦ, καὶ οὐ μιμησώμεθα αὐτὸν, οὐδὲ ἐπειδὴ τῆς ἡμετέρας φύσεως μεῖζον ἐφρόνησε, καταγαγόντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν τῶν ἀλόγων τάξιν, ἀφήσωμεν, ἀλλ' ἀναστήσωμεν αὐτὸν ἐκεῖθεν, οὐ δι' αὐτόν· αὐτὸς μὲν γὰρ ἄξιος τοιαῦτα παθεῖν· ἀλλ' ἵνα ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία καὶ ἡ εἰς ἡμᾶς δειχθῇ τιμή. Ἔστι γὰρ, ἔστιν ἐν οἷς οὐδὲν ἡμῖν κοινωνεῖ τὰ ἄλογα.
D Ποῖα δὴ ταῦτα; Εὐσέβεια, καὶ ὁ κατ' ἀρετὴν βίος. Ἐνταῦθα οὐκ ἔχεις πόρνους εἰπεῖν, οὐδὲ μαλακοὺς, οὐδὲ ἀνδροφόνους· ἀπεσχίσμεθα γὰρ αὐτῶν. Τί δὴ τοῦτό ἐστι; Τὸν Θεὸν ἴσμεν, τὴν πρόνοιαν ἐπιγινώσκομεν τὴν αὐτοῦ, περὶ ἀθανασίας φιλοσοφοῦμεν· παραχωρείτω ἐνταῦθα τὰ ἄλογα. Οὐκ ἀμφισβητήσει περὶ τούτων σωφρονοῦμεν· ἐνταῦθα οὐδὲν τὰ ἄλογα κοινὸν ἔχει. Πάντων γὰρ αὐτῶν λειπόμενοι, κρατοῦμεν αὐτῶν. Ἐν τούτῳ γὰρ μείζων ἡ ἀρχὴ, ὅτι λει-
E πόμενοι αὐτῶν, βασιλεύομεν αὐτῶν· ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ σὺ τούτων αἴτιος, ἀλλ' ὁ ποιήσας σε Θεὸς, καὶ λόγον χαρισάμενος. Δίκτυα, θήρατρα αὐτοῖς τίθεμεν, καὶ ἐμβάλλομεν αὐτὰ, καὶ χειρούμεθα. Σωφροσύνη παρ' ἡμῖν, ἐπιείκεια, πραότης, χρημάτων ὑπεροψία. Ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ τῶν ἀπονενοημένων τις ὢν οὐδὲν τούτων ἔχεις, εἰκότως ἢ τῶν ἀνθρώπων μεῖζον φρονεῖς, ἢ καὶ τῶν ἀλόγων ταπεινότερον. Τοιαύτη γὰρ
F ἡ ἀπόνοια καὶ ἡ θρασύτης· ἢ ἐπαίρεται πέρα τοῦ δέοντος, ἢ ταπεινοῦται πάλιν ὁμοίως, οὐδαμοῦ τὴν συμμετρίαν φυλάττουσα. Ἀγγέλων ἐσμὲν ἴσοι κατὰ τοῦτο· βασιλεία ἡμῖν ἐπήγγελται, ἡ μετὰ Χριστοῦ
255 χορεία. Ἄνθρωπος μαστίζεται, καὶ οὐχ ὑποπίπτει·
A ἄνθρωπος θανάτου καταφρονεῖ, οὐ τρέμει, οὐ δέδοικεν, οὐκ ἐφίεται τοῦ πλείονος. Ὥστε ὅσοι μὴ τοιοῦτοί

εἰσι, τῶν ἀλόγων εἰσὶ χείρους. Ὅταν γὰρ ἐν μὲν τοῖς σωματικοῖς πλεονεκτῇ, τὰ δὲ ψυχικὰ πλεονεκτήματα μὴ ἔχῃς, πῶς οὐχὶ τῶν ἀλόγων εἶ χείρων; Ἄγε γὰρ εἰς μέσον τινὰ τῶν ἐν κακίᾳ ἀλογωτέρων, τῶν ἐν τρυφῇ ζώντων καὶ πλεονεξίᾳ· ὁ ἵππος αὐτοῦ πολεμικώτερος, ὁ ὗς ἰσχυρότερος, ὁ λαγωὸς ταχύτερος, ὁ ταὼς ὡραιότερος, ὁ κύκνος εὐφωνότερος, ὁ ἐλέφας μείζων, ὁ ἀετὸς ὀξυδερκέστερος, πάντες ὄρνιθες πλουσιώτεροι. Πόθεν οὖν ἄξιος εἶ κρατεῖν τῶν ἀλόγων; B ἀπὸ τοῦ λόγου; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ὅταν γὰρ μὴ εἰς δέον αὐτῷ κέχρησαι, πάλιν ἐκείνων χείρων εἶ· ὅταν γὰρ λόγον ἔχων ἀλογώτερος ἐκείνων ᾖς, κρεῖττον ἦν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγένου λογικός. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον λαβόντα ἀρχὴν προδοῦναι, καὶ παρὰ καιρὸν μὴ λαβεῖν. Ὁ βασιλεύων καὶ τῶν δορυφόρων χείρων ὢν, κρεῖττον ἦν εἰ μηδὲ τὴν ἁλουργίδα περιέκειτο. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Εἰδότες οὖν, ὅτι καὶ τῶν ἀλόγων χείρους ἐσμὲν τῆς ἀρετῆς χωρὶς, ταύτην ἀσκῶμεν, C ἵνα ἄνθρωποι γενώμεθα, μᾶλλον δὲ ἄγγελοι, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀπολαύσωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

merito vel præ omnibus hominibus magnifice de te sentis, vel præ omnibus brutis humiliter. Talis enim est arrogantia et audacia : vel præter æquum sese effert, vel itidem se dejicit, nusquam modum servans. Hac quidem re æquales sumus angelis; regnum nobis promissum est, et chorea cum Christo. Qui vere homo est vapulat, et non succumbit; mortem despicit, non tremit, non metuit, non appetit plura. Quamobrem qui tales non sunt, brutis sunt deteriores. Quando enim rebus quidem ad corpus pertinentibus alios homines vincis, animi vero ornamentis cares; quomodo brutis non es deterior? Age enim in medium adducamus eorum aliquem, qui cum vitio, qui minime congruenter rationi, qui in deliciis et immoderata rerum abundantia vivunt. Isto equus est pugnacior, sus robustior, lepus velocior, pavo formosior, olor vocis suavitate præstantior, elephas major, aquila perspicacior, omnes aves ditiores. Unde igitur dignus es, qui brutis domineris? ex ratione? Minime id quidem. Quando enim illa, ut oportebat, non uteris, rursus illis es deterior : quando enim ratione præditus minus quam illa congruenter rationi vivis, satius tibi erat neque initio factum esse rationis compotem. Non enim idem est, cum principatum acceperis, illum prodere, atque initio non accepisse. Regi satellitibus suis deteriori satius erat neque purpura se induisse. Idem hac in re evenit. Intelligentes igitur vel brutis ipsis nos esse deteriores, nisi virtutem habeamus, huic exercendæ operam demus, ut homines fiamus, vel potius angeli; promissisque bonis fruamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VIII.

Cap. II. v. 12. *Itaque, carissimi mei, sicut semper obedistis, non in præsentia mei tantum, sed et multo magis nunc in absentia mea, cum timore et tremore vestram salutem operamini.* 13. *Deus est enim, qui operatur in vobis et velle et operari pro bona voluntate.* 14. *Omnia autem facite sine murmurationibus et hæsitationibus,* 15. *ut sitis sine querela, et simplices, filii Dei sine reprehensione in medio nationis pravæ et perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo,* 16. *verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi.*

1. Admonitiones laudationibus temperandæ sunt: nam hoc modo in bonam partem accipiuntur, cum eos quos monemus, ad suam ipsorum æmulationem provocamus: quod nunc etiam Paulus fecit. Attende autem quam prudenter. *Itaque, carissimi mei*, inquit. Hoc non nude atque absolute dixit, Obedite; sed postquam illos laudavit, atque ea verba præmisit, *Sicut semper obedistis.* Id est, hortor atque obsecro vos, ut imitemini non alios, sed vos ipsos. *Non in præsentia mei tantum: sed multo magis in absentia mea.* Cur, *Multo magis in absentia mea?* Tunc quidem fortasse videbamini omnia facere pro vestra in me reverentia, quodque mihi honorem haberetis; nunc vero non ita. Quod si nunc majorem etiam animi contentionem ac diligentiam ostenderitis; illud simul constabit, tunc quoque Dei causa, non mea vos adductos esse. Dic rogo, Paule, quid tibi vis? Non ut me audiatis, sed ut cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operemini: non potest enim is qui sine timore vivit, præclarum quidpiam et admirandum edere. Neque tantum dixit, *Timore*, sed addidit, *Et tremore*, qui major quidam et vehementior timor est: nimirum id studens, ut illos attentiores reddat. Hunc habebat timorem Paulus: propterea etiam dicebat: *Timeo ne cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar.* (1 Cor. 9. 27.) Nam si quæ ad vitam hanc pertinent, sine timore recte acquiri non possunt, quanto minus spiritualia? Dic enim, quis literas sine timore didicit? quis artem tenuit sine timore? Quod si ubi non imminet diabolus, sed sola

ΟΜΙΛΙΑ η'.

D ῞Ωστε, ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν, ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα ἐν E μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης, ἐν οἷς φαίνεσθε, ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, εἰς καύχημα ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ.

Τὰς παραινέσεις μετὰ ἐγκωμίων δεῖ ποιεῖσθαι· οὕτω γὰρ καὶ εὐπαράδεκτοι γίνονται, ὅταν πρὸς τὸν οἰκεῖον ζῆλον καλῶμεν τοὺς παραινουμένους· οἷον καὶ Παῦλος ἐνταῦθα ἐποίησε. Καὶ θέα πῶς συνετῶς· ῞Ωσ- F τε, ἀγαπητοί μου, φησίν. Οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ὅτι ὑπακούετε, ἀλλὰ πρότερον ἐπαινέσας καὶ εἰπὼν, Καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε· τουτέστι, μιμεῖσθαι πα- 256 A ρακαλῶ οὐχ ἑτέρους, ἀλλ' ὑμᾶς ἑαυτούς. Μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου. Διὰ τί, Πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου; Τότε μὲν ἴσως ἐδοκεῖτε διὰ τὴν εἰς ἐμὲ τιμὴν καὶ τὴν αἰδῶ πάντα ποιεῖν, νυνὶ δὲ οὐκέτι. Ἐὰν οὖν δειχθῇ ὅτι νῦν ἐπετείνατε, δείκνυται ὅτι καὶ τότε οὐ δι' ἐμὲ, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεόν. Τί βούλει, εἰπέ. Οὐχ ἵνα ἐμοῦ ἀκούσητε, ἀλλ' ἵνα μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζησθε· οὐ γὰρ ἔνι B τὸν χωρὶς φόβου ζῶντα γενναῖόν τι καὶ θαυμαστὸν ἐπιδείξασθαι. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε, Φόβου, ἀλλὰ προσέθηκε, Καὶ τρόμου, ὅστις ἐπίτασίς ἐστι τοῦ φόβου, προσεκτικωτέρους ποιῆσαι βουλόμενος. Τοῦτον εἶχε τὸν φόβον ὁ Παῦλος· διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγε, Φοβοῦμαι μή πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. Εἰ γὰρ τὰ βιωτικὰ κατορθῶσαι φόβου χωρὶς οὐκ ἔνι, πόσῳ μᾶλλον τὰ πνευματικά; Εἰπὲ γάρ μοι· τίς C γράμματα ἔμαθε φόβου χωρίς; τίς τέχνης ἔμπειρος γέγονε φόβου χωρίς; Εἰ δὲ ἔνθα οὐκ ἐφεδρεύει ὁ διάβολος, ἀλλὰ ῥᾳθυμία μόνον ἐνοχλεῖ, τοσούτου φόβου ἡμῖν ἐδέησεν, ὥστε ῥᾳθυμίαν [a] ἐπιστρέψαι φυσικὴν μόνον· ἔνθα τοσοῦτος ὁ πόλεμος, τοσαῦτα κωλύματα, πῶς ἔνι φόβου χωρὶς διασωθῆναί ποτε; Πῶς δ' ἂν οὗτος γένοιτο ὁ φόβος; Ἂν ἐννοήσωμεν, ὅτι πανταχοῦ πάρεστιν ὁ Θεὸς, ὅτι πάντα ἀκούει, ὅτι πάντα ὁρᾷ,

[a] [ἀποστρέψαι vel ἀποτρέψαι. Dunæus.]

οὐ τὰ πραττόμενα μόνον καὶ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν καρδίαις ἅπαντα, καὶ τὰ ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας· Κριτικὸς γάρ ἐστιν ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας. Ἂν οὕτω διαθῶμεν ἑαυτοὺς, οὐδὲν πονηρὸν πράξομεν, οὐδὲν ἐροῦμεν, οὐδὲν ἐννοήσομεν. Εἰπὲ γάρ μοι, εἰ διαπαντὸς τοῦ ἄρχοντος πλησίον εἱστήκεις, οὐ μετὰ φόβου ἂν εἱστήκεις; Καὶ πῶς Θεῷ σὺ παρεστὼς γελᾷς καὶ ἀναπίπτεις, καὶ οὐ δέδοικας οὐδὲ φρίσσεις. Μὴ δὴ τῆς ἀνοχῆς αὐτοῦ καταφρόνει· πρὸς γὰρ μετάνοιαν σε ἄγων μακροθυμεῖ· μηδὲ ποιῶν τι, ἄνευ τοῦ νομίζειν ἐν πᾶσι παρεῖναι τὸν Θεὸν πράττειν ἀνέχου· πάρεστι γάρ. Κἂν τοίνυν ἐσθίῃς, κἂν μέλλῃς καθεύδειν, κἂν ὀργίζῃ, κἂν ἁρπάζῃς, κἂν τρυφῇς, κἂν ὁτιοῦν ποιῇς, νόμιζε παρεστάναι τὸν Θεὸν, καὶ οὐδέποτε εἰς γέλωτα ἐμπεσῇ, οὐδέποτε εἰς ὀργὴν ἐξαφθήσῃ. Ἂν τοῦτον ἔχῃς διαπαντὸς τὸν λογισμὸν, διαπαντὸς ἐν φόβῳ ἔσῃ καὶ τρόμῳ, ἅτε τοῦ βασιλέως πλησίον ἑστώς. Ὁ οἰκοδόμος, κἂν ἔμπειρος ᾖ, κἂν σφόδρα ᾖ τεχνίτης, μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἕστηκε, δεδοικὼς μὴ καταπέσῃ ἐκ τῆς οἰκοδομῆς. Καὶ σὺ ἐπίστευσας, ἔπραξας ἀγαθὰ πολλὰ, ἀνῆλθες εἰς ὕψος· ἐν ἀσφαλείᾳ κάτεχε σαυτὸν, καὶ φοβοῦ ἑστὼς, καὶ τὸ ὄμμα ἔχε διεγηγερμένον, μὴ καταπέσῃς ἐκεῖθεν· πολλὰ γὰρ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, τὰ βουλόμενά σε καθελεῖν. Δουλεύσατε, φησὶ, τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Καὶ πῶς ἔνι ἀγαλλίασις μετὰ τρόμου; Αὕτη μὲν οὖν ἐστι μόνη ἀγαλλίασις. Ὅταν γάρ τι ἀγαθὸν ἐργασώμεθα, καὶ τοιοῦτον, οἷον εἰκὸς τοὺς ἐν τρόμῳ τι ποιοῦντας, τότε χαίρομεν μόνον. Μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. Οὐκ εἶπεν, ἐργάζεσθε, ἀλλὰ, Κατεργάζεσθε, τουτέστι, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς, μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας Ἐπειδὴ δὲ εἶπε, Μετὰ φόβου καὶ τρόμου, καὶ ἐναγωνίους ἐποίησεν, ὅρα πῶς παραμυθεῖται τὴν ἀγωνίαν. Τί γάρ φησιν; Ὁ Θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν. Μὴ φοβοῦ, ὅτι εἶπον μετὰ φόβου καὶ τρόμου· οὐ διὰ τοῦτο εἶπον, ἵνα ἀπαγορεύσῃς, ἵνα δυσέφικτόν τι εἶναι νομίσῃς τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἵνα προσέχῃς, ἵνα μὴ διαχέῃς σαυτόν. Ἂν τοῦτο ᾖ, ὁ Θεὸς πάντα ἐργάσεται· σὺ θάρσει· Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν. Εἰ τοίνυν αὐτὸς ἐνεργεῖ, ἡμᾶς δεῖ τὴν προαίρεσιν παρασχεῖν συγκεκροτημένην διαπαντὸς, ἐσφιγμένην, [a] ἀδιάχυτον. Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Εἰ τὸ θέλειν αὐτὸς ἡμῖν ἐνεργεῖ, πῶς ἡμῖν παρακελεύει; Εἰ γὰρ καὶ τὸ θέλειν αὐτὸς ποιεῖ, εἰκῇ ἡμῖν λέγεις, ὅτι ὑπηκούσατε· οὐ γὰρ ὑπακούομεν· εἰκῇ λέγεις ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ. Θεοῦ γὰρ τὸ ὅλον ἐστίν. Οὐ διὰ τοῦτο εἶπον, Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ἀλλ' ἐκλῦσαι τὴν ἀγωνίαν ὑμῶν βουλόμενος. Ἂν θε-

[a] Coislin. ἀδιάλυτον.

negligentia impedimento est, tanto opus est labo-
D re, ut solam illam naturalem negligentiam vinca-
mus : ubi tantum impendet bellum, tanta impe-
dimenta, qui fieri umquam poterit ut sine timore
salutem consequamur ? Sed qua ratione hic in
nobis excitabitur timor ? Si illud in animo habueri-
mus, ubique adesse Deum, omnia audire, omnia
videre, non ea solum quæ fiunt aut dicuntur, sed
etiam quæ in cordibus et recessu mentis latent :
E *Discretor enim est cogitationum et intentionum* Hebr. 4.
cordis. Si ita nos ipsos præparaverimus, nihil
cum improbitate conjunctum faciemus, nihil di-
cemus, nihil cogitabimus. Dic enim mihi, si tibi
perpetuo in conspectu principis standum esset ;
nonne cum timore stares ? Et qui fit, ut cum Deo
adstes, rideas et osciteris, nec timeas neque con-
tremiscas ? Toleratione illius per contemtum ne
abutitor : ideo enim cunctatur, ut te ad pœni-
F tentiam adducat : neque cum quidvis tibi facien-
dum est, sine hac cogitatione facere adducaris,
omnibus factis interesse Deum ; interest enim
omnino. Ergo sive comedas, sive dormitum eas,
257 sive irascaris, sive rapias, sive in deliciis agas,
A sive quidvis aliud facias, crede interesse Deum,
ac numquam in risum incides, numquam ira ac-
cenderis. Si hanc perpetuo retinueris cogitationem,
perpetuo in timore ac tremore eris ; quippe qui in
conspectu Regis adstes. Ædificator, etiamsi bene
peritus sit ac bonus artifex, cum timore tamen ac
tremore stat metuens, ne ab ædificio decidat.
Ergo et tu qui credidisti, multis virtutis officiis
B functus es, ad excelsum quemdam gradum per-
venisti, te ipsum in tuto contine, et cum timore
sta, atque oculos aperi, ne inde decidas : mul-
ta enim sunt spiritualia illa nequitiæ, quæ id stu-
dent, ut te dejiciant. *Servite,* inquit, *Domino in* Psal. 2. 11.
timore, et exsultate ei cum tremore. Et quæ-
nam esse potest exsultatio cum tremore ? quin hæc
ipsa sola est exsultatio. Nam quando aliquod vir-
tutis officium, ac tale omnino quidpiam præstite-
rimus, quale consentaneum est eos præstare, qui
C tremorem in faciendo adhibent ; tum solum gau-
demus. *Cum timore et tremore vestram salutem
operamini.* Non dixit tantum, ἐργάζεσθε, sed,
κατεργάζεσθε : id est, non quovis modo operamini,
sed accurate magnoque cum studio operamini.
Quoniam vero dixit, *Cum timore et tremore*,
ac sollicitudinem injecit, vide quomodo illam
mitiget. Quid enim ait ? *Deus est qui operatur
in vobis.* Ne illud tibi metum incutiat, quod

dixi, *Cum timore et tremore* : non enim ideo dixi, ut desperes, ut virtutem difficilem aditu putes, sed ut mentem adhibeas, ac ne te ipsum remittas quasi fatiscas. Si hoc attuleris, Deus omnia operabitur : tu confidito : *Deus enim est, qui operatur in vobis.* Ergo si ipse operatur, nos voluntatem ipsam penitus obsecundantem non remissam, sed in sese collectam exhibeamus oportet : *Deus enim est, qui operatur in vobis et velle et operari.* Si Deus est, qui in nobis hoc operatur, ut velimus, cur nos cohortatur ? Nam si ipse est, qui ut velimus facit, frustra nobis dicis, *Obedistis ;* non enim nos sumus qui obedimus : frustra dicis, *In timore et tremore ;* totum enim Dei est. Minime vero huc spectans ista verba protuli, *Deus est qui operatur et velle et operari ;* sed ut vestram sollicitudinem sedarem. Si volueris, tunc operabitur, ut velis. Ne metuas, et nihil agas : ipse et propensionem voluntatis nobis dat et operationem. Etenim ubi voluerimus, augebit propensionem voluntatis : veluti, volo boni aliquid operari ; operatur ipsum bonum, operatur per ipsum etiam velle. Aut ex abundantia pietatis hoc inquit, quemadmodum cum nostra recte facta, charismata appellat.

Deus nobis volentibus operatur in nobis.

2. Sicut igitur illa nominans charismata, non propterea nos dejicit de liberi arbitrii possessione, sed hanc ipsam liberam ac sui juris potestatem nobis permittit : ita cum inquit Deum esse, qui operatur in nobis velle, minime nos libero arbitrio privat ; sed ostendit recte faciendo magnam nos acquirere propensionem ad volendum. Nam quemadmodum faciendo illud consequimur, ut faciamus : ita non faciendo hoc comparatur, ut non faciamus. Dedisti eleemosynam ? te ipsum magis incitasti ad dandum. Non dedisti ? magis te ad cessationem comparasti. Sapienter egisti uno die ? habes incitamentum, ut in altero similiter agas. Neglexisti ? auxisti negligentiam : *Impius* enim, inquit, *cum in profundum venerit malorum, contemnit.* Quemadmodum igitur, qui in malorum profundum descendit, contemnit : ita qui in profundum bonorum venit, studiose agit. Nam ut ille desperatione negligentior fit, ita hic bonorum copiam secum cogitans, diligentior fit, ne totum perdat. *Pro bona voluntate,* inquit : id est propter caritatem, ut Deo placeatis, ut quæ illi probantur quæque illius voluntati consentanea sunt, fiant. Hoc loco ostendit, et fiduciam dat, fore omnino ut Deus operetur. Vult enim nos ita ut ipse vult, vivere. Quod si Deus vult, illud autem quod

Prov. 18. 3.

D λήσῃς, τότε ἐνεργήσει τὸ θέλειν. Μὴ φοβηθῇς, καὶ οὐδὲν κάμνῃς· καὶ προθυμίαν αὐτὸς ἡμῖν δίδωσι καὶ ἐργασίαν. Ὅταν γὰρ θελήσωμεν, αὔξει τὸ θέλειν ἡμῶν λοιπόν· οἷον, βούλομαι ἀγαθόν τι ἐργάσασθαι· ἐνήργησεν αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, ἐνήργησε δι᾽ αὐτοῦ καὶ τὸ θέλειν. Ἢ ἀπὸ πολλῆς εὐλαβείας τοῦτό φησιν, ὥσπερ ὅταν τὰ κατορθώματα τὰ ἡμέτερα χαρίσματα εἶναι λέγῃ.

Ὥσπερ οὖν λέγων αὐτὰ χαρίσματα, οὐκ ἐξωθεῖ E ἡμᾶς τοῦ αὐτεξουσίου, ἀλλ᾽ ἀφίησιν ἐν ἡμῖν τὸ αὐτεξούσιον· οὕτως ὅταν λέγῃ ἐνεργεῖν ἐν ἡμῖν τὸ θέλειν, οὐκ ἀφαιρεῖται ἡμᾶς τὸ αὐτεξούσιον, ἀλλὰ δείκνυσιν, ὅτι ἀπὸ τοῦ κατορθοῦν πολλὴν εἰς τὸ θέλειν λαμβάνομεν προθυμίαν. Καθάπερ γὰρ τὸ ποιεῖν ἐκ τοῦ ποιεῖν γίνεται· οὕτως ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν τὸ μὴ ποιεῖν. Ἔδωκας ἐλεημοσύνην; μᾶλλον προετράπης δοῦναι. Οὐκ F ἔδωκας δέ; μᾶλλον ἤργησας. Ἐσωφρόνησας μίαν ἡμέραν; ἔχεις προτροπὴν καὶ εἰς τὴν δευτέραν. Ἐῤῥαθύμησας; ἐπέτεινας τὴν ῥαθυμίαν· Ἀσεβὴς γὰρ, φησὶν, ἐλθὼν εἰς βάθος κακῶν καταφρονεῖ. Ὥσπερ οὖν 258 A ὅταν ἔλθῃ εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ· οὕτως ὅταν ἔλθῃ εἰς βάθος ἀγαθῶν, σπουδάζει. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ἀπογνοὺς ῥαθυμότερος γίνεται· οὕτως οὗτος ἐννοῶν τὸ πλῆθος τῶν ἀγαθῶν, σπουδαιότερος γίνεται, δεδοικὼς μὴ τὸ πᾶν ἀπολέσῃ. Ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, φησί· τουτέστι, διὰ τὴν ἀγάπην, διὰ τὴν ἀρέσκειαν αὐτοῦ, ἵνα τὰ δοκοῦντα αὐτῷ γένηται, ἵνα κατὰ τὴν θέλησιν αὐτοῦ. Ἐνταῦθα δείκνυσι, καὶ ποιεῖ θαῤῥεῖν, ὅτι πάντως ἐνεργεῖ. Θέλει γὰρ ἡμᾶς, ὡς αὐτὸς βούλε- B ται, ζῆν. Εἰ δὲ βούλεται, πρὸς δὲ τοῦτο αὐτὸς ἐνεργεῖ, καὶ τοῦτο πάντως ἐνεργήσει· θέλει γὰρ ἡμᾶς ὀρθῶς ζῆν. Ὁρᾷς πῶς οὐκ ἀφαιρεῖται τὸ αὐτεξούσιον; Ταῦτα πάντα ποιεῖτε, φησὶ, χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν. Ὁ διάβολος ἐπειδὰν μὴ δυνηθῇ ἡμᾶς ἀπαγα-

γεῖν τοῦ καλῶς ποιεῖν, ἑτέρως [a] τεχνάζεται ἡμῶν κενῶσαι τὸν μισθόν. Ἢ γὰρ κενοδοξίαν, ἢ ἀπόνοιαν ἐπεισήγαγεν, ἤ, εἰ μὴ τοῦτο, γογγυσμὸν, ἤ, εἰ μηδὲν τούτων, διάκρισιν. Ὅρα τοίνυν πῶς αὐτὰ ἐκκαθαίρει ὁ Παῦλος. C Εἶπε περὶ τῆς ταπεινοφροσύνης ὅσαπερ εἶπεν, ἀναιρῶν ἀπόνοιαν· εἶπε περὶ τῆς κενοδοξίας, κατασπῶν τὸ φύσημα· καὶ ἀλλαχοῦ μὲν, Μὴ ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον· λέγει δὲ ἐνταῦθα περὶ τοῦ γογγυσμοῦ καὶ τοῦ διακριτικοῦ. Τί δήποτε δὲ ἐπὶ μὲν τῶν Κορινθίων τοῦτο τὸ πάθος ἀναιρῶν, ἐμνημόνευσε καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπέταξεν; Ὅτι ἐκεῖ μὲν γενόμενον ἤδη τοῦτο ἦν· D διὸ καὶ σφοδροτέρας ἐδέησεν αὐτῷ τῆς πληγῆς, καὶ μείζονος τῆς ἐπιτιμήσεως· ἐνταῦθα δὲ, ὥστε μὴ γενέσθαι, παραινεῖ. Τοὺς οὖν οὐδέπω ἡμαρτηκότας περιττὸν ἦν πληκτικώτερον ἀσφαλίζεσθαι· ἐπεὶ καὶ εἰς ταπεινοφροσύνην ἐνάγων οὐ παρέθηκεν ὑπόδειγμα τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ἔνθα οἱ ἀλαζόνες ἐκολάσθησαν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὴν παραίνεσιν εἰσήγαγε, καὶ ὡς ἐλευθέροις αὐτοῖς διαλέγεται, ὡς τέκνοις γνησίοις, οὐχ ὡς οἰκέταις. E Ἐν γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ μὲν εὐγνώμων καὶ εὐγενὴς ἀπὸ τῶν κατορθούντων ἐνάγεται, ὁ δὲ ἀγνώμων οὐκ ἀπὸ τούτων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν τιμωρουμένων· ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς τιμῆς, οὗτος ἀπὸ τῆς κολάσεως. Διὰ τοῦτο καὶ Ἑβραίοις γράφων ἔλεγε, τὸν Ἠσαῦ εἰς μέσον παραγαγὼν, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια· καὶ πάλιν, Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Καὶ ἐν τοῖς Κορινθίοις δὲ πολλοὶ ἦσαν οἱ πορνεύσαντες· διὰ τοῦτο ἔλεγε, Μὴ πάλιν ἐλθόντα με πρὸς ὑμᾶς ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου, F καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ, ᾗ ἔπραξαν. Ἵνα γένησθε, φησὶν, ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τουτέστιν, ἄληπτοι, εἰλικρινεῖς· οὐ μικρὰν γὰρ προσάγει κηλῖδα ὁ γογγυσμός. 259 A Τί δέ ἐστι, Χωρὶς διαλογισμῶν; ἆρα καλὸν, ἆρα οὐ καλόν; Μὴ διαλογίζεσθε, φησὶ, κἂν πόνος ᾖ, κἂν κάματος ᾖ, κἂν ὁτιοῦν. Οὐκ εἶπεν, ἵνα μὴ κολασθῆτε· κόλασις γὰρ ἀπόκειται τῷ πράγματι· καὶ τοῦτο ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐδήλωσεν ἐπιστολῇ· ἀλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν, ἀλλ', Ἵνα γένησθε, φησὶν, ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης, ἐν οἷς φαίνεσθε, ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, εἰς καύχημα ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. B Ὁρᾷς ὅτι παιδεύει τούτους μὴ γογγύζειν; Ὥστε δούλων ἀγνωμόνων καὶ ἀναισθήτων τὸ γογγύζειν. Ποῖος γὰρ, εἰπέ μοι, υἱὸς ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς πονῶν, καὶ

vult, ipse operatur, certe hoc quoque operabitur ac præstabit, ut recte vivamus: hoc enim ipse vult. Vides a Paulo minime tolli arbitrii libertatem? *Hæc omnia*, inquit, *facite sine murmurationibus et hæsitationibus.* Diabolus ubi nos abducere minime potuerit, quin recte faciamus, alia quadam ratione molitur inanem reddere mercedem nostram. Nam vel vanæ gloriæ amorem, vel arrogantiam induxit, vel si nihil horum, murmurationem, vel saltem hæsitationem. Ac vide quomodo hæc purget Paulus: dixit de animi humilitate quæcumque jam audivistis, arrogantiam abigens; dixit de inanis gloriæ studio, comprimens tumorem; et alibi quidem, *Non in præsentia,* inquit, *mei tantum;* nunc vero nonnulla addit de murmuratione et hæsitatione. Cur 1. Cor. 10. 10. autem cum Corinthiis adimeret hunc morbum, Israelitarum etiam mentionem fecit; hoc autem loco nihil hujusmodi attulit, sed simpliciter præcepit? Quoniam illi ab hoc morbo jam fuerant occupati: quamobrem altius inferre vulnus necesse habebat, ac vehementius objurgare: hic vero, ne se occupari sinant monet. Igitur erga eos, qui nondum peccarant, supervacuum erat durioribus verbis uti, quo sibi caverent. Nam et ad humilitatem adducens non attulit exemplum illud ex Evangelio, ubi superborum supplicium narratur, sed ab exemplo Dei admonitionem duxit, ipsisque omnino ut legitimis filiis loquitur, non ut famulis. Etenim ad virtutem sequendam is qui bona et generosa mente præditus est, exemplo eorum qui recte se gesserunt adducitur: is vero cui malus animus, eorum exemplo qui virtutis munera non obiverunt: ille honore, hic supplicio. Propterea ad Hebræos etiam scribens, Hebr. 12. 16. Esaü in medium adduxit, qui propter unam escam vendidit primogenituram; et rursus, *Si* Ib. 10.38. *subtraxerit se, non placebit animæ meæ.* Atqui inter Corinthios quidem multi erant, qui scortati fuerant: propterea dicebat, *Ne iterum cum ve-* 2. Cor. 12. 21. *nero ad vos, humiliet me Deus meus, et lugeam multos ex iis, qui antea peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam super immunditia et fornicatione et impudicitia, quam gesserunt. Ut sitis*, inquit, *sine querela, et simplices;* id est, nulli reprehensioni obnoxii, puri atque integri: non enim levem maculam imponit murmuratio. Quid autem significat, *Sine hæsi-*

[a] Sic Mss. Editi vero ἑτέρως βούλεται.

tationibus? utrum bonum est, an minime? Ne in disputationem, inquit, rem adducatis, etiamsi labor, etiamsi molestia sit quod proponitur. Non dixit, Ut ne puniamini; isti enim rei supplicium est propositum: quod in Epistola ad Corinthios indicavit; sed hic nihil ejusmodi dixit; sed, *Ut sitis*, inquit, *sine querela et simplices, filii* C *Dei sine reprehensione, in medio nationis pravæ et perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi.* Vides hos a Paulo institui ne obmurmurent? Est enim iniqui ac stupidi servi obmurmurare. Ecquis enim, dic mihi, filius est, qui in bonis paternis laborans, ac sibi ipsi laborans, obmurmuret? Cogita, inquit, te tibi ipsi laborare, tibi ipsi colligere. D Illorum vero proprium est obmurmurare qui aliis laborant, aliis sudant: qui autem sibi ipse colligit, cur obmurmurat? quod ipsius divitiæ non crescunt? Minime id quidem. Qui sponte nulla imposita necessitate facit, cur obmurmurat? Satius est nihil agere, quam murmurando agere: nam et hoc ipsum, quod fit, perit. Annon vides in ipsismet domibus nostris hæc nobis semper in ore esse: Satius est isthæc minime fieri, quam obmurmurando fieri? ac sæpe malumus ministerio, quod nobis exhibetur, carere, quam murmurantem ferre. Gravis enim res, gravis est murmuratio, ac prope ad blasphemiam accedit: alioqui cur tantum de illis supplicii sumtum fuisset? Vitium istud ingrati animi est. Qui murmurat, ingratus est erga Deum: qui vero erga Deum ingratus est, profecto blasphemus etiam est. Ac sane eo maxime tempore continentes tentationes erant, et frequentia pericula; nulla dabatur requies, nulla cessatio; undique innumerabilia ingruebant mala: nunc vero summa pax ac tranquillitas.

1. Cor. 10. 10.

ἑαυτῷ πονῶν γογγύζει; Ἐννόησον, φησὶν, ὅτι σαυτῷ πονεῖς, ὅτι σαυτῷ συνάγεις. Ἐκείνων ἴδιον τὸ γογγύζειν ἐστὶν, ὅταν ἑτέροις πονῶσιν, ὅταν ἑτέροις κάμνωσιν. Ὁ δὲ ἑαυτῷ συλλέγων, τίνος ἕνεκεν γογγύζει; ὅτι ὁ πλοῦτος αὐτοῦ οὐκ αὔξεται; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Ὁ ἑκοντὶ καὶ μὴ κατ' ἀνάγκην * ποιῶν, τίνος ἕνεκεν γογγύζει; Βέλτιον μηδὲν ἐργάσασθαι, ἢ μετὰ γογγυσμοῦ· ἀπόλλυται γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ γινόμενον. Ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις ταῖς ἡμετέραις ταῦτα λέγομεν ἀεὶ, βέλτιον ταῦτα μὴ γίνεσθαι, ἢ μετὰ γογγυσμοῦ; καὶ πολλάκις εἱλόμεθα τῆς διακονίας ἀποστερηθῆναι τῆς ἡμετέρας, ἢ γογγύζοντος ἀνασχέσθαι. Δεινὸν γὰρ, δεινὸν ὁ γογγυσμός· ἐγγὺς βλασφημίας ἐστίν· ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν τοσαύτην ἐκεῖνοι ἔδωκαν δίκην; Ἀχαριστία τὸ πρᾶγμά ἐστιν. Ὁ γογγύζων ἀχαριστεῖ τῷ Θεῷ· ὁ δὲ ἀχαριστῶν τῷ Θεῷ, ἄρα βλάσφημος. Μάλιστα μὲν γὰρ τότε πειρασμοὶ συνεχεῖς ἦσαν, καὶ ἐπάλληλοι κίνδυνοι, οὐδεμία ἀνάπαυσις, οὐδεμία ἄνεσις, μυρία πάντοθεν ἐπέῤῥει δεινά· νῦν δὲ εἰρήνη βαθεῖα, νῦν εὐμάρεια.

3. Cur igitur murmuras? quod pauper est? Job illum cogita. Morbo laboras? Quid igitur faceres, si tantorum tibi bonorum ac sanctus ille rectorumque factorum conscius, in morbum in- E cidisses? Rursus illum cogita, quod per longum tempus vermibus erat repletus, in stercore sedebat, scabiem continuo fricabat. *Post multum vero tempus*, inquit, *dixit ad eum mulier: Quousque perseverabis dicens, Adhuc paulum quiddam temporis exspecto? dic verbum aliquod*

Contra murmurantes.

Job. 2. 9.

Τίνος οὖν ἕνεκεν γογγύζεις; ὅτι πένῃ; Ἀλλ' ἐννόει τὸν Ἰώβ. Ἀλλ' ὅτι νοσεῖς; Τί οὖν, εἰ τοσαῦτα συνειδὼς ἀγαθὰ σαυτῷ καὶ κατορθώματα, ὅσα ὁ ἅγιος ἐκεῖνος, [a] ἐνόσησας; Ἐννόει πάλιν ἐκεῖνον, ὅτι ἐκεῖνος ἐπὶ πολὺν χρόνον σκώληκας βρύων, καὶ ἐπὶ τῆς κοπρίας καθήμενος, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέων διετέλει· Χρόνου γὰρ, φησὶ, πολλοῦ παρῳχηκότος, εἶπε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή· μέχρι τίνος καρτερήσεις λέγων, ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρόν; εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα. Ἀλλὰ παῖς σου ἀπέθανε; Τί οὖν, εἰ πάντας

* [*Leg.* πονῶν. Dunæus.]

[a] [Fort. *ἐνόσησας ἄν.*]

ἀπέβαλες, καὶ θανάτῳ πονηρῷ, ὥσπερ ἐκεῖνος; Ἴστε γὰρ, ἴστε ὅτι πολλὴν ἔχει παραμυθίαν τὸ παρακαθῆσθαι νοσοῦντι, τὸ συμβαλεῖν στόμα, τὸ μύσαι ὀφθαλμοὺς, τὸ ἅψασθαι γενειάδος, τὸ τὰ τελευταῖα ἀκοῦσαι ῥήματα. Ἀλλ' οὐδενὸς τούτων ἠξιώθη ὁ δίκαιος, ἀλλὰ πάντες ὁμοῦ κατεχώσθησαν. Καὶ τί ταῦτα λέγω; εἰ προσετάγης αὐτὸς σφάξαι τὸν υἱόν σου καὶ καταθῦσαι καὶ καυθέντα ἰδεῖν, καθάπερ ὁ μακάριος ἐκεῖνος ὁ πατριάρχης, τί ἂν ἐποίησας; Ἐκεῖνος δὲ τίς ἄρα ἦν τὸ θυσιαστήριον οἰκοδομῶν, τὰ ξύλα ἐπιτιθεὶς, συμποδίζων τὸ παιδίον; Ἀλλ' ὀνειδίζουσί σέ τινες; Τίς ἂν οὖν ἦς, εἰ παρὰ φίλων ἐπὶ παραμυθίαν ἡκόντων ἤκουες ταῦτα; Νῦν μὲν γὰρ ἁμαρτήματα ἔχομεν πολλὰ, καὶ ὀνειδιζόμεθα εἰκότως· τότε δὲ ἐκεῖνος ὁ ἀληθινὸς, ὁ δίκαιος, ὁ θεοσεβὴς, ὁ ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, τἀναντία τούτων ἤκουε παρὰ τῶν φίλων. Τί δὲ, εἰπέ μοι, εἰ τῆς γυναικὸς ὀνειδιζούσης ἤκουες λεγούσης, [a] Ἐγὼ πλανῆτις καὶ λάτρις, τόπον ἐκ τόπου, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας περιερχομένη, προσδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσει, καὶ ἀναπαύσομαι τῶν περιεχουσῶν με ὀδυνῶν; Τίνος ἕνεκεν ταῦτα λέγεις, ὦ ἀνόητε; μὴ γὰρ ὁ ἀνήρ σοι τούτων αἴτιος; Οὐχ οὗτος, ἀλλ' ὁ διάβολος. Εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, φησὶ, καὶ τελεύτα. Εἶτα, ἂν ὁ κείμενος εἴπῃ καὶ τελευτήσῃ, σὺ ῥάων γέγονας; Οὐκ ἔστι νόσος ἐκείνης χαλεπωτέρα, κἂν μυριάκις εἴπῃς. Τοιαύτη ἦν, ὡς μηδὲ ἐν οἰκίᾳ καὶ ὑπωρόφιον εἶναι δύνασθαι· τοιαύτη ἦν, ὡς πάντας ἀπαγορεύειν. Οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ ἀνίατα ἐνόσησεν, ἔξω τῆς πόλεως ἐκάθητο, τῶν ἐλέφαντι κατεχομένων χείρων ὤν. Οὗτοι μὲν γὰρ καὶ εἰς οἰκίας εἰσίασι, καὶ συναγελάζονται ἀλλήλοις· ἐκεῖνος δὲ αἴθριος διανυκτερεύων ἐπὶ τῆς κοπρίας γυμνὸς, οὐδὲ ἱμάτιον περιβαλέσθαι ἠδύνατο. Πῶς γάρ; ἴσως ἂν καὶ προσετέθη ἄλγος ταῖς ἀλγηδόσι. Τήκω γὰρ βώλακας γῆς, φησὶν, ἀπὸ ἰχῶρος ξέων. Ἰχῶρας αὐτῷ αἱ σάρκες καὶ σκώληκας ἔτικτον, καὶ τοῦτο διηνεκῶς. Ὁρᾷς πῶς ἕκαστος ἡμῶν ναρκᾷ ταῦτα ἀκούων; Εἰ δὲ ἀκοῦσαι οὐκ ἀνεκτὰ ταῦτα, ἰδεῖν ἀνεκτά; εἰ δὲ ἰδεῖν οὐκ ἀνεκτὰ, πολλῷ μᾶλλον παθεῖν. Ἀλλ' ὅμως ἔπαθεν ὁ δίκαιος, καὶ οὐκ ἐπὶ δύο ἡμέρας ἢ τρεῖς, ἀλλ' ἐπὶ χρόνῳ πολλῷ, καὶ οὐχ ἥμαρτεν, οὐδὲ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. Ποίαν ἔχεις μοι τοιαύτην νόσον εἰπεῖν, ὀδύνας ἔχουσαν πολλάς; πηρώσεως γὰρ οὐ χεῖρον τοῦτο ἦν; Βρόμον γὰρ ὁρῶ, φησὶ, τὰ σῖτά μου. Καὶ οὐδὲ τοῦτο μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ὃ τοῖς ἄλλοις ἀνάπαυσίς ἐστιν ἡ νὺξ καὶ ὁ ὕπνος, τοῦτο ἐκείνῳ παραμυθίαν τινὰ ἔφερεν, ἀλλὰ χαλεπωτέρα ἦν πάσης βασάνου. Καὶ ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· Ἵνα τί με φοβεῖς ἐνυπνίοις, καὶ ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις; Ἐὰν γένηται πρωῒ, λέγω, πότε ἑσπέρα; Καὶ

contra Dominum, ac morere. At filius tibi obiit? Quid igitur, si omnes amisisses, et acerba quidem
F morte, quemadmodum ille? Nostis enim, nostis, assidere ægrotanti, os ori conferre, oculos claudere, contrectare genas, suprema audire verba; quantum solatii afferat. At horum nullo di-
260 gnatus est justus ille; sed omnes simul obruti
A occubuerunt. Et quid hæc dico? si ipse jussus esses filium tuum interimere, et immolare, et combustum spectare, ut beatus ille patriarcha, quid fecisses? Ille autem quanto animo et altare ædificabat, et ligna imponebat, et filium ligabat? At nonnulli sunt, qui te conviciis consectentur? Quid igitur tibi animi esset, si hæc eadem ab amicis, qui consolationis causa advenissent, audires? Nam nunc quidem multa habemus pec-
B cata, jureque probris afficimur: tunc vero ille verax, justus, pius, qui sese ab omni crimine abstinebat, secus omnia ab amicis audiebat. Quid vero, dic mihi, si mulierem exprobrantem audires, ac dicentem, *Ego quasi erratica quæ-* Ibid.
dam mulier et famula locum ex loco, domum ex domo circumerrans, solis occasum exspectans, ut a doloribus me undique prementibus requiescam? Cur ista inquis, o stolida?
C num harum rerum tibi causa est vir? Non ille, sed diabolus. *Dic,* inquit, *verbum aliquod adversus Dominum, et morere.* Itane? si decumbens hoc diceret ac moreretur, tibine melius esset? Non est morbus illo gravior, etiam si sexcentos afferas. Talis ac tantus erat, ut ne domi quidem ac sub tecto manere posset: talis erat, ut omnes deficerent. Non enim, si ullam admisisset medicinam, extra urbem sedisset deteriori
D conditione, quam illi qui elephantiasi laborant. Nam isti quidem et domos subeunt et inter se congregantur: ille vero sub dio in stercore nudus pernoctabat, ac ne vestem quidem induere poterat: quomodo enim? quin etiam fortasse crevisset dolor. *Macero,* inquit, *glebas terræ sa-* Ibid. 7. 5.
niem scalpens. Carnes ipsius saniem ac vermes scaturiebant, idque assidue. Sentis quam quisque nostrum hæc audiens horrescat. Quod si ea sunt
E auditu intolerabilia, quanto magis perpessu? Attamen perpessus est justus ille non unum aut alterum vel tertium diem, sed perdiu; nec peccavit quidquam in labiis suis. Ecquem hujusmodi morbum potes mihi afferre, tot refertum doloribus? annon iste cæcitate deterior erat? Fœtidos enim

[a] In Editis Græcis libri Job, multa adjectitia occurrunt, quæ in Hebræo et in Vulgata non reperiuntur.

sentio cibos meos neque hoc solum, sed neque
etiam, quod aliis solet recreationi esse, nox et
somnus huic quidquam solatii afferebat, sed
quovis tormento gravior erat : idque ex ipsius
Ib. 7. 14. verbis cognosce. *Cur terres me per somnia, et*
4. *per visiones errore concutis? Cum advenit di-*
luculum, dico, Quando adveniet vespera?
Ac tot tantisque malis affectus non obmurmuravit.
Neque vero id solum molestiæ inerat; sed etiam
mala quam multi de ipso conceperant opinio: nam
ex calamitatibus, quæ illi acciderant, sexcento-
rum jam criminum reum existimabant : quod
Ibid. 11. 6 et ei dicebant amici, Minora peccatis tuis fla-
gella passus es. Quamobrem et ipse dicebat,
Ib. 30. 1. *Et monent me infimi homines, quos cani-*
bus pastorum meorum minime dignos ex-
istimassem. Quot mortibus non erat istud gra-
vius? Verumtamen tantis undique fluctibus pres-
sus, ac tam sæva undique ingruente tempestate
in mediis nubibus, procellis, fulminibus, turbi-
nibus ac vorticibus manet ipse immotus, in tanta
tamque gravi tempestate, perinde atque in placido
quodam portu quietus sedens, neque obmurmu-
ravit : atque hæc ante gratiæ tempus, antequam
de resurrectione, de gehenna, de pœna, de sup-
plicio quidquam dictum esset. Nos vero, qui et
prophetas et apostolos et evangelistas audimus,
et sexcenta cernimus exempla, atque ea, quæ
resurrectionem nobis exploratam faciunt, didici-
mus, adhuc ægre ferimus : quamvis nemo sit,
qui tot ac tanta sibi mala accidisse queat dicere.
Nam tametsi quis pecunias amisit, at non tot fi-
lios filiasque; ac si amisit, fortasse quod pecca-
verit : ille vero repente in mediis sacrificiis, illo
ipso tempore, dum deserviret et cultum tribueret
Deo. Quod si filios, ac divitias simul tantas;
quod vix fieri potest; at non per totum corpus
ulceribus scatet ac saniem effundit. Quod si hoc
quoque; at non insultantes nactus est atque expro-
brantes : quod quidem omnium maxime nos pun-
gere consuevit, magisque quam calamitates ipsæ.
Etenim, si ubi in malis adsunt qui nos consolentur
ac dolorem leniant, bonasque nobis spes injiciant,
tamen adeo frangimur atque animum desponde-
mus : cogita quantum illud fuerit, exprobrantes
Psal. 68. habere. Si illud, *Sustinui qui simul contrista-*
21. *retur, et non fuit; et qui consolaretur, et non*
inveni, grave atque intolerabile erat : quantum
tandem mali erit pro consolantibus incidere in
Job. 16. 2. exprobrantes : *Consolatores*, inquit, *malorum*
omnes.

τοιαῦτα πάσχων οὐκ ἐγόγγυσεν. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἦν
τὸ δεινὸν, ἀλλὰ καὶ ἡ παρὰ τῶν πολλῶν πονηρὰ δόξα·
ὡς γὰρ μυρίων ἔνοχον κακῶν εἶχον λοιπὸν, ἀφ' ὧν
ἔπασχε. Τοῦτο γοῦν καὶ οἱ φίλοι αὐτῷ ἔλεγον, οὐκ
F ἄξια ὧν ἡμάρτηκας μεμαστίγωσαι. Διὸ καὶ αὐτὸς ἔλε-
γε· Καὶ νουθετοῦσί με ἐλάχιστοι, οὓς οὐκ ἀξίους ἡγη-
261 σάμην κυνῶν τῶν ἐμῶν νομάδων. Πόσων τοῦτο θα-
A νάτων οὐ χεῖρον; Ἀλλὰ τοσούτῳ κλύδωνι πάντοθεν
βαλλόμενος, καὶ πάντοθεν αἰρομένου τοῦ χειμῶνος
[a] χαλεποῦ, συννεφείας, ζάλης, σκηπτῶν, ἰλίγγων,
στροβίλων, ἔμενεν αὐτὸς ἀκλινὴς, καθάπερ ἐν γαλήνῃ
καθήμενος τῷ κλύδωνι τῷ τοσούτῳ, τῷ οὕτω χαλε-
πῷ, καὶ οὐκ ἐγόγγυσε· καὶ ταῦτα πρὸ τῆς χάριτος,
πρὶν ἢ περὶ ἀναστάσεώς τι λεχθῆναι, πρὶν ἢ περὶ
γεέννης καὶ κολάσεως καὶ τιμωρίας. Ἡμεῖς δὲ καὶ
προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν ἀκούον-
τες, καὶ μυρία ὁρῶντες παραδείγματα, καὶ τοὺς περὶ
B ἀναστάσεως μαθόντες λόγους, ἀσχάλλομεν ἔτι, καίτοι
οὐδεὶς ἂν ἔχοι λέγειν ἑαυτῷ τοσαῦτα συμπεπτωκότα.
Εἰ γὰρ καὶ χρήματά τις ἀπώλεσεν, ἀλλ' οὐ παῖδας
καὶ θυγατέρας τοσαύτας, καὶ εἰ ἀπώλεσεν, ἴσως ἁμαρ-
τών· ἐκεῖνος δὲ ἐξαίφνης ἐν μέσαις ταῖς θυσίαις, ἐν
μέσῃ τῇ θεραπείᾳ τῇ πρὸς τὸν Θεόν· καὶ εἰ παῖδας
καὶ χρήματα ὁμοῦ τοσαῦτα, ὅπερ ἀδύνατον, ἀλλ'
οὐχὶ καὶ ἥλκωτο διαπαντὸς, καὶ ἰχῶρας ἔξεεν· εἰ δὲ
καὶ τοῦτο, ἀλλ' οὐχὶ τοὺς ἐπεμβαίνοντας εἶχε καὶ
C ὀνειδίζοντας· ὅπερ μάλιστα πάντων δάκνειν ἡμᾶς
εἴωθεν, ἢ αἱ συμφοραί. Εἰ γὰρ τοὺς παρακαλοῦντας
ἔχοντες ἐν τοῖς κακοῖς καὶ παραμυθουμένους καὶ ἐλ-
πίδας ἡμῖν ὑποτείνοντας χρηστὰς, οὕτως ἀλύομεν,
ἐννόησον τί ἦν ὀνειδίζοντας ἔχειν. Εἰ τὸ, Ὑπέμεινα
συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε, καὶ παρακαλοῦντας,
καὶ οὐχ εὗρον, δεινὸν καὶ ἀφόρητον, τὸ ἀντὶ τῶν πα-
ρακαλούντων ὀνειδίζοντας εὑρεῖν πόσον κακόν; Παρα-
D κλήτορες, φησὶ, κακῶν πάντες.

[a] Coislin χαλεποῦ καὶ τοιαύτης ζάλης.

Εἰ ταῦτα διαπαντὸς ἐστρέφομεν, εἰ ταῦτα ἐλογιζόμεθα, οὐκ ἂν ἡμᾶς ἐλύπησέ τι τῶν παρόντων, εἰς ἐκεῖνον ὁρῶντας τὸν ἀθλητὴν, εἰς τὴν ἀδαμαντίνην ψυχὴν, εἰς τὴν ἀῤῥαγῆ καὶ χαλκέον διάνοιαν· ὥσπερ γὰρ χαλκοῦν ἢ λίθινον περικείμενος σῶμα, αὐτὸς ἅπαντα ἔφερε γενναίως καὶ καρτερικῶς. Ταῦτα ἐννοοῦντες, πάντα ποιῶμεν χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν. Ποιεῖς τι ἀγαθὸν, καὶ γογγύζεις; διὰ τί; ἀνάγκη E γάρ σοι ἐπίκειται; Οἶδα, φησὶν, ὅτι πολλοὶ [b] πλησίον ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς γογγύζειν (τοῦτο γὰρ ᾐνίξατο, εἰπὼν τὸ, Ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης)· ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ θαυμαστὸν, τὸ καὶ παρακνιζόμενον μηδὲν πάσχειν τοιοῦτον. Καὶ γὰρ οἱ ἀστέρες ἐν νυκτὶ λάμπουσιν, ἐν σκότῳ φαίνουσι, καὶ οὐδὲν εἰς τὸ οἰκεῖον παραβλάπτονται κάλλος, ἀλλὰ καὶ λαμπρότεροι φαίνονται· ὅταν δὲ φῶς ᾖ, οὐχ οὕτω φαίνονται. F Οὕτω καὶ σὺ, ὅταν μετὰ σκολιῶν ὦν, εὐθὺς μένῃς, μᾶλλον ἀπολάμπεις· τὸ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστι, 262 A τὸ ἀμέμπτους γενέσθαι. Ἵνα γὰρ μὴ τοῦτο λέγωσι, προλαβὼν αὐτὸς τοῦτο τέθεικε. Τί ἐστι, Λόγον ζωῆς ἐπέχοντες; Τουτέστι, μέλλοντες ζήσεσθαι, τῶν σωζομένων ὄντες. Ὅρα πῶς εὐθέως τίθησι τὰ ἔπαθλα· οἱ φωστῆρες, φησὶ, λόγον φωτὸς ἐπέχουσιν· ὑμεῖς λόγον ζωῆς. Τί ἐστι, Λόγον ζωῆς; Σπέρμα ζωῆς ἔχοντες, τουτέστιν, ἐνέχυρα ζωῆς ἔχοντες, αὐτὴν κατέχοντες τὴν ζωὴν, τουτέστι, σπέρμα ζωῆς ἐν ὑμῖν ἔχοντες· τοῦτο λέγει λόγον ζωῆς. Ἆρα οὖν οἱ ἄλλοι πάντες νεκροί· τοῦτο γὰρ εἰπὼν οὕτως ἐδήλωσεν· ἢ B γὰρ ἂν καὶ οἱ ἄλλοι λόγον ζωῆς ἐπεῖχον. Εἰς καύχημα ἐμοὶ, φησί. Τί ἐστι τοῦτο; Καὶ ἐγὼ κοινωνῶ, φησὶ, τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν. Τοσαύτη ὑμῶν ἡ ἀρετὴ, ὡς μὴ ὑμᾶς σώζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ λαμπρὸν ποιεῖν. Ποῖον καύχημα, ὦ μακάριε Παῦλε; Μαστίζῃ, ἐλαύνῃ, ὑβρίζῃ δι' ἡμᾶς· διὰ τοῦτο φησὶν, Εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν, φησὶν, ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα· ἀλλ' ἀεὶ ἔχω καυχᾶσθαι, φησὶν, ὅτι οὐ μάτην ἔδραμον. Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι. Οὐκ εἶπεν, ἀλλ' εἰ καὶ ἀποθνήσκω, ὥσπερ οὐδὲ Τιμοθέῳ γράφων· C καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ τῷ αὐτῷ κέχρηται λόγῳ, λέγων, Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι· καὶ παραμυθούμενος αὐτοὺς ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ τελευτῇ, καὶ παιδεύων ἀσμένως φέρειν τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον. Ὥσπερ σπονδὴ καὶ θυσία, φησὶ, γίνομαι. Ὢ μακαρίας ψυχῆς, θυσίαν καλεῖ τὴν προσαγωγὴν αὐτῶν. Ἆρα πολλῷ βέλτιον τοῦ βοῦς προσενεγκεῖν τὸ ψυχὴν προσενεγκεῖν. Ἂν τοίνυν πρὸς τῇ προσφορᾷ ταύτῃ καὶ ἐμαυτὸν ἐπιδῶ, φησὶν, ὥσπερ σπονδὴν, χαίρω, φησὶ, τῷ θανάτῳ τῷ ἐμῷ· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται λέγων. Ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως χαίρω, καὶ συγχαίρω πᾶσιν

4. Si hæc assidue versaremus, si hæc essemus ratiocinati, nulla sane præsentium rerum dolore nos affecisset, in illum intuentes athletam, in adamantinam illam animam, in mentem illam æneam et quæ frangi non posset: perinde quasi æreo, vel lapideo corpore circumdatus esset, ita omnia generose ac patienter ferebat. Hæc cogitantes, omnia sine murmurationibus atque hæsitatione faciamus. Boni quidpiam facis, ac murmuras? cur? num forte imposita tibi necessitas est? Novi, inquit, multos, qui circum vos sunt, vos pene cogere ut murmuretis (hoc enim subindicat illis verbis, *In medio nationis pravæ et perversæ)*: at hoc demum admirabile est, neque etiam cum pungaris atque impellaris, eo adduci. Nam et sidera in nocte fulgent, in tenebris emicant; tantumque abest, ut ullam pulchritudinis suæ jacturam faciant, ut splendidiora etiam appareant: ubi enim lux advenerit, non æque apparent. Ita etiam tu, si inter perversos homines rectus manseris, lucebis magis, longeque admirabilius erit sine reprehensione esse. Ergo ne hoc afferant, occupans ipse id attulit. Quid est, *Verbum vitæ continentes?* Id est, qui ad vitam venturi estis, qui ex numero eorum estis, qui salutem consequuntur. Vide quam continuo subjecerit præmia: Luminaria, inquit, rationem ac facultatem lucis continent. Quid est, *Verbum vitæ?* Semen vitæ in vobis habetis, hoc est, pignora et semen vitæ habentes: hoc vocat verbum vitæ. Ergo cæteri omnes mortui: id enim verbis istis indicavit: alioquin et alii verbum vitæ continuissent. *Ad gloriam,* inquit, *meam.* Quid hoc est? Et ego, inquit, particeps sum vestrorum bonorum. Tanta est vestra virtus, ut non solum salutem det vobis, sed me etiam clarum faciat. Quænam gloria, o beate Paule? Flagellis cæderis, expelleris, contumeliis afficeris nostra causa: propterea inquit, *In diem Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi;* sed semper est unde glorier me non frustra cucurrisse. 17. *Sed et si immolor.* Non dixit, Etiam si moriar: quemadmodum neque ad Timotheum scribens; nam et ibi eadem dicit, *Ego enim jam* 2. Tim 4. 6. *immolor;* partim consolans illos de sua ipsius morte, partim instituens ut mortem pro Christo moderate ferant. Victima, inquit, quædam et hostia evado. O beatam animam! Hostiam vocat institutionem illorum. Multo satius immolare

[b] [*Fort.* τῶν πλ. Dunæus.]

animam, quam bovem immolare. Quapropter si in hoc sacrificio me ipsum tradidero, inquit, quasi victimam; gaudeo, inquit, de mea morte: hoc enim ista verba significant, *Supra sacrificium et obsequium fidei vestræ, gaudeo et congratulor omnibus vobis*: 18. *idipsum autem et vos gaudete et congratulamini mihi.* Quid congratularis? Vides quomodo ostendat gaudendum illis esse? Gaudeo igitur, inquit, me libamen fieri; congratulor autem quod simul sacrificium offeram. *Idipsum autem et vos gaudete et congratulamini mihi*, quod oblatus sum. Congratulamini, inquit, mihi in mea ipsius morte gaudenti. Non igitur lacrymis dignus est justorum obitus, sed lætitia. Si ipsi gaudent, gaudendum cum ipsis est: absurdum enim fuerit gaudentibus illis nos lugere. Sed consuetudinem requirimus, inquit. Commenta isthæc sunt et prætextus: vide, quid Paulus admoneat Philippenses, *Gaudete et congratulamini mihi;* et tu consuetudinem requiris? Si tibi quidem ipsi hic manendum sit, recte dicis; sin autem paulo post ad illum qui abiit perventurus es, quam requiris consuetudinem? Ille enim merito consuetudinem requirat, qui ab aliquo in perpetuum divellitur; sed si idem tibi iter conficiendum est, quam consuetudinem requiris? Eos, qui peregre absunt, cur non lugemus? nonne paucis emissis lacrymis, confestim post unum aut alterum diem a fletu cessamus? Si consuetudinem requiris, tantum dumtaxat fleto, quantum satis sit ad ostendendum, te natura hominem esse: deinde vero gaude, quemadmodum Paulus, qui ita dicebat: Nihil mihi molesti accidit, sed etiam gaudeo ad Christum abiens, *Et vos gaudete*, inquit, *congratulamini mihi.* Gaudeamus igitur et nos cum justum viderimus interiisse, vel potius quando aliquem etiam ex desperatis: nam ille quidem discedit, laborum suorum mercedem accepturus; hic vero quidpiam de peccatorum suorum numero detraxit. Sed fortasse, inquit, vivens vitam mutasset suam. At non illum rapuisset Deus, si vitam ille mutaturus fuisset. Etenim qui omnia pro salute nostra facit ac disponit, cur non eum sivisset vivere qui aliquando talis futurus esset, ut placeret? si sinit eos qui non convertuntur, multo magis eos qui convertuntur. Undique igitur fletus nobis amputatus sit, undique lamenta sublata: quæcumque eveniant, de omnibus gratias agamus Deo, omnia sine murmurationibus facia-

D ὑμῖν· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγχαίρετέ μοι. Τί συγχαίρεις; Ὁρᾷς πῶς δείκνυσιν ὅτι δεῖ χαίρειν αὐτούς; Χαίρω μὲν οὖν, φησὶν, ὅτι σπονδὴ γίνομαι· συγχαίρω δὲ, ὅτι θυσίαν προσενεγκών. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγχαίρετε, ὅτι προσηνέχθην. Συγχάρητέ μοι, φησὶ, χαίροντι ἐπὶ τῷ ἐμῷ θανάτῳ. Οὐκ ἄρα δακρύων ἀξία ἡ τελευτὴ τῶν δικαίων, ἀλλὰ χαρᾶς. Εἰ αὐτοὶ χαίρουσιν, συγχαίρειν αὐτοῖς δεῖ· καὶ γὰρ ἄτοπον, ἐκείνων χαιρόντων, κλαίειν ἡμᾶς. Ἀλλὰ τὴν συνήθειαν ἐπιζητοῦμεν, φη-
E σί. Σκῆψις ταῦτα, πρόφασις. Ὅρα γοῦν τί παραγγέλλει Φιλιππησίοις, Συγχαίρετέ μοι καὶ χαίρετε· καὶ σὺ συνήθειαν ἐπιζητεῖς; Εἰ μὲν ἔμελλες αὐτὸς ἐνταῦθα μένειν, εἰκότως λέγεις· εἰ δὲ μικρὸν ὕστερον καταλήψῃ τὸν ἀπελθόντα, ποίαν συνήθειαν ζητεῖς; Συνήθειαν γὰρ ἐπιζητεῖ τις, ὅταν διαπαντὸς ᾖ τις διεσπασμένος· εἰ δὲ τὴν αὐτὴν ὁδόν σοι πορεύσεται, ποίαν
F συνήθειαν ἐπιζητεῖς; Τοὺς ἐν ἀποδημίαις ὄντας διὰ τί μὴ δακρύομεν; οὐχὶ μικρὸν δακρύσαντες, εὐθέως μετὰ τὴν πρώτην ἢ δευτέραν παυόμεθα; Εἰ συνήθειαν ἐπιζητεῖς, τοσοῦτον κλαῦσον μόνον, ὅσον ἐπιδεῖξαι τὴν
203 A φύσιν· τὸ δὲ μετὰ τοῦτο χαῖρε, καθάπερ λέγων ὁ Παῦλος, οὐδὲν πάσχω δεινὸν, ἀλλὰ καὶ χαίρω πρὸς τὸν Χριστὸν ἀπερχόμενος· Καὶ ὑμεῖς χαίρετε, [a] συγχάρητέ μοι, φησί. Χαίρωμεν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς, ὅταν ἴδωμεν δίκαιον τελευτῶντα, μᾶλλον δὲ καὶ ὅταν τινὰ τῶν ἀπεγνωσμένων. Ὁ μὲν γὰρ ἄπεισι μισθὸν ἀποληψόμενος τῶν πόνων, ὁ δὲ ἐνέκοψέ τι τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοῦ. Ἀλλ' ἴσως ἂν, φησὶ, μετεβάλετο ζῶν. Ἀλλ' οὐκ ἂν αὐτὸν ἔλαβεν ὁ Θεὸς, εἴ γε μεταβαλέσθαι ἔμελλεν. Ὁ γὰρ πάντα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν
B οἰκονομῶν, τίνος ἕνεκεν αὐτὸν οὐκ εἴασε μέλλοντα εὐαρεστεῖν; εἰ τοὺς μὴ μεταβαλλομένους ἀφίησι, πολλῷ μᾶλλον τοὺς μεταβαλλομένους. Πάντοθεν οὖν ἡμῖν ὁ κοπετὸς ἐκκεκόφθω, πάντοθεν ὁ θρῆνος λυέσθω· ἐπὶ πᾶσιν εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ, χωρὶς γογγυσμῶν πάντα πράττωμεν· εὐφραινώμεθα, εὐάρεστοι ἐν πᾶσιν αὐτῷ γινώμεθα, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ

[a] [Copula *καὶ* videtur excidisse.]

Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς C τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

mus : lætemur, atque in omnibus illi placeamus, ut futura etiam consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, simulque sancto Spiritui gloria, potestas, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ θ′.

Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ Τιμόθεον ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν. Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει. Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζη- D τοῦσιν, οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ.

HOMILIA IX.

Cap. II. v. 19. *Spero autem in Domino Jesu Timotheum me cito mittere ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt.* 20. *Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus futurus sit.* 21. *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Jesu Christi.*

Εἶπεν, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν, Ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ· εἶπεν, ὅτι Εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν· ἐστήριξεν αὐτοὺς διὰ τούτων. Ἴσως ἂν ὑπώπτευσαν τὰ πρότερα παραμυθίας ἕνεκεν εἰρῆσθαι. Τί οὖν E ποιεῖ, καὶ πῶς λύει τὴν ὑποψίαν; Τιμόθεον πέμπω πρὸς ὑμᾶς, φησί· καὶ γὰρ ἐπόθουν πάντα ἀκοῦσαι τὰ κατ' αὐτόν. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν, ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἐμοῦ, ἀλλ', Ἵνα γνῶ τὰ ὑμέτερα; Τὰ μὲν γὰρ αὐτοῦ Ἐπαφρόδιτος πρὸ Τιμοθέου ἔμελλεν ἀπαγγέλλειν· διὸ προϊών φησιν, Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν πέμψαι πρὸς ὑμᾶς· τὰ δὲ ὑμέτερα βούλομαι, φησὶ, μαθεῖν. Πολὺν γὰρ εἰκὸς αὐτὸν πεποιηκέναι χρόνον παρὰ τῷ Παύλῳ διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν σωματικήν· Ὥστε ἀναγκαίως βούλο- F μαι, φησὶ, μαθεῖν τὰ καθ' ὑμᾶς. Ὅρα πῶς πάντα ἀνατίθησι τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ἀποστολὴν τοῦ Τιμοθέου, λέγων, Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, τουτέστι, 264 θαῤῥῶ, ὅτι ἐξευμαρίσει μοι ὁ Θεὸς τοῦτο, ἵνα κἀγὼ A εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν. Ὥσπερ ὑμᾶς, φησὶν, ἀνεκτησάμην ταῦτα ἀκούσαντας, ἅπερ ηὔχεσθε περὶ ἐμοῦ, ὅτι τὸ εὐαγγέλιον ἐπέδωκεν, ὅτι κατῃσχύνθησαν ἐκεῖνοι, ὅτι δι' ὧν ἐνόμιζον βλάπτειν, διὰ τούτων εὔφραναν· οὕτω βούλομαι καὶ τὰ καθ' ὑμᾶς μαθεῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν. Δεικνύει ἐνταῦθα, ὅτι ἐκείνους χαίρειν ἔδει ἐπὶ τοῖς δεσμοῖς, καὶ τούτοις κατακολουθεῖν· πολλὴν γὰρ ἔτικτον αὐτῷ τὴν ἡδονήν· τὸ γὰρ, Ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, τουτό ἐστιν, B ὥσπερ ὑμεῖς. Βαβαὶ, πόσον εἶχε τῆς Μακεδονίας πόθον; Καὶ Θεσσαλονικεῦσι τὸ αὐτὸ μαρτυρεῖ, ὡς ὅταν

1. Dixit quæ sibi evenerant ad evangelii progressum conduxisse, *Ita ut vincula mea manifesta fierent in omni prætorio :* dixit, *Sed et si immolor supra sacrificium et obsequium fidei vestræ;* ipsosque per hæc confirmavit. Sed forte suspicari poterant priora ista consolationis causa esse dicta. Quid igitur facit, et quomodo suspicionem adimit? Timotheum, inquit, mitto ad vos : avebant enim de Paulo omnia cognoscere. Cur vero non dixit, Ut mea cognoscatis, sed, Ut ego cognoscam vestra? Quoniam Pauli res Epaphroditus ante Timotheum nuntiaturus erat : quamobrem progrediens inquit, *Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem mittere ad vos :* Sed vestra, inquit, cognoscere cupio. Verisimile enim est diu illum mansisse apud Paulum ob corporis imbecillitatem. Quamobrem necessario, inquit, vestra cupio cognoscere. Vide autem, quam omnia ad Christum referat, et ipsam quoque Timothei missionem, ita dicens, *Spero autem in Domino Jesu;* id est, confido ut hoc mihi Deus gratificetur, idque mihi ex sententia succedat. *Ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt.* Quemadmodum, inquit, recreavi vos dum ea audivistis quæ de me precati estis, nimirum evangelium progressum fecisse, dedecus in illos recidisse, et unde mihi nocere putabant, inde lætitiam attulisse : ita cupio de rerum vestrarum statu cognoscere, *Ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt.* His verbis ostendit gaudere illos debuisse de vinculis, eaque subse-

Philipp. 1. 13.

v. 25.

qui; multum enim ipsi voluptatis attulerunt: nam illud, *Ut et ego bono animo sim,* hoc significat, quemadmodum vos. Papæ! quanto Macedoniam amore complectebatur? Idem vero Thessa- 1. Thess. 2. 17. lonicensibus quoque dicit, ut quando dicit, *Nos autem desolati a vobis ad tempus horæ.* Et hic, *Spero,* inquit, *Timotheum mittere,* ut de rerum C vestrarum statu cognoscam: quod quidem maximam indicabat curam. Quando enim ipse adesse non poterat, discipulos mittebat: ita res illorum sibi ignotas esse ne ad breve quidem tempus ferre poterat. Non enim spiritu omnia cognoscebat; idque jure fiebat. Etenim si hoc sibi discipuli persuasissent, impudentes facti essent; nunc vero cum sperarent latere, facilius corrigebantur. Hoc ipso vero illos potissimum attentos reddit, quod D inquit, *Ut et ego bono animo sim,* illorumque studium ac diligentiam acuit, ita ut, tametsi Timotheus non venerit, alium tamen inventurus sit qui ipsi renuntiet. Hac autem ipse etiam ratione perspicue usus est, suumque adventum distulit, ut Corinthii converterentur. Propterea etiam scribe- 2. Cor. 1. 23. bat, *Parcens vobis nondum veni Corinthum.* Non enim hoc solo ostenditur caritas, quod sua E nuntiet, sed etiam quod de illorum statu cupiat cognoscere: hoc enim animæ est valde curantis et satagentis, et in perpetua quadam sollicitudine versantis. Simul vero et honore illos afficit Timotheum mittens. Quid ais? Timotheum mittis? quapropter? Sane, inquit; *Neminem enim habeo unanimem;* id est, qui æque atque ego vestra curet; *qui sincera affectione pro vobis sollicitus futurus sit.* Neminem ergo secum habebat, F qui eumdem atque ipse animum gereret. Neminem. Quid id est? Qui nimirum æque atque ego vos curet, vobisque consulat. Non facile, inquit, quispiam inveniatur qui hac de causa tantum itineris velit conficere: qui æque atque ego vos amat, 265 Timotheus est: erant autem et alii quos mitterem, A sed nemo talis est. Ergo hoc est, unanimem esse, discipulos perinde atque ipse amare. *Qui sincera,* inquit, *affectione pro vobis sollicitus futurus sit;* id est paterna. *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi;* id est, jucunditatem suam ac securitatem: quod etiam ad Timotheum scribebat. Sed cur isthæc conqueritur? Nos docens, dum hæc audimus, ne eodem prolabamur; docens auditores, ne oblectationem B ac requiem quærant. Nam qui requiem quærit, non quæ Christi sunt, sed sua quærit: oportet enim paratos nos esse ad quemvis laborem, ad quamvis miseriam subeundam. 22. *Experimen-*

λέγῃ, Ἡμεῖς δὲ ἀποφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας. Καὶ ἐνταῦθα, Ἐλπίζω, φησὶ, πέμψαι Τιμόθεον, ἵνα γνῶ τὰ περὶ ὑμῶν· ὃ κηδεμονίας ἦν μεγίστης. Ὅτε γὰρ αὐτὸς οὐκ ἐδύνατο παραγενέσθαι, τοὺς μαθητὰς ἔπεμπε, μὴ καρτερῶν μηδὲ ὀλίγον χρόνον ἀγνοεῖν τὰ κατ' αὐτούς· οὐ γὰρ δὴ τῷ πνεύματι πάντα ἐμάνθανε· καὶ τοῦτο δὲ εἰκότως ἐγίνετο. Εἰ γὰρ τοῦτο ἐπείσθησαν οἱ μαθηταὶ, ἀναίσχυντοι ἂν ἐγένοντο· νῦν δὲ προσδοκῶντες λανθάνειν, ῥᾷον ἐπανωρθώσαντο. Καὶ τούτῳ αὐτοὺς μάλιστα ἐπέστρεψε, τῷ εἰπεῖν, Ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, καὶ σπουδαιοτέρους αὐτοὺς ἐποίησεν, ὥστε μὴ ἐλθόντα Τιμόθεον, ἀλλά τινα εὑρεῖν, καὶ ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ. Φαίνεται δὲ καὶ αὐτὸς τούτῳ κεχρημένος τῷ τρόπῳ, καὶ ἀναβαλλόμενος αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, ὥστε μεταβαλέσθαι Κορινθίους. Διὰ τοῦτο καὶ ἔγραφε· Φειδόμενος ὑμῶν οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον. Οὐ γὰρ τούτῳ μόνον ἡ ἀγάπη δείκνυται, τῷ τὰ οἰκεῖα ἀπαγγέλλειν, ἀλλὰ καὶ τῷ τὰ ἐκείνων ζητεῖν μαθεῖν· μεριμνώσης γὰρ τοῦτο ψυχῆς καὶ πεφροντισμένης καὶ ἀεὶ ἐναγωνίου οὔσης. Ἅμα δὲ καὶ τιμᾷ αὐτοὺς, Τιμόθεον πέμπων. Τί λέγεις; Τιμόθεον πέμπεις; τί δήποτε; Ναὶ, φησίν· Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, τουτέστι, τῶν ὁμοίως μοι μεριμνώντων, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει. Οὐδένα οὖν οὐκ εἶχε τῶν μετ' αὐτοῦ ἰσόψυχον; Οὐδένα. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ἀντὶ τοῦ, ὁμοίως ἐμοὶ κηδόμενον ὑμῶν καὶ φροντίζοντα. Οὐκ ἄν τις εὐκόλως ἕλοιτο, φησὶ, ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας ὁδοιπορίαν τοσαύτην ποιήσασθαι. Ὁ φιλῶν ὑμᾶς μετ' ἐμοῦ, Τιμόθεός ἐστιν· ἐνῆν μὲν γὰρ καὶ ἄλλους πέμψαι, ἀλλ' οὐδεὶς τοιοῦτός ἐστιν. Ἄρα τοῦτο ἰσοψύχου ἐστὶ, τὸ τοὺς μαθητευομένους αὐτῷ ὁμοίως φιλεῖν. Ὅστις, φησὶ, γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει· τουτέστι, πατρικῶς. Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· τουτέστι, τὴν οἰκείαν ἀνάπαυσιν καὶ τὸ ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι. Τοῦτο καὶ Τιμοθέῳ γράφων λέγει. Τί δήποτε δὲ ἀποδύρεται ταῦτα; Παιδεύων ἡμᾶς τοὺς ἀκούοντας μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, παιδεύων τοὺς ἀκούοντας μὴ ζητεῖν ἄνεσιν. Ὁ γὰρ ἄνεσιν ζητῶν, οὐ ζητεῖ τὰ Χριστοῦ, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ· δεῖ γὰρ παρεσκευάσθαι πρὸς πάντα πόνον, πρὸς πᾶσαν ταλαιπωρίαν. Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ, φησὶ, γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον, σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς λέγω, ὑμεῖς, φησὶν, αὐτοὶ ἐπίστασθε, ὅτι, ὡς πατρὶ τέκνον, σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Παρατίθεται ἐνταῦθα τὸν Τιμόθεον, εἰκότως, ὥστε πολλῆς ἀπολαῦσαι παρ' αὐτῶν τιμῆς. Τοῦτο καὶ πρὸς Κορινθίους ἐπιστέλλων ποιεῖ, λέγων, Μή τις αὐτοῦ καταφρονήσῃ· τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, ὡς καὶ ἐγώ· οὐχ ἐκείνου κηδόμενος, ἀλλὰ τῶν δεχομένων αὐτὸν, ὥστε πολὺν ἀπενέγκασθαι τὸν μισθόν. Τοῦτον μὲν

οὖν; φησὶν, ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ, ἐξ αὐτῆς. Τουτέστιν, ὅταν ἴδω ἐν τίνι ἕστηκα, καὶ ποῖον ἕξει τέλος τὰ κατ' ἐμέ. Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ, ὅτι καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. Οὐ διὰ τοῦτο πέμπω αὐτὸν, ὡς μὴ ἐλευσόμενος, ἀλλ' ἵνα εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν, ἵνα μηδὲ τὸν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνον ὦ ἐν ἀγνοίᾳ. Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ, φησί· τουτέστιν, ἂν ὁ Θεὸς βούληται.

Ὅρα πῶς πάντα ἐξαρτᾷ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲν ἐξ οἰκείας φθέγγεται διανοίας. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν καὶ συνεργὸν καὶ συστρατιώτην μου. Καὶ τοῦτον πάλιν μετὰ ἐγκωμίων τῶν αὐτῶν, ὧν καὶ τὸν Τιμόθεον, ἀποστέλλει. Ἐκεῖνον γὰρ ἀπὸ δύο τούτων συνέστησεν, ὅτι τε αὐτοὺς ἀγαπᾷ, εἰπὼν, Ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει, καὶ ὅτι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ηὐδοκίμησε· καὶ τοῦτον ἀπὸ τῶν αὐτῶν πάλιν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἣν καὶ ἐκεῖνον, ἐπῄνεσε. Πῶς; Τὸ γὰρ εἰπεῖν ἀδελφὸν καὶ συνεργὸν, καὶ μὴ μέχρι τούτου μόνον στῆναι, ἀλλὰ καὶ συστρατιώτην προσθεῖναι, δεικνύντος ἐστὶ τὴν πολλὴν αὐτοῦ κοινωνίαν τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις, καὶ τὰ αὐτὰ αὐτῷ μαρτυροῦντος, ἅπερ καὶ ἑαυτῷ. Τὸ δὲ, Συστρατιώτην, πλέον ἐστὶ τοῦ, Συνεργόν. Ἴσως γάρ τις ἐν μὲν ψιλοῖς πράγμασι συνήργησεν, ἐν δὲ πολέμῳ καὶ κινδύνοις οὐκέτι· τῷ δὲ εἰπεῖν, Συστρατιώτην, καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν. Ὑμῶν δὲ, φησὶν, ἀπόστολον καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. Τουτέστι, τὰ ὑμέτερα ὑμῖν χαρίζομαι. Ἤτοι τὸν ὑμέτερον ὑμῖν πέμπομεν, ἢ τὸν ὑμᾶς διδάσκοντα. Πάλιν πολλὰ περὶ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ προστίθησι, λέγων· Ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς, καὶ ἀδημονῶν, διότι ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησε. Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτου· ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν, οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ. Ἐνταῦθα δὲ καὶ ἕτερον κατασκευάζει, δηλῶν ὅτι καὶ αὐτὸς σφόδρα οἶδε, φησὶν, ὅτι ἀγαπᾶται παρ' ὑμῶν. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς τὸ φιλεῖν ἐπισπάσασθαι. Πῶς; Ἠσθένησε, φησὶ, καὶ λυπεῖσθε· ὑγίαινε, καὶ ἀπήλλαξεν ὑμᾶς τῆς λύπης. Ο·

tum autem, inquit, *ejus cognoscito, quia sicut patri filius mecum servivit in evangelium.* Ne id a me temere dici putetis, vos quoque, inquit, hoc sciatis, illum mihi ut patri filium in evangelium servisse. Merito hic Timotheum commendat, ut apud illos magno in honore habeatur. Hoc etiam ad Corinthios scribens facit istis verbis, *Ne quis illum spernat: opus enim Domini operatur, sicut et ego:* non tam illi prospiciens, quam iis qui ipsum recipiunt, ut magnam reportent mercedem. 23. *Hunc igitur,* inquit, *spero mittere, mox ut videro quæ circa me sunt.* Id est, ubi videro quis sit status rerum mearum, quemque sint exitum habituræ. 24. *Confido autem in Domino, quoniam et ipse veniam ad vos cito.* Non propterea illum mitto, quod ipse venturus non sim, sed *Ut bono animo sim, cognitis quæ circa vos:* ut ne interea etiam verser in vestrarum rerum ignoratione. *Confido autem,* inquit, *in Domino;* id est, si Deus voluerit.

1. Cor. 16. 10.

2. Vide quam ille omnibus in rebus de Deo pendeat, et nihil ex sua sententia pronuntiet. 25. *Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem et cooperatorem et commilitonem meum.* Et hunc rursus iisdem ac Timotheum encomiis ornatum mittit. Illum enim duobus his nominibus commendavit, quod et eos amet; dixit enim, *Qui sincera affectione vestra curaturus sit;* et quod in evangelio valde se probaverit: et hunc iisdem quam illum nominibus laudat. Quomodo? Quoniam appellare fratrem et cooperatorem, neque hoc contentum, addere etiam commilitonem, ostendentis est illi quoque secum communia fuisse pericula, atque eadem de illo ac de se ipso testificantis. Quod inquit *Commilitonem,* plus est, quam *Cooperatorem.* Quidam enim fortasse fuerit, qui in levibus quidem negotiis socium se agendi præbeat, in bello autem ac periculis non item: dum vero dixit, *Commilitonem,* hoc quoque significavit. *Vestrum autem,* inquit, *apostolum, et ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos.* Id est, Vestra vobis donamus, dum vel vestrum hominem ad vos mittimus, vel eum qui vos doceat. Rursus multa de illius caritate subjicit dicens, 26. *Quoniam quidem omnes vos desiderabat; et mœstus erat propterea quod audieratis illum infirmatum.* 27. *Nam et infirmatus est usque ad mortem, sed Deus misertus est ejus, non solum autem ejus, verum etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.* Hoc loco et aliud quiddam agit ostendens,

Epaphrodito etiam valde exploratum esse, amari se a vobis. Hoc vero non parum ad amandum solet allicere. Quomodo? Ægrotavit, inquit, et mœsti fuistis; convaluit, et vos mœrore liberavit, quem ex ipsius invaletudine capiebatis: nec tamen propterea ipse mœrere desiit, sed dolebat non se, cum valuisset, vos vidisse. Hic et aliud agit, ad sui defensionem causam afferens, ob quam serius ad illos mittat: non enim id ex negligentia fieri, sed Timotheum quidem a se retineri, quoniam neminem habeat; *Neminem enim,* inquit, *habeo unanimem;* Epaphroditum vero ob invaletudinem. Deinde ostendens longam ac diuturnam fuisse, addidit: *Nam et infirmatus est usque ad mortem.* Vides quantum studii adhibeat Paulus, ne discipulis suis quidquam loci se ullius negligentiæ ac socordiæ insimulandi relinquat, neque suspicandi ideo, quod ipsos contemneret, non profectum esse? Nulla enim re æque allici discipulus potest, ac persuasione hac, curæ se esse præceptori, suaque causa illum mœrere, quod exuberantis caritatis est. *Audieratis,* inquit, *illum infirmatum: nam et infirmatus est usque ad mortem.* Ac ne putes ista mihi per simulationem dici, audi sequentia: *Sed Deus misertus est ejus.* Quid ais, hæretice? Hoc loco misericordiam Dei vocat, retinere illum qui abiturus erat, et ad vitam revocare. Quod si mundus esset malum, non misericordia hæc esset relinquere in malo. Cæterum adversus hæreticum quidem facile est dicere, erga Christianum autem quid dicemus? Nam hic fortasse hæsitabit, ac dicet: Quid? si dissolvi et esse cum Christo multo præstabilius, cur inquit ipsum misericordiam esse consequutum? Ego vero dicam: Quid est, quod ipse inquit, magis necessarium esse manere propter vos? Nam quemadmodum Paulo hoc necessarium erat, ita et Epaphrodito: quippe qui amplioribus cum divitiis majoreque fidentia ac securitate ad Deum abiturus esset. Etenim illud quidem etiamsi paululum differretur, futurum tamen omnino erat; lucrari vero animas, postquam illuc abiisset, non poterat. Huc accedit, Paulum multa ex communi audientium sensu proferre, neque ubique philosophari: ad mundanos enim homines sermo ipsi erat institutus, mortem adhuc timentes. Præterea ostendit, quanti Epaphroditum faceret:

Videtur contra Manichæos agere.

266 A εἴχετε διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ· οὐ μὴν οὐδὲ οὕτως ἔξω λύπης ἦν, ἀλλ' ἤλγει, διότι ὑγιάνας οὐκ εἶδεν ὑμᾶς. Ἐνταῦθα καὶ ἄλλο κατασκευάζει, [a] ἀπολογούμενος ὅτι διὰ χρόνου πέμπει πρὸς αὐτοὺς, οὐ διὰ ῥαθυμίαν, φησὶν, ἀλλὰ τὸν μὲν Τιμόθεον διὰ τὸ μηδένα ἔχειν κατεῖχον· Οὐκ ἔχω γὰρ, φησὶν, ἰσόψυχον· τὸν δὲ Ἐπαφρόδιτον διὰ τὴν ἀσθένειαν. Εἶτα δεικνὺς, ὅτι μακρὰ αὕτη γέγονε, καὶ πολὺν χρόνον ἀνάλωσε,
B φησί· καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτου. Ὁρᾷς ὅσην ποιεῖται Παῦλος σπουδὴν ὑπὲρ τοῦ πάσης ῥαθυμίας καὶ ὀλιγωρίας πρόφασιν ἐκκόψαι ἐκ τῆς τῶν μαθητῶν διανοίας, καὶ μὴ ὑποπτευθῆναι, ὅτι καταφρονῶν αὐτῶν οὐκ ἦλθεν; Οὐδὲν γὰρ οὕτω τὸν μαθητὴν ἐπαγαγέσθαι δυνήσεται, ὡς τὸ πεπεῖσθαι, καὶ ὅτι φροντίζει αὐτοῦ ὁ προεστὼς, καὶ ὅτι ἀδημονεῖ ὑπὲρ αὐτοῦ, ὅπερ ὑπερβαλλούσης ἀγάπης ἐστίν. Ἠκούσατε, φησὶν, ὅτι ἠσθένησε· καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτου. Καὶ ὅτι οὐ προφασίζο-
C μαι, ἀκούσατε· Ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησε. Τί λέγεις, ὦ αἱρετικέ; Ἐνταῦθα ἔλεόν φησι τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸ τὸν μέλλοντα ἀπιέναι κατέχειν καὶ ὑποστρέψαι πάλιν. Καὶ μὴν εἰ πονηρὸν ὁ κόσμος, οὐκ ἔλεος οὗτός ἐστι τὸ ἐν τῷ πονηρῷ ἀφιέναι. Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸν αἱρετικὸν εὔκολον εἰπεῖν, πρὸς δὲ τὸν Χριστιανὸν τί ἐροῦμεν; Καὶ γὰρ [b] ὁ αὐτὸς ἀμφισβητήσει ἴσως, καὶ ἐρεῖ, εἰ τὸ ἀναλῦσαι σὺν Χριστῷ πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, τίνος ἕνεκέν φησιν αὐτὸν ἐλεεῖσθαι; Ἐγὼ δὲ
D μᾶλλον ἐρήσομαι, τίνος ἕνεκεν ὁ αὐτός φησιν ἀναγκαιότερον εἶναι τὸ ἐπιμεῖναι δι' ὑμᾶς; Ὥσπερ γὰρ αὐτῷ ἀναγκαῖον ἦν ἐκεῖνο, οὕτω καὶ τούτῳ μετὰ πλείονος πλούτου καὶ μείζονος παῤῥησίας μέλλοντι πρὸς τὸν Θεὸν ἀπιέναι. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ [c] κἂν μὴ νῦν ἐγένετο, ὕστερον ἔμελλε· τὸ δὲ κερδᾶναι ψυχὰς οὐκ ἔνι λοιπὸν ἀπελθόντας ἐκεῖ. Τὰ πολλὰ καὶ κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν τῶν ἀκουόντων ὁ Παῦλος φθέγγεται, καὶ οὐ πανταχοῦ φιλοσοφεῖ· πρὸς γὰρ ἀνθρώπους κοσμικοὺς ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, δεδοικότας ἔτι τὸν θάνα-
E τον. Εἶτα δείκνυσιν ἐν ὅσῳ λόγῳ ἐστὶν αὐτῷ ὁ Ἐπαφρόδιτος, καὶ ἀπὸ τούτου αἰδέσιμον αὐτὸν ποιῶν, εἴ γε τὴν ἐκείνου σωτηρίαν οὕτω χρησίμην ἑαυτῷ φησιν εἶναι, ὡς ἠλεῆσθαι καὶ αὐτὸν δι' ἐκείνου. Ἄλλως δὲ, καὶ χωρὶς τούτου καλὸν ἡ παροῦσα ζωή· ἐπεὶ εἰ μὴ καλὸν, διὰ τί ἐν τάξει τιμωρίας τίθησι τοὺς ἀώρους θανάτους; ὡς ὅταν λέγῃ, Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν
F πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Ἡ μὲν γὰρ μέλλουσα ζωὴ οὐχὶ πονηροῦ κρείττων, ἐπεὶ οὐκ ἀγαθὴ, ἀλλὰ καλοῦ κρείττων. Ἵνα μὴ λύ-

[a] Idem Codex ἀπολογούμενος. Τίνος ἕνεκεν διὰ χρόνου πέμπει; οὐ.

[b] [Fort. οὗτος. Mox voluit Dunæus εἰ τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι.]

[c] [Leg. κἂν εἰ μὴ νῦν. Dunæus.]

πην, φησὶν, ἐπὶ λύπῃ σχῶ, τὴν ἀπὸ τῆς τελευτῆς 267
ἐπὶ τῇ διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν γενομένῃ αὐτῷ. Διὰ τού- A
των δείκνυσιν, ὅσου τιμᾶται τὸν Ἐπαφρόδιτον. Σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτόν. Τί ἐστι, Σπουδαιοτέρως; Τουτέστιν, ἀνυπερθέτως, χωρὶς μελλήσεως, μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, κελεύσας πάντα ὑπερθέμενον ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἵνα τῆς ἀδημονίας ἀπαλλαγῇ. Οὐ γὰρ οὕτω τοὺς ποθουμένους ἀκούοντες ἐν ὑγείᾳ ὄντας χαίρομεν, ὡς ὅταν ἴδωμεν, καὶ μάλιστα, ὅταν παρ' ἐλπίδας ἐκβῇ τὸ πρᾶγμα· ὅπερ ἐπὶ Ἐπαφροδίτου τότε γέγονε. Σπουδαιοτέρως οὖν, φησὶν, ἔπεμψα
αὐτὸν, ἵνα ἰδόντες αὐτὸν χαρῆτε, κἀγὼ ἀλυπότερος B
ὦ. Πῶς ἀλυπότερος; Ὅτι ἐὰν ὑμεῖς χαίρητε, κἀγὼ χαίρω, καὶ οὗτος χαίρει ἐπὶ τοιαύτῃ ἡδονῇ, καὶ ἐγὼ ἀλυπότερος ἔσομαι. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἄλυπος, ἀλλ', Ἀλυπότερος, δεικνὺς ὅτι οὐδέποτε ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἦν λύπης ἐκτός. Ὁ γὰρ λέγων, Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; πότε λύπης ἐκτὸς ἦν; Ὡσεὶ ἔλεγε, ταύτην ἀποτίθεμαι τὴν ἀθυμίαν. Προσδέχεσθε οὖν αὐτὸν
ἐν Κυρίῳ μετὰ πάσης χαρᾶς. Ἐν Κυρίῳ, ὅ ἐστι, C
πνευματικῶς. Τουτέστι, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς· μᾶλλον δὲ τὸ, Ἐν Κυρίῳ, τοῦτό ἐστι, τοῦ Θεοῦ θέλοντος. Ἀξίως τῶν ἁγίων ὑποδέξασθε, καὶ ὥσπερ τοὺς ἁγίους ὑποδέχεσθαι προσῆκε, Μετὰ πάσης, φησὶ, χαρᾶς.

Ταῦτα πάντα ποιεῖ ὑπὲρ αὐτῶν ἐκείνων, οὐχ ὑπὲρ τῶν πεμπομένων. Μεῖζον γὰρ τὸ κέρδος τῷ ποιοῦντι, ἢ τῷ πάσχοντι εὖ. Καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε.
Τουτέστι, προσδέχεσθε αὐτὸν ἀξίως τῶν ἁγίων. Ὅτι D
διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε, παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρὸς ἐμὲ λειτουργίας. Οὗτος κοινῇ παρὰ τῆς πόλεως ἦν ἀπεσταλμένος τῶν Φιλιππησίων, ὥστε τῷ Παύλῳ διακονεῖν, ἢ καὶ ἴσως τι ἀποκομίζων αὐτῷ ἐληλύθει. Ὅτι γὰρ καὶ χρήματα ἐκόμισε, δείκνυσι πρὸς τῷ τέλει λέγων· Δεξάμενος γὰρ παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν. Εἰκὸς οὖν αὐτὸν ἐπιστάντα τῇ πόλει Ῥωμαίων, ἐν οὕτω πολλῷ τὸν Παῦ-

hincque illi reverentiam quamdam conciliat, utpote cujus salutem adeo sibi utilem esse testetur, ut secum quoque ex illius incolumitate misericorditer actum putet. Præterea vero, ut hoc mittamus, aliam quoque ob causam bona est præsens vita. Nam nisi bonum esset, cur loco suppliciorum numeraret immaturas mortes? quemadmo-
dum ubi inquit, *Ideo inter vos multi infirmi et* 1. Cor. 11.
imbecilles, et dormiunt multi. Futura enim vita 30.
improbi hominis non melior, imo mala est; probi autem melior. *Ne tristitiam,* inquit, *super tristitiam haberem,* ne ad mœrorem, quem ex ipsius invaletudine capiebam, accederet mœror ex morte. Ita quanti Epaphroditum faciat ostendit. 28. *Festinantius ergo misi illum.* Quid est, *Festinantius?* Sine cunctatione, nulla interposita mora, jubens omnia quæcumque obstent vincentem, quam citissime ad vos venire, ut mœrore liberet. Non enim si eos quos amamus valere audiamus, æque lætamur ac si videamus, maximeque si id præter spem eveniat, quemadmodum tunc in Epaphrodito evenerat. *Festinantius ergo,* inquit, *misi illum: ut viso eo gaudeatis, et ego magis sine tristitia sim.* Quomodo magis sine tristitia? Quoniam si vos gaudetis, et ego gaudebo, et hic de nostra voluptate gaudebit, et ego a mœrore liberior ero. Neque dixit, Sine tristitia, sed, *Magis sine tristitia,* ut ostendat numquam animam suam mœrore
vacuam esse. Qui enim ita dicit, *Quis infir-* 2. Cor. 11
matur, et ego non infirmor? quis scandaliza- 29.
tur, et ego non uror? quomodo sine mœrore et tristitia sit? Ergo mœrorem, inquit, istum deponam. 29. *Excipite itaque illum in Domino cum omni gaudio. In Domino,* quod idem est ac spiritualiter. Id est, magno cum studio; vel potius hoc significat, Deo volente. Itaque illum excipite pro sanctorum dignitate, et ut sanctos excipi par est, *Cum omni*, inquit, *gaudio.*

3. Hæc omnia pro iis facit ad quos mittit, non pro missis. Majus enim facit lucrum, qui beneficium dat, quam qui accipit. *Et ejusmodi homines cum honore habetote.* Id est, Excipite illum ut merentur sancti. 30. *Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium.* Hic communiter a Philippensium civitate missus fuerat, qui Paulo ministraret; aut fortasse etiam ideo venerat, ut quidpiam afferret: allatas enim ab illo esse pecu-
nias in extrema epistola ostendit his verbis, *Ac-* Phil. 4. 18.
ceptis ab Epaphrodito quæ misistis. Verisimile

igitur est illum, cum Romam pervenisset, Paulum in magno hoc gravique periculo reperisse, ut qui adire illum vellent, ipsi quoque minime tuto id possent facere, sed suo periculo accederent: quod evenire maxime consuevit magna commota tempestate, atque ubi regum ira majorem in modum effervescit. Etenim cum quis, quod in regis offensionem incurrerit, in carcerem detruditur, arctæque custodiæ traditur; tunc vel famuli ipsi aditu prohibentur, quod quidem Paulo tunc accidisse verisimile est: Epaphroditum vero, magno atque excelso animo virum, omnia contemsisse pericula, ut Paulum adiret eique ministraret, atque omnia quæ opus erant faceret. Duo igitur affert Paulus, ex quibus illi auctoritatem ac reverentiam conciliat: unum quidem, ubi dicit, ad mortem usque mea causa periclitatum esse; alterum vero, quod personam civitatis gerens hæc perpessus fuerit: ut in periculo illo iis qui miserant merces deberetur, perinde ac si civitas legatum misisset. Ergo excipere illum cum quodam obsequio eique gratias agere de officiis ejus, ratio quædam erit qua pericula et facta nostra magis adhuc communia vobis facietis. Neque dixit, Mea causa, sed orationi addens auctoritatem ac fidem, inquit, *Propter opus Dei*. Non enim mea causa facit, sed propter Deum. *Usque ad mortem accessit.* Quid enim? tametsi minime obiit, Deo id gubernante, ipse tamen nullam vitæ suæ rationem habuit, ac tradidit seipsum; ut, quidquid subeundum fuit, non a præstando mihi ministerio cessaturus. Quod si ut Paulo ministraret seipsum morti exposuit, multo magis pro prædicatione id subiisset; imo vero pro Paulo mori, idem erat ac pro prædicatione. Licet enim, non tantum ne idolis sacrifices, martyrii coronam consequi, sed ejusmodi etiam occasiones martyrium faciunt; ac, si admirabile quiddam dicendum est, magis hæ quam illæ. Nam qui minore de causa mortem subire audet, multo magis audebit, ubi res major agatur. Quamobrem et nos, cum sanctos in periculis versari viderimus, vitæ ne parcamus. Non potest enim is, qui nihil cum periculo experiri audet, præclari quidpiam facere, sed necesse est præsentis vitæ securitati consulentem, amittere futuram. *Ut impleret*, inquit, *id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium.* Quid hoc est? Non aderat civitas, sed per illum omni erga me officio ac ministerio functa est, nimirum quod il-

E λον κινδύνῳ καταλαβεῖν καὶ σφοδρῷ, ὡς μηδὲ τοὺς πλησιάζοντας αὐτῷ μετὰ ἀσφαλείας δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἐπισφαλῶς προσιέναι· ὅπερ εἴωθε γίνεσθαι μάλιστα ἐν τοῖς κινδύνοις τοῖς μεγάλοις, καὶ ταῖς ὀργαῖς τῶν βασιλέων ταῖς ὑπερβαλλούσαις. Ὅταν γάρ τις βασιλεῖ προσκεκρουκὼς εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθῇ, καὶ ἐν πολλῇ γένηται φυλακῇ, τότε καὶ τοῖς οἰκέταις ἡ πρόσοδος ἀποτετείχισται, ὅπερ Γ εἰκὸς τὸν Παῦλον τότε πάσχειν· τὸν δὲ Ἐπαφρόδιτον ἄνδρα γενναῖον ὄντα, παντὸς καταφρονῆσαι κινδύνου, ὥστε προσελθεῖν καὶ ὑπηρετήσασθαι, καὶ πάντα πρᾶξαι, ἅπερ ἐχρῆν. Δύο τοίνυν τίθησιν, ἀφ' ὧν ποιεῖ αὐτὸν αἰδέσιμον· ἓν μὲν, ὅτι μέχρι θανάτου ἐκινδύνευσε, φησὶ, δι' ἐμέ· δεύτερον δὲ, ὅτι τὸ πρόσωπον 268 A τῆς πόλεως περιθέμενος ταῦτα ἔπαθεν, ὡς ἐν τῷ κινδύνῳ ἐκείνῳ τοῖς πέμψασι λογίσασθαι τὸν μισθὸν, [a] ὡς ἂν ἡ πόλις πρεσβευτὴν ἔπεμψεν. Ὥστε τὸ μετὰ θεραπείας ὑποδέξασθαι, καὶ ὑπὲρ τῶν γεγενημένων εὐχαριστῆσαι, μᾶλλόν ἐστι κοινωνῆσαι τοῖς τετολμημένοις. Καὶ οὐκ εἶπε, δι' ἐμὲ, ἀλλ' ἀξιοπιστότερον αὐτὸ ποιεῖ λέγων, ὅτι Διὰ τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ δι' ἐμὲ ποιεῖ, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεὸν ἤγγισε μέχρι B θανάτου. Τί γάρ; εἰ μὴ ἀπέθανε, τοῦ Θεοῦ οἰκονομήσαντος, ἀλλ' αὐτὸς παρεβουλεύσατο καὶ ἐξέδωκεν ἑαυτὸν, ὡς κἂν ὁτιοῦν δέῃ παθεῖν, οὐκ ἀποστησόμενος τῆς πρός με θεραπείας. Εἰ δὲ ὑπὲρ τοῦ Παύλου θεραπεῦσαι εἰς θάνατον ἑαυτὸν ἐξέδωκε, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος τοῦτο ἂν ἔπαθε· μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος ἦν, τὸ ὑπὲρ ἐκείνου ἀποθανεῖν. Οὐ γὰρ μόνον ὑπὲρ τοῦ μὴ θῦσαι μαρτυρίου στέφανόν ἐστιν ἀναδήσασθαι, ἀλλὰ καὶ αἱ τοιαῦ- C ται προφάσεις μαρτύριον ποιοῦσι· καὶ εἰ δεῖ τι θαυμαστὸν εἰπεῖν, πολλῷ μᾶλλον αἱ τοιαῦται, ἢ ἐκεῖναι. Ὁ γὰρ ὑπὲρ τοῦ ἐλάττονος κατατολμῶν τοῦ θανάτου, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ μείζονος. Ὥστε καὶ ἡμεῖς, ὅταν ἴδωμεν ἁγίους ἐν κινδύνοις, παραβουλευώμεθα. Οὐ γὰρ ἔνι μὴ τολμῶντα, γενναῖόν τι πρᾶξαί ποτε, ἀλλὰ ἀνάγκη τὸ τῆς ἐνταῦθα ἀσφαλείας προνοούμενον ἐκπεσεῖν τῆς μελλούσης. Ἵνα ἀναπληρώσῃ, φησὶ, τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας. Τί ἐστι D τοῦτο; Οὐ παρῆν ἡ πόλις, ἀλλ' ἐλειτούργησέ μοι δι' ἐκείνου πᾶσαν λειτουργίαν τῷ ἐκεῖνον πέμψαι. Τὸ οὖν ὑστέρημα τῆς ὑμετέρας λειτουργίας αὐτὸς ἐνεπλήρωσεν, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο δίκαιος ἂν εἴη ἀπολαῦσαι τιμῆς πολλῆς, ὅτι ὅπερ ἐχρῆν πάντας ποιῆσαι, τοῦτο ἔπραξεν αὐτὸς ὑπὲρ ὑμῶν. Καὶ δείκνυσι καὶ πρώτην οὖσαν λειτουργίαν παρὰ τῶν ἐν ἀσφαλείᾳ τοῖς κινδυνεύουσι· Τὸ γὰρ ὑστέρημα τῆς λειτουργίας οὕτως E εἴρηται, ὡς πρὸς ἐκείνην. Ὁρᾷς φρόνημα ἀποστο-

[a] [Leg. ὡς ἂν εἰ. Danæus.]

λικόν; Τοῦτο οὐκ ἐξ ἀπονοίας γίνεται, ἀλλὰ ἀπὸ πολλῆς κηδεμονίας. Ἵνα γὰρ μὴ ἐπαίρωνται, ἀλλὰ μετριάζωσι, μηδὲ μέγα τι παρεσχηκέναι νομίζωσιν, ἀλλὰ ταπεινῶνται, λειτουργίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ καὶ ὑστέρημα. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς μέγα φρονῶμεν, τοῖς ἁγίοις παρέχοντες, μηδὲ χαρίζεσθαι αὐτοῖς ἐν τούτῳ νομίζωμεν· καὶ γὰρ ὀφείλεται τοῖς ἁγίοις παρ' ἡμῶν F τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς χαριζόμεθα. Ὥσπερ γὰρ τοῖς ἐν στρατοπέδῳ ἑστῶσι καὶ πολεμοῦσι παρὰ τῶν ἐν εἰρήνῃ ὄντων καὶ μὴ πολεμούντων ὀφείλεται τὰ τελέσματα· ὑπὲρ γὰρ ἐκείνων ἑστήκασιν οὗτοι· οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Εἰ μὴ γὰρ ἐδίδασκεν ὁ Παῦλος, τίς ἂν αὐτὸν τότε ἐνέβαλεν εἰς δεσμωτήριον; Ὥστε λειτουργεῖν 269 χρὴ τοῖς ἁγίοις. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τῷ μὲν A στρατευομένῳ βασιλεῖ τῷ ἐπιγείῳ πάντα εἰσφέρειν, καὶ ἐνδύματα καὶ τροφὰς, οὐ κατὰ τὴν χρείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν περιουσίαν, τῷ δὲ στρατευομένῳ βασιλεῖ τῷ ἐπουρανίῳ, καὶ παρατασσομένῳ πρὸς πολλῷ χαλεπωτέρους (Ἡ πάλη γὰρ, φησὶν, οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα), μηδὲ τὴν ἀναγκαίαν χρείαν χορηγεῖν; πόσης ἀγνωμοσύνης; πόσης τοῦτο ἀχαριστίας; πόσης μικρολογίας;

lum misit. Quidquid igitur vestri ministerii mihi deerat, id ipse explevit, ut hac etiam ratione dignissimus sit qui multum honoris reportet, quoniam quod omnes facere oportebat, hoc ipse pro vobis præstitit. Atque ostendit Paulus priora quoque officia ab ipsis, qui in tuto erant, exhibita periclitantibus esse: nam hæc verba, *Id quod ex vobis deerat erga obsequium*, indicant respectum quemdam ad illius civitatis obsequium. Vides sensum animi ac spiritum apostolicum? Is vero non ex arrogantia proficiscebatur, sed ex magna quam illorum gerebat cura. Etenim ne efferantur, sed modestiam tueantur, neque magnum quiddam se præbuisse existiment, sed ad humilitatem adducantur, officium illud his vocibus appellat, Debitum ministerium, et, *Id quod deerat*. Ergo neque nos magnos spiritus sumamus, cum sanctis aliquid præbemus, neque hac re nos illis beneficium putemus dare: a nobis enim id debetur, nec quidquam illis donamus. Nam quemadmodum iis qui in exercitu sunt ac bellum gerunt, ab iis qui domi in pace vivunt, debentur cibaria, et quidquid illis necessarium est in sumtum; illi enim pro his in acie stant: ita hac in causa. Quis enim Paulum, nisi docendi munus obivisset, conjecisset in carcerem? Quamobrem ministrare sanctis oportet. Qui enim non absurdum sit, ei qui terreno Imperatori militat, omnia suppeditare, et vestimenta et cibaria, non solum quantum necessitas postulat, sed etiam plus quam satis est; ei vero qui militat cælesti Imperatori, atque in acie stat adversus hostes longe graviores (*Quoniam non est colluctatio nobis*, inquit, *adversus sanguinem et carnem*), neque necessaria etiam suppeditare? cujus hoc iniquitatis est? quantum hoc ingrati et parci animi vitium? *Ephes. 6. 12.*

Ἀλλ', ὡς ἔοικε, πλέον ὁ τῶν ἀνθρώπων ἰσχύει φόβος B παρ' ἡμῖν τῆς γεέννης καὶ τῶν μελλουσῶν κολάσεων. Διὰ δὴ τοῦτο πάντα ἀνατέτραπται, ὅτι τὰ μὲν πολιτικὰ πράγματα μετὰ πολλῆς τῆς ἐντρεχείας καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνύεται, καὶ ἐλλειφθῆναι οὐκ ἔνι· τῶν δὲ πνευματικῶν οὐδεὶς οὐδαμοῦ λόγος· ἀλλὰ τὰ μὲν μετ' ἀνάγκης ἀπαιτούμενα καὶ βασάνων, καὶ ὡς παρὰ δούλων καὶ ἀκόντων, κατατίθεται μετὰ πολλῆς τῆς εὐγνωμοσύνης· τὰ δὲ παρὰ ἑκόντων, καὶ ὡς παρὰ ἐλευθέρων, πάντα ἐλλιμπάνεται. Οὐ κατὰ πάντων C λέγω, ἀλλὰ κατὰ τῶν τὰ τελέσματα ταῦτα ἐγκαταλιμπανόντων. Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς ἀνάγκῃ ταῦτα ποιεῖν; Ἀλλ' οὐ βούλεται· ὑμῶν γὰρ φείδεται μᾶλλον, ἢ τῶν τρεφομένων. Διὰ τοῦτο ὑμᾶς οὐκ ἀνάγκῃ βούλεται κατατιθέναι, ἐπειδὴ οὐκ ἔστι μισθός. Καὶ ὅμως πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα, τῶν Ἰουδαίων εἰσὶ ταπει-

4. Cæterum, quantum video, plus apud nos hominum metus potest, quam gehennæ et futurorum suppliciorum. Propterea sane omnia contra quam deceat, se habent, quod civilia quidem negotia singulo quoque die diligentissime administrantur, neque illa umquam omitti fas sit; spiritualium vero nulla nobis ratio habeatur. Ita, quæ necessitate nobis imposita ac tormentis propositis, omninoque tamquam a servis et invitis exiguntur, magna præstantur cum alacritate: quæ vero a lubentibus atque ut a liberis, omnia omittuntur. Non hæc in omnes dico, sed in eos qui hujusmodi sumtus facere recusant. Annon poterat Deus necessitatem faciendi imponere? At non vult: vobis enim magis consulit, quam iis qui aluntur. Ideo non vult isthæc vos ex necessitate facere, quoniam

Contra eos qui sacerdotes, quod necessaria ad victum haberent, criminabantur.

nulla vos maneret merces. Attamen multi eorum qui hic sunt, Judæis sunt inferiores ac viliores. Cogita, quot erant quæ a Judæis dabantur, decimæ, primitiæ, rursus decimæ, et rursus aliæ decimæ, et rursus aliæ decimætertiæ, et siclum: nec quisquam erat, qui diceret, sacerdotes multa devorare. Quo plura accipiunt, eo etiam tibi amplior merces. Non dicebant, Multa sumunt, ventri indulgent; quæ nunc quosdam dicentes audio. Atque isti quidem, qui domos ædificant atque agros emunt, nihil putant se habere: quod si sacerdos quispiam paulo splendidiore veste indutus fuerit, aut necessario alimento non egeat, aut famulum habeat, ne ipse cogatur a decore discedere; hoc illi divitias nominant. Vere divitiis abundamus, idque isti vel inviti fatentur. Nos enim etiamsi pauca habeamus, abundamus divitiis; illi vero etiamsi omnia sibi comparent, inopia laborant. Quousque dementes erimus? non satis vobis videtur ad supplicium vobis comparandum, quod nullum opus editis, nisi damnum illud vobis contrahatis, quod de aliis detrahendo accedit? Etenim si tu etiam esses, qui ea quæ habet sacerdoti dedisses, tamen eo ipso mercedem perdidisses, quod ea in crimen vocares, quæ tu ipse dedisses: omnino autem si tu dedisti, quid criminaris? Antea quidem pauperem illum fuisse testaris, Quæ habet, dicens, ego dedi: quid ergo criminaris? Dandum minime fuerat, si eras in crimen vocaturus. At cum alter dedit, ista dicis? Gravius sane delictum, cum tu minime dederis, alterius benefacta criminari. Quantam illos mercedem manere putas, qui isthæc audiunt? Dei enim causa hæc patiuntur. Quid ita? Poterant, si voluissent, caupones fieri, tametsi nihil illis a majoribus relictum esset. Nam et hæc multos impudenter dicentes audio, si quando nos ita dicimus, Hic vel ille pauper est: Poterat, inquiunt, si voluisset, ad divitias pervenire. Deinde contumelias addunt, Avus istius et abavus tales fuerunt, hic vero nunc tali veste indutus est. Sed quid? dic mihi; nudumne illum circumire oportuit? Ergo ista quidem tu subtiliter ad calculos revocas; sed vide ne contra teipsum hæc dicas: atque audi illam Christi admonitionem, *Nolite judicare, et non judicabimini.* Poterat igitur, si voluisset, cauponariam ac mercaturam exercere, omninoque non eguisset; sed noluit. Quid igitur, quæso, lucratur? num sericis induitur vestibus? num sectatorum multitudinem per forum incedens circumducit? num equo vehitur? num ædes exstruit, habens ubi habitet? Si hæc facit, ego etiam re-

Matth. 7, 1.

νότεροι. Ἐννόησον ὅσα Ἰουδαῖοι ἐδίδοσαν, δεκάτας, ἀπαρχὰς, πάλιν δεκάτας, καὶ πάλιν ἄλλας δεκάτας,
D καὶ πάλιν ἑτέρας τρισκαιδεκάτας, καὶ τὸ σίκλον· καὶ οὐδεὶς ἔλεγεν, ὅτι πολλὰ κατεσθίουσιν. Ὅσῳ ἂν πλείονα λάβωσι, τοσούτῳ καὶ πλείων ὁ μισθός. Οὐκ ἔλεγον, πολλὰ λαμβάνουσι, γαστρίζονται, ἃ νῦν ἀκούω λεγόντων τινῶν. Καὶ οἱ μὲν οἰκοδομοῦντες οἰκίας, καὶ ἀγροὺς ὠνούμενοι, οὐδὲν ἡγοῦνται ἔχειν· ἂν δέ τις τῶν ἱερέων λαμπρότερον ἱμάτιον περιβάληται, ἢ τῆς ἀναγκαίας εὐπορήσῃ τροφῆς, ἢ τὸν διακονούμενον ἔχῃ, ἵνα μὴ ἀναγκάζηται αὐτὸς ἀσχημονεῖν, πλοῦτον τὸ πρᾶγμα τίθενται. Ὄντως πλουτοῦμεν καὶ ἐν τούτοις, καὶ
E ἄκοντες ὁμολογοῦσιν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ κἂν μικρὰ ἔχωμεν, πλουτοῦμεν· ἐκεῖνοι δὲ κἂν πάντα περιβάλωνται, πένονται. Μέχρι τίνος ἀνοηταίνομεν; οὐκ ἀρκεῖ τὸ μηδὲν ποιεῖν εἰς κόλασιν ὑμῖν, ἀλλὰ χρὴ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς κακηγορίας προστιθέναι ζημίαν; Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸς ἔδωκας αὐτῷ, ἅπερ κέκτηται, τὸν μισθὸν ἀπώλεσας, ὑπὲρ ὧν ἔδωκας ἐγκαλῶν· ὅλως δὲ εἰ σὺ ἔδωκας, τί ἐγκαλεῖς; Πρότερον μὲν οὖν αὐτῷ πενίαν
F ἐμαρτύρεις, λέγων ἅπερ ἔχει δεδωκέναι αὐτός· τί τοίνυν ἐγκαλεῖς; Οὐκ ἐχρῆν δοῦναι, εἴ γε ἔμελλες ἐγκαλεῖν. Ἀλλ᾽ ἑτέρου δόντος ταῦτα λέγεις; Χαλεπώτερον τὸ πρᾶγμα, ὅτι οὐδὲ διδοὺς ἐγκαλεῖς ὑπὲρ ὧν ἕτερος
270 ποιεῖ εὖ. Πόσον οἴει τοὺς ταῦτα ἀκούοντας μισθὸν
A ἔχειν; Διὰ γὰρ τὸν Θεὸν ταῦτα πάσχουσι. Πῶς καὶ διὰ τί; Ἐξῆν, εἴ γε ἐβούλοντο, καπηλικὸν ἀναδέξασθαι βίον, εἰ καὶ μὴ ἀπὸ προγόνων εἶχον. Καὶ γὰρ ἀκούω καὶ ταῦτα πολλῶν λεγόντων ἰταμῶς, ὅταν εἴπωμεν, ὅτι ὁ δεῖνα πένεται· εἰ γὰρ ἐβούλετο, φησὶν, ἠδύνατο πλουτεῖν· εἶτα ὑβριστικῶς, ὁ πρόγονος αὐτοῦ, καὶ ὁ πάππος αὐτοῦ, καὶ ὁ δεῖνα, τοιόσδε ἦν· νῦν δὲ τοιαύτην ἐσθῆτα περιβέβληται. Ἀλλὰ τί; εἰπέ μοι, γυμνὸν αὐτὸν ἐχρῆν περιιέναι; Σὺ μὲν οὖν ὑπὲρ τού-
B των ἀκριβολογῇ· ὅρα δὲ μὴ κατὰ σαυτοῦ ταῦτα λέγῃς. Ἀλλ᾽ ἄκουε τῆς παραινέσεως τοῦ Χριστοῦ τῆς λεγούσης, Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. Ἀλλ᾽ ἐξῆν, εἴ γε ἐβούλετο, καπηλικὸν καὶ ἐμπορικὸν βίον ζῆν, καὶ πάντως οὐκ ἂν ἠπόρησεν· ἀλλ᾽ οὐκ ἠθέλησε. Τί οὖν ἐνταῦθα κερδαίνει, εἰπέ μοι; σηρικὰ ἱμάτια περίκειται; πλῆθος ἀκολούθων ἔχων σοβεῖ κατὰ τὴν ἀγοράν; ἐπὶ ἵππου φέρεται; οἰκίας οἰκοδομεῖ, ἔχων ὅπου καταμείνῃ; Ἂν ταῦτα ποιῇ, καὶ ἐγὼ κατηγορῶ, καὶ οὐ φείδομαι, ἀλλ᾽ ἀνάξιον αὐτὸν εἶναι τῆς ἱερωσύνης
C φημί. Πῶς γὰρ ἑτέροις δυνήσεται παραινεῖν μὴ περὶ τὰ περιττὰ ταῦτα ἐσχολακέναι, αὐτὸς ἑαυτῷ παραινέσαι μὴ δυνάμενος; Εἰ δὲ ὅτι τῆς ἀναγκαίας εὐπορεῖ τροφῆς, διὰ τοῦτο ἀδικεῖ, ἀλλὰ περιιέναι ἐχρῆν αὐτὸν, καὶ προσαιτεῖν; καὶ οὐκ ἂν σὺ κατῃσχύνθης, εἰπέ μοι, ὁ μαθητής; Ἀλλ᾽ ὁ μὲν πατὴρ ὁ σαρκικὸς ἂν τοῦτο ποιῇ, αἰσχύνην τὸ πρᾶγμα ἡγῇ· ἂν δὲ ὁ πνευματικὸς ἀναγκάζηται τοῦτο ποιεῖν, οὐκ ἐγκα-

λύψῃ; μᾶλλον οὐδὲ ἡγήσῃ ἄξιον καταδύεσθαι; Ἀδοξία, φησὶ, πατρὸς, ὄνειδος τέκνων. Ἀλλὰ τί; τῷ λιμῷ φθείρεσθαι ἔδει; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο εὐσεβοῦς· οὐ γὰρ βούλεται ὁ Θεός. Ἀλλὰ ὅταν εἴπωμεν πρὸς αὐτοὺς ταῦτα, εὐθέως φιλοσοφοῦσι· Γέγραπται, φησὶ, Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ ῥάβδον. Οὗτοι δὲ καὶ τρία καὶ τέσσαρα ἱμάτια ἔχουσι, καὶ κλίνας ἐστρωμένας. Ἐπῆλθέ μοι στενάξαι πικρὸν νῦν· εἰ δὲ μὴ ἀσχημονεῖν ἔμελλον, κἂν ἐδάκρυσα· τί δήποτε; Ὅτι περὶ μὲν τὰ τῶν ἄλλων κάρφη οὕτως ἐσμὲν ἀκριβεῖς ἐξετασταὶ, τὰς δὲ δοκοὺς ἔχοντες αὐτοὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐδὲ αἰσθανόμεθα. Εἰπέ μοι, διὰ τί γὰρ σαυτῷ τοῦτο μὴ λέγεις; Ὅτι τοῖς διδασκάλοις προστέτακται μόνον, φησίν· ὅταν οὖν ὁ Παῦλος λέγῃ, Ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα, πρὸς τοὺς διδασκάλους λέγει μόνους; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀνθρώπους. Καὶ δῆλον ἄνωθεν τὸ χωρίον διεξιοῦσιν· εἰπὼν γὰρ, Πορισμὸς μέγας ἐστὶν ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας· εἶτα, Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα, εὐθέως ἐπήγαγεν· Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβεράς.

D prehendo, neque illi parco, sed sacerdotio indi-
gnum esse affirmo. Nam quomodo monere alios
poterit, ne rebus istis inutilibus vacent, qui se-
ipsum monere non potest? Sin autem quod rebus
tantum ad vitam necessariis non eget, hoc ipso
inique agit; an ipsum circumire oportebat, et
mendicare? nec quidquam te, o discipule, pude-
ret? Ac si carnalis pater id faciat, dedecus ma-
gnum putes; sin spiritualis eo descendere cogatur,
non erubesces, neque te tenebris abdendum puta-
E bis? *Dedecus enim*, inquit, *filiorum pater sine* Eccli. 3. 13.
honore. Quid ergo? pereundum illi fame fuerat?
Verum neque hoc pii hominis est; neque enim
probatur Deo. Cæterum quando hæc adversus
istos afferimus, subito philosophantur: scriptum
est, inquiunt, *Nolite possidere aurum, neque* Matth. 10.
argentum, neque duas tunicas, neque æs in 9.
zonis vestris, neque virgam. Hi vero terna et
quaterna habent vestimenta, et lectos constratos.
Hei mihi! cogor ego nunc suspirare, ac nisi mihi
F decorum tuendum esset, multas etiam profunde-
rem lacrymas. Cur? Quoniam in aliorum quidem
festucas adeo diligenter inquirimus, nostras vero
271 A trabes, quas in oculis habemus, ne sentimus qui-
dem. Dic mihi, cur isthæc tibi ipsi non dicis?
Quoniam hoc, inquit, magistris dumtaxat præce-
ptum est. Ergo cum Paulus inquit, *Habentes* 1. Tim. 6. 8.
alimenta et quibus tegamur, his contenti si-
mus, ad solos magistros verba facit? Minime;
sed ad omnes homines. Id satis constabit, si a ca-
pite locum illum inspexerimus: nam cum dixis-
set, *Est autem quæstus magnus pietas cum* Ib. 6. 6.
sufficientia; ac deinde addidisset, *Nihil enim* —9.
intulimus in hunc mundum, haud dubium
quod nec auferre quid possumus; continuo
subjunxit, *Habentes autem alimenta et quibus*
tegamur, his contenti simus. Qui autem volunt
divites fieri, incidunt in tentationem et la-
queum, et desideria multa stulta et nociva.

Εἶδες ὅτι πρὸς πάντας ὁ λόγος εἴρηται; Τί δὲ, ὅταν λέγῃ πάλιν, Τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας, οὐχὶ πᾶσιν ἁπλῶς διαλέγεται; Τί δὲ ὅταν λέγῃ, Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην, καὶ ταῦτα καταργήσει; τί δὲ ὅταν λέγῃ, Ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε, περὶ χήρας διαλεγόμενος; μὴ καὶ ἡ χήρα διδάσκαλός ἐστιν; οὐχὶ αὐτὸς εἶπεν, ὅτι Γυναικὶ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός; Εἰ δὲ ἡ χήρα, ἔνθα καὶ ἡ ἡλικία γηραλέα· τὸ γὰρ γῆρας πολλῆς δεῖται θεραπείας, καὶ αὐτὴ ἡ φύσις· τὸ γὰρ τῶν γυναικῶν γένος πλείονος δεῖται ἀναπαύσεως, ἅτε ἀσθενὲς ὄν· εἰ τοίνυν, ἔνθα καὶ ἡ ἡλικία καὶ ἡ φύσις

5. Vides ad omnes orationem haberi? Quid
vero, cum rursus inquit, *Carnis curam ne fe-* Rom. 13.
ceritis in desideriis; nonne omnibus generatim 14.
loquitur? quid vero, cum inquit, *Esca ventri,* 1 Cor. 6.
et venter escis: Deus autem et hunc et has 13.
destruet? quid vero, ubi inquit, *Quæ in de-* 1. Tim. 5.
liciis est, vivens mortua est, de vidua loquens? 6. et 2. 12.
B num fortasse et vidua magister est? annon ipse
fuit, qui ita dixit, *Docere autem mulieri non*
permitto, neque dominari in virum? Quod si
vidua, ubi et ætas senilis; senectus enim magno
eget obsequio, et natura ipsa; muliebre enim ge-
nus majore eget solatio, quia infirmum est: igi-

tur, si ubi ætas et natura obstabat, minime tamen illam sinit delicate et molliter vivere, sed etiam mortuam esse inquit (non enim tantum dixit, Ne delicate vivat, sed, *Quæ in deliciis est, vivens mortua est;* eamque e medio removit; nam quæ mortua est, e medio sublata est): quam veniam habebit homo ea faciens, quorum causa mulier vetula punitur? Verum hæc nemo ne cogitare quidem aggreditur, hæc nemo examinat. Ego vero ista dicere coactus sum, non sane id agens, ut sacerdotes criminibus liberem, sed ut vobis consulam. Nam illi quidem, si cum pecuniæ operam dent, jure ac merito ista audiunt, nullum a vobis detrimentum reportant; sed sive dixeritis, sive tacueritis, rationem illic Judici reddent: quamobrem nihil illis vestra nocent verba. Sin autem falso a vobis dicuntur, illi quidem lucrum etiam reportant, sine causa contumeliis affecti; vos vero vobis ipsis hinc damnum infertis. De vobis vero non ita res habet; sed sive vera, sive falsa sint, quæ adversus illos dicuntur, hoc ipso, quod illis maledicitis, vos ipsos læditis. Quid ita? Quoniam si vera quidem fuerint, vobis nihilominus nocetis, judicium de magistris ferentes, et ordinem disturbantes; nam si de fratre judicare non oportet, multo minus de magistro: sin autem falsa, intolerabile omni-
Matth. 12. 36. no supplicium ac pœna erit. De omni enim verbo otioso rationem reddetis. Quamobrem vestra causa omnia facimus ac laboramus. Cæterum, quod dicebam, nemo hæc examinat, nemo in his curiose satagit, nemo quidquam horum sibi ipsi
Luc. 14. 33. dicit. Vultis et alia addam? *Omnis ex vobis, qui non renuntiat*, inquit Christus, *omnibus quæ possidet*, non est me dignus. Quid vero,
Matth. 19. 23. ubi inquit, *Difficile est divitem intrare in*
Luc. 6. 24. *regnum cælorum?* quid vero, cum inquit, *Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram?* Nemo hoc perpendit, nemo cogitat, nemo secum ipse rationes subducit, sed tantum in res alienas vehementes sumus. At hoc nihil aliud est, quam participes criminum fieri. Verum, ut præterea vestra causa, quibus criminibus affines esse sacerdotes dicitis, ea diluam, audite: hanc enim de illis opinionem induisse, nimirum illos violare legem Dei, non leve habet ad improbitatem momentum. Age igitur, et illa
Matth. 10. 9. expendamus. Dixit Christus, *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque calceamenta, non zonam, non virgam.* Quid igitur? dic mihi: num Petrus contra præceptum faciebat? quomodo enim non, cum et

κώλυμα, οὐκ ἀφίεται αὐτὴν σπαταλᾷν, ἀλλὰ καὶ τεθνηκέναι αὐτήν φησιν (οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε μὴ σπαταλᾷν, ἀλλ', Ἡ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε, καὶ ἐξέκοψεν αὐτήν· ἡ γὰρ τεθνηκυῖα ἐκκέκοπται)· ποίαν ἕξει συγγνώμην ἄνθρωπος ταῦτα ποιῶν, ἐφ' οἷς ἡ γυνὴ ἡ γεγηρακυῖα κολάζεται; Ἀλλὰ ταῦτα οὐδεὶς οὐδὲ εἰς ἔννοιαν λαμβάνει, ταῦτα οὐδεὶς ἐξετάζει. Ἐγὼ δὲ νῦν ταῦτα εἰπεῖν ἠναγκάσθην, οὐχὶ τοὺς ἱερέας ἀπαλλάξαι ἐγκλημάτων βουλόμενος, ἀλλ' ὑμῶν φειδόμενος. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἂν μὲν προσηκόντως καὶ δικαίως ταῦτα ἀκούωσιν, ἅτε χρηματιζόμενοι, οὐδὲν παρ' ὑμῶν βλάπτονται· ἀλλ' ἄν τε εἴπητε, ἄν τε μὴ εἴπητε, λόγον τῷ δικαστῇ διδόασιν ἐκεῖ· ὥστε οὐδὲν αὐτοὺς τὰ ὑμέτερα βλάπτει ῥήματα. Ἂν δὲ καὶ ψευδῆ ᾖ τὰ παρ' ὑμῶν λεγόμενα, ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἐκέρδανον συκοφαντούμενοι εἰκῆ, ὑμεῖς δὲ ἑαυτοὺς ἐντεῦθεν βλάπτετε. Ἐπὶ δὲ ὑμῶν οὐχ οὕτως ἐστίν· ἀλλ' ἄν τε ἀληθῆ ᾖ, ἄν τε ψευδῆ τὰ κατ' αὐτῶν, λέγοντες αὐτοὺς κακῶς, βλάπτεσθε. Τί δήποτε; Ἄν τε γὰρ ἀληθῆ ᾖ, καὶ οὕτω βλάπτεσθε, κρίνοντες τοὺς διδασκάλους, καὶ τὴν τάξιν ἀνατρέποντες· εἰ γὰρ ἀδελφὸν οὐ δεῖ κρίνειν, πολλῷ μᾶλλον διδάσκαλον· ἂν δὲ ψευδῆ, ἀφόρητος ἡ κόλασις καὶ ἡ τιμωρία· παντὸς γὰρ ῥήματος ἀργοῦ δώσετε λόγον. Ὥστε ὑμῶν ἕνεκεν πάντα ποιοῦμεν καὶ κάμνομεν. Ὅπερ δὲ ἔφην, οὐδεὶς ταῦτα ἐξετάζει, οὐδεὶς ταῦτα πολυπραγμονεῖ, οὐδεὶς λέγει πρὸς ἑαυτὸν τούτων οὐδέν. Βούλεσθε καὶ ἕτερα προσθῶ; Ἐὰν μή τις ἀποτάξηται, φησὶν ὁ Χριστὸς, πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς ὑπάρχουσιν, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Τί ὅταν λέγῃ, Δύσκολον πλούσιον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; τι δὲ ὅταν λέγῃ, Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν; Οὐδεὶς τοῦτο ἐξετάζει, οὐδεὶς τοῦτο ἐννοεῖ, οὐδεὶς πρὸς ἑαυτὸν διαλέγεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑτέρων σφοδροὶ κάθηνται πάντες ἐξετασταί. Ἀλλὰ τοῦτο μέν ἐστι κοινωνοὺς ποιῆσαι τῶν ἐγκλημάτων. Ἵνα δὲ καὶ αὐτῶν, ὧν φατε τοὺς ἱερεῖς ὑπευθύνους εἶναι, ἀπαλλάξω δι' ὑμᾶς ἀκούσατε· τὸ γὰρ περὶ τούτων πεπεῖσθαι, ὡς παραβαινόντων τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, πολλὴ πρὸς τὸ κακόν ἐστι ῥοπή. Φέρε οὖν κἀκεῖνα ἐξετάσωμεν. Εἶπεν ὁ Χριστὸς, Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μὴ ζώνην, μὴ ῥάβδον. Τί οὖν, εἰπέ μοι; Πέτρος παρὰ τὸ πρόσταγμα ἐποίει; πῶς γὰρ οὒ, ὁ καὶ ζώνην ἔχων καὶ ἱμάτιον καὶ ὑποδήματα; ὅτι γὰρ εἶχεν, ἄκουε τοῦ ἀγγέλου λέγοντος πρὸς αὐτὸν, Περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου· καίτοι οὐ τοσαύτη χρεία τούτων τῶν ὑποδημάτων ἦν· ἔνεστι γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καὶ ἀνυπόδετον εἶναι, ἡ δὲ πολλὴ χρεία ἐν τῷ χειμῶνί ἐστιν· ἀλλ' ὅμως εἶχε. Τί δὲ ὁ Παῦλος; Ὅταν λέγῃ Τιμοθέῳ γράφων, Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν· εἶτα παραγγέλλει καὶ λέγει· Τὸν φελώνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν

Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας; Ἰδοὺ φελόνην εἶπε· καὶ οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἕτερον οὐκ εἶχεν, ὃν ἐφόρει. Εἰ μὲν γὰρ μηδὲ ὅλως ἐφόρει, περιττῶς C ἐκέλευσε τοῦτον ἀπενεχθῆναι· εἰ δὲ οὐκ ἐνῆν μὴ φορεῖν, δῆλον ὅτι ἕτερον εἶχε. Τί δὲ, ὅτι διετίαν ὅλην ἐν οἰκείῳ μισθώματι ἔμενεν; ἆρα παρήκουσε τοῦ Χριστοῦ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ λέγων· Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός; περὶ οὗ ὁ Χριστὸς ἐμαρτύρησε λέγων, ὅτι Σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος; Ἔδει ταύτην ἀφεῖναι τὴν ἀμφιβολίαν παρ' ὑμῖν, καὶ μηδεμίαν ἐπαγαγεῖν τῷ ζητήματι λύσιν, ἀλλὰ ταύτην ὑμᾶς δίκην εἰσπράξασθαι τῆς περὶ τὰς Γραφὰς ὀλιγωρίας· πάντα γὰρ ταῦτα ἐκ τούτου γίνεται. D Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἑτέρων ἁμαρτήμασίν ἐσμεν πικροὶ ἐξετασταὶ, καὶ τῶν ἡμετέρων οὐδένα λόγον ποιούμεθα, ὅτι τὰς Γραφὰς οὐκ ἴσμεν, ὅτι τοὺς θείους οὐ παιδευόμεθα νόμους. Ἔδει μὲν οὖν ταύτην ὑμᾶς εἰσπράξασθαι τὴν δίκην· ἀλλὰ τί πάθω; πατήρ εἰμι· πολλὰ καὶ πέρα τοῦ δέοντος οἱ πατέρες χαρίζονται τοῖς παισὶ, τῶν σπλάγχνων αὐτοῖς διαθερμαινομένων [a] [ἐκεῖνοι] τῶν πατρικῶν· κἂν ἴδωσι τὸ παιδίον κατηφιάσαν, τηκόμενον, αὐτοὶ μᾶλλον ἐκείνου δάκνονται, καὶ οὐ παύονται, ἕως ἂν τῆς ἀθυμίας τὴν ὑπόθεσιν ἀνέλωσι. E Πλὴν κἂν τοῦτο γενέσθω, κἂν κατηφιάσατε ἐπὶ τῷ μὴ λαβεῖν, ἵνα λάβητε καλῶς.

Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Οὐκ ἠναντιώθησαν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἠκολούθησαν τοῖς ἐπιτάγμασι τοῦ Χριστοῦ· τὰ γὰρ ἐπιτάγματα ἐκεῖνα πρόσκαιρα ἦν, καὶ οὐ διαπαντός. Καὶ τοῦτο οὐ στοχαζόμενος λέγω, ἀλλ' ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν. Πῶς; Φησὶν ὁ F Λουκᾶς εἰρηκέναι τὸν Χριστὸν τοῖς μαθηταῖς, Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας καὶ ζώνης καὶ ὑποδημάτων, μήτι ὑστέρησεν ὑμῖν; Λέγουσιν

zonam haberet et vestimentum et calceamenta? audi enim angeli ad ipsum verba, *Præcingere, et calcea te caligas tuas.* (Act. 12. 8.) Quamquam hujusmodi calceorum ne magna tunc quidem aderat necessitas: nam illo quidem tempore vel nudis ire pedibus licet: hieme tantum necessarii sunt: attamen caligas habuit. Quid vero Paulus? Cum ad Timotheum scribens dixisset, *Festina ante hiemem venire*, (2. Tim. 4. 21.) deinde mandata dat, atque inquit, *Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, et libros, maxime autem membranas.* (Ib. v. 13.) En penulam memoravit, nec quisquam dixerit, aliam illi non fuisse, quam gestaret. Etenim si omnino solitus erat non gestare, supervacaneum plane erat ut hæc afferretur jubere: sin autem fieri nequit, quin gestarit, aliam quoque illi fuisse manifestum est. Quid vero, quod integrum biennium in mercenario labore continuit? Ergo repugnavit Christo vas illud electionis, ille qui dicebat, *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus?* (Gal. 2. 20.) ille de quo testificatus est Christus, ita dicens, *Quoniam vas electionis est mihi iste?* (Act. 9. 15.) Oportebat vos in hac dubitatione relinquere, nullamque afferre quæstionis explicationem, sed hanc a vobis pœnam exigere pro ea, qua in Scripturis utimini, negligentia: inde enim omnia hæc exsistunt. Propterea in aliorum peccatis acerbi inquisitores sumus, de nostris autem ne cogitamus quidem, quoniam Scripturas non tenemus, quoniam in divinis legibus non erudimur. Erat igitur hæc a vobis pœna repetenda. Sed quid agam? Pater sum: (Chrysostomus pater populi.) multa etiam ultra, quam oportet, filiis gratificantur patres, dum paterna ipsorum incalescunt viscera; et si filium tristem ac tabescentem videant, ipsos quoque plus quam illum pungit dolor, nec quiescunt, donec mœroris causam sustulerint. Cæterum saltem hoc fiat, saltem mœrorem sentiatis eo quod non acceperitis: nimirum, ut bene nunc accipiatis.

6. Quid igitur dicendum est? Non repugnant, absit, sed valde consentiunt cum præceptis Christi: præcepta enim illa ad tempus erant et non perpetua. Neque id ex conjectura, sed ex divinis Scripturis dico. Quomodo? Narrat Lucas dixisse Christum discipulis, (Luc. 22. 35. 36.) *Quando misi vos sine sacculo et pera et zona et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil.*

[a] [Inclusimus ἐκεῖνοι, quod in Commel. abest, nec legisse videtur Interpres.]

Ergo posthac vobis comparate. Sed quid facere oportebat, dic mihi? unam habere tunicam? Quid ergo? cum lavanda hæc erat, domui nudum sedere oportuit, vel nudum circumire necessitate invitante, nullamque decori habere rationem? Cogita, cujusmodi id fuisset, Paulum qui orbem terrarum ideo peragrabat, ut tot præclara opera ederet, inopia vestis coactum domui sedere, ac tantis rebus impedimentum afferri. Quid vero, si vehemens ingruisset hiems, ac pluisset aut etiam conglaciasset, quomodo eam siccare licuisset? num rursus nudum sedere oportuit? quid vero, si frigoris vi corpus collaberetur, num tabescendum fuit atque obmutescendum? Ne enim putes adamantina illis fuisse corpora: audi quid de Timo-
1. Tim. 5. 23. theo dicat, *Modico vino utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates;* ac
Philipp. 2. 25. 27. rursus de altero, *Necessarium existimavi mittere ad vos vestrum apostolum, et ministrum necessitatis meæ. Nam et infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misertus est ejus: non solum autem ejus, verum etiam et mei.* Itaque cuivis morbo atque invaletudini erant expositi. Quid igitur? pereundumne illis erat? Nequaquam. Quid igitur causæ tunc fuit cur id præciperet? Potentiam suam volebat ostendere, idque postea etiam præstari a se posse. Cur non præstitit? Multo erant hi admirabiliores Israelitis, quorum tamen neque calcei neque vestes usu consumebantur: quamquam solitudinem illam peragrarent, ubi ardentiores incidebant solis radii, qui vel lapides ipsos possent in cinerem vertere. Qua igitur de causa hoc fecit? Tui causa. Nam quoniam futurum erat, ut non perpetuo valeres, sed vulnera acciperes; propterea facultatem tibi medicamentorum parandorum præbuit: quod hinc satis constare potest. Dic enim mihi, annon ipse poterat illos nutrire? quomodo qui tibi prævaricanti dedit, Paulo non daret? qui Israelitis dedit murmuratoribus, scortatoribus, idololatris, nonne multo magis Petro permitteret, qui omnia propter ipsum reliquerat? qui sceleratis hominibus potestatem habendi fecit, non multo magis Joanni gratificaretur, qui ejus causa patrem quoque ipsum reliquerat? Attamen noluit, sed per te ipsos nutrit, ut tu sanctificeris. Et animadverte mihi benignitatis exsuperantiam. Voluit discipulos suos egere, ut tu aliquantulum respirares. Sed si illos nullius indigos præstitisset, inquit, multo sane admirabiliores futuri erant, multo clariores. At saluti tuæ subsidium detractum esset. Noluit igitur illos fieri admirabiles, sed maluit indigere, ut

273 αὐτῷ, οὔ. Οὐκοῦν λοιπὸν κτήσασθε. Ἀλλὰ τί ἔδει,
A εἰπέ μοι; ἕνα χιτῶνα ἔχειν; Τί οὖν; εἰ πλύνεσθαι
τοῦτον ἔδει, γυμνὸν ἐχρῆν οἴκοι καθέζεσθαι; ἢ γυμνὸν
περιιέναι καὶ ἀσχημονεῖν, χρείας καλούσης; Ἐννόη-
σον οἷον ἦν Παῦλον τὸν ἐπὶ τοσούτοις κατορθώμασι
περιιόντα τὴν οἰκουμένην διὰ ἱματίου ἔνδειαν οἴ-
κοι καθῆσθαι, καὶ τηλικούτοις πράγμασιν ἐμποδί-
ζειν. Τί δὲ, εἰ χρυμὸς ἐπετέθη σφοδρὸς, καὶ κατέβρε-
ξεν, ἢ καὶ ἐπάγωσε, πῶς ξηραίνεσθαι ἐνῆν; πάλιν
γυμνὸν ἐχρῆν καθῆσθαι; τί δὲ, εἰ ψῦχος κατέτεινε τὸ
B σῶμα, τήκεσθαι ἔδει, καὶ μὴ φθέγγεσθαι; Ὅτι γὰρ οὐκ
ἀδαμάντινα σώματα αὐτοῖς κατεσκεύαστο, ἄκουσον
τί φησι περὶ Τιμοθέου· Οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στό-
μαχόν σου, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας· καὶ πάλιν
περὶ ἑτέρου, Ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀποστεῖλαι ὑμῖν
τὸν ὑμῶν ἀπόστολον καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου.
Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτου, ἀλλ' ὁ Θεὸς
αὐτὸν ἠλέησεν· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμέ.
Ὥστε ἁλώσιμοι πᾶσιν ἦσαν τοῖς πάθεσι. Τί οὖν;
ἀπόλλυσθαι ἐχρῆν; Οὐδαμῶς. Τίνος οὖν ἕνεκεν τότε
C τοῦτο ἐπέταξε; Τὴν δύναμιν αὐτοῦ θέλων δεῖξαι, ὅτι
καὶ μετὰ ταῦτα ἐδύνατο οὕτω ποιῆσαι, ἀλλ' οὐ
ἐποίησε. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἐποίησε; Πολλῷ τῶν
Ἰσραηλιτῶν ἦσαν οὗτοι θαυμασιώτεροι, ὧν τὰ ὑπο-
δήματα οὐ κατετρίβετο, οὐδὲ τὰ ἱμάτια, καὶ ταῦτα
ἐκείνην τὴν ἔρημον διοδευόντων, ἔνθα θερμοτέρα ἐπι-
πίπτουσα ἡ ἀκτὶς ἡ ἡλιακὴ καὶ λίθους αὐτοὺς κατα-
φρύγειν δύναται. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ἐποίησε; Διὰ
σέ. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔμελλες ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τραυ-
ματίζεσθαι, τῶν φαρμάκων σοι τὴν ὑπόθεσιν πα-
D ρέσχε· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκεῖθεν. Εἰπέ γάρ μοι, οὐκ
ἠδύνατο αὐτὸς αὐτοὺς θρέψαι; εἰ σοὶ τῷ προσκεκρου-
κότι ἔδωκεν, οὐ πολλῷ μᾶλλον Παύλῳ ἂν ἔδωκεν; ὁ
τοῖς Ἰσραηλίταις διδοὺς τοῖς γογγυσταῖς, τοῖς πόρνοις,
τοῖς εἰδωλολάτραις, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἂν Πέτρῳ τῷ
καταλείψαντι ἅπαντα δι' αὐτὸν ἀφῆκεν; ὁ μιαροὺς
ἀφεὶς ἔχειν ἄνδρας, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἂν Ἰωάννῃ
E ἐχαρίσατο, τῷ καὶ τὸν πατέρα δι' αὐτὸν καταλείποντι;
Ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν· ἀλλὰ διὰ σοῦ αὐτοὺς τρέφει, ἵνα
σὺ ἁγιασθῇς. Καὶ θέα μοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλαν-
θρωπίας. Εἵλετο τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐλαττωθῆναι,
ἵνα σὺ μικρὸν ἀναπνεύσῃς. Ἀλλ' εἰ ἐποίησεν αὐτοὺς
ἀνενδεεῖς, φησὶ, πολλῷ θαυμαστότεροι ἂν ἦσαν, πολλῷ
ἐπιδοξότεροι. Ἀλλὰ σοῦ ἡ σωτηρία ἐξεκέκοπτο. Οὐχ
εἵλετο τοίνυν ἐκείνους γενέσθαι θαυμαστοὺς, ἀλλ' ἐλατ-
F τοῦσθαι μᾶλλον, ἵνα σὺ σωθῇς· καὶ ἐλαττωθῆναι ἐκεί-
νους συνεχώρησεν, ἵνα σὺ δυνηθῇς σωθῆναι. Οὐ γὰρ
ὁμοίως αἰδέσιμός ἐστι διδάσκαλος λαμβάνων, ἀλλ'
ἐκεῖνος μάλιστα τιμᾶται ὁ μὴ λαμβάνων· ἀλλ' ὁ μα-
θητὴς οὐκ ὠφελεῖται, ἀλλὰ τὸν καρπὸν ἐγκόπτεται.
274 Ὁρᾷς τὴν σοφίαν τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ· Ὥσπερ γὰρ
A αὐτὸς οὐχὶ τὴν ἰδίαν δόξαν ἐζήτησεν, οὐδὲ τὸ ἑαυτοῦ

ἐσκόπησεν, ἀλλὰ ἐν δόξῃ ὢν εἵλετο ἀτιμασθῆναι διὰ σὲ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν διδασκάλων· δυνάμενος αὐτοὺς ποιῆσαι αἰδεσίμους, εἵλετο εἶναι εὐκαταφρονήτους διὰ σὲ, ἵνα σὺ ἔχῃς κερδαίνειν, ἵνα σὺ ἔχῃς πλουτεῖν. Ἵνα γὰρ σὺ εὐπορῇς ἐν τοῖς πνευματικοῖς, διὰ τοῦτο ἐκεῖνος ἀπορεῖ ἐν τοῖς βιωτικοῖς. Ὅτι τοίνυν ἐδύνατο ποιῆσαι αὐτοὺς ἀνενδεεῖς, ἔδειξε διὰ πολλῶν· ὅτι δὲ διὰ σὲ ἀφίησιν αὐτοὺς ἐν ἐνδείᾳ εἶναι, καὶ τοῦτο δείκνυται ὁμοίως. Ταῦτα οὖν εἰδότες, μὴ πρὸς κατηγορίας ἀλλὰ πρὸς εὐποιίας τραπῶμεν· μὴ τὰ ἑτέρων κακὰ περιεργαζώμεθα, ἀλλὰ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἀναλογιζώμεθα· τὰ ἑτέρων κατορθώματα ἐννοῶμεν, τὰ δὲ ἡμέτερα ἁμαρτήματα ἀναλογιζώμεθα· καὶ οὕτως εὐαρεστήσομεν τῷ Θεῷ. Ὁ μὲν γὰρ τὰ ἑτέρων ἁμαρτήματα ὁρῶν, καὶ τὰ αὑτοῦ κατορθώματα, διπλῇ βλάπτεται· ἀπό τε γὰρ τούτων εἰς ἀπόνοιαν αἴρεται, ἀπό τε ἐκείνων εἰς ῥαθυμίαν ἐμπίπτει. Ὅταν γὰρ ἐννοήσῃ, ὅτι ὁ δεῖνα ἥμαρτεν, εὐκόλως ἁμαρτήσει καὶ αὐτός· ὅταν ἐννοήσῃ, ὅτι αὐτὸς κατώρθωσεν, εὐκόλως ἀπονοεῖται. Ὁ δὲ τὰ μὲν αὑτοῦ κατορθώματα λήθῃ παραδιδοὺς, τὰ δὲ ἁμαρτήματα βλέπων μόνα, καὶ τὰ ἑτέρων ἁμαρτήματα μὴ περιεργαζόμενος, ἀλλὰ τὰ κατορθώματα, πολλὰ κερδανεῖ. Πῶς, ἄκουε. Ὅταν ἴδῃ, ὅτι ὁ δεῖνα κατώρθωσε, πρὸς τὸν ἴσον αἴρεται ζῆλον· ὅταν ἴδῃ, ὅτι αὐτὸς ἥμαρτε, ταπεινοφρονήσει καὶ μετριάσει. Ἂν οὕτω ποιῶμεν, καὶ οὕτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, δυνησόμεθα τῶν ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tu salutem nanciscaris; et egere illos passus est, ut tu salutem consequi posses. Non enim æque se venerandum præbet doctor qui accipit; sed ille potissimum honore afficitur, qui non accipit: verum sic non juvatur discipulus, sed fructum amittit. Vides sapientiam hominum amantis Dei? Nam quemadmodum ipse propriam gloriam non quæsivit, nec sua spectavit, sed cum in gloria B esset, voluit tua causa vilis fieri; idem etiam in doctoribus servavit; ut cum eos venerandos præstare posset, maluerit abjectos esse tua causa, ut tu haberes unde ditesceres: ut abundares enim in spiritualibus, propterea ille eget in iis, quæ ad hanc vitam pertinent. Potuisse igitur Deum illos nullius indigos præstare, multis argumentis docui: tua tamen causa in egestate relictos esse similiter ostensum est. Hæc igitur cognoscentes, non ad accusationes, sed ad beneficia conferenda nos C convertamus: non aliorum mala curiose scrutemur, sed nostra recenseamus: aliorum benefacta cogitemus, de nostris autem peccatis recogitemus, atque ita placebimus Deo. Nam qui aliorum quidem peccata videt, et sua recte facta, duplex damnum reportat: his enim in arrogantiam tollitur, illis in negligentiam incidit. Dum enim cogitabit illum atque illum peccasse, facile et ipse peccabit: dum cogitabit se bene officio functum, facile superbia efferetur. At qui sua quidem recte facta D oblivioni mandat, sola autem peccata aspectat, aliorum vero non peccata, sed virtuti consentaneas actiones studiose scrutatur, multis modis lucrum faciet. Quomodo, audi. Nam cum illum recte se gessisse viderit, æmulatione ad imitandum movetur; cum se peccasse animadverterit, demittet animum, ac modestiam tuebitur. Hanc rationem si teneamus, atque hoc modo nostra disponamus, promissa poterimus consequi bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA X.

Cap. III. v. 1. *De cætero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum.* 2. *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.* 3. *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus, et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habentes.*

1. Mœrores et sollicitudines, cum præter modum animam distrahunt, suo robore illam privant. Propterea Paulus etiam, cum Philippenses in magno mœrore essent, eos excitat et relevat. Mœrebant autem, quod quomodo se res Pauli haberent ignorabant; mœrebant, quod ipsum obiisse existimabant; mœrebant ob prædicationem, ob Epaphroditum. Igitur de omnibus his rebus animum illis explens, subjungit: *De cætero, fratres mei, gaudete.* Non habetis, inquit, posthac, cur mœreatis: habetis Epaphroditum, ob quem dolebatis; habetis Timotheum; ego etiam advenio: evangelium procedit. Quid jam vobis deficit? *Gaudete.*
Gal. 4. 19. Ac Galatas quidem filios vocat, hos autem fratres. Nam quotiescumque vel corrigere aliquid vult vel vehementem amoris affectum ostendere, filios vocat: at cum plus honoris iis, quibuscum verba facit, habendum est, fratres. *De cætero, fratres mei,* inquit, *gaudete in Domino.* Recte dixit, *In Domino,* non mundano gaudio: nam hoc non est gaudere. Ærumnæ, inquit, quæ secundum Christum, ipsæ gaudium habent. *Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum. Videte canes.* Vides non ipso exordio inductam esse admonitionem, sed postquam illos multis nominibus laudavit, postquam suspexit, tunc hoc facit, ac rursus etiam laudat. Videbatur enim hoc orationis genus esse molestius: quamobrem undique lenit. Quos autem dicit canes? Hic erant aliqui, quos in omnibus epistolis subindicat, Judæi, impuri, exsecrandi, turpis lucri et principatus cupidi, qui cum multos ex fidelibus ad se allicere vellent, et Christianismum et Judaismum prædicabant, corrumpentes evangelium. Quoniam igitur difficiles ad deprehendendum erant, propterea inquit, *Videte canes.* Jam non Judæi sunt filii. Olim isto canum nomine ethnici vocabantur, nunc autem illi.

ΟΜΙΛΙΑ ι'.

Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ· τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφα- E λές. Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομὴ, οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες, καὶ καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες.

Αἱ ἀθυμίαι καὶ αἱ φροντίδες, ὅταν πέρα τοῦ μέτρου τὴν ψυχὴν κατατείνωσι, τῆς οἰκείας αὐτὴν ἀποστε-
Γ ροῦσιν ἰσχύος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος τοὺς Φιλιππησίους ἐν πολλῇ ὄντας ἀθυμίᾳ ἀνίστησιν. Ἦσαν δὲ ἐν ἀθυμίᾳ διὰ τὸ μὴ γινώσκειν πῶς τὰ κατὰ Παῦλον· ἦσαν ἐν ἀθυμίᾳ διὰ τὸ νομίζειν αὐτὸν ἤδη τετελευτηκέναι, διὰ τὸ κήρυγμα, διὰ Ἐπαφρόδιτον. Ὑπὲρ
275 δὴ τούτων ἁπάντων πληροφορῶν αὐτοὺς ἐπάγει· Τὸ
A λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε. Οὐκ ἔχετε, φησὶ, λοιπὸν ἀθυμίας ὑπόθεσιν· ἔχετε Ἐπαφρόδιτον, δι' ὃν ἠλγεῖτε· ἔχετε Τιμόθεον, ἔρχομαι κἀγὼ, τὸ εὐαγγέλιον ἐπιδίδωσι. Τί ὑμῖν λείπει λοιπόν; Χαίρετε. Γαλάτας μὲν οὖν τέκνα καλεῖ, τούτους δὲ ἀδελφούς. Ὅταν μὲν γὰρ ἢ διορθοῦσθαί τι βούληται, ἢ φιλοστοργίαν ἐνδείξασθαι, τέκνα καλεῖ· ὅταν δὲ μετὰ πλείονος τιμῆς διαλέγηται, ἀδελφούς. Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, φησὶ, χαίρετε ἐν Κυρίῳ. Καλῶς εἶπεν, Ἐν Κυρίῳ, οὐ κατὰ τὸν κόσμον· οὐκ ἔστι γὰρ χα-
B ρῆναι τοῦτο. Αἱ θλίψεις αὗται, φησὶν, αἱ κατὰ Χριστὸν, ἔχουσι χαράν. Τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Βλέπετε τοὺς κύνας. Ὁρᾷς πῶς οὐκ ἐν ἀρχῇ τὴν παραίνεσιν εἰσάγει, ἀλλ' ὅτε αὐτοὺς πολλὰ ἐπῄνεσεν, ὅτε ἐθαύμασε, τότε τοῦτο ποιεῖ, καὶ πάλιν ἐπαινεῖ. Δοκεῖ γὰρ οὗτος φορτικώτερος εἶναι ὁ λόγος· ὅθεν αὐτὸν πάντοθεν συσκιάζει. Τίνας δέ φησι κύνας; Ἐνταῦθα ἦσάν τινες, οὓς ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς αἰνίττεται, Ἰουδαῖοι μιαροὶ
C καὶ κατάπτυστοι, αἰσχροκερδεῖς καὶ φίλαρχοι, οἳ βουλόμενοι τῶν πιστῶν πολλοὺς παρασπάσαι, ἐκήρυττον καὶ τὸν χριστιανισμὸν, καὶ τὸν ἰουδαϊσμὸν, παραφθείροντες τὸ εὐαγγέλιον. Ἐπεὶ οὖν ἦσαν δυσδιάγνωστοι, διὰ τοῦτό φησι, Βλέπετε τοὺς κύνας. Οὐκέτι τέκνα Ἰουδαῖοι. Ποτὲ οἱ ἐθνικοὶ τοῦτο ἐκαλοῦντο, νῦν δὲ ἐκεῖνοι. Διὰ τί; Ὅτι ὥσπερ οἱ ἐθνικοὶ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ ἀλλότριοι ἦσαν, οὕτω καὶ οὗτοι γεγόνασι νῦν, καὶ τὸ ἀναιδὲς αὐτῶν καὶ τὸ ἰταμὸν ἐντεῦθεν παρίστησι, καὶ τὴν πολλὴν πρὸς τέκνα διά-
D στασιν. Ὅτι γὰρ οἱ ἐθνικοὶ ποτε κύνες ἐκαλοῦντο,

ἄκουσον τῆς Χαναναίας, τί φησι· Ναὶ, Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. Ἵνα δὲ μηδὲ τοῦτο ἔχωσιν, ἐπειδὴ καὶ κύνες εἰσὶν ἐπιτραπέζιοι, ἐπάγει, ὅθεν αὐτοὺς καὶ ἀλλοτριοῖ, λέγων, Βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας. Καὶ θαυμαστῶς εἶπε, Βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας· ἐργάζονται μὲν γὰρ, φησὶν, ἀλλ' ἐπὶ κακῷ, καὶ ἀργίας πολλῷ χεῖρον ἔργον, ἀνασπῶντες τὰ καλῶς κείμενα. E Βλέπετε, φησὶ, τὴν κατατομήν. Σεμνὸν ἦν παρὰ Ἰουδαίοις * τὸ τῆς περιτομῆς, ὅπου γε καὶ ὁ νόμος αὐτῇ ὑπεξίστατο, καὶ τὸ σάββατον ἦν εὐτελέστερον αὐτῆς. Ἵνα μὲν γὰρ περιτομὴ γένηται, ἐλύετο σάββατον· ἵνα δὲ σάββατον φυλαχθῇ, οὐδέποτε ἐλύετο ἡ περιτομή. Καὶ θέα μοι τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν· αὕτη ἡ τοῦ σαββάτου αἰδεσιμωτέρα, εὑρίσκεται ἔν τισι χρόνοις [a] [μὴ] παραλειφθεῖσα. Ὅταν οὖν αὐτὴ λύηται, πολλῷ μᾶλλον τὸ σάββατον. Διὰ τοῦτο τὸ ὄνομα αὐτῆς ὁ Παῦλος κατατέμνει, F καί φησι· Βλέπετε τὴν κατατομήν. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι κακὸν ἡ περιτομὴ, περιττὸν ἡ περιτομὴ, ἵνα μὴ πλήξῃ τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ σοφώτερον αὐτὸ 276 A οἰκονομεῖ, τοῦ μὲν πράγματος ἀπάγων, τῷ δὲ ῥήματι χαριζόμενος, μᾶλλον δὲ καὶ τῷ πράγματι σπουδαιότερον. Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ Γαλατῶν οὕτως. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴ νόσος ἦν ἐκεῖ, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ λοιπὸν μετὰ πολλῆς τῆς αὐθεντίας ἐπάγει τὴν τομήν· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ οὐδὲν τοιοῦτον εἰργάσαντο, αὐτοῖς χαρίζεται τὴν ἀπὸ τῆς προσηγορίας ἡδονήν· κἀκείνους ἐκβάλλει, καὶ τούτους, καί φησι· Βλέπετε τὴν κατατομήν. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή. Πῶς; Οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες. Οὐκ εἶπεν, ὅτι δοκιμάζομεν ἐκείνην τὴν περιτομὴν, καὶ B ταύτην, τίς ἐστιν ἀμείνων, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ὀνόματος αὐτῇ μετέδωκεν· ἀλλὰ τί φησιν; Ἡ περιτομὴ ἐκείνη κατατομή ἐστι. Διὰ τί; Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν, ἢ τὴν σάρκα κατατέμνουσιν. Ὅταν γὰρ μὴ ᾖ νόμιμον τὸ γινόμενον, οὐδὲν ἄλλο ἢ σαρκὸς τομή ἐστι καὶ κατατομή. Ἢ οὖν διὰ τοῦτο οὕτως αὐτὴν εἶπεν, ἢ ὅτι τὴν Ἐκκλησίαν ἐπειρῶντο κατατέμνειν. Καὶ ἡμεῖς δὲ κατατομὴν λέγομεν ἐπὶ τῶν εἰκῇ καὶ ἁπλῶς καὶ ἄνευ τέχνης τοῦτο ποιούντων. Εἰ γὰρ δεῖ περιτομὴν C ζητῆσαι, φησὶ, παρ' ἡμῖν ταύτην [b] ἂν εὑρήσετε. Οἱ

Cur? Quoniam, quemadmodum ethnici et a Deo et a Christo alieni erant, ita Judæi nunc se abalienaverunt : atque hinc illorum impudentiam et improbitatem, magnamque a filiis disjunctionem ac dissidium ob oculos ponit. Nam olim quidem ethnicos vocatos esse canes, audi quid Chananæa dicat : *Etiam, Domine : nam et catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Matth. 15. 27. Cæterum, ut neque hoc isti assequantur ; nam canes quidam sunt, qui circa mensam stant ; addit hæc, quibus ipsos omnino abigat : *Videte malos operarios.* Ac mirifice dixit, *Videte malos operarios :* nam operantur quidem, inquit, sed malam in partem ; opusque otio longe deterius est, dum quæ recte sunt constituta disjiciunt. *Videte*, inquit, *concisionem.* Honorandum quiddam erat apud Judæos circumcisio, quandoquidem et lex ei decedebat, et sabbatum circumcisione vilius erat. Etenim ut circumcisio fieret, solvebatur sabbatum : numquam vero ut sabbatum servaretur, solvebatur circumcisio. Atque considera mihi Dei dispensationem : hæc quæ majorem quam sabbatum habebat venerationem invenitur quibusdam temporibus omissa. Cum igitur ipsa soluta sit, multo magis sabbatum. Ideo Paulus ipsius nomen resecat, et inquit, *Videte concisionem.* Neque dixit, Malum est circumcisio, Supervacua est circumcisio, ne viros istos pungeret, sed sapientius idem molitur, a re quidem ipsa abducens, nomen autem illis gratificatus ; vel potius rem quoque ipsam studiosius. Verum non ita erga Galatas, sed longe secus. Nam quoniam ibi magnus erat morbus, audacter magna cum auctoritate secat : hic vero, quoniam nihil ejusmodi admiserant, ipsis eam quæ ex vocabulo voluptatem gratificatur, hos interea et illos abigens, et inquit, *Videte concisionem. Nam nos sumus circumcisio.* Quomodo? *Qui spiritu Deo servimus, et non in carne fiduciam habentes.* Non dixit, Examinemus circumcisionem illam et hanc, utra sit melior ; sed nec nomen quidem ipsi impartit ; sed quid inquit? Circumcisio illa concisio est. Quare? Nihil enim aliud faciunt, quam quod carnem concidunt. Quando enim quod fit, legitimum non est, nihil aliud quam carnis sectio est et concisio. Vel igitur ob hanc causam ita illam appellavit ; vel quod Ecclesiam concidere

* [*Videtur leg.* τὸ τῆς περιτομῆς ὄνομα. Dunæus. *Imo* τὸ τ. π. *est* ἡ περιτομή, *ut sequentia declarant* Bois.]

[a] [Cum Savilio inclusimus μή.]

[b] [ἂν inclusit Savil.]

aggrederentur. Nam et nos concisionis nomine utimur in iis, qui temere et sine arte hoc faciunt. Nam si circumcisio quærenda est, inquit, apud nos eam invenietis. *Qui spiritu Deo servimus,* id est, qui spiritualiter servimus.

2. Dic enim mihi, utrum melius, anima an corpus? Evidenter anima. Igitur circumcisio illa non est melior; quinimo hæc sola circumcisio est. Etenim quamdiu quidem typus manebat, merito
Jer. 4. 4. comparationi locus erat; *Ut circumcidatur,* inquit, *præputium cordis vestri.* Ita et in Epistola
Rom. 2. 28. ad Romanos ipsam tollit his verbis: *Non enim qui in manifesto, Judæus est, neque quæ in manifesto in carne, circumcisio, sed qui in abscondito Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non litera.* Nunc vero et nomine jam illam privat, negatque circumcisionem esse. Nam typus quidem, donec ventura est veritas, veræ rei nomine vocatur; postquam vero advenit veritas, non amplius. Simile quiddam evenit in delineata pictura: delineavit quispiam regem: lineamenta illa adumbrata, quamdiu pigmentorum flos se in conspectu non dat, regem non vocamus; at ubi iste color accessit, obscuratur veritate typus, neque apparet: tuncque dicimus, Ecce nunc est rex. Nec dicit, In nobis enim est circumcisio, sed, *Nos sumus;* ac merito quidem. Hoc enim est homo, circumcisio virtuti congruens; hoc est vere homo. In illis autem non dixit sic, sed, *Videte concisionem:* ipsi enim posthac versantur in interitu ac vitio. Deinde ostendens non amplius in corpore fieri circumcisionem, sed in corde, inquit: *Et non in carne fiduciam habentes; 4. quamquam et ego habeam confidentiam in carne.* Quid dicit hoc loco, *Confidentiam,* et, *In carne?* Nempe gloriationem, plenam fidentiæ, et gravem orationem: ac scite istud addidit. Nam si fuisset ethnicus et accusaret circumcisionem, neque circumcisionem solum, sed eos qui intempestive ipsam reciperent; videretur sane ideo in illam irruere, quod nobilitatis, quæ Judaismi erat propria, expers esset, quod præclara illa et majestatis plena ignoraret, neque ipsorum esset particeps: nunc vero qui particeps est, et reprehendit, certe non ita reprehendit, tamquam is qui non sit particeps, sed tamquam qui condemnaverit, non ex ignorantia, sed maxime ex cognitione. Vide igitur, quid dicat in Epistola ad Galatas, cum incidisset in necessitatem magna de se ipso dicendi, quomodo et humi-
Gal. 1. 13. litatem præ se ferat: *Audivistis enim,* inquit, *conversationem meam aliquando in Judaismo;*

πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες· τουτέστιν, οἱ πνευματικῶς λατρεύοντες.

Εἰπὲ γάρ μοι, τί βέλτιον, ψυχὴ ἢ σῶμα; Δῆλον ὅτι ψυχή. Οὐκοῦν καὶ ἡ περιτομὴ ἐκείνη οὐ βελτίων, ἀλλ' αὕτη μόνη ἐστὶ περιτομή. Ἕως μὲν γὰρ ὁ τύπος εἱστήκει, εἰκότως κατὰ σύγκρισιν προῆγε, τὸ περιτετμῆσθαι γράφων τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν. Οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ ἀναιρεῖ αὐτὴν, λέγων· Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰου- D δαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομὴ, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι. Λοιπὸν δὲ καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτὴν ἀποστερεῖ, οὐδὲ ἔστι περιτομὴ, φησί. Καὶ γὰρ ὁ τύπος, ἕως ἂν μέλλῃ ἔρχεσθαι ἡ ἀλήθεια, καλεῖται τοῦτο· ἐπειδὰν δὲ ἔλθῃ ἡ ἀλήθεια, οὐκέτι καλεῖται. Οἷον ἐπὶ σκιαγραφίας· ὑπέγραψέ τις βασιλέα σκιαγραφῶν· ἕως ἂν οὐκ ἐπάγηται τὰ ἄνθη, οὐ λέγεται βασιλεύς· ἐπειδὰν δὲ ἐπιτεθῇ, κρύπτεται E μὲν τῇ ἀληθείᾳ ὁ τύπος, καὶ οὐ φαίνεται· τότε δὲ καὶ λέγομεν, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἐν ἡμῖν γάρ ἐστιν ἡ περιτομὴ, ἀλλ', Ἡμεῖς ἐσμεν· εἰκότως. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ἡ περιτομὴ ἡ ἐνάρετος, τουτέστιν ἀληθῶς ἄνθρωπος. Ἐν ἐκείνοις δὲ οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ, Βλέπετε τὴν κατατομήν· αὐτοὶ γὰρ λοιπὸν ἐν ἀπωλείᾳ ἦσαν καὶ κακίᾳ. Εἶτα δηλῶν ὅτι οὐκέτι ἐν σώματι γίνεται ἡ περιτομὴ, ἀλλ' ἐν καρδίᾳ, φησί· Καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες, καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν, καὶ ἐν σαρκί. Τί λέγει ἐνταῦθα F Πεποίθησιν, καὶ, Ἐν σαρκί; Καύχησιν, παῤῥησίαν, σεμνολόγημα· καὶ καλῶς τοῦτο προσέθηκεν. Εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἐθνῶν ὢν κατηγόρει τῆς περιτομῆς, οὐ τῆς περιτομῆς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀκαίρως αὐτὴν 277 A μεταχειριζόντων, ἔδοξεν ἂν, ὡς ἀπεστερημένος τῆς τοῦ ἰουδαϊσμοῦ εὐγενείας, κατατρέχειν αὐτῆς, ὡς οὐκ εἰδὼς τὰ σεμνὰ, οὐδὲ μετεσχηκὼς αὐτῶν· νῦν δὲ ὁ μετασχὼν καὶ κατηγορῶν, οὐ διὰ τοῦτο κατηγορεῖ, ὡς οὐ μετασχὼν, ἀλλ' ὡς κατεγνωκὼς, οὐ δι' ἄγνοιαν, ἀλλὰ δι' ἐπίγνωσιν μάλιστα. Ὅρα οὖν τί φησι καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας, ἐμπεσὼν εἰς ἀνάγκην τοῦ μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ εἰπεῖν, πῶς καὶ οὕτω καὶ ταπεινοφροσύνην ἐνδείκνυται· Ἠκούσατε γὰρ, φησὶ, τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ ἰουδαϊσμῷ· καὶ πάλιν ἐνταῦθα, Εἴ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν B σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον· καὶ εὐθέως ἐπήγαγεν· Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων. Οὐκ εἶπε τοῦτο προηγουμένως, ἀλλὰ μετὰ τὸ εἰπεῖν, Εἴ τις ἄλλος, δεικνὺς τὴν ἀνάγκην, δεικνὺς ὅτι δι' ἐκείνους ἔλεγεν. Εἰ πεποίθατε, φησὶ, κἀγὼ μᾶλλον. Τοῦτο νῦν λέγω, ἐπεὶ ἐσιώπων. Καὶ ὅρα τὸ ἀνεπαχθὲς τῶν ἐλέγχων· τὸ γὰρ μὴ ὀνομαστὶ

τοῦτο ποιεῖν, κἀκείνοις ἐδίδου χώραν ἀναδραμεῖν. Εἴ τις δοκεῖ πεποιθέναι. Καὶ καλῶς εἶπε, Δοκεῖ, ἢ ὡς οὐκ ἐχόντων τοσαύτην πεποίθησιν, ἢ ὡς τῆς πεποιθήσεως ἐκείνης οὐκ ὄντως πεποιθήσεως οὔσης· πάντα γὰρ ἀνάγκης ἦν, οὐ προαιρέσεως. Περιτομὴ ὀκταήμερος. Καὶ πρῶτον τίθησιν ὃ μάλιστα ηὔχουν, τὸ τῆς περιτομῆς· εἶτα, Ἐκ γένους Ἰσραήλ. Τὰ ἀμφότερα ἔδειξεν, ὅτι οὐ προσήλυτος, οὔτε ἐκ προσηλύτων. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ ὀκταήμερος περιτμηθῆναι, οὐχὶ προσήλυτος· ἀπὸ δὲ τοῦ, Ἐκ γένους Ἰσραὴλ, οὐδὲ προσηλύτων γονέων. Ἀλλ' ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι, Ἐκ γένους Ἰσραὴλ, ἐκ τῶν δέκα φυλῶν, φησὶ, Φυλῆς Βενιαμίν· ὥστε τοῦ δοκιμωτέρου μέρους· τὰ γὰρ τῶν ἱερέων ἐν τῷ κλήρῳ ταύτης ἦν τῆς φυλῆς. Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων. Ἐντεῦθεν δείκνυσιν, ὅτι οὐχὶ προσήλυτος, ἀλλ' ἄνωθεν τῶν εὐδοκίμων Ἰουδαίων. Ἐνῆν μὲν γὰρ εἶναι τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλ' οὐχ Ἑβραῖον ἐξ Ἑβραίων. Πολλοὶ γὰρ καὶ διέφθειρον ἤδη τὸ πρᾶγμα, καὶ τῆς γλώσσης ἦσαν ἀμύητοι, ἑτέραις μιγνύμενοι ἔθνεσιν. Ἢ τοῦτο οὖν, ἢ τὴν πολλὴν εὐγένειαν δείκνυσιν ἐντεῦθεν. Κατὰ νόμον Φαρισαῖος. Ἔρχεται λοιπὸν εἰς τὰ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως· ἐκεῖνα γὰρ πάντα ἀπροαίρετα. Καὶ γὰρ τὸ περιτμηθῆναι οὐκ αὐτοῦ, καὶ τὸ, Ἐκ γένους Ἰσραὴλ, καὶ τὸ, Ἐκ φυλῆς Βενιαμίν· ὥστε καὶ ἐκ τούτων μᾶλλον πλεονεκτεῖ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐκοινώνουν αὐτῷ πολλοί. Ποῦ οὖν τὸ μᾶλλον; Μάλιστα μὲν καὶ ἐν τούτῳ τῷ μὴ προσήλυτον εἶναι, καὶ τῷ ἐκ τῆς δοκιμωτάτης φυλῆς, καὶ τῷ ἄνωθεν ἐκ προγόνων, ἅπερ οὐ πολλοὶ εἶχον· ἀλλ', ἐπειδὴ πάντα ἀπροαίρετα, ἔρχεται εἰς τὰ τῆς προαιρέσεως, ὅπου τὸ μᾶλλόν ἐστι. Κατὰ νόμον Φαρισαῖος, κατὰ ζῆλον διώκων τὴν Ἐκκλησίαν. Τοῦτό φησι, διότι οὐκ ἀρκεῖ δεῖξαι τὸ Μᾶλλον μόνον ἐκεῖνο· ἔστι γὰρ καὶ Φαρισαῖον εἶναι, καὶ μὴ σφόδρα ζηλωτήν. Κατὰ δικαιοσύνην. Ἐπειδὴ ἔνι ῥιψοκίνδυνον εἶναι, ἢ φιλαρχίας ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' οὐ τῷ νόμῳ ζηλοῦντα, ὅπερ ἐποίουν οἱ ἀρχιερεῖς. Ἀλλ' αὐτὸς οὐ τοιοῦτος· ἀλλὰ, Κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος. Εἰ τοίνυν καὶ εὐγενείας ἕνεκεν, καὶ προθυμίας, καὶ τρόπου, καὶ βίου πάντων ἐκράτουν, τίνος ἕνεκεν τὰ σεμνὰ ἐκεῖνα εἴασα, φησὶν, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ μείζονα εὑρεῖν τὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ πολλῷ

et rursus hic, *Si quis alius videtur confidere in*
C *carne, ego magis;* ac statim adjunxit, *Hebræus ex Hebræis.* Non hoc tamquam id quod sibi per se propositum esset, initio dixit, sed postquam dixerat, *Si quis alius*, ostendens necessitatem, illorumque causa hæc a se dici. Si confiditis, inquit, *Ego magis.* Hoc nunc necessario dico, alioqui tacuissem. Attende vero quomodo in arguendo vitet odium, dum non nominatim arguit, et illis locum se recipiendi dat. *Si quis videtur confidere.* Et recte dixit, *Videtur*, vel quod tantum fidentiæ non haberent; vel quod vera fidentia non esset: omne enim hoc necessitatis erat, non electionis. 5. *Circumcisus octavo die.* Primum po-
D nit quod maxime optabant, id est circumcisionem; deinde illud, *Ex genere Israel.* Utraque hæc ostendit, neque proselytum se esse, neque ex proselytis oriundum. Nam ex eo, quod octavo die circumcisus sit, ostenditur non esse proselytum; ex eo autem, quod ex genere Israel, ostenditur neque ex parentibus proselytis esse ortum. Deinde ne putes, *Ex genere Israel*, hoc significare esse ipsum ex decem tribubus, inquit, *De tribu Benjamin;* perinde ac si diceret, Ex probatiore parte:
E nam quæ sacerdotum erant, in sorte erant hujus tribus. *Hebræus ex Hebræis.* Hinc ostendit se non esse proselytum, sed antiquitus ex claris Judæis: poterat enim quis Israelita esse, nec tamen Hebræus ex Hebræis: multi enim jam et rem ipsam corruperant, et linguam non tenebant, aliis admixti gentibus. Vel hoc igitur, vel magnam nobilitatem hinc demonstrat. *Secundum legem Pharisæus.* Accedit deinde ad ea, quæ ad institutum suum pertinebant: superiora enim omnia
F non erant consilii vel electionis. Neque enim suum opus erat, circumcisum esse, aut ex genere Israel, aut ex tribu Benjamin. Ex his ergo magis excellebat, etsi in hac re multos habebat socios. Quid ergo est illud, *Magis?* Certe in hoc excellebat,
278 quod non erat proselytus, quod erat ex probatis-
A sima tribu, quodque antiquitus id haberet a majoribus, quæ quidem non multi habebant. Sed quoniam hæc omnia ab electione sua minime profecta fuerant, accedit ad ea quæ ipsius sectæ sunt, ubi elucet illud, *Magis secundum legem Pharisæus,* 6. *secundum æmulationem persequens Ecclesiam.* Addit hoc, quoniam illud solum non satis erat ad probandum illud, *Magis:* nam licet Pharisæum etiam esse, nec tamen vehementi zelo affici. *Secundum justitiam.* Fieri enim potest ut quis pericula contemnat ex principatus amore, ut

principes sacerdotum faciebant, non autem ex legis studio. Ille autem non talis erat, sed, *Secundum justitiam*, inquit, *quæ in lege est, conversatus sine querela.* Itaque si et nobilitatis ergo et studii alacritatisque et morum et vitæ omnes antecellebam, cur præclara illa dimiserim, inquit, nisi quod ea, quæ Christi sunt, repererim majora, ac longe quidem majora? Quamobrem addidit : 7. *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.*

3. Paulus quidem hanc vitæ rationem adeo exquisitam et ab ineunte ætate susceptam, tantam nobilitatem, tanta pericula, tantas insidias, labores, studia projecit ac damna putavit, cum antea lucra essent, ut Christum lucraretur; nos vero neque pecuniam contemnimus, ut Christum lucremur, sed malumus futuræ vitæ jacturam facere, quam præsentium rerum : quamquam hæc nihil aliud sunt quam damnum. Cedo enim sigillatim expendamus ea, quæ in divitiis insunt : annon damnum censeri illud debet, quod laborem ingentem habet, lucrum vero nullum? Quid enim, dic mihi, utilitatis ex multis ac pretiosis vestibus? atque istis induti quid lucri facimus? Nihil plane, sed damnum dumtaxat reportamus. Quomodo? Quoniam et pauper vilem tritamque vestem ferens in maximis caloribus, nihilo deterius fert æstum quam tu; quinimo ille facilius : trita enim et unica facilius sinit respirare, ac recreari corpora; quæ autem recens confecta est, etiam si aranearum telis tenuior, non item. Ac tu quidem nimio elatus fastu, et binas ternasque tunicas, sæpe vero et amiculum et zonam et subligacula habes : illi vero nemo crimini dat, quod unica tegatur tunica, hincque facilius fert æstum. Et ideo divites quidem videmus madentes sudore, pauperes vero minime. Quando igitur homini eumdem vel etiam potiorem usum præbent vestimenta vilia, et nullo prope pretio emta; illa vero, in quibus necessario multum auri effundendum fuit, nihil plus efficiunt : nonne damnum est nimirum illud ac supervacaneum? Nihil enim plus afferunt, quod ad usum et commodum pertinet; sed plus auri effusum tibi est, eumdem vero usum et commoditatem habet : tu quidem dives centum, aut forte etiam pluribus aureis emisti; pauper vero pauculo argento. Vides damnum? Sed fastus videre non sinit. Visne auri etiam, quod et equis et mulieribus circumdant, rationem subducamus? Ad alia enim mala hoc etiam accedit, quod divitiæ amentes faciant. Eodem enim honore et mulieres et equos dignantur : unus est utrorumque ornatus;

Amor pecuniæ exagitatur.

B μείζονα; Διὸ ἐπήγαγεν· Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν.

Παῦλος μὲν πολιτείαν οὕτως ἠκριβωμένην, ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀρξαμένην, τοσαύτην εὐγένειαν, τοσούτους κινδύνους, τοσαύτας ἐπιβουλὰς, πόνους, σπουδὴν ἔῤῥιψε, καὶ ζημίαν ἡγήσατο, πρότερον ὄντα κέρδη, ἵνα Χριστὸν κερδήσῃ· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ χρημάτων καταφρονοῦμεν, ἵνα Χριστὸν κερδήσωμεν, ἀλλ' αἱρούμεθα μᾶλλον ἐκπεσεῖν τῆς μελλούσης ζωῆς, ἢ τῶν παρόντων πραγμάτων· καίτοι γε οὐδὲν ἄλλο τοῦτό ἐστιν, ἢ ζημία. C Εἰπὲ γάρ μοι, καθ' ἕκαστον ἐξετάσωμεν τῶν τοῦ πλούτου πραγμάτων, εἰ μὴ ζημία τίς ἐστι, πόνον μὲν ἄφατον ἔχουσα, κέρδος δὲ οὐδέν. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, τὸ ὄφελος ἀπὸ τῶν πολλῶν τῶν ἱματίων καὶ πολυτελῶν; τί καρπούμεθα κέρδος, ὅταν αὐτὰ ὦμεν περικείμενοι; Οὐδὲν, ἀλλ' ἢ ζημιούμεθα μόνον. Πῶς; Ὅτι καὶ ὁ πένης εὐτελὲς καὶ ἐκτετριμμένον φορῶν, ἐν τῷ θάλπει οὐδέν σου χεῖρον φέρει τὸ καῦμα· μᾶλ- D λον δὲ ἐκεῖνος εὐκολώτερον· τὰ γὰρ ἐκτετριμμένα τῶν ἱματίων καὶ μόνα περικείμενα, μᾶλλον ἀνίησι τὸ σῶμα· τὰ δὲ νεοκατασκεύαστα, κἂν ἀράχνης ᾖ λεπτότερα, οὐχ ὁμοίως. Καὶ σὺ μὲν διὰ τὸν τῦφον τὸν περιττὸν καὶ χιτωνίσκους δύο, καὶ τρεῖς, πολλάκις καὶ χλανίδα καὶ ζώνην, καὶ ἀναξυρίδας ἔχεις· ἐκείνῳ δὲ οὐδεὶς ἐγκαλεῖ ἕνα περικειμένῳ χιτωνίσκον μόνον· ὥστε εὐκολώτερον φέρει τὸ καῦμα. Ἀπὸ τούτου τοὺς μὲν πλουτοῦντας ὁρῶμεν ἱδροῦντας, τοὺς δὲ πένητας οὐδὲν τούτων πάσχοντας. Ὅταν οὖν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, ἢ καὶ κρείτ- E τονα παρέχηται χρείαν τὰ εὐτελῆ ἱμάτια καὶ τοῦ μηδενὸς πωλούμενα, ἐκεῖνα δὲ τὰ πολὺ καταβάλλειν ἀναγκάζοντα χρυσίον τὸ αὐτὸ ποιῇ, οὐχὶ ζημία τὸ πολὺ περιττόν; Οὐδὲν γὰρ πλέον εἰσήνεγκε κατὰ τὸν τῆς χρείας λόγον καὶ τῆς διακονίας, ἀλλὰ πλέον μὲν χρυσίον κεκένωταί σοι, τὴν αὐτὴν δὲ χρείαν καὶ ὑπηρεσίαν ἔχει· σὺ μὲν ὁ πλουτῶν ἠγόρασας χρυσίων ἑκατὸν τυχὸν, ἢ καὶ πλειόνων, ὁ δὲ πένης ἀργυρίου ὀλίγου. Εἶδες τὴν ζημίαν; Ἀλλ' ὁ τῦφος οὐκ ἀφίη- F σιν ἰδεῖν. Βούλει καὶ ἐπὶ τῶν χρυσίων, ὧν καὶ τοῖς ἵπποις καὶ ταῖς γυναιξὶ περιτιθέασι, τοῦτον ἐξετάσωμεν τὸν λόγον; Μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων καὶ ἀνοήτους ποιεῖ τὸ πλουτεῖν. Τῆς γὰρ αὐτῆς τιμῆς τάς τε γυ- 270 ναῖκας ἀξιοῦσι καὶ τοὺς ἵππους, καὶ εἰς ὁ καλλωπι- A σμὸς ἀμφοτέρων· καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν βούλονται φαίνεσθαι λαμπρότεραι, ἀφ' ὧν καὶ τὰ ζεύγη, ἀφ' ὧν

καὶ τὰ δέρματα τῶν παραπετασμάτων, ἔνθα φέρονται. Εἰπὲ, τί τὸ κέρδος, ἡμίονον ἢ ἵππον τῷ χρυσῷ κατακοσμεῖσθαι; ἡ δὲ γυνὴ τοσοῦτον ὄγκον χρυσίου περικειμένη καὶ λίθων, τί τὸ πλέον ἔχει; Ἀλλ' οὐκ ἐκτρίβεται τὰ χρυσία, φησί. Μάλιστα μὲν καὶ τοῦτο πάσχειν φασὶν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, ὅτι ἐν βαλανείοις καὶ πολλαχοῦ καὶ λίθοι καὶ χρυσία πολὺ τῆς τιμῆς ἀποτίθεται· πλὴν ἀλλ' ἔστω τοῦτο, καὶ μηδὲν βλαπτέσθω· τί τὸ κέρδος, εἰπέ μοι; τί δὲ, ὅταν ἐκπέσῃ B καὶ ἀπόληται, οὐχὶ ζημία; τί δὲ, ὅταν φθόνον ἐπισπάσηται καὶ ἐπιβουλὴν, οὐχὶ ζημία; Ὅταν γὰρ ὠφελῇ μὲν μηδὲν τὴν περικειμένην, ἐκκαίῃ δὲ τοὺς τῶν φθονερῶν ὀφθαλμοὺς, καὶ τοὺς λῃστὰς διεγείρῃ μᾶλλον, οὐχὶ ζημία γίνεται; Τί δὲ, εἰπέ μοι, ὅταν ἐξὸν τῷ ἀνδρὶ χρήσασθαι τούτοις εἰς πρᾶγμα κέρδος φέρον, μὴ δύνηται δὲ διὰ τὴν τῆς γυναικὸς πολυτέλειαν, ἀλλ' ἀναγκάζηται λιμώττειν καὶ στενοχωρεῖσθαι, κἀκείνην ὁρᾷν χρυσοφοροῦσαν, οὐχὶ ζημία τὸ C πρᾶγμα; Χρήματα γὰρ διὰ τοῦτο εἴρηται, οὐχ ἵνα οὕτω χρώμεθα αὐτοῖς, καθάπερ αἱ προθῆκαι τῶν χρυσοχόων, ἀλλ' ἵνα ἐργαζώμεθά τι καλὸν ἐν αὐτοῖς. Ὅταν οὖν ὁ τοῦ χρυσοῦ πόθος μὴ ἀφῇ, οὐχὶ ζημία ἐστὶ τὸ πᾶν; Ὁ γὰρ μὴ τολμῶν αὐτοῖς χρήσασθαι ὥσπερ ἀλλοτρίοις, οὐ κέχρηται, καὶ οὐκ ἔστι χρῆσις οὐδαμοῦ. Τί δὲ, ὅταν οἰκίας οἰκοδομῶμεν λαμπρὰς καὶ μεγάλας, καὶ κίοσι καὶ μαρμάροις καὶ στοαῖς καὶ περιπάτοις ταύτας κατακοσμῶμεν, εἴδωλα πανταχοῦ καὶ ξόανα ἱστῶντες; Πολλοὶ D μὲν οὖν ἀπὸ τούτων *καὶ δαίμονας καλοῦσι· πλὴν ἀλλὰ μὴ ταῦτα ἐξετάσωμεν. Τί βούλεται καὶ ὁ χρυσοῦς ὄροφος; οὐχὶ τὴν αὐτὴν τῷ μετὰ συμμετρίας οἰκίαν ἔχοντι παρέχεται τὴν χρῆσιν; Ἀλλ' ἔχει, φησὶ, τέρψιν πολλήν. Ἀλλὰ μέχρις ἡμέρας μιᾶς καὶ δευτέρας, λοιπὸν δὲ οὐκέτι. Εἰ γὰρ ὁ ἥλιος ἡμᾶς οὐκ ἐκπλήττει διὰ τὸ ἐν συνηθείᾳ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἔργα τῆς τέχνης· ἀλλ' ὁμοίως τοῖς πηλίνοις, αὐτοῖς E προσέχομεν. [a]Τί γὰρ, εἰπέ μοι, εἰς ἀρίστην οἴκησιν κιόνων πλῆθος καὶ ξοάνων κάλλη καὶ χρυσὸς τοῖς τοίχοις διεσπαρμένος συμβάλλεται; Οὐδὲν, ἀλλὰ βλακείας καὶ ὕβρεως καὶ τύφου περιττοῦ καὶ ἀνοίας ἐστί. Πανταχοῦ δὲ ἡμᾶς τῶν ἀναγκαίων εἶναι χρὴ καὶ τῶν ἐν χρείᾳ, οὐ τῶν περιττῶν.

atque ex iisdem rebus volunt mulieres splendidiores apparere, ex quibus et vehicula, ex quibus et pelles cortinarum, in quibus vehuntur. Dic mihi, quid lucri est, mulum vel equum auro ornare? mulier vero tanta auri lapidumque mole circumdata, quid amplius habet? At enim aurea, inquit, non consumuntur. Quinimo et hoc illis accidere affirmant, qui ista callent, quod in balneis et alibi sæpe et lapides et aurea multum de pretio perdunt: verum sit ita sane, ut vis, nihilque lædantur; cedo quid lucri? Quid? cum exciderint ac perierint, annon damnum est? Quid vero, cum invidiam atque insidias in se concitarint, nonne damnum? Nam quandoquidem nihil prosunt circumdatæ mulieri, inflammant vero invidorum oculos et latrones magis excitant: nonne damnum afferunt? Quid vero, dic mihi, cum liceret viro his uti ad negotium magno cum emolumento gerendum, nec tamen potest ob sumtuosæ mulieris luxum, cogiturque ipse cum fame conflictari, et in summas adduci angustias, illam vero spectare auro onustam: nonne hoc damnum est? Propterea enim pecuniæ dictæ sunt χρήματα, id est utilia, non ut ipsis sic nos utamur, quemadmodum utuntur aurificum prothecæ, sed ut ex illis honesti quidpiam agamus. Quando igitur auri cupiditas id minime permittit, annon res tota damnum est? Nam qui ipsis uti non audet, perinde ac si aliena essent, ita non utitur; sublato autem usu jam non sunt χρήματα, id est utilia. Quid vero, cum ædes splendidas et magnas ædificamus, ipsasque et columnis et marmoribus et porticibus et ambulationibus, modisque omnibus exornamus, idola ubique et statuas collocantes? Multi quidem ex his etiam dæmonas vocant; sed omittamus nunc istud. Quid sibi vult et tectum aureum? nonne eumdem usum sua illi domus præbet, qui sibi aptam ac modicam habet? At habet, inquit, magnam delectationem. Sane unum aut alterum diem, exinde vero minime. Nam si solem ipsum non valde admiramur, quod ei videndo assuevimus, certe multo minus opera artis; sed nihilo magis quam si lutea essent, attendimus. Quid enim, dic mihi, ad ædificationis commoditatem multitudo columnarum, et signorum pulchritudo, et aurum muris inspersum confert? Nihil, sed omnia luxus, petulantiæ, elationis nimiæ, ac dementiæ sunt. Ubique enim rebus necessariis, quibusque utamur, danda opera est, non inutilibus.

Contra luxum.

Ædium ornatus.

* [*Fort.* καὶ δ. κηλοῦσι. Dunæus. *Imo fort.* εὐδαίμονες καλοῦνται. Hales. Neutrum horum placet.]

a Coislin. εἰπέ μοι, τί συμβάλλεται, etc.

4. Vides rem istam damnum esse? vides supervacaneam et inutilem? Nam si neque majorem usum, neque delectationem affert (procedente enim tempore satietatem parit): nihil aliud est, nisi damnum. Sed obstans inanis gloriæ studium facit, ne videamus. Ita Paulus quidem quæ lucra esse arbitrabatur, ea reliquit: nos vero neque ea, quæ damna sunt, pro Christo relinquemus? Quousque tandem humi defixi hærebimus? quousque ad cælum non spectabimus? Non videtis senes, quam nullum rerum præteritarum sensum habent? non videtis morientes, cum senes, tum juvenes? non videtis eos, qui in vita ipsa suis rebus spoliati sunt? Cur rebus instabilibus inhiamus? cur infirmis alligamur? quousque non persequemur manentes ac stabiles? Quid non darent senes, quo liceret deponere senectutem? Et tamen quæ isthæc dementia est ad pristinam velle juventutem redire, atque hujus rei consequendæ causa facile omnia dare; cum vero liceat consequi juventutem, cui non succedat senectus, juventutem multis cum divitiis conjunctam multoque vivaciorem, nec paulum quiddam velle dare, sed ea retinere, quæ etiam in præsenti nihil prosunt? Ex morte eximere te non possunt, non morbum propulsare, non prohibere senectutem, aut quidquam aliud eorum, quæ necessario et secundum naturæ legem accidunt, et adhuc illis hæres? Ecquid lucri, dic mihi? Hinc ebrietas, edacitas, obscœnæ ac multiplices voluptates, quæ magis quam amari domini nos excruciant? Hæc solum ex divitiis lucrari possumus, aliud vero nihil, quandoquidem ita volumus: nam si liberet, cælum sane ipsum divitiis consequeremur. Ergo bonum, inquit, divitiæ. Non hoc divitiæ præstant, sed possessoris consilium et voluntas. Liberum enim arbitrium esse quod hoc faciat, vel hinc licet animadvertere, quod etiam pauper cæli adire hereditatem possit. Etenim, quod sæpe dixi, non mensuram rerum quæ dantur Deus spectat, sed animum dantium: licet et pauperi, et pauca danti totum consequi. Exigit enim Deus pro cujusque facultate: neque divitiæ regnum conciliant, neque paupertas gehennam, sed utraque bonus, et malus animus. Hunc igitur corrigamus, hunc componamus, hunc talem qualem esse decet præstemus; atque omnia erunt nobis facilia. Nam quemadmodum artifex, sive ferrream sive auream securim habeat, æque ligna cædit ac dolat, imo facilius

Ὁρᾷς ὅτι ζημία τὸ πρᾶγμα; ὁρᾷς ὅτι περιττὸν καὶ
F ἀνόνητόν ἐστιν; Εἰ γὰρ μήτε χρείαν παρέχει πλείονα,
μήτε τέρψιν (προσκορὴς γὰρ τῷ χρόνῳ γίνεται), οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ζημία. Ἀλλ' οὐκ ἀφίησι τοῦτο ὁρᾷν
280 ἡ κενοδοξία κωλύουσα. Εἶτα ὁ μὲν Παῦλος ἅπερ ἐνό-
A μιζεν εἶναι κέρδη, ταῦτα εἴασεν· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τὴν ζημίαν ἀφῶμεν διὰ τὸν Χριστόν; Μέχρι πότε τῇ γῇ προσηλώμεθα; μέχρι τίνος οὐκ ἀναβλέπομεν εἰς τὸν οὐρανόν; Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς γεγηρακότας, πῶς οὐδεμίαν τῶν παρελθόντων ἔχουσιν αἴσθησιν; οὐχ ὁρᾶτε τοὺς τελευτῶντας, τοὺς ἐν γήρᾳ, τοὺς ἐν νεότητι; οὐχ ὁρᾶτε τοὺς ἐν τῷ ζῆν ἀπεστερημένους αὐτῶν; Τί τοῖς ἀστάτοις προστετήκαμεν, τί προσδεδέμεθα τοῖς ἀβεβαίοις; μέχρι τίνος οὐκ ἀντιλαμβανόμεθα τῶν μενόντων; Τί
B οὐκ ἂν ἔδωκαν οἱ γέροντες, εἴ γε ἐνῆν ἀποξέσαι τὸ γῆρας; Εἶτα πόσης οὐκ ἔστιν ἀλογίας, βούλεσθαι μὲν ἐπὶ τὴν νεότητα τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν, καὶ πάντα εὐκόλως ἂν ὑπὲρ τούτου δοῦναι, ὥστε γενέσθαι νεώτερον, παρὸν δὲ νεότητα λαβεῖν οὐδέποτε γῆρας ἔχουσαν καὶ νεότητα μετὰ πλούτου πολλοῦ πολὺ πνευματικωτέραν, μηδὲ μικρὸν βούλεσθαι προέσθαι, ἀλλὰ κατέχειν τὰ μηδὲν εἰς τὸ παρὸν ὠφελοῦντα; Θανάτου σε ἐξελέσθαι οὐ δύναται, νόσον ἀπελάσαι οὐκ ἰσχύει,
C [a] γῆρας κωλῦσαι, οὐδὲν τούτων τῶν ἀναγκαίων καὶ κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον παραγινομένων· καὶ ἔτι αὐτῶν ἔχῃ; Τί τὸ κέρδος, εἰπέ μοι; Ἐντεῦθεν μέθη, γαστριμαργία, ἡδοναὶ ἄτοποι καὶ παντοδαπαὶ, πικρῶν δεσποτῶν μᾶλλον ἡμᾶς κατατείνουσαι; Ταῦτα ἀπὸ τοῦ πλούτου κερδαίνειν ἐστὶ μόνον, ἕτερον δὲ οὐδὲν, ἐπειδὴ οὐ βουλόμεθα· ἐπεὶ εἴ γε ἠθέλομεν, τὸν οὐρανὸν ἂν αὐτὸν ἐκληρονομήσαμεν ἀπὸ πλούτου. Οὐκοῦν καλὸν ὁ πλοῦτος, φησίν. Οὐχ ὁ πλοῦτος τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἡ τοῦ κεκτημένου προαίρεσις· ὅτι γὰρ προ-
D αίρεσις τοῦτο ποιεῖ, σκόπει ἐντεῦθεν· ἔνεστι καὶ τὸν πένητα κατακληρονομῆσαι τὸν οὐρανόν. Ὅπερ γὰρ πολλάκις εἶπον, οὐ τῷ μέτρῳ τῶν διδομένων ὁ Θεὸς προσέχει, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει τῶν παρεχόντων. Ἔνεστι καὶ ἐν πενίᾳ ὄντα, καὶ ὀλίγα δόντα, τὸ πᾶν ἀπενέγκασθαι. Τὰ γὰρ κατὰ δύναμιν ὁ Θεὸς ἀπαιτεῖ· οὔτε πλοῦτος προξενεῖ τὸν οὐρανὸν, οὔτε πενία τὴν γέενναν, ἀλλ' ἑκάτερα προαίρεσις ἀγαθὴ καὶ μοχθηρά. Ταύτην οὖν διορθώσωμεν, ταύτην ἀνακτησώμεθα,
E ταύτην ῥυθμίσωμεν, καὶ πάντα ἡμῖν ἔσται εὔκολα. Καθάπερ γὰρ ὁ τεχνίτης, ἄν τε σιδηροῦν, ἄν τε χρυσοῦν σκέπαρνον ἔχῃ, ὁμοίως ἐργάζεται τὰ ξύλα, μᾶλλον δὲ ἐν τῷ σιδηρῷ πλέον· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, εὐκολώτερον μᾶλλον διὰ τῆς πενίας ἡ ἀρετὴ κατορθοῦται. Περὶ μὲν γὰρ τοῦ πλούτου φησὶν ὁ Χριστὸς, Εὐκολώτερον κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ

[a] [Fort. οὐ γῆρας.]

πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Περὶ δὲ τῆς πενίας οὐδὲν τοιοῦτον ἀπεφήνατο, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον· Πώλησον τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι, ὡς ἐκ τῆς προαιρέσεως τῆς ἀκο- F λουθήσεως οὔσης.

etiam in ferro : ita et hic longe facilius per paupertatem paratur virtus. Nam de divitiis quidem Christus ait, *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum cœlorum :* de paupertate vero nihil hujusmodi pronuntiavit, sed potius contra : *Vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni et sequere me ;* utpote cum ex voluntatis electione fiat ut sequatur Dominum.

Matth. 19. 21.
Marc. 10. 21.

Μὴ τοίνυν φεύγωμεν τὴν πενίαν, ὡς πονηρόν· βασιλείας γάρ ἐστι πρόξενος· καὶ πάλιν μὴ διώκωμεν τὸν πλοῦτον, ὡς ἀγαθόν· τοὺς γὰρ μὴ προσέχοντας ἀπόλλυσιν· ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ ὄμμα πρὸς τὸν Θεὸν ἀνατείνοντες, χρώμεθα εἰς δέον τοῖς ὑπηργμένοις ἡμῖν 281 παρ' αὐτοῦ, καὶ δυνάμει σώματος, καὶ περιουσίᾳ A χρημάτων, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. Ἄτοπον γὰρ ὑπ' αὐτοῦ γενομένους, ἑτέροις ταῦτα παρέχειν χρήσιμα, ἀλλὰ μὴ τῷ πεποιηκότι ἡμᾶς. Ἐποίησέ σοι ὀφθαλμούς· τούτους αὐτῷ πάρεχε χρησίμους, μὴ τῷ διαβόλῳ. Πῶς δὲ αὐτῷ παρέξεις; Τὰ κτίσματα αὐτοῦ θεωρῶν, καὶ δοξάζων αὐτὸν, καὶ ἀπάγων τῆς τῶν γυναικῶν ὄψεως. Ἀλλ' ἐποίησέ σοι χεῖρας; Ταύτας αὐτῷ κέκτησο, μὴ τῷ διαβόλῳ, μὴ εἰς ἁρπαγὰς καὶ πλεονεξίας, ἀλλ' εἰς ἐντολὰς καὶ εὐποιίας, καὶ εἰς B εὐχὰς ἐκτενεῖς ἀνατείνων αὐτὰς, εἰς τὸ τοῖς πεπτωκόσιν ὀρέγειν χεῖρα. Ἐποίησέ σοι ὦτα; Ταῦτα αὐτῷ πάρεχε, ἀλλὰ μὴ τοῖς διακεκλασμένοις μέλεσι, μηδὲ ταῖς αἰσχραῖς ἀκοαῖς· Πᾶσα γὰρ διήγησίς σου, φησὶν, ἐν νόμῳ Ὑψίστου ἔστω· καὶ πάλιν, Ἐν πλήθει, φησὶ, πρεσβυτέρων στῆθι, καὶ εἴ τις σοφὸς, αὐτῷ προσκολλήθητι. Ἐποίησέ σοι στόμα; Τοῦτο μηδὲν πραττέτω τῶν μὴ δοκούντων αὐτῷ, ἀλλὰ ψαλμῳδίας, ὕμνους, ᾠδὰς πνευματικὰς ᾀδέτω· Ἵνα δῷ χάριν, φησὶ, τοῖς C ἀκούουσιν, εἰς οἰκοδομὴν, καὶ μὴ εἰς καταστροφὴν, εἰς εὐφημίαν, καὶ μὴ εἰς κατηγορίαν, μὴ εἰς ἐπιβουλὰς, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον. Ἐποίησέ σοι πόδας, οὐχ ἵνα τρέχῃς ἐπὶ κακίαν, ἀλλ' ἐπὶ ἀγαθά· ἐποίησέ σοι γαστέρα, οὐχ ἵνα διαῤῥηγνύῃς αὐτὴν, ἀλλ' ἵνα φιλοσοφῇς· ἔθηκεν ἐπιθυμίαν πρὸς παιδοποιίαν, ἀλλ' οὐ πρὸς πορνείαν, καὶ μοιχείαν· ἔδωκέ σοι νοῦν, οὐχ ἵνα αὐτὸν βλασφημῇς, οὐχ ἵνα λοίδορος ᾖς, ἀλλ' ἵνα εὐφημῇς· ἔδωκε καὶ χρήματα, ἵνα εἰς δέον αὐτοῖς χρώ- D μεθα· καὶ ἰσχὺν, ἵνα καὶ ταύτῃ εἰς δέον ὦμεν κεχρημένοι. Ἐποίησε τέχνας, ἵνα βίος συνεστήκῃ, οὐχ ἵνα τῶν πνευματικῶν ἀποχωρίσωμεν ἑαυτοὺς, οὐχ ἵνα ταῖς βαναύσοις προσέχωμεν τέχναις, ἀλλὰ ταῖς ἀναγκαίαις, ἵνα ἀλλήλοις ὑπηρετῶμεν, οὐχ ἵνα ἀλλήλοις ἐπιβουλεύωμεν. Ἔδωκεν ὄροφον, ἵνα στέγῃ τὸν ὑετὸν τοσοῦτον μόνον, οὐχ ἵνα καλλωπίζηται οὗτος μὲν τῷ χρυσῷ, ὁ δὲ πένης διαφθείρηται τῷ λιμῷ· ἔδωκεν ἱμάτια, ἵνα σκεπώμεθα, οὐχ ἵνα ἐπιδεικνυώμεθα, E οὐχ ἵνα ταῦτα μὲν ᾖ πολὺ ἔχοντα χρυσίον, ὁ δὲ Λα-

5. Ergo paupertatem ne fugiamus tamquam malum ; est enim conciliatrix regni : neque item persequamur divitias ut bonum ; incautos enim perdunt : sed ubique oculos ad Deum intendentes, utamur sicut convenit iis, quæ ab illo nobis tributa sunt, et corporis robore, et abundantia divitiarum, cæterisque rebus omnibus. Absurdum enim plane est, cum ab ipso facti simus, non ei qui nos fecit, sed aliis isthæc utenda præbere. Fecit tibi oculos ? Hos ipsi præsta, præbe utendum, non autem diabolo. Quomodo autem Deo præbebis ? Opera ipsius considerans et ipsum glorificans, abducens vero a mulierum aspectu. Fecit tibi manus ? Has ipsi possideto, non diabolo : non eas ad rapinas ac prædas, sed ad mandata facienda, ad beneficia conferenda atque ad preces assiduas extendens, ad eos qui ceciderunt erigendos. Fecit tibi aures ? Has ipsi præbe, non infractis ac mollibus cantilenis, non turpium sermonum auditioni; *Omnis* enim *enarratio tua,* inquit, *in lege Altissimi;* et rursus, *In multitudine,* inquit, *seniorum sta, et si quis sapiens fuerit, ei te adjunge.* Fecit tibi os ? Ex hoc nihil prodeat, quod Deo non probetur, sed psalmodias, hymnos, odas canat spirituales, *Ut det gratiam,* inquit, *audientibus*, ad fulciendum, non ad evertendum ; ad benedicendum, non ad maledicendum ; non ad struendas insidias, sed contra omnino. Fecit tibi pedes, non ut properes ad vitiositatem, sed ad bona : fecit tibi ventrem, non ut ipsum rumpas, sed ut philosophicam exerceas sobrietatem : indidit cupiditatem ad liberorum procreationem, sed non ad scortationem et adulterium : dedit tibi mentem, non ut blasphemiam in ipsum jacias, non ut sis conviciator, sed ut bene dicas : dedit et pecunias, ut quo oportet ipsis utamur ; eademque de causa vires dedit. Fecit artes, ut vita sustentetur, non ut a rebus ad spiritum pertinentibus nos ipsos avocemus, non ut sordidis artibus operam demus, sed necesariis, ut nobis mutuam opem feramus, non ut insidiemur. Dedit tectum eo dumtaxat, ut arceat pluviam, non ut ipsum quidem

Eccli. 9. 23. et 6. 35.
Ephes. 4. 29.

ornetur auro, pauper vero pereat fame: dedit vestes, ut tegamur, non ut ostentemus, non ut illæ quidem multo auro ditentur, Christus vero nudus pereat: dedit domum, non ut solus habeas, sed ut aliis etiam præbeas: dedit terram, non ut majore illius parte ad te abstracta, in scorta, et psaltrias, et mimos, et tibicines, et citharœdos insumas Dei bona, sed in esurientes atque egenos. Dedit tibi mare, ut naviges, ne itinere faciendo labores, non ut curiose illius fundum scruteris, et lapides et alia hujusmodi inde extrahas, non ut hoc tibi studio habeas. Cur ergo, inquies, sunt lapides? Quinimo dic tu mihi, Quam ob causam lapides illi in tanto pretio sunt? num facultate aliqua? num usu? Quin imo qui e mari non sunt, utiliores sunt. Etenim hi saltem ad ædificationem conferunt, illi vero nusquam: atque hi sunt illis firmiores. At illi, inquit, pulchritudinem afferunt. Quomodo? totum id opinionis est. Sunt candidiores? At non certe marmore valde candido candidiores, quinetiam neque ad illius candorem accedunt. At solidiores? Ne id quidem. At utiliores? at majores? Neutiquam. Unde igitur suspiciuntur? Non aliunde, quam ex sola existimatione. Nam si neque pulchriores sunt (multos enim inveniemus illis lucidiores et candidiores), neque utiles, neque solidiores: unde, inquam, adeo suspiciuntur? annon ex sola existimatione? Quam igitur ob causam illos dedit? Non ipse dedit, sed tu magnum esse quidpiam putasti. Quid igitur est, inquit, quod Scriptura etiam eos celebrat? Nimirum accommodate ad tuam opinionem loquitur. Nam et præceptor ad puerulum verba faciens, eadem atque ille sæpe suspicit, ut illum sibi conciliet, ac paulatim subvehat. Quid pulchritudinem expetis vestium? Vestem tibi circumda et
Psal. 18. 11. calceos: his te orna, hæc tibi satis sint. *Desiderabilia*, inquit David, *super aurum et super lapidem pretiosum multum judicia Dei.* Terrena vero hæc annon parvipendenda? Non sunt hæc, o dilecte, utilia: si utilia essent, non jussisset contemnere: sed divina Scriptura ad existimationem nostram loquitur. Atque hoc etiam divinæ benignitatis est. Quam igitur ob causam, inquit, purpuram et cætera hujusmodi? Divinæ magnificentiæ hæc sunt opera. Nam aliis quoque ex rebus suas voluit divitias ostendere. Etenim et frumentum ipse dedit solum; tu vero ex hoc multa paras, placentas, bellaria varia ac multa, magnam afferentia voluptatem. Alioquin et voluptas et inanis gloriæ amor hæc omnia inve-

στὸς γυμνὸς ἀπολλύηται· ἔδωκε στέγην, οὐχ ἵνα μό-
νος ἔχῃς, ἀλλ' ἵνα καὶ ἄλλοις παρέχῃς· ἔδωκε γῆν,
οὐχ ἵνα σὺ τὸ πλέον αὐτῆς ὑποτεμνόμενος εἰς πόρνας
καὶ ὀρχηστὰς καὶ μίμους καὶ αὐλητὰς καὶ κιθαρῳδοὺς
ἀναλίσκῃς τὰ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὰ, ἀλλ' εἰς πεινῶντας καὶ
δεομένους. Ἔδωκέ σοι θάλατταν, ἵνα πλέῃς, ἵνα μὴ
κάμνῃς ὁδοιπορῶν, οὐχ ἵνα περιεργάζῃ αὐτῆς τὰ βά-
θη, καὶ λίθους καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐκεῖθεν ἀναφέρῃς, οὐδ'
F ἵνα ἔργον τοῦτο ποιῇ. Τίνος οὖν ἕνεκεν, φησὶν, οἱ λί-
θοι; Εἰπὲ δή μοι μᾶλλον σὺ, τίνος ἕνεκεν οἱ λίθοι, καὶ
πῶς οὕτως εἰσὶν ἐκεῖνοι βαρύτιμοι; ἆρα τῇ δυνάμει;
ἆρα τῇ χρήσει; Μᾶλλον μὲν οὖν οἱ μὴ τοιοῦτοι χρήσι-
μοι. Οἱ μὲν γὰρ κἂν πρὸς οἰκοδομὴν συμβάλλονται,
ἐκεῖνοι δὲ πρὸς οὐδέν. Καὶ οὗτοι ἐκείνων ἰσχυρότεροι.
282 Ἀλλ' ἐκεῖνοι, φησὶ, κάλλος ἐργάζονται. Πῶς; ὑπο-
A λήψεώς ἐστι τὸ ἔργον. Λευκότεροί εἰσιν; Ἀλλ' οὐκ
εἰσὶ μαρμάρου τοῦ σφόδρα λευκοῦ λευκότεροι, ἀλλ'
οὐδὲ ἴσοι. Ἀλλ' ἰσχυρότεροι; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔχοι τις
ἂν εἰπεῖν. Ἀλλὰ χρησιμώτεροι; ἀλλὰ μείζους; Ἀλλ'
οὐδὲ τοῦτο. Πόθεν οὖν ἐθαυμάσθησαν; Ἀλλ' οὐκ ἄλ-
λοθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ ὑπολήψεως. Εἰ γὰρ μήτε καλλίους
εἰσίν (εὑρήσομεν γὰρ αὐτῶν περιφανεστέρους καὶ
λευκοτέρους), μήτε χρήσιμοι, μήτε ἰσχυρότεροι, πό-
θεν οὕτως ἐθαυμάσθησαν; οὐχὶ ἀπὸ ὑπολήψεως μόνης;
Τίνος οὖν ἕνεκεν ἔδωκεν αὐτούς; Οὐκ αὐτὸς ἔδωκεν,
B ἀλλὰ σὺ ἐνόμισας μέγα τι εἶναι. Τί οὖν, φησὶν, ὅτι
καὶ ἡ Γραφὴ τούτους θαυμάζει; Πρὸς τὴν ὑπόληψιν
λοιπὸν διαλέγεται τὴν σήν. Ἐπεὶ καὶ διδάσκαλος παι-
δίῳ διαλεγόμενος, τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ πολλαχοῦ θαυμάζει,
ὅταν αὐτὸ βούληται ἐπισπάσασθαι καὶ ὑπαγαγέσθαι.
Τί κάλλος ἐπιζητεῖς ἱματίων; Ἱματίῳ σε περίβαλε
καὶ ὑποδήμασιν· τούτοις κοσμοῦ, ἐν τούτοις ἀρκοῦ.
Ἐπιθυμητὰ ὁ Δαυῒδ ὑπὲρ χρυσίον φησὶ, καὶ λίθον
τίμιον πολὺν τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα δὲ ποῦ λό-
γον ἂν ἔχοι; Οὐκ ἔστι ταῦτα, ἀγαπητοὶ, χρήσιμα·
C εἰ χρήσιμα ἦν, οὐκ ἂν ἐκέλευσεν αὐτῶν καταφρονεῖν·
ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόληψιν τὴν ἡμετέραν φθέγγεται ἡ
θεία Γραφή. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρω-
πίας. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἔδωκε, φησὶ, πορφύραν, καὶ
ὅσα τοιαῦτα; Τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητός ἐστιν ἔργον
ταῦτα. Καὶ γὰρ καὶ ἀπὸ ἑτέρων τὸν πλοῦτον ἠθέλησεν
δεῖξαι τὸν αὐτοῦ· ἐπεὶ καὶ σῖτον ἔδωκε μόνον· σὺ δὲ
πολλὰ ἀπὸ τούτου κατασκευάζεις, πλακοῦντας, πέμ-
ματα διάφορα καὶ παντοδαπὰ, πολλὴν ἔχοντα τὴν
ἡδονήν. Ἄλλως δὲ καὶ ἡ κενοδοξία πάντα ταῦτα ἐφεῦ-
E ρεν· ἔδοξε γάρ σοι πάντων αὐτὰ προθεῖναι. Ἐπεὶ εἴ
τίς σε ἔροιτο ξένος ἀνὴρ ἢ γεωργὸς καὶ ἄπειρος ὢν αὐ-
τῶν, καὶ ἰδών σε θαυμάζοντα εἴποι, διὰ τί ταῦτα θαυ-
μάζεις; τί ἔχεις εἰπεῖν; ὅτι καλὸν ἰδεῖν; Ἀλλ' οὐκ
ἔστι. Παυσώμεθα τοίνυν τῆς τοιαύτης ὑπολήψεως, καὶ
τῶν ὄντως ἀληθινῶν ἀντεχώμεθα. Ταῦτα γὰρ οὐκ
ἔστιν, ἀλλ' ἁπλῶς παρέρχεται μόνον ποταμοῦ δίκην

παραῤῥέοντα. Διὸ, παρακαλῶ, ἐπὶ τῆς πέτρας ἑαυτοὺς στήσωμεν, ἵνα καὶ τὸ εὐκόλως περιτρέπεσθαι φύγωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

xit : videbantur enim hæc tibi omnibus rebus præferenda. Cæteroqui, si peregrinus quispiam aut agricola harum rerum imperitus te interroget, teque illum suspicientem videns, dicat : Cur ista suspicis atque admiraris? quid habebis quod respondeas? pulchra esse aspectu? Sed non ita est. Deponamus igitur hanc opinionem, verisque reapse bonis inhæreamus. Hæc enim minime sunt, sed temere transeunt tantum, instar fluminis dilabentia. Quamobrem, obsecro vos, caveamus; supra petram nos collocemus ne facile labamur, ut futura etiam consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, simulque sancto Spiritui gloria, potestas, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ια'.

Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. Ἀλλὰ μὲν οὖν καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου μου, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει, τοῦ γνῶναι αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ.

Τοῖς πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἀγῶσιν ἀκμαζούσαις χρὴ προσβάλλειν ταῖς διανοίαις καὶ συνεχῶς. Οὕτω γὰρ ἔστι συγχέειν αὐτῶν τὴν παράταξιν, καὶ ἐκ περιουσίας κρατεῖν, μηδεμίαν αὐτοῖς διδόντες σχολὴν ἀναπνεῖν. Διὰ τοῦτο βουλόμενος ὑμᾶς ἀπὸ τῶν Γραφῶν πρὸς τοὺς τοιούτους ἀγῶνας παρεσκευάσθαι, ἵνα καὶ ἐντεῦθεν ἐπιστομίζειν τοὺς ἀντιλέγοντας δύνησθε, ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς παρελθούσης διαλέξεως τὴν ἀρχὴν ταύτης τῆς μετὰ χεῖρας ποιοῦμαι. Καὶ τί ἦν ἐκείνης τὸ τέλος, φησί; Καταλέξας πάντα τὰ καυχήματα τὰ Ἰουδαϊκὰ, τὰ ἀπὸ φύσεως, τὰ ἀπὸ προαιρέσεως, ἐπήγαγεν· Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι ζημίαν πάντα εἶναι διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου μου, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω. Ἐπιπηδῶσιν ἐνταῦθα οἱ αἱρετικοί. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς σοφίας ἐστὶ τοῦ Πνεύματος,

HOMILIA XI.

CAP. III. v. 7. *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimentum.* 8. *Verumtamen et existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci et arbitror quisquilias esse, ut Christum lucrifaciam,* 9. *et inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Jesu Christi, quæ ex Deo est justitia in fide,* 10. *ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis ejus.*

1. In certaminibus, quæ adversus hæreticos suscipiuntur, vegetam adhibere mentem oportet, atque assidue in ea cogitatione defixam. Ita enim disturbare illorum ordines poterimus, et plenissimam reportare victoriam, nullum illis respirandi spatium dantes. Propterea cum velim vos ex Scripturis ad hujusmodi certamina instruere, ut hinc etiam eos qui contradicunt obmutescere faciatis : hujus, quæ nunc in manibus est, disputationis initium sumam a fine superioris. Quis autem erat ille finis? Cum collegisset Judaica omnia quæ gloriandi causam dabant, ea quæ a natura, ea quæ a consilio et electione addiderat : *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc existimo detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror quisquilias esse, ut Chri-*

stum lucrifaciam. Insultant hoc loco hæretici. Nam et hoc sapientiæ est Spiritus, spes illis victoriæ submittere, ut pugnam capessant. Etenim si aperte loquutus esset, fecissent et in istis, quod in aliis fecerunt : deleverunt enim literas, repudiarunt Scripturam, cum adversos illius radios ferre non possent. Sed quod in piscibus fit, ut illud, unde sunt capiendi, non manifesto illis objiciatur, sed occultetur, ut accurrere non vereantur ; id et hoc loco accidit, ubi a Paulo lex damnum dicta est. Quisquiliæ, inquit, et damnum lex vocatur : non licebat Christum lucrari, nisi hanc damnum putassem. Hæc omnia alliciunt hæreticos, ut locum recipiant, existimantes pro se facere : quando vero receperunt, tunc illos retibus undique constringit. Quid igitur isti dicunt insultantes ? En lex est damnum, en quisquiliæ ; quomodo igitur ipsam Dei esse dicitis ? Verum hæc omnia pro lege sunt ; quomodo autem, hinc perspicuum fiet. Attendamus diligenter, quæ dicuntur : non dixit, Lex est detrimentum, sed ipsam *Arbitratus sum detrimentum :* et de lucro quidem loquens non dixit, Arbitratus sum, sed, *Fuerunt lucra :* de damno autem dixit, *Arbitratus sum :* merito. Illud enim in natura erat : hoc vero jam ex opinione nostra profectum est. Quid igitur ? non est, inquit, damnum lex ? Est certe ; sed propter Christum : at nunc lucrum facta est. Non putabatur lucrum, inquit, sed erat : ac si diceret : Cogita quantum fuerit, homines efferatos jam natura ad humanam vitæ rationem adducere : nisi lex fuisset, neque etiam gratia data esset. Quare ? Quoniam pontis instar fuit. Etenim quoniam minime fas erat de infirmo loco in excelsum ascendere, facta est scala. Et quamvis non amplius scala opus sit ; non propterea tamen illam spernit, sed potius ei gratias habet. Ipsa enim fuit, quæ illum eo adduxerit, ut ejus posthac non egeat : ac tamen pro hoc ipso, quod illius non eget, beneficium se illi debere merito fatetur : sine illa enim non ascendisset. Idem de lege dicendum est : evexit nos in sublime ; ergo lucrum erat : sed jam ipsam putamus damnum. Quomodo ? Non quoniam damnum est, sed quoniam longe potior est gratia. Nam quemadmodum fame laborans pauper, quamdiu quidem argentum habet, eo arcet famem ; postquam vero aurum invenerit, si utrumque retinere non liceat, damnum putat retinere argentum, atque illo dimisso aurum capit : dimittit autem, non quod damnum sit argentum, non enim est, sed quoniam utrumque simul habere non licet, sed necessario alterum est relinquen-

Manichæos significare videtur.

ἐλπίδας αὐτοῖς ὑποθέσθαι νίκης, ἵνα καταδέξωνται τὴν μάχην. Εἰ γὰρ φανερῶς εἴρητο, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐποίησαν, ἐποίησαν ἂν καὶ ἐπὶ τούτων· ἐξήλειψαν ἂν τὰ γράμματα, παρῃτήσαντο τὴν Γραφὴν, οὐ δυνάμενοι ὅλως ταύτῃ ἀντιβλέπειν. Ἀλλ' ὅπερ ἐπὶ τῶν ἰχθύων γίνεται, τὸ δυνάμενον αὐτοὺς ἑλεῖν κρύπτεται, ὥστε αὐτοὺς ἐπιδραμεῖν, καὶ οὐ πρόδηλον κεῖται· τοῦτο δὴ καὶ ἐνταῦθα συνέβη, τῷ ζημίαν
E τὸν νόμον παρὰ Παύλου εἰρῆσθαι. Σκύβαλα εἴρηται ὁ νόμος, φησὶ, ζημία εἴρηται· οὐκ ἐνῆν Χριστὸν κερδᾶναι, εἰ μὴ τοῦτον ἐζημιώθην. Ταῦτα πάντα ἐπεσπάσατο τοὺς αἱρετικοὺς δέξασθαι τὸ χωρίον, νομίζοντας ὑπὲρ αὐτῶν εἶναι· ἐπειδὴ δὲ ἐδέξαντο, τότε αὐτοὺς περιέβαλε τοῖς δικτύοις πάντοθεν. Τί γάρ φασιν ἐπιπηδῶντες ἐκεῖνοι; Ἰδοὺ ζημία ὁ νόμος, ἰδοὺ σκύβαλα εἴρηται. Πῶς οὖν αὐτὸν Θεοῦ λέγετε εἶναι;
F Αὐτὰ μὲν οὖν ταῦτα ὑπὲρ τοῦ νόμου ἐστί· καὶ πόθεν, ἐκεῖθεν δῆλον. Πρόσχωμεν ἀκριβῶς τοῖς λεγομένοις· οὐκ εἶπε, ζημία ἐστὶν ὁ νόμος, ἀλλ', Ἥγημαι αὐτὸν ζημίαν· καὶ ὅτε μὲν περὶ κέρδους ἔλεγεν, οὐκ εἶπεν,
284 ἥγημαι, ἀλλ', Ἦν κέρδος· ὅτε δὲ περὶ ζημίας, εἶ-
A πεν, Ἥγημαι, εἰκότως· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἐν φύσει, τοῦτο δὲ λοιπὸν γέγονεν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως. Τί οὖν; οὐκ ἔστι, φησὶ, ζημία ὁ νόμος; Ἔστιν· ἀλλὰ διὰ τὸν Χριστόν· ἀλλὰ νῦν κέρδος γέγονεν. Οὐκ ἐνομίζετο κέρδος, εἶπεν, ἀλλὰ ἦν· μονονουχὶ λέγων· ἐννόησον ὅσον ἦν ἀνθρώπους ἐκτεθηριωμένους τὴν φύσιν, εἰς τὸ τῶν ἀνθρώπων σχῆμα καταστῆσαι. Εἰ μὴ ὁ νόμος ἦν, οὐδ' ἂν ἡ χάρις ἐδόθη. Διὰ τί;
B Ὅτι καθάπερ τις γέφυρα γέγονεν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐνῆν ἀπὸ τῆς πολλῆς ταπεινώσεως εἰς τὸ ὕψος ἀνελθεῖν, γέγονε κλῖμαξ. Ἀλλὰ εἰ καὶ τῆς κλίμακος οὐκέτι δέεται ὁ ἀνελθὼν, ἀλλ' οὐ μὴν διὰ τοῦτο αὐτὴν ὑπερορᾷ, ἀλλὰ καὶ χάριν αὐτῇ οἶδεν. Αὕτη γὰρ αὐτὸν εἰς τὸ μηκέτι δεῖσθαι αὐτῆς κατέστησε· καὶ ὅμως ὑπὲρ τούτου αὐτοῦ, ὅτι οὐ δεῖται αὐτῆς, αὐτῇ χάριν ὁμολογεῖν, φησὶ, δίκαιον· οὐ γὰρ ἂν ἀνέβη. Οὕτω καὶ
C ἐπὶ τοῦ νόμου· ἀνήγαγεν ἡμᾶς εἰς ὕψος· οὐκοῦν κέρδος ἦν· ἀλλὰ λοιπὸν ζημίαν αὐτὸν νομίζομεν. Πῶς; Οὐκ ἐπειδὴ ζημία ἐστὶν, ἀλλ' ἐπειδὴ πολὺ μείζων ἡ χάρις. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν λιμῷ ὢν πένης, ἕως μὲν ἂν ἔχῃ ἀργύριον, διαφεύγει τὸν λιμόν· ἐπειδὰν δὲ χρυσὸν εὕρῃ, καὶ μὴ ἐξῇ ἀμφότερα κατασχεῖν, ζημίαν ἡγεῖται τὸ ἐκεῖνο κατέχειν, καὶ ἀφεὶς αὐτὸ, λαμβάνει τὸ χρυσίον· ἀφίησι δὲ, οὐκ ἐπειδὴ ζημία τὸ ἀργύριον, οὐ γάρ ἐστι, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔνι ὁμοῦ τὰ δύο λαβεῖν,
D ἀλλ' ἀνάγκη τὸ ἓν καταλιπεῖν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Ζημία οὖν οὐχ ὁ νόμος ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ τῷ νόμῳ προσκαθήμενον ἀφίστασθαι τοῦ Χριστοῦ. Ὥστε, ὅταν ἀπάγῃ ἡμᾶς Χριστοῦ, τότε ζημία· ἂν δὲ παραπέμπῃ, οὐκέτι. Διὰ τοῦτό φησι ζημία, τουτέστι, διὰ τὸν Χριστόν. Εἰ διὰ τὸν Χριστὸν, οὐ φύσει ζημία. Διὰ

τί δὲ οὐκ ἀφίησι τῷ Χριστῷ προσελθεῖν ὁ νόμος; Καὶ μὴν εἰς τοῦτο, φησὶν, ἐδόθη, καὶ πλήρωμα νόμου Χριστὸς, καὶ τέλος νόμου Χριστός. Ἀφίησιν, ἐὰν θέλωμεν πείθεσθαι. Ὁ τῷ νόμῳ τοίνυν πειθόμενος, αὐτὸν ἀφίησι τὸν νόμον; Ἀφίησιν, ἐὰν προσέχωμεν· ἂν μέντοι μὴ προσέχωμεν, οὐκ ἀφίησιν. Ἀλλὰ μὲν οὖν καὶ ἥγημαι πάντα ζημίαν εἶναι. Τί λέγω, φησὶ, τοῦτο περὶ τοῦ νόμου, οὐχὶ καλὸν ὁ κόσμος; οὐχὶ καλὸν ἡ παροῦσα ζωή; Ἀλλ' ἐάν με ἀπαγάγῃ τοῦ Χριστοῦ, ζημίαν ταῦτα τίθεμαι. Διὰ τί; Διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου μου. Τοῦ γὰρ ἡλίου φανέντος, προσκαθῆσθαι τῷ λύχνῳ ζημία. Ὥστε ἀπὸ τῆς παραβολῆς ἡ ζημία γίνεται, ἀπὸ τοῦ ὑπερέχοντος. Ὁρᾷς ὅτι σύγκρισιν ποιεῖται; Διὰ τὸ ὑπερέχον, φησὶν, οὐ διὰ τὸ ἀλλότριον· τὸ γὰρ ὑπερέχον τοῦ ὁμογενοῦς ὑπερέχει. Ὥστε ἀφ' ὧν ποιεῖται τὴν κατὰ σύγκρισιν ὑπεροχὴν, ἀπὸ τούτων δείκνυσι τὴν οἰκείωσιν τῆς γνώσεως. Δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω. Σκύβαλα οὔπω μὲν δῆλον, εἰ περὶ τοῦ νόμου φησὶ τὰ σκύβαλα· εἰκὸς γὰρ αὐτὸν περὶ κοσμικῶν πραγμάτων τοῦτο λέγειν. Εἰπὼν γὰρ, Ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν, ἀλλὰ μὲν οὖν καὶ ἡγοῦμαι, φησὶ, πάντα ζημίαν. Πάντα εἶπε, καὶ τὰ πάλαι, καὶ τὰ παρόντα. Εἰ δὲ βούλει καὶ τὸν νόμον, οὐδὲ οὕτως ὕβρισται. Τὸ γὰρ σκύβαλον ἀπὸ τοῦ σίτου ἐστὶ, καὶ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ σίτου τὸ σκύβαλόν ἐστι, τὸ ἄχυρον λέγω. Ὥστε πρὸ τούτου χρήσιμον τὸ σκύβαλον ἦν· μετὰ γὰρ τοῦ σίτου αὐτὸ ἐκλέγομεν, καὶ εἰ μή τι σκύβαλον ἦν, οὐκ ἂν ὁ σῖτος ἐγένετο. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου.

dum : ita et hic. Non igitur lex est detrimentum, sed legi inhærentem deficere a Christo. Quamobrem cum nos abducit a Christo, tunc damnum est : quod si adducat, non item. Propterea inquit,
E *Propter Christum detrimentum.* Si propter Christum, ergo natura non est detrimentum. Cur autem non sinit lex ad Christum accedere? Ac sane ad hoc, inquit, data fuerat : plenitudo enim legis Christus, et *Finis legis Christus.* Sinit, si Rom. 10. 4.
dicto audientes esse velimus. Qui ergo legi obedit, ipsam legem relinquit? Relinquit, si attendamus : quod si minime attendamus, non sinit. *Verumtamen et existimo omnia detrimentum esse.* Quid hoc, inquit, de lege dico? nonne bo-
F num est mundus? nonne bonum est præsens vita? Verumtamen si abducant a Christo, pro damno habeo. Cur? *Propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei.* Ubi enim sol illuxit,
255 lychno inhærere damnum est. Itaque ex collatio-
A ne damnum fit, nimirum ob alterius præstantiam. Vides Paulum comparationem facere. *Propter eminentem,* inquit, non quod alterum alienum sit : nam quod eminet et excellit, in re quæ ejusdem sit generis excellit. Unde igitur per comparationem præstantiam alterius constituit, inde alterius etiam cognationem et similitudinem cognitionis demonstrat. *Propter quem omnia de-*
B *trimentum feci, et arbitror quisquilias esse, ut Christum lucrifaciam.* Nondum quidem manifestum est quisquiliarum nomen de lege dici : verisimile enim est Paulum de mundanis rebus dicere. Nam cum dixisset, *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimentum,* addit, *Verumtamen et existimo omnia detrimentum esse.* Dum dicit, *Omnia,* significat et præterita et præsentia. Quod si velis legem significari, neque ideo tamen contumelia afficitur. Quisquiliæ enim ex frumento exsistunt, et quod in frumento quasi robustius est, id est quisquilia paleam, dico. Quamobrem antequam frumentum exsisteret, utilis erat illa palearum seges, et una cum frumento ipsam colligimus : quod si illa non fuisset, neque hoc exortum esset. Ita et in lege.

Ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ οὐκ αὐτὸ τοῦτο ζημίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ, ἀλλὰ διὰ τὸν Χριστόν; Ἀλλὰ μὲν οὖν καὶ πάντα ἡγοῦμαι ζημίαν. Διὰ τί; Πάλιν διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην. Εἶτα ἐπάγει, Διὸ καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω. Ὁρᾷς πῶς ἐπιλαμβάνεται πάντοθεν τοῦ ἐρείσματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἀφίησιν οὐδαμοῦ γυμνωθῆναι τὸν νόμον, οὐδὲ πληγὴν λα-

2. Vides ubique non rem ipsam vocari damnum, sed propter Christum? *Verumtamen et omnia existimo detrimentum esse.* Quam ob causam? Rursus, *Propter eminentem scientiam, propter quem omnia detrimentum feci.* Deinde
C adjungit, *Omnia existimo detrimentum esse, ut Christum lucrifaciam.* Vides ubique inhærentem firmamento Christi? nec usquam patientem

nudari legem ac plagam accipere, sed undique ipsam munientem? *Et inveniar in illo, non habens meam justitiam quæ ex lege est.* Si is, qui justitiam habebat, quod ea præ hac justitia nihil esset, ad hanc accurrit; qui nullam habent, quomodo non multo magis accurrere debebunt? Et recte dixit, *Non habens meam justitiam*; id est non illam, quam mihi meis laboribus ac sudoribus comparaveram, sed quam ex gratia inveni. Si igitur ille, qui virtutis officia obiverat, ex gratia salutem est adeptus, multo magis vos. Quoniam enim verisimile erat illos dicere, majorem esse justitiam quæ ex laboribus, ostendit hanc præ illa paleam esse: alioqui enim non, cum ad ipsam pervenissem, ea projecta ad hanc alteram accurrissem. Quænam vero hæc est? *Quæ ex fide Dei;* id est, hæc ipsa etiam a Deo data est: Dei est hæc ipsa justitia; donum penitus Dei est: Dei autem dona longo intervallo antecedunt utilitatem bonorum operum, quæ ex nostro studio profecta sunt. Quid autem est, fides? *In fide,* inquit, *ad cognoscendum illum?* Ergo per fidem cognitio; nec sine fide illum cognoscere fas est. Quomodo? Per ipsam enim cognoscenda est virtus resurrectionis ejus. Etenim quæ umquam ratiocinatio resurrectionem nobis demonstrabit? Nulla, sed sola fides. Quod si Christi secundum carnem resurrectio fide cognoscitur, quomodo generatio Dei Verbi comprehendetur ratiocinationibus? generatione enim minor est resurrectio. Cur? Quoniam illius quidem multa exempla exstiterunt, generationis nullum: mortui enim multi resurrexerunt ante Christum, quamvis post resurrectionem rursus obiverint; nemo autem umquam fuit, quem virgo pareret. Ergo si illud etiam, quod ortu secundum carnem vilius est, fide comprehendendum est; quod multo majus est, et infinite majus ac ne comparabile quidem est, hoc quomodo ratiocinatione comprehendemus? Hæc faciunt justitiam. Hoc enim oportet credere, fieri potuisse; quomodo vero potuerit, non jam potest ostendi: ex fide enim fit etiam laborum participatio. Quomodo? Nisi enim crederemus, neque etiam ærumnas pateremur: nisi crederemus fore ut una patientes, simul etiam regnabimus, nullo pacto ad subeunda incommoda adduceremur. Ergo fide et generatio et resurrectio comprehenditur. Vides non nudam requiri fidem, sed cum operibus conjunctam? Is enim potissimum credit resurrexisse Christum, qui similiter se periculis exponit, qui ei se in perpessionibus socium præbet: fit enim socius ei qui resurrexit, ei qui vivit. Propterea

θεῖν, ἀλλὰ περιβάλλει πάντοθεν αὐτόν; Καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου. Εἰ ὁ δικαιοσύνην ἔχων, διὰ τὸ μηδὲν αὐτὴν εἶναι, πρὸς ταύτην τὴν δικαιοσύνην ἔδραμεν, οἱ μὴ ἔχοντες πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον ὀφείλουσι προστρέχειν αὐτῷ; Καὶ καλῶς εἶπε, Μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην, οὐχ ἣν διὰ πόνων καὶ ἱδρώτων ἐκτησάμην, ἀλλὰ ἣν D εὗρον ἀπὸ τῆς χάριτος, φησίν. Εἰ τοίνυν ὁ κατορθώσας ἀπὸ χάριτος σώζεται, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς λέγειν, ὅτι μείζων αὕτη ἡ δικαιοσύνη ἡ διὰ πόνων, δείκνυσιν ὅτι σκύβαλον αὕτη ἐστὶ πρὸς ἐκείνην. Οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐγὼ κατορθώσας, αὐτὴν ῥίψας ταύτῃ προσέτρεχον. Ποία δέ ἐστιν αὕτη; Ἡ ἀπὸ πίστεως τοῦ Θεοῦ· τουτέστι, καὶ αὕτη παρὰ Θεοῦ δέδοται· Θεοῦ ἐστιν αὕτη ἡ δικαιοσύνη· E δῶρόν ἐστιν αὕτη ὁλόκληρον. Τὰ δὲ τοῦ Θεοῦ δῶρα πολλῷ τῷ μέτρῳ ὑπερβαίνει τὴν εὐτέλειαν τῶν κατορθωμάτων τῶν διὰ τῆς ἡμετέρας σπουδῆς γινομένων. Τί δέ ἐστιν ἡ πίστις; Ἐπὶ τῇ πίστει, φησὶ, τοῦ γνῶναι αὐτόν. Ἄρα διὰ πίστεως ἡ γνῶσις, καὶ πίστεως ἄνευ γνῶναι αὐτὸν οὐκ ἔστι. Πῶς δέ; Δι' αὐτῆς δεῖ γνῶναι τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ· ποῖος γὰρ λογισμὸς τὴν ἀνάστασιν ἡμῖν παραστήσει; Οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ πίστις. Εἰ δὲ ἡ ἀνάστασις τοῦ κατὰ σάρκα Χριστοῦ πίστει γινώσκεται, πῶς ἡ γέννησις τοῦ Θεοῦ F Λόγου λογισμοῖς καταλαμβάνεται; τῆς γὰρ γεννήσεως ἐλάττων ἡ ἀνάστασις· Διὰ τί; Ὅτι ἐκείνης μὲν πολλὰ τὰ ὑποδείγματα γέγονε, ταύτης δὲ οὐδὲ ἕν. Νεκροὶ μὲν γὰρ ἀνέστησαν πολλοὶ πρὸ τοῦ Χριστοῦ, εἰ καὶ ἐτελεύτησαν ἀναστάντες· ἀπὸ δὲ παρθένου οὐδεὶς ἐτέχθη ποτέ. Εἰ τοίνυν ὃ καὶ τῆς κατὰ σάρκα 286 A γεννήσεως εὐτελέστερον, τοῦτο πίστει δεῖ παραλαμβάνειν, τὸ πολλῷ μεῖζον, καὶ ἀπείρως μεῖζον καὶ ἀσυγκρίτως, πῶς λογισμῷ καταλαμβάνεται; Ταῦτα ποιεῖ τὴν δικαιοσύνην. Τοῦτο γὰρ δεῖ πιστεῦσαι, ὅτι ἐδυνήθη· τὸ δὲ πῶς ἐδυνήθη, οὐκέτι ἐστὶ παραστῆσαι· ἀπὸ γὰρ πίστεως ἡ κοινωνία τῶν παθημάτων. Πῶς; Εἰ γὰρ μὴ ἐπιστεύομεν, οὐδ' ἂν ἐπάθομεν· εἰ μὴ ἐπιστεύομεν, ὅτι συνυπομένοντες συμβασιλεύσομεν, οὐδ' ἂν ἐπάθομεν τὰ παθήματα. Ἄρα πίστει καὶ ἡ γέν- B νησις καὶ ἡ ἀνάστασις καταλαμβάνεται. Ὁρᾷς ὅτι οὐχ ἁπλῶς δεῖ τὴν πίστιν εἶναι, ἀλλὰ δι' ἔργων; Οὗτος γὰρ μάλιστα πιστεύει, ὅτι ἀνέστη Χριστὸς, ὁ παραβόλως ἑαυτὸν τοῖς κινδύνοις ἐκδιδοὺς, ὁ κοινωνῶν αὐτῷ ἐν τοῖς παθήμασι· τῷ γὰρ ἀναστάντι κοινωνεῖ, τῷ ζῶντι. Διὰ τοῦτο ἔλεγε· Καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει, τοῦ γνῶναι αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων C αὐτοῦ, συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, εἴ πως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν.

Συμμορφούμενος, φησὶ, τῷ θανάτῳ αὐτοῦ· τουτέστι,
κοινωνῶν. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων
ἔπαθεν, οὕτω κἀγώ· διὰ τοῦτο εἶπε, Συμμορφούμε-
νος· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, Ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερή-
ματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου. Του-
τέστιν, οἱ διωγμοὶ καὶ τὰ παθήματα ταῦτα τὴν εἰκόνα
δημιουργοῦσιν ἐκείνην τοῦ θανάτου. Οὐ γὰρ τὸ ἑαυ-
τοῦ ἐζήτει, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν. Ὥστε καὶ οἱ διω- D
γμοὶ καὶ αἱ θλίψεις καὶ αἱ στενοχωρίαι οὐ μόνον ὑμᾶς
οὐκ ὀφείλουσι θορυβεῖν, ἀλλὰ καὶ εὐφραίνειν, ὅτι διὰ
τούτων συμμορφούμεθα τῷ θανάτῳ αὐτοῦ· ὡς ἂν εἰ
ἔλεγεν, ἐξεικονιζόμεθα· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει γράφων,
Τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περι-
φέροντες. Καὶ τοῦτο δὲ ἀπὸ πίστεως πολλῆς γίνεται.
Οὐ γὰρ, ὅτι ἀνέστη μόνον, πιστεύομεν, ἀλλ' ὅτι καὶ
μετὰ ἀνάστασιν πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχύν. Διὰ τοῦτο
τὴν αὐτὴν ὁδὸν ὁδεύομεν, ἥνπερ ὥδευσε, τουτέστιν,
ἀδελφοὶ γινόμεθα αὐτῷ καὶ κατὰ τοῦτο· ὡς ἂν εἰ E
ἔλεγε· χριστοὶ γινόμεθα κατὰ τοῦτο. Βαβαὶ, πόσον
τῶν παθῶν τὸ ἀξίωμα; πιστεύομεν ὅτι συμμορφού-
μεθα τῷ θανάτῳ αὐτοῦ διὰ τῶν παθημάτων. Ὥσπερ
γὰρ ἐν τῷ βαπτίσματι Συνετάφημεν τῷ ὁμοιώματι
τοῦ θανάτου αὐτοῦ, οὕτως ἐνταῦθα τῷ θανάτῳ συμ-
μορφούμεθα αὐτοῦ. Ἐκεῖ εἰκότως εἶπε, Τῷ ὁμοιώ-
ματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ· οὐ γὰρ ὅλον τὸν θάνατον
ἀπεθάνομεν· οὐ γὰρ σώματι ἐν σαρκὶ ἀπεθάνομεν,
ἀλλ' ἁμαρτίᾳ. Ἐπεὶ οὖν θάνατος καὶ θάνατος λέγεται, F
ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἀπέθανε σώματι, ἡμεῖς δὲ ἁμαρτίᾳ,
καὶ ἐκεῖ ὁ ἄνθρωπος ἀπέθανεν, ὃν ἀνέλαβεν αὐτὸς, ὁ
ἐν σώματι ἡμῶν, [a] ὧδε ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας·
διὰ τοῦτο ἐκεῖ μέν φησι, Τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου
αὐτοῦ, ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι ὁμοιώματι θανάτου, ἀλλ',
αὐτῷ τῷ θανάτῳ.

Παῦλος γὰρ οὐκέτι ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐν τοῖς διω- 287 A
γμοῖς, ἀλλ' αὐτῷ τῷ σώματι· ὥστε τὸν αὐτὸν ὑπέ-
μεινε θάνατον. Εἴ πως καταντήσω, φησὶν, εἰς τὴν
ἐξανάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν. Τί λέγεις; καὶ μὴν πάν-
τες αὐτῆς τυγχάνουσι· Πάντες μὲν γὰρ οὐ κοιμηθησό-
μεθα, φησὶ, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα· καὶ οὐκ ἀνα-
στάσεως μόνης, ἀλλὰ καὶ ἀφθαρσίας πάντες, οἱ μὲν

a [Fort. ὧδε δέ.]

dicebat, 9. *Et inveniar in illo, non habens meam justitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est, justitiam in fide,* 10. *ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis, et societatem passionum illius, configuratus morti ejus,* 11. *si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis. Configuratus,* inquit, *morti ejus;* id est particeps. Etenim quemadmodum ille ab hominibus male acceptus est : ita et ego : propterea dixit, *Configuratus;* et rursus alibi, *Et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea.* Coloss. 1. 24. Id est, vexationes et calamitates hujusmodi reddunt imaginem quamdam illius mortis. Non quod suum est quærebat, sed quod multis prodesset. Quamobrem et vexationes et incommoda et angustiæ tantum abest ut nos perturbare debeant, ut potius inde lætandum sit, quod per hæc conformes reddimur morti ejus : perinde ac si diceret, Ad illius similitudinem fingimur : quod et alibi inquit, ita scribens, *Mortificationem Domini Jesu in corpore circumferentes.* 2. Cor. 4. 10. Id vero ex magna fide fit. Non enim solum resurrexisse credimus, sed etiam post resurrectionem habere magnam potentiam. Propterea eadem via iter facimus, qua ille : id est, hac etiam ex parte fratres illius efficimur : perinde ac si diceret, Ex hac re efficimur christi quidam. Papæ! quanta est ærumnarum dignitas! Credimus conformes nos fieri morti ejus per ærumnas. Nam quemadmodum in baptismo *Consepulti sumus similitudini mortis ejus :* ita hic eidem morti conformes reddimur. Ibi merito dixit, *Similitudini mortis ejus;* non enim totam mortem obivimus; non enim corpore et carne mortui sumus, sed peccato. Quoniam igitur mors utrobique dicitur, sed ille quidem corpore mortuus est, nos autem peccato; et illic homo mortuus est, quem ipse assumserat, qui in corpore nostro fuit; hic vero homo peccati : propterea ibi quidem inquit, *Similitudini mortis ejus;* hic vero non jam similitudini mortis, sed ipsimet morti.

5. Paulus enim in vexationibus non jam peccato mortuus est, sed ipso corpore : quamobrem eamdem subiit mortem. *Si quo modo occurram,* inquit, *ad resurrectionem, quæ est ex mortuis.* Quid ais? omnes enim ad istam perveniunt : nam, *Non omnes quidem dormiemus,* inquit, *sed omnes immutabimur;* 1. Cor. 15. 51. neque resurrectionis solum

omnes participes erimus, sed etiam immortalitatis, hi quidem ad honorem, hi vero ad occasionem supplicii. Ergo si omnes ad resurrectionem perveniunt, neque ad resurrectionem solum, sed etiam ad immortalitatem, quomodo tamquam qui præcipuum quidpiam adepturus esses, dicebas, *Si quo modo occurram?* Propterea, inquit, hæc subeo, *Si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis:* nisi enim mortuus fueris, non resurges. Quid igitur hoc est? Videtur magnum quiddam hoc loco subindicare: adeo enim magnum erat, ut neque asseverare ausus fuerit, sed tantum inquit: *Si quo modo.* Credidi in ipsum, et ipsius resurrectionem; sed etiam propter ipsum patior: nec tamen adhuc possum omnino confidere fore, ut resurgamus. Quam hoc loco resurrectionem dicit? Eam, quæ ad ipsum ducit Christum. Dixit, Credidi in eum et virtuti resurrectionis ejus, et socium me esse passionum suarum, configuratumque me esse morti ejus; verumtamen post hæc omnia nondum penitus confido: quod alibi dixit, *Qui se existimat stare, videat ne cadat;* et rursus, *Timeo ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* 12. *Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu. Non quod jam acceperim.* Quid est, *Jam acceperim?* Bravium, inquit. Quod, si qui tanta perpessus fuerat, qui vexabatur, qui mortificationem habebat, nondum de resurrectione illa fidenti, et securo animo erat: quid tandem dicemus nos? Quid est, *Si comprehendam?* Quod antea dixerat, *Si occurram in resurrectionem, quæ est ex mortuis.* Si comprehendam, inquit, ac teneam ipsius resurrectionem; id est, si tanta pati, si ipsum imitari potuero, si conformis ipsi fieri: quemadmodum multa passus est Christus, sputis fœdatus est, alapis et virgis cæsus, ac demum mortem subiit. Hoc stadium est: per hæc omnia opus est ad illius resurrectionem vos pervenire omnia certamina perferentes. Vel igitur hoc sibi vult, vel istud: Si dignus fuero, qui assequar probatam illam resurrectionem ac fidentiæ plenam, ad ipsius resurrectionem perveniam. Nam si certamina, si labores omnes perferre potuero, illius quoque resurrectionem assequi potero, et cum gloria resurgere. Nondum enim, inquit, dignus sum, *Se-*

1. Cor. 10. 12.

Ibid. 9. 27.

εἰς τιμὴν, οἱ δὲ εἰς ἐφόδιον κολάσεως. Εἰ τοίνυν πάντες τῆς ἀναστάσεως τυγχάνουσι, καὶ οὐ τῆς ἀναστάσεως μόνης, ἀλλὰ καὶ ἀφθαρσίας, πῶς ὡς μέλλων
B ἐξαιρέτου τινὸς τυγχάνειν ἔλεγες, Εἴ πως καταντήσω; Διὰ τοῦτο ταῦτα πάσχω, φησὶν, Εἴ πως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν· εἰ γὰρ μὴ ἀπέθανες, οὐκ ἀνίστασο. Τί οὖν ἐστί; Δοκεῖ μέγα τι ἐνταῦθα αἰνίττεσθαι· οὕτω γὰρ μέγα ἦν, ὅτι οὐδὲ εθάῤῥησεν ἀποφήνασθαι, ἀλλά φησιν ἁπλῶς, Εἴ πως. Ἐπίστευσα εἰς αὐτὸν καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνάστασιν, ἀλλὰ καὶ πάσχω δι' αὐτὸν, ἀλλ' οὔπω δύναμαι θαῤῥῆσαι περὶ τῆς ἀναστάσεως. Ποίαν ἐνταῦθα ἀνάστασίν φησι;
C Τὴν πρὸς αὐτὸν ἄγουσαν τὸν Χριστόν. Εἶπον ὅτι ἐπίστευσα αὐτῷ καὶ τῇ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ δυνάμει, καὶ ὅτι κοινωνός εἰμι τῶν παθημάτων αὐτοῦ, καὶ ὅτι συμμορφοῦμαι τῷ θανάτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ὅμως μετὰ ταῦτα πάντα οὔπω θαῤῥῶ· ὅπερ ἀλλαχοῦ λέγει, Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· καὶ πάλιν, Φοβοῦμαι μή πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι, διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ Χριστοῦ Ἰησοῦ. Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον. Τί ἐστιν, Ἤδη
D ἔλαβον; Τὸ βραβεῖόν φησιν. Εἰ δὲ ὁ τοσαῦτα παθὼν, εἰ δὲ ὁ διωκόμενος, εἰ δὲ ὁ τὴν νέκρωσιν ἔχων, οὔπω ἐθάῤῥει περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐκείνης, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς; Τί ἐστιν; Εἰ καταλάβω; Ὅπερ πρότερον [a] ἔλεγον, εἰ καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν. Τὴν αὐτοῦ, φησὶν, ἀνάστασιν εἰ καταλάβω. Τουτέστιν, ἐὰν δυνηθῶ τοσαῦτα παθεῖν, ἂν δυνηθῶ μιμήσασθαι αὐτὸν, ἂν δυνηθῶ σύμμορφος αὐτῷ γενέσθαι. Οἷον, πολλὰ ἔπαθεν ὁ Χριστὸς, ἐνεπτύσθη, ἐῤῥαπίσθη,
E ἐμαστιγώθη, ὕστερον ἀπέθανε. Τοῦτο στάδιόν ἐστι· διὰ πάντων τούτων δεῖ πρὸς τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ φθάσαι πάντας τοὺς ἄθλους ἐνεγκόντας. Ἢ τοίνυν τοῦτό φησιν, ἢ ὅτι ἐὰν καταξιωθῶ τῆς ἀναστάσεως τυχεῖν εὐδοκίμου, παῤῥησίαν ἐχούσης, εἰς τὴν ἐξανάστασιν φθάνω τὴν αὐτοῦ. Ἂν γὰρ δυνηθῶ τοὺς ἀγῶνας πάντας ἐνεγκεῖν, καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ δυνήσομαι σχεῖν, καὶ μετὰ δόξης ἀναστῆναι. Οὐδέπω γὰρ,
F φησὶν, ἄξιός εἰμι· Διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω. Ἔτι ἐναγώνιός μοι ὁ βίος, ἔτι τοῦ τέλους εἰμὶ πόῤῥω, ἔτι τῶν βραβείων ἀφέστηκα, ἔτι τρέχω, ἔτι διώκω. Καὶ
288 οὐκ εἶπε, τρέχω, ἀλλὰ, Διώκω· εἰκότως. Ὁ γὰρ
A διώκων ἴστε μεθ' ὅσου τόνου διώκει· οὐδένα ὁρᾷ, πάντας μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης τοὺς διακόπτοντας ἀπωθεῖται, καὶ διάνοιαν καὶ ὄμμα καὶ ἰσχὺν καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα συστρέφει, πρὸς ἕτερον μὲν οὐδὲν ὁρῶν, πρὸς δὲ τὸ βραβεῖον μόνον. Εἰ δὲ ὁ διώκων Παῦλος, ὁ τοσαῦτα παθὼν, ἔτι φησὶν, Εἰ καὶ κατα-

a [*Fort.* ἔλεγεν. Dunæus.]

λάβω, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς οἱ ἀναπεπτωκότες; Εἶτα δεικνὺς, ὅτι ὀφειλῆς τὸ πρᾶγμά ἐστι, φησὶν, Ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τῶν ἀπολλυμένων ἤμην, φησὶν, ἐπνιγόμην, ἔμελλον ἀπόλλυσθαι· κατέλαβέ με ὁ Θεός· καὶ γὰρ αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίωκε φεύ- B γοντας αὐτὸν μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. Διὰ τούτου ταῦτα πάντα παρίστησι· τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι Κατελήφθην, ἔδειξε καὶ τοῦ βουλομένου καταλαβεῖν τὴν σπουδὴν, καὶ ἡμῶν τὴν ἀποστροφὴν τὴν πολλὴν καὶ τὴν πλάνην, καὶ ὅτι αὐτὸν ἐφεύγομεν.

Διὸ καὶ δακρύειν ἄξιον, ὅτι πάντων εἰς τὴν προτέραν κατάστασιν πάλιν ἐλθόντων, καὶ ὅτι πολλῆς ὀφειλῆς ὄντων ἡμῶν ὑπευθύνων, οὐδεὶς πενθεῖ, οὐδεὶς C δακρύει, οὐδεὶς στενάζει. Καὶ μὴ καταγνῷς εἰρωνείαν τοῦ λόγου· ὥσπερ γὰρ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ τὸν Θεὸν ἐφεύγομεν, οὕτω φεύγομεν αὐτὸν καὶ νῦν· φεύγειν γάρ ἐστι τὸν Θεὸν, οὐ τόπῳ, πανταχοῦ γάρ ἐστι, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις. Καὶ ὅτι οὐκ ἔστι φεύγειν, ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος, Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Πῶς οὖν ἔστι φυγεῖν τὸν Θεόν; Ὡς ἔστι πόῤῥω γενέσθαι τοῦ Θεοῦ, ὡς ἔστι μακρυνθῆναι· Οἱ γὰρ μακρύ- D νοντες ἑαυτοὺς, φησὶν, ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται· καὶ πάλιν, Οὐχὶ τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν διιστῶσιν ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν; Πῶς οὖν γίνεται τὸ μακρυνθῆναι; πῶς γίνεται διάστασις; Προαιρέσει καὶ ψυχῇ· τόπῳ γὰρ οὐκ ἔνι· πῶς γὰρ ἄν τις τὸν πανταχοῦ παρόντα φεύγοι; Ὁ τοίνυν ἁμαρτωλὸς φεύγει. Τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν ἡ Γραφὴ, Φεύγει ὁ ἀσεβὴς, μηδενὸς διώκοντος. Σφόδρα φεύγομεν τὸν Θεὸν, καίτοι ἀεὶ διώκοντα ἡμᾶς αὐτόν. Ὁ ἀπόστολος ἐδίωκεν, ἵνα ἐγγὺς αὐτοῦ γένηται· ἡμεῖς διώκομεν, ἵνα πόῤῥω γενώμεθα· ἆρα οὐκ ἄξια ταῦτα θρήνων; ἆρα οὐκ ἄξια E δακρύων; Ποῦ φεύγεις, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε; ποῦ φεύγεις τὴν ζωὴν καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν σήν; Ἂν τὸν Θεὸν φύγῃς, πρὸς τίνα καταφεύξῃ; ἂν τὸ φῶς φύγῃς, ποῦ διαβλέψεις; ἂν τὴν ζωὴν φύγῃς, πόθεν ζήσῃ λοιπόν; Φύγωμεν τὸν ἐχθρὸν τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας. Ὅταν ἁμαρτάνωμεν, φεύγομεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, δραπετεύομεν, εἰς ἀλλοτρίαν ἀπερχόμεθα γῆν, καθά-

quor autem, si quo modo comprehendam. Adhuc mihi vita in certamine versatur, adhuc a meta longe absum, adhuc a braviis disto, adhuc curro, adhuc sequor. Et non dixit, Curro, sed, *Sequor :* ac merito. Nam qui persequitur, nostis quantam contentionem in sectando adhibeat : neminem intuetur, omnes qui cursum illius interrumpunt, magno impetu propellit; et mentem et oculos et vires et animam et corpus contrahit, solum bravium spectans. Quod si Paulus tantus sectator ac tanta passus, adhuc inquit, *Si quo modo comprehendam,* quid dicemus nos qui concidimus? Deinde ostendens debitum hoc esse, inquit, *In quo et comprehensus sum a Jesu Christo.* Eram, inquit, ex perditorum numero; suffocabar, pereundum mihi omnino erat; comprehendit me Deus : nam et ipse nos sectatus est fugientes ipsum magno cum studio. Per hoc omnia hæc indicat : his enim verbis, *Comprehensus sum,* et studium Dei demonstravit nos comprehendere volentis, et nostrum longinquum recessum atque errationem, nosque omnino ab illo refugisse ostendit.

5. Quamobrem cum illud lacrymis dignum est, omnes ad pristinum statum relabi; tum vero hoc etiam, cum magno simus debito obnoxii, neminem tamen lugere, neminem lacrymari, neminem suspirare. Ac ne putes ironice isthæc a me dici. Nam quemadmodum ante Christi adventum a Deo fugiebamus, ita nunc ab ipso fugimus. Possumus enim fugere a Deo, non quidem loco, nam ubique est, sed operibus. Et quod ab eo fugere non possimus, audi prophetam dicentem, *Quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fu-* Psal. 138.
giam? Quomodo igitur possumus a Deo fugere? 7.
Eodem modo, quo possumus procul a Deo proficisci, ac longe abesse. *Qui se elongant,* inquit, *a* Ib. 72. 27.
te, peribunt; et rursus, *Nonne iniquitates vestræ diviserunt inter me et vos?* Isai. 59. 2.
Quomodo igitur fit iste longinquus discessus? et quomodo intercedit intervallum? Electione, et animo : loco enim non possumus : quomodo enim quis ab eo, qui ubique adest, fugiat? Peccator igitur fugit. Hoc est, quod Scriptura inquit, *Fugit impius nemine* Prov. 28. 1.
persequente. Valde fugimus Deum; tametsi semper ille sectatur nos. Apostolus cursum suum eo intendebat, ut prope ad illum accederet : nos eo intendimus, ut procul discedamus : nonne hæc digna lamentis? Quo fugis, infelix et miser? quo fugis a vita et salute tua? Si a Deo fugias, ad quem confugies? si a luce fugias, quo respicies? si a vita fugias, unde posthac vives? Fugiamus hostem salutis nostræ. Cum peccamus,

a Deo fugimus, fugitivorum more erramus, ad alienam abscedimus terram : quemadmodum ille qui comederat paterna bona, et abierat in alienam terram, qui totum patrimonium consumserat, atque in fame vivebat. (Luc. 15.) Habemus vero patrimonium et nos. Cujusmodi vero hoc ? Liberavit nos a peccatis, donavit nobis vires ad virtutis officia obeunda, donavit nobis alacritatem, patientiam ; in baptismo donavit nobis Spiritum sanctum : si hæc absumserimus, fame posthac laborabimus. Nam quemadmodum ægroti, quamdiu quidem febribus agitantur et succorum vitiositate laborant, neque exsurgere, neque suis muneribus fungi, neque agere quidquam possunt : quod si quis eos a morbo liberet et ad sanitatem adducat, nec tamen adhuc quidquam agant, jam id ex propria socordia fit : ita sane et in nobis. Vexabat nos morbus gravis, ac febris vehemens ; decumbebamusque non in lecto, sed in ipsamet malitia ; perinde atque in stercore in improbitate volutabamur, scatentes ulceribus, fœtorem spiritantes, squalidi, incurvi, idola potius quam homines : circumstabant nos improbi dæmones, princeps mundi hujus ridens, insultans. Venit Dei Unigenitus, emisit radios præsentiæ suæ, et caliginem confestim depulit : venit ad nos ipse Rex, qui erat in throno paterno, thronum relinquens paternum (quando autem reliquisse dico, ne id significare rursus putes mutationem ac transitum ; cælum enim terramque ipse implet; sed ob œconomiam id dico) : venit ad hostem, qui ipsum odio prosequebatur, aversabatur, neque ut ad eum oculos converteret adduci poterat, blasphemiis quotidie appetebat. Vidit in stercore jacentem, a vermibus exulceratum, a febri et fame oppressum, nullo non morbi genere laborantem. Nam febris vexabat; hoc enim est improba cupiditas; et inflammationes urgebant; hoc enim arrogantia; et quædam insatiabilis fames occupabat; hoc enim avaritia; et sanies undique; hoc enim scortatio; et cæcitas oculorum; hoc enim idololatria ; et surditas et stupor ; hoc enim erat lapides et ligna adorare, et cum illis colloqui ; et multa deformitas; hoc enim vitiositas, triste nimirum quiddam, et morbus gravissimus. Vidit absurdius, quam insanientes soleant, loquentes, et lignum et lapidem deum vocantes : vidit in tanta nequitia; nec tamen abominatus est, non amarior factus, non aversatus est, non odio prosequutus :

περ ἐκεῖνος ὁ καταφαγὼν τὰ ὑπάρχοντα τὰ πατρῷα, F καὶ ἀπελθὼν εἰς ἀλλοτρίαν γῆν, ὁ καταναλώσας πᾶσαν τὴν πατρικὴν οὐσίαν, καὶ ἐν λιμῷ ζῶν. Ἔχομεν τὴν πατρικὴν οὐσίαν καὶ ἡμεῖς. Ποίαν δὴ ταύτην; Ἀπήλλαξεν ἡμᾶς τῶν ἁμαρτημάτων, ἐχαρίσατο ἡμῖν δύναμιν, ἰσχὺν πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν, ἐχαρίσατο ἡμῖν προθυμίαν, ὑπομονὴν, ἐν τῷ βαπτίσματι ἐχαρίσατο ἡμῖν Πνεῦμα ἅγιον· ἂν ταῦτα 289 A καταναλώσωμεν, ἐν λιμῷ λοιπὸν ἐσόμεθα. Καθάπερ γὰρ οἱ νοσοῦντες, ἕως μὲν ἂν πυρετοῖς ἐνοχλῶνται καὶ χυμῶν κακίᾳ, οὐδὲ διαναστῆναι, οὐδὲ ἐργάσασθαι, οὐδὲ πρᾶξαί τι δύνανται· ἂν δέ τις αὐτοὺς ἀπαλλάξῃ καὶ εἰς ὑγείαν ἀγάγῃ, εἶτα μὴ ἐργάζωνται, παρὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν τοῦτο γίνεται ῥαθυμίαν· οὕτω δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν. Ἐπέκειτο ἡμῖν νόσος χαλεπὴ καὶ πυρετὸς σφοδρός· καὶ ἐκείμεθα οὐκ ἐπὶ κλίνης, ἀλλ' ἐπὶ τῆς κακίας αὐτῆς, καθάπερ ἐν κοπρίᾳ, τῇ πονηρίᾳ ἐῤ- B ῥιμμένοι, ἡλκωμένοι, δυσωδίας ἀνάπλεω, αὐχμῶντες, κατατρυχόμενοι, εἴδωλα μᾶλλον ὄντες, ἢ ἄνθρωποι. Περιειστήκεσαν ἡμᾶς δαίμονες πονηροὶ, ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου γελῶν, ἐπεμβαίνων. Ἦλθεν ὁ τοῦ Θεοῦ Μονογενὴς, ἀφῆκε τὰς ἀκτῖνας τῆς παρουσίας αὐτοῦ, καὶ τὸν ζόφον εὐθέως ἀπήλασεν· ἦλθε πρὸς ἡμᾶς ὁ βασιλεὺς ὁ ὢν ἐν τῷ θρόνῳ πατρικῷ, τὸν θρόνον ἀφεὶς τὸν πατρικόν (ὅταν δὲ, ἀφεὶς, εἴπω, μὴ πάλιν μετάστασιν νομίσῃς· τὸν γὰρ οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν αὐτὸς πληροῖ· ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦτό φη- C μι)· ἦλθε πρὸς ἐχθρὸν τὸν μισοῦντα αὐτὸν, τὸν ἀποστρεφόμενον, τὸν οὐδὲ ἰδεῖν αὐτὸν ἀνεχόμενον, τὸν καθ' ἑκάστην αὐτὸν βλασφημοῦντα τὴν ἡμέραν. Εἶδεν ἐν κοπρίᾳ κείμενον, σκώληξιν ἡλκωμένον, πυρετοῖς, λιμῷ κατεχόμενον, πᾶν εἶδος ἔχοντα νόσου. Καὶ γὰρ καὶ πυρετὸς ἠνώχλει, τοῦτο γὰρ ἐπιθυμία πονηρὰ, καὶ φλεγμοναὶ ἐπέκειντο, τοῦτο γὰρ ἡ ἀπόνοια, καὶ ἡ βουλιμία τις * ἡ λεγομένη κατεῖχε, τοῦτο γὰρ ἡ πλεονεξία, καὶ σηπεδόνες πάντοθεν, τοῦτο γὰρ ἡ D πορνεία, καὶ πήρωσις ὀφθαλμῶν, τοῦτο γὰρ εἰδωλολατρεία, καὶ κώφωσις καὶ παραπληξία, τοῦτο γὰρ τὸ προσκυνεῖν λίθοις καὶ ξύλοις καὶ ἐκείνοις προσφθέγγεσθαι, καὶ δυσείδεια πολλὴ, τοῦτο γὰρ κακία· ἀηδές τι, καὶ νόσος χαλεπωτάτη. Εἶδε χεῖρον πάλιν τῶν μαινομένων φθεγγομένους ἡμᾶς, καὶ τὸ ξύλον θεὸν καλοῦντας, καὶ τὸν λίθον ὁμοίως· εἶδεν ἐν τοσαύτῃ κακίᾳ, καὶ οὐκ ἐβδελύξατο, οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ ἀπεστράφη, οὐκ ἐμίσησε· Δεσπότης γὰρ ἦν, καὶ τὸ ἴδιον πλάσμα οὐκ ἂν ἐμίσησεν. Ἀλλὰ τί ποιεῖ; Καθά- E περ ἄριστος ἰατρὸς κατασκευάζει φάρμακα πολλοῦ ἄξια, καὶ πρῶτος αὐτῶν ἀπογεύεται· τὴν γὰρ ἀρετὴν αὐτὸς πρῶτος μετῆλθε, καὶ οὕτως ἡμῖν ἔδωκε. Καὶ

* [ἡ λεγομένη inclusit Savil.]

πρῶτον καθάπερ ἀντίδοτόν τι φάρμακον ἔδωκε τὸ λουτρὸν, καὶ οὕτω πᾶσαν ἠμέσαμεν κακίαν, καὶ πάντα ἐφυγαδεύθη ἀθρόον, καὶ ἡ φλεγμονὴ ἐπαύσατο, καὶ ὁ πυρετὸς ἐσβέσθη, καὶ αἱ σηπεδόνες ἐκαύθησαν. Πάντα γὰρ καὶ τὰ ἀπὸ πλεονεξίας, καὶ τὰ ἀπὸ θυμοῦ, καὶ F τὰ ἄλλα κακὰ ἐκενώθη διὰ τοῦ πνεύματος· ἀνεῴχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, ἀνεῴγη τὰ ὦτα, ἐλάλησεν εὔφημον φωνὴν ἡ γλῶσσα, ἔλαβεν ἰσχὺν ἡ ψυχὴ, ἔλαβε κάλλος καὶ ἄνθος τὸ σῶμα τοιοῦτον, οἷον εἰκὸς υἱὸν Θεοῦ τεχθέντα κάλλος ἔχειν ἀπὸ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος, οἵαν εἰκὸς δόξαν ἔχειν υἱὸν ἄρτι τεχθέντα βασιλεῖ, καὶ ἐν ἁλουργίδι τρεφόμενον. Οἴμοι, 290 A πόσην εὐγένειαν ἡμῖν ἐχαρίσατο; ἡμεῖς δὲ περὶ τὸν οὕτως ἡμᾶς φιλήσαντα ἀχάριστοι μένομεν. Ἐτέχθημεν, ἐτράφημεν, εὐεργετήθημεν· τί πάλιν φεύγομεν τὸν εὐεργέτην; Ὁ τοίνυν ταῦτα πάντα ποιήσας, καὶ ἰσχὺν δίδωσιν· οὐ γὰρ ἐνῆν κατεχομένους τῷ νοσήματι ἐνεγκεῖν, εἰ μὴ αὐτὸς ἡμῖν ἔδωκε τὴν ἰσχύν. Ἔδωκε τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, ἠθετήσαμεν τὴν δωρεάν· ἔδωκεν ἡμῖν πλοῦτον, ἐσκορπίσαμεν αὐτὸν, κατεφάγομεν ἅπαντα· ἔδωκεν ἡμῖν ἰσχὺν, ἀνηλώσαμεν αὐτήν· ἔδωκεν ἡμῖν χάρισμα, ἐσβέσαμεν αὐτό. Πῶς; Ἀνηλώσαμεν εἰς οὐδὲν δέον, ἐχρησάμεθα B ἐν οὐδενὶ χρησίμῳ. Ταῦτα ἡμᾶς ἀπώλεσε, καὶ τὸ πάντων δεινότερον, ὅτι ἐν ἀλλοτρίᾳ ὄντες, καὶ κεράτια ἐσθίοντες, οὐ λέγομεν, ἐπιστρέψωμεν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ εἴπωμεν, ἡμάρτομεν εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἰς σὲ, [a] καὶ Πατέρα οὕτως ἔχοντες φιλόστοργον, σφόδρα ποθοῦντα ἡμῶν τὴν ἐπάνοδον· ὡς ἂν μόνον ἀποστῶμεν τῆς κακίας, ἂν πρὸς αὐτὸν ἐπανέλθωμεν μόνον, οὐδὲ ἐγκαλέσαι λοιπὸν ὑπὲρ τῶν προτέρων ἀνέχεται· μόνον ἀποστῶμεν· ἱκανὴ γὰρ ἀπολογία τὸ ἐπανελθεῖν. Τί λέγω, C ἐγκαλέσαι οὐκ ἀνέχεται; οὐ μόνον αὐτὸς οὐκ ἐγκαλεῖ, ἀλλὰ, κἂν ἕτερος ἐγκαλῇ, ἐπιστομίζεται, κἂν εὐδοκιμηκὼς ᾖ ὁ ἐγκαλῶν. Οὐκοῦν ἐπανέλθωμεν· μέχρι τίνος ἀφιστάμεθα; λάβωμεν αἴσθησιν τῆς ἀτιμίας, λάβωμεν αἴσθησιν τῆς εὐτελείας· ἡ κακία χοίρους εἶναι ποιεῖ, ἡ κακία [b] λιμὸν φέρει τῇ ψυχῇ. Ἀνακτησώμεθα ἑαυτοὺς καὶ ἀναλήψωμεν, καὶ ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὴν προτέραν εὐγένειαν, ἵνα τύχωμεν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου D ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ

Dominus enim erat, et opus suum non oderat. Sed quid facit? Optimi medici more parat pretiosa pharmaca eaque primus gustat: virtutem enim ipse primus obivit, ad deinceps nobis tradidit. Ac primum pharmacum, quasi antidotum quoddam, lavacrum dedit; ita omnem evomuimus nequitiam, ita omnia simul in fugam se dederunt: inflammatio cessit, febris exstincta est, et sanies exsiccata. Omnia enim et quæ ab avaritia et quæ ab ira, et cætera omnia mala per spiritum evanuerunt: aperti sunt oculi, apertæ aures, piam vocem loquuta est lingua: vires acquisivit anima, acquisivit corpus pulchritudinem, et florem hujusmodi, qualem par est habere pulchritudinem Dei filium ex Spiritus gratia procreatum; qualem par est habere gloriam filium nuper Regi natum, et in purpura eductum. Hei mihi, quantam nobis donavit nobilitatem! nos vero erga eum, qui adeo nos amavit, ingrati esse perseveramus. Peperit nos, nutrivit, beneficiis affecit: quid rursus fugimus ab eo, qui tanta tribuit beneficia? Ergo qui hæc omnia fecit, robur etiam dat: non enim dum morbus nos occupabat, ferendo oneri pares eramus, nisi ipse vires nobis dedisset. Tribuit remissionem peccatorum; irritum fecimus donum: dedit nobis divitias; eas dilapidavimus, omnia comedimus: dedit nobis vires; eas consumsimus: dedit nobis gratiam; ipsam exstinximus. Quomodo? Consumsimus nulla in re quæ nobis prodesset, atque utilitatem afferret. Hæc nos perdiderunt, atque illud præterea, quod omnium gravissimum est, quod in aliena degentes terra, et comedentes siliquas, non tamen dicimus, Redeamus ad Patrem et dicamus, Peccavimus in cælum et in te: idque cum Patrem adeo amantem, no- Luc. 15. 18 strique reditus valde cupidum habeamus. Dummodo a vitio recedamus, dummodo ad ipsum redeamus, de præteritis nos objurgare non sustinet: solum recedamus; satis enim apud illum excusationis est, rediisse. Ecquid dico, objurgare non sustinet? non solum ipse non objurgat, verum etiam si alius objurget, silentium imponit: etiamsi ille qui objurgat, apprime sibi acceptus sit. Redeamus ergo: quousque recedimus? sentiamus dedecus, sentiamus vilitatem: vitiositas nos porcos facit, vitiositas famem affert animæ. Recuperemus nos ipsos et resipiscamus, et in pristinam redeamus nobilitatem, et futura consequamur

[a] [Placet quod habet Savil. in marg. καίτοι.]
[b] [Legendum videtur λοιμόν, quod habet Savil. in marg.]

bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, potestas, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XII.

Cap. III. v. 13. *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse : 14. unum autem, quæ quidem retro sunt, obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.*

1. Nihil æque inania reddit bona opera, nihil ita inflat, ut eorum quæ nos recte fecimus memoria. Duo enim parit mala, negligentiores facit, et in arrogantiam tollit. Quamobrem Paulus, quoniam noverat naturam nostram ad socordiam valde esse proclivem, multis autem laudibus Philippenses affecerat : vide quomodo eorum spiritus comprimat, multis quidem aliis antea modis, præcipue autem his nunc verbis. Quid enim dicit ? *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse.* Quod si Paulus adhuc non comprehendit, neque fidenti animo de resurrectione ac futuris rebus est; multo igitur minus illis, qui nec minimam illius benefactorum partem assequuti fuerant, id faciendum erat. Quod autem inquit, hoc est : Nondum omnem me apprehendisse virtutem puto : ita loquens, ut de cursore dici solet, Nondum apprehendit. Nondum, inquit Paulus, totum confeci. Quod si alibi dicat,
2. Tim. 4. 7. *Bonum certamen certavi ;* hic vero, *Nondum arbitror me comprehendisse :* qui utrumque locum accurate leget, probe causam illorum, et horum verborum cognoscet. Non enim assidue oportet eadem versare ; nosque omnia docere, admonereque hæc multo antea dicta esse, illa vero versus finem : *Nondum arbitror, inquit, me comprehendisse ;* sed in hoc uno totus sum, ut ad anteriora me extendam. Hoc enim sibi vult, dum inquit : *Unum autem : quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ priora sunt, extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.* Vide quomodo his verbis ostendit, quid illud sit, quod ipsum faciebat ad anteriora se extendere. Certe qui jam se perfectum putat, nihilque sibi deesse ad virtutis perfectionem, is a

ΟΜΙΛΙΑ ιϐ'.

Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι· ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμ- E προσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Οὐδὲν οὕτω κενοῖ κατορθώματα καὶ ἀποφυσᾷ, ὡς μνήμη τῶν εἰργασμένων ἡμῖν ἀγαθῶν. Δύο γὰρ τίκτει κακὰ, ῥαθυμοτέρους τε ἐργάζεται, καὶ εἰς ἀπόνοιαν αἴρει. Διόπερ ὁ Παῦλος, ἐπειδὴ οἶδεν ὀξύῤῥοπον οὖσαν τὴν ἡμετέραν φύσιν πρὸς ῥαθυμίαν, καὶ πολλὰ δὲ τοὺς F Φιλιππησίους ἐπῄνεσεν, ὅρα πῶς αὐτῶν καταστέλλει τὸ φρόνημα, διὰ πολλῶν μὲν καὶ ἑτέρων ἀνωτέρω, 291 μάλιστα δὲ διὰ τοῦ παρόντος. Τί λέγων; Ἀδελφοὶ, A ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι. Εἰ δὲ Παῦλος οὐδέπω κατέλαβεν, οὐδὲ θαῤῥεῖ περὶ τῆς ἀναστάσεως, οὐδὲ περὶ τῶν μελλόντων· σχολῇ γοῦν ἐκεῖνοι μηδὲ τὸ πολλοστὸν αὐτοῦ μέρος κατωρθωκότες τοῦτο ἂν ἔπραξαν. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· οὐδέπω κατειληφέναι τὴν ἀρετὴν ἅπασαν ἡγοῦμαι· οὕτως εἰπὼν, ὡς ἂν εἰ περὶ δρομέως εἴποι τις, οὔπω κατέλαβεν. Οὐδέπω τὸ πᾶν ἤνυσα, φησίν. Εἰ δὲ λέγει ἀλλαχοῦ, Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, καὶ ἐνταῦθα, Οὐδέπω λογίζομαι κατειληφέναι, ἀναγνούς τις ἀμφότερα, εἴσεται καλῶς τὴν αἰτίαν καὶ ἐκείνων, καὶ τούτων τῶν ῥημά- B των. Οὐ γὰρ δεῖ συνεχῶς τὰ αὐτὰ στρέφειν, καὶ ἡμᾶς πάντα διδάσκειν, καὶ ὅτι ταῦτα πολὺ πρότερον ἔλεγεν, ἐκεῖνα δὲ πρὸς τῷ τέλει· οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι φησὶν, ἀλλ' ἑνός εἰμι μόνου, τοῦ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὅ φησιν, Ἓν, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ὅρα πῶς εἰπὼν τοῦτο, ἐδήλωσε τί ἦν ὃ ἐποίει αὐτὸν τοῖς ἔμ- C προσθεν ἐπεκτείνεσθαι. Ὁ μὲν οὖν ἤδη τετελειῶσθαι νομίζων, καὶ μηδὲν αὐτῷ λείπειν πρὸς ἀρετῆς κατόρθωσιν, κἂν ἐπαύσατο τρέχων, ὡς τὸ πᾶν κατειληφώς· ὁ δὲ ἀφεστάναι τοῦ τέρματος ἔτι νομίζων, οὐδέποτε παύσεται τρέχων. Τοῦτο οὖν ἡμᾶς ἀεὶ δεῖ λογίζεσθαι, κἂν μυρία κατορθώσωμεν ἀγαθά. Εἰ γὰρ Παῦλος μετὰ μυρίους θανάτους, μετὰ τοσούτους κινδύνους τοῦτο ἐλογίζετο, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς. Οὐ μὴν

ἀνέπεσον, φησὶν, ἐπειδὴ τοσοῦτον δραμὼν οὐκ ἴσχυσα, οὐδὲ ἀπέγνων, ἀλλ' ἔτι τρέχω, ἔτι ἀγωνίζομαι· τοῦτο μόνον σκοπῶ, ὅπως δὴ προκόπτοιμι. Οὕτω καὶ ἡμᾶς χρὴ ποιεῖν, ἐπιλανθάνεσθαι τῶν κατορθωμάτων, καὶ ἀφιέναι αὐτὰ ὀπίσω. Καὶ γὰρ ὁ δρομεὺς οὐχ ὅσους ἤνυσεν ἀναλογίζεται διαύλους, ἀλλ' ὅσους λείπεται. Καὶ ἡμεῖς μὴ ὅσον ἠνύσαμεν τῆς ἀρετῆς ἀναλογιζώμεθα, ἀλλ' ὅσον ἡμῖν λείπει. Τί γὰρ ἡμᾶς ὠφελεῖ τὸ ἀνυσθὲν, ὅταν τὸ λειπόμενον μὴ προστεθῇ; Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἀναλογίζομαι, οὐδὲ μέμνημαι, ἀλλ', Ἐκλανθανόμενος, ἡμᾶς προσεκτικωτέρους ποιῶν. Οὕτω γὰρ σφοδροὶ γινόμεθα, ὅταν πᾶσαν προθυμίαν εἰς τὸ λεῖπον ἀναλάβωμεν, ὅταν ἐκεῖνα λήθῃ παραδῶμεν. Ἐπεκτεινόμενοι, φησὶ, πρὶν ἢ παραγενέσθαι, λαβεῖν σπουδάζομεν. Ὁ γὰρ ἐπεκτεινόμενος οὗτός ἐστιν, ὁ τοὺς πόδας καίτοι τρέχοντας τῷ λοιπῷ σώματι προλαβεῖν σπουδάζων, ἐπεκτείνων ἑαυτὸν εἰς τὸ ἔμπροσθεν, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνων, ἵνα καὶ τοῦ δρόμου πλέον τι ἐργάσηται. Τοῦτο δὲ ἀπὸ πολλῆς προθυμίας γίνεται, ἀπὸ πολλῆς θερμότητος. Οὕτω δεῖ τρέχειν τὸν τρέχοντα, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς, μετὰ τοσαύτης προθυμίας, οὐκ ἀναπεπτωκότα. Ὅσον δὲ τοῦ οὕτω τρέχοντος καὶ τοῦ ὑπτίου κειμένου τὸ μέσον, τοσοῦτον τοῦ Παύλου καὶ ἡμῶν. Καθ' ἡμέραν ἀπέθνησκεν ἐκεῖνος, καθ' ἡμέραν εὐδοκίμει· οὐκ ἦν καιρὸς, οὐκ ἦν χρόνος, ἐν ᾧ οὐκ ηὔξετο αὐτῷ ὁ δρόμος· οὐ λαβεῖν ἠθέλησεν, ἀλλ' ἁρπάσαι τὸ βραβεῖον· οὕτω γὰρ ἔστι λαβεῖν. Ἄνω ὁ τὸ βραβεῖον διδοὺς ἕστηκεν, ἄνω κεῖται τὸ βραβεῖον.

Ὅρα πόσον τὸ διάστημα τοῦτο διαδραμεῖν, ὅρα πόσον τὸ ὕψος· ἐκεῖ δεῖ πετασθῆναι τοῖς τοῦ πνεύματος πτεροῖς· ἑτέρως γὰρ οὐκ ἔνι τὸ ὕψος τοῦτο τεμεῖν. Μετὰ τοῦ σώματος ἐκεῖ δεῖ βαδίσαι· ἔξεστι γάρ· Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα, φησὶν, ἐν οὐρανῷ· ἐκεῖ τὸ βραβεῖόν ἐστιν. Ὁρᾷς τοὺς τρέχοντας πῶς νόμῳ ζῶσι; πῶς οὐδὲν τῶν ἐκλυόντων τὴν ἰσχὺν προσίενται; πῶς ἀγωνίζονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν παλαίστρᾳ ὑπὸ παιδοτρίβῃ καὶ νόμῳ; Μίμησαι τούτους καὶ σὺ, μᾶλλον δὲ καὶ πλείονα ἐπίδειξαι προθυμίαν· οὐ γὰρ ἴσον τὸ βραβεῖον· πολλοὶ οἱ κωλύοντες· νόμῳ ζῆθι· πολλά ἐστι τὰ ἐκλύοντα τὴν ἰσχύν· εὐσκελῆ ποίησον αὐτὴν τῷ ποδί· ἔνεστι γάρ· οὐ γὰρ φύσεώς ἐστιν, ἀλλὰ προαιρέσεως. Κούφην αὐτὴν ἐργασώμεθα, ἵνα μὴ

cursu cessabit, quasi qui totum jam teneat: at qui se adhuc a meta abesse cogitat, is numquam a D cursu cessat. Hoc igitur nos existimare semper debemus, etiam si sexcenta obiverimus virtutis officia. Etenim si Paulus post sexcentas mortes, post tanta pericula hoc secum putabat, multo magis nos. Non animo concidi, inquit, quamvis post tantum cursum nondum pervenerim, nec desperavi, sed adhuc curro, adhuc certo: hoc unum specto, ut assidue proficiam. Id nobis etiam faciendum est: E oblivioni mandanda sunt benefacta, et omittenda quæ retro sunt. Nam et cursor, non quot spatia confecerit cogitat, sed quot adhuc restent. Ita et nos, non quantum in virtute progressi simus, cogitemus, sed quantum adhuc progrediendum restet. Quid enim nobis proderit, quod progressi sumus, nisi etiam quod restat confecerimus? Neque dixit, Non cogito, aut, Non memini, sed, *Obli-* F *viscens*, ita nos attentiores reddens. Tunc enim valde vehementes sumus, cum omnem animi impetum in id quod restat conjecimus, cum præterita oblivioni mandavimus. Extendentes, inquit, 292 nos, antequam accedamus, capere volumus. Is A enim extendere se dicitur, qui pedes, licet currentes, reliquo corpore antevertere studet, seque inclinat in interiora, manusque protendit, ut aliquanto etiam plus spatii faciat. Id vero ex multo animi impetu et magno ardore fit. Qui currit, hoc modo currat oportet, tanto cum studio, tanto cum impetu, non autem remisse. Quantum autem inter hunc qui hoc modo currit, et inter eum qui jacet supinus, interest, tantum inter Paulum et nos. Quotidie ille moriebatur, quotidie bene merebatur; nulla erat occasio, nullum tempus, in quo non aliqua illi ad cursum accessio fieret; non volebat capere, sed rapere: ita enim possumus capere. Qui dat bravium sursum est, sursum positum est bravium.

2. Vide quantum spatii sit propositum ad percurrendum; vide quam celsus sit locus, quo vo- B landum est alis spiritus: aliter enim altitudo illa obtineri nequit. Cum corpore illuc properandum est; licet enim: *Nostra* enim, inquit, *conversatio in cælis est:* ibi palma est. Vides eos qui currunt, quam ex lege vivant? quam nihil eorum, quæ vires enervant, attingant? quam quotidie certent in palæstra sub magistro et lege? Hos fac imiteris, ac potius majorem prome animi impetum: longe enim potior est palma, et multi sunt qui impediunt: ex lege vive: multa enim sunt, C quæ robur dissolvunt: bonum crus fac pedi tuo; potes enim: non naturæ res est, sed voluntatis.

Philipp. 3. 20.

Levem hanc reddamus, ne celeritati pedum reliquum pondus officiat: doce pedes esse firmos: solum enim multis in locis est lubricum; ac si cadas, multa perdidisti. Attamen, et si cecideris, exsurge: licet enim et hoc pacto vincere. Numquam lubricis rebus te committas; et non cades: super solidas et stabiles curre: sursum caput habeas, sursum oculos. Id et currentibus magistri præcipiunt: ita consolidantur vires. Sin deorsum D versum nutabis, concides, ac fatisces. Sursum specta, ubi palma est: hic palmæ aspectus auget studium voluntatis; spes adimit laborum et molestiarum sensum, spatium breve reddit. Quid est bravium? Non ramus palmæ; sed quid? Regnum cælorum, requies sempiterna, gloria cum Christo, hereditas, fraternitas, innumerabilia bona, quæ verbis exponi non possunt. Palmæ illius pulchritudinem explicare non possumus: solus E ille novit qui obtinet, et qui accepturus est. Non est aurea, non ex lapidibus constat; multo istis est pretiosior: aurum præ illa lutum est; lapides pretiosi præ illa pulchritudine lateres sunt. Si ea potitus in cælum iveris, magno illic cum honore poteris incedere: angeli te reverebuntur palmam illam ferentem: fidenter ad omnes accedes. *In Christo Jesu.* Vide gratum animum: In Christo Jesu hoc, inquit, facio. Non enim sine F illius impulsu tantum spatii conficere fas est: multo opus est auxilio. Deorsum te certare voluit, sursum coronat: non ut hic, ubi certamen, est etiam corona illa, sed in splendido loco corona illa est. Non videtis hic etiam eos ex athletis et 203 aurigis, quos maximo afficiunt honore, non A deorsum in stadio, sed sursum vocante Imperatore coronari. Ita etiam et tu hinc in cælo capies palmam. 15. *Quicumque ergo perfecti sumus*, inquit, *hoc sentiamus: et si quid aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit.* Quid hoc est? Nimirum quæ retro sunt, obliviscenda esse: ita ut perfecti hominis sit, non se existimare perfectum esse. Quomodo igitur dicis, *Quicumque perfecti?* dic enim mihi, hoccine vis sapiamus B quod tu sapis? Nam si non assequutus es, si non es perfectus, quomodo jubes perfectos hoc sapere, quod et tu sapis, qui nondum es perfectus? Hoc enim, inquit, perfectio est. *Et si qui aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit.* Id est, si quis autem putat se totum recte esse assequu-

[a] τῇ ταχύτητι τῶν ποδῶν τὸ λοιπὸν ἄχθος ἐμποδίζῃ· δίδαξον εἶναι τοὺς πόδας ἀσφαλεῖς· πολλοὶ γὰρ οἱ ὀλισθοι· κἂν καταπέσῃς, πολλὰ ἀπώλεσας. Πλὴν κἂν καταπέσῃς, διανάστηθι· ἔνι καὶ οὕτω νικῆσαι. Μηδέποτε τοῖς ὀλισθηροῖς ἐπιχείρει πράγμασι, καὶ οὐ καταπεσῇ· ἐπὶ τὰ βεβηκότα τρέχε· ἄνω τὴν κεφαλὴν, ἄνω τὸ ὄμμα. Τοῦτο καὶ τοῖς τρέχουσιν οἱ παιδοτρίβαι παρακελεύονται· οὕτω διαβαστάζεται ἰσχύς. Ἂν δὲ κάτω νεύσῃς, κατέπεσες, ἐξελύθης. Ἄνω βλέπε, ὅπου τὸ βραβεῖόν ἐστιν· αὐτὴ τοῦ βραβείου ἡ ὄψις μείζονα ποιεῖ τὴν προαίρεσιν· οὐκ ἀφίησιν αἰσθέσθαι τῶν πόνων ἡ τῆς θλίψεως ἐλπὶς, τὸ μῆκος μικρὸν ποιεῖ φαίνεσθαι. Τί ἐστι τὸ βραβεῖον; Οὐ κλάδος φοίνικος, ἀλλὰ τί; Βασιλεία οὐρανῶν, ἀνάπαυσις αἰώνιος, δόξα μετὰ Χριστοῦ, κληρονομία, ἀδελφότης, μυρία ἀγαθὰ, ἃ οὐκ ἔνι εἰπεῖν. Οὐκ ἔνι ἐκείνου τοῦ βραβείου τὸ κάλλος διηγήσασθαι· ὁ κρατῶν αὐτὸ οἶδε μόνος, καὶ ὁ μέλλων αὐτὸ λαμβάνειν. Οὐκ ἔστι χρυσοῦν, οὐκ ἔστι διάλιθον· πολλῷ τούτων τιμιώτερον. Ὁ χρυσὸς βόρβορος πρὸς ἐκεῖνο τὸ βραβεῖόν ἐστι· λίθοι τίμιοι πλίνθος πρὸς τὸ κάλλος ἐκείνου τοῦ βραβείου. Ἂν ἐκεῖνο ἔχων ἀπέλθῃς εἰς τὸν οὐρανὸν, μετὰ πολλῆς τῆς τιμῆς ἐκεῖ βαδίζειν δυνήσῃ, καὶ ἄγγελοί σε αἰδεσθήσονται τοῦτο φέροντα τὸ βραβεῖον· πᾶσι μετὰ παῤῥησίας προσελεύσῃ πολλῆς. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ὅρα τὸν εὐγνώμονα. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τοῦτο ποιῶ, φησίν. Οὐ γὰρ ἔνι χωρὶς τῆς ἐκείνου ῥοπῆς τοσοῦτον διελθεῖν διάστημα· πολλῆς δεῖ τῆς βοηθείας, πολλῆς τῆς συμμαχίας. Κάτω μέν σε ἀγωνίζεσθαι ἐβουλήθη, ἄνω δὲ στεφανοῖ· οὐχ ὡς ἐνταῦθα, ἔνθα ὁ ἀγὼν, ἐκεῖ καὶ ὁ στέφανος, ἀλλ' ἐν τῷ λαμπρῷ χωρίῳ ὁ στέφανος οὗτος. Οὐχ ὁρᾶτε καὶ ἐνταῦθα, ὅτι τοὺς μάλιστα τιμωμένους καὶ τῶν ἀθλητῶν καὶ ἡνιόχων, οὐ στεφανοῦσιν ἐν τῷ σταδίῳ κάτω, ἀλλ' ἄνω καλέσας ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ στεφανοῖ; Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, * εἰς τὸν οὐρανὸν λαμβάνεις τὸ βραβεῖον. Ὅσοι οὖν τέλειοι, φησὶ, τοῦτο φρονῶμεν· καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει. Ποῖον τοῦτο; Τὸ, ὅτι δεῖ τῶν ὄπισθεν ἐπιλανθάνεσθαι· ὥστε τελείου τὸ μὴ νομίζειν ἑαυτὸν τέλειον εἶναι. Πῶς τοίνυν λέγεις, Ὅσοι τέλειοι; εἰπὲ γάρ μοι, τοῦτο φρονοῦμεν ὃ σὺ φρονεῖς; Εἰ γὰρ μὴ ἔλαβες, μηδὲ τετελείωσαι, πῶς τοὺς τελείους τοῦτο κελεύεις φρονεῖν, ὃ καὶ αὐτὸς φρονεῖς οὐδέπω τέλειος ὤν; Τοῦτο γάρ ἐστι, φησὶ, τελειότης. Καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει. Τουτέστιν, εἰ δέ τις νομίζει τὸ πᾶν κατωρθωκέναι. Ἀσφαλίζεται αὐτούς· ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ τί; Καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει. Ὅρα πῶς συνεσταλμένως τοῦτό

[a] Sic Coislin, et ita legit Interpres, ut series postulare videtur. Editi τῇ βραδύτητι.

* [Marg. Savil. εἰς τὸν οὐρ. βλ...

φησιν. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διδάξει· τουτέστιν, ὁ Θεὸς ὑμᾶς πείσει, οὐχὶ διδάξει ἁπλῶς· ἐδίδασκε μὲν γὰρ ὁ Παῦλος, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐνῆγε. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἐνάξει, ἀλλ', Ἀποκαλύψει, ἵνα δόξῃ μᾶλλον ἀγνοίας εἶναι τὸ πρᾶγμα. Οὐ περὶ δογμάτων ταῦτα εἴρηται, ἀλλὰ περὶ βίου τελειότητος, καὶ τοῦ μὴ νομίζειν ἑαυτοὺς τελείους εἶναι. Ὡς ὅ γε νομίζων τὸ πᾶν κατειληφέναι, οὐδὲν ἔχει. Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τί ἐστι; Τέως φησὶν, ὃ κατωρθώσαμεν, κατέχωμεν, τὸ τῆς ἀγάπης, τὸ τῆς ὁμονοίας, τὸ τῆς εἰρήνης· τοῦτο ἡμῖν κατώρθωται. Εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Εἰς ὃ ἐφθάσαμεν· τουτέστι, τοῦτο ἡμῖν ἤδη κατώρθωται. Ὁρᾷς [a] ὅτι κανόνα βούλεται εἶναι τὰ παραγγέλματα; Ὁ κανὼν οὔτε πρόσθεσιν, οὔτε ἀφαίρεσιν δέχεται, ἐπεὶ τὸ κανὼν εἶναι ἀπόλλυσι. Τῷ αὐτῷ κανόνι· τουτέστι τῇ αὐτῇ πίστει, τῷ αὐτῷ ὅρῳ. Μιμηταί μου γίνεσθε, ἀδελφοὶ, καὶ σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς. Εἶπεν ἀνωτέρω, Βλέπετε τοὺς κύνας, ἀπήγαγεν αὐτοὺς ἐκείνων· προσάγει τούτοις, οὓς δεῖ μιμεῖσθαι, λοιπόν. Εἴ τις ἡμᾶς μιμεῖσθαι βούλεται, φησὶν, εἴ τις τὴν αὐτὴν βαδίζειν ὁδὸν, ἐκείνοις προσέχετε· εἰ καὶ ἐγὼ μὴ πάρειμι, ἀλλ' ἴστε τῆς ἐμῆς βαδίσεως τὸν τρόπον, τουτέστι, τῆς ἀναστροφῆς τοῦ βίου. Οὐ γὰρ διὰ ῥημάτων μόνον ἐδίδασκεν, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων· καθάπερ ἐν χορῷ καὶ στρατοπέδῳ τὸν χορηγὸν καὶ στρατηγὸν δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς λοιποὺς, καὶ οὕτω βαδίζειν εὐτάκτως· ἔνι γὰρ καὶ ἀπὸ στάσεως διαλυθῆναι τάξιν.

tum. Cavet nimirum illis; at non ita dixit, sed quid? *Et si qui aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit.* Vides, quam verecunde. Hoc, inquit, vos Deus docebit: id est, Deus vobis persuadebit, non tantum docebit: nam docebat quidem Paulus, Deus autem inducebat. Et non dixit, Inducet, sed, *Revelabit;* ut ex ignorantia res proficisci videatur. Non hæc de dogmatis dicta sunt, sed de perfectione vitæ, ut nemo se ipse existimet perfectum esse. Etenim qui omnia se putat consequutum, nihil habet. 16. *Verumtamen ad quod pervenimus, in eadem permaneamus regula: idem sapiamus. Verumtamen ad quod pervenimus,* quid hoc est? Interea, inquit, quod boni consequuti sumus, teneamus, caritatem, concordiam, pacem: hoc nobis recte confectum est. *Ad quod pervenimus, in eadem permaneamus regula, idem sapiamus. Ad quod pervenimus;* id est, hoc nobis jam recte confectum est. Vides Paulum hoc velle, præcepta esse regulam? Regula neque additionem neque detractionem capit; alioqui jam non est regula. *In eadem regula;* id est, in eadem fide, in eadem constitutione. 17. *Imitatores mei estote, fratres: et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis nos formam.* Dixit superius, *Videte canes,* hos ab illis abducens: proponit nunc eos, qui sunt imitandi. Si quis, inquit, nos imitari vult, si quis eamdem insistere viam, huic operam date: quamvis ego non adsim, nostis tamen incessus mei rationem et modum, id est, rationem vitæ et morum. Non enim verbis solum docebat, sed etiam factis: quemadmodum in choro et exercitu choragum et ducem reliqui imitentur oportet, ut itá ordinate incedant: nam fieri potest, ut ex illo etiam statu ordo dissolvatur.

Ἄρα τύπος ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, ἀρχέτυπόν τινα εἰκόνα διασώζοντες. Ἐννοήσατε πῶς αὐτοῖς ὁ βίος ἀπηκριβωμένος ἦν, ὡς ἀρχέτυπον αὐτοὺς καὶ παράδειγμα κεῖσθαι καὶ νόμους ἐμψύχους. Ἅπερ γὰρ τὰ γράμματα ἔλεγε, ταῦτα διὰ τῶν πραγμάτων πᾶσιν ἐδήλουν οὗτοι. Τοῦτό ἐστι διδασκαλία ἀρίστη· οὕτω τὸν μαθητὴν ἐνάγειν ὁ διδάσκων δυνήσεται. Ἂν δὲ αὐτὸς μὲν λέγῃ καὶ φιλοσοφῇ, τοῖς δὲ ἔργοις τἀναντία ποιῇ, οὔπω διδάσκαλος. Τοῦτο γὰρ καὶ τῷ μαθητῇ κοῦφον, ἐν λόγοις φιλοσοφεῖν· ἀλλὰ δεῖ τῆς διὰ τῶν ἔργων νουθεσίας, καὶ τῆς ἀγωγῆς· αὕτη γὰρ καὶ διδάσκαλον αἰδέσιμον ποιεῖ, καὶ μαθητὴν εἴκειν παρασκευάζει. Πῶς; Ὅταν μὲν γὰρ ἴδῃ ἐν λόγοις φιλοσοφοῦντα,

3. Ergo apostoli erant forma et typus, speciem eam retinentes, quæ archetypi et primarii cujusdam exemplaris instar esset. Cogitate, quam accurata esset illis vitæ ratio, ut ipsi propositi essent, quasi archetypus et exemplar et leges animatæ. Quæ enim literæ dicebant, hæc ipsi factis perspicua omnibus faciebant. Hæc optima est docendi ratio: ita discipulum impellere doctor poterit. Sin dicat quidem ac verbis philosophetur, factis vero contraria repræsentet, nondum doctor est. Nam vel discipulo hoc facile est, verbis philosophari; sed illa admonitio et persuasio accedat oportet, quæ per opera fit: nam hæc et do-

Doctoris et discipuli officia.

a Sic Coislin. Editi male ἔτι κανόνα.

ctori reverentiam conciliat, et discipulo propensionem ad parendum. Quomodo? Quoniam, ubi verbis quidem viderit philosophantem, secum dicet, Ea quæ fieri non possunt magister iste præcepit, idque ipse primus ostendit, qui ea non facit. Sin autem viderit virtutem factis ipsis expressam, non habebit amplius, cur ista dicat. Verumtamen etiam si doctoris vita socordiæ plena sit, nobis ipsi attendamus, et audiamus pro-
Isai.54.13. phetam dicentem, *Erunt omnes docibiles Dei;*
Joan.6.45. et, *Non docebit ultra vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum; omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum.* Non habes doctorem virtute præditum? Sed habes eum qui vere doctor est, quem etiam solum doctorem appellare oportet: ab illo discite:
Matth. 11 29. ille dixit, *Discite a me, quia sum mitis.* Non observes magistrum istum, sed illum illiusque disciplinas: inde typum cape: habes effigiem optimam, ad quam teipsum componas. Sexcentæ sunt propositæ in Scripturis vitarum cum virtute actarum imagines: velut, si libet, accede post magistrum ad discipulos: hic quidem ex paupertate fulsit, ille vero ex divitiis: exempli causa, Elias ex paupertate, Abraham ex divitiis: utram putas leviorem, tibique aptiorem, hanc tene. Rursus hic quidem ex matrimonio, ille vero ex virginitate: Abraham ex matrimonio, Helias ex virginitate: utram libet viam insiste: utraque enim ad cælum ducit. Et Joannes quidem per jejunium, Job vero sine jejuniis. Rursus hic ipse, cum mulieris et filiorum et filiarum et domus cura ipsi gerenda esset, multisque abundaret divitiis: Joannes vero nihil possidebat præter vestimentum ex pilis confectum. Et quid dico domum et divitias et pecunias, quando vel is qui regnum obtinet, potest virtutem consequi? Omni enim privata domo longe occupatior reperietur regia: tamenque David fulsit in regno; neque illum dissolvit purpura, aut diadema: itemque alter, cui integri populi gubernacula commissa fuerant, Moyses, inquam: quod sane difficilius etiam erat: hic enim plus licentiæ erat, ideoque plus difficultatis et molestiarum. Vidisti probatos in divitiis, vidisti et in paupertate; vidisti in matrimonio, vidisti et in virginitate. Contra vero considera, et in matrimonio, et in virginitate, et in divitiis, et in paupertate non defuisse qui perirent. Nam in matrimonio quidem multi homines perierunt, ut Samson, non tamen ex ipso matrimonio, sed ex animo voluntateque sua. In virginitate item, ut

B ἐρεῖ, ὅτι ἀδύνατα ἐπέταξεν· ὅτι δὲ ἀδύνατα, πρῶτος αὐτὸς δείκνυσιν ὁ διδάσκαλος μὴ πράττων. Ἂν δὲ ἴδῃ διὰ τῶν ἔργων τὴν ἀρετὴν τετελειωμένην, οὐκ ἂν ἔχοι ταῦτα λέγειν. Πλὴν ἀλλὰ κἂν ἠμελημένος ὁ τοῦ διδασκάλου βίος ᾖ, ἡμεῖς ἑαυτοῖς προσέχωμεν, καὶ ἀκούωμεν τοῦ προφήτου λέγοντος, ὅτι Ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ· καὶ, Οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγοντες, γνῶθι τὸν Κύριον, ὅτι πάντες
C εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν. Οὐκ ἔχεις ἐνάρετον διδάσκαλον; Ἀλλ' ἔχεις τὸν ὄντως διδάσκαλον, ὃν καὶ μόνον διδάσκαλον χρὴ καλεῖν· ἀπ' ἐκείνου μάθετε· ἐκεῖνος ἔφησε, Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι. Μὴ δὴ πρόσεχε τῷ διδασκάλῳ, ἀλλ' ἐκείνῳ καὶ τοῖς ἐκείνου μαθήμασιν· ἐκεῖθεν λάβε τὸν τύπον· ἔχεις εἰκόνα ἀρίστην· πρὸς ἐκείνην ῥύθμισον σαυτόν. Μυρίαι εἰσὶν αἱ εἰκόνες ἐν ταῖς Γραφαῖς κείμεναι βίων ἐναρέτων· οἷον, ἐὰν θέ-
D λῃς, ἐλθὲ καὶ μετὰ τὸν διδάσκαλον ἐν τοῖς μαθηταῖς· ὁ μὲν δι' ἀκτημοσύνης ἔλαμψε, ὁ δὲ διὰ χρημάτων· οἷον ὁ Ἠλίας δι' ἀκτημοσύνης, ὁ Ἀβραὰμ διὰ χρημάτων· οἵαν νομίζεις κουφοτέραν καὶ εὐεπιτηδειοτέραν, ταύτην ἑλοῦ. Πάλιν ὁ μὲν διὰ γάμου, ὁ δὲ διὰ παρθενίας· ὁ Ἀβραὰμ διὰ γάμου, ἐκεῖνος διὰ παρθενίας· ἣν θέλεις, βάδισον· ἑκατέρα γὰρ φέρει πρὸς τὸν οὐρανόν. Ὁ μὲν διὰ νηστείας, ὁ Ἰωάννης, ὁ δὲ χωρὶς
E νηστειῶν, ὁ Ἰώβ. Πάλιν αὐτὸς οὗτος καὶ γυναικὸς φροντίζων καὶ παίδων καὶ θυγατέρων καὶ οἰκίας, καὶ πολὺν ἔχων πλοῦτον· ὁ ἄλλος οὐδὲν ἐκέκτητο, πλὴν τοῦ ἱματίου τοῦ τριχίνου. Καὶ τί λέγω οἰκίαν καὶ πλοῦτον καὶ χρήματα, ὅπου γε καὶ ἐν βασιλείᾳ ὄντα δυνατὸν τῆς ἀρετῆς ἐπιλαβέσθαι; Πάσης γὰρ οἰκίας ἰδιωτικῆς ἂν εὑρεθείη πολυπραγμονέστερος ὁ οἶκος ὁ βασιλικός. Ὁ τοίνυν Δαυὶδ ἔλαμψεν ἐν βασιλείᾳ, καὶ οὐδὲν αὐτὸν ἐξέλυσεν ἡ ἁλουργὶς καὶ τὸ διάδημα· ἄλ-
F λος ὁλοκλήρου δήμου προστασίαν ἐμπεπιστευμένος, ὁ Μωϋσῆς λέγω, ὅπερ καὶ δυσκολώτερον τυγχάνει. Ἐνταῦθα γὰρ μείζων ἡ ἐξουσία ἦν, ὅθεν καὶ πλείων ἡ δυσκολία ἐγίνετο. Εἶδες ἐν πλούτῳ εὐδοκιμηκότας, εἶδες καὶ ἐν πενίᾳ, εἶδες ἐν γάμῳ, εἶδες καὶ ἐν παρθενίᾳ· θέα τοὐναντίον πάλιν καὶ ἐν γάμῳ καὶ ἐν παρθενίᾳ ἀπολωλότας, καὶ ἐν πλούτῳ, καὶ ἐν πενίᾳ· οἷον ἐν γάμῳ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπώλοντο, οἷον Σαμψὼμ, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ γάμου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἰδίας
295 A προαιρέσεως· ἐν παρθενίᾳ δὲ, οἷον αἱ πέντε παρθένοι· ἐν πλούτῳ, ὁ πλούσιος ὁ τὸν Λάζαρον περιορῶν· ἐν πενίᾳ μυρίοι ἔτι καὶ νῦν πένητες ἀπόλλυνται. Ἐν βασιλείᾳ δείκνυμι πολλοὺς ἀπολωλότας, ἐν δημαγωγίᾳ. Θέλεις δὲ καὶ ἐν στρατιωτικῇ τάξει ἰδεῖν σωζομένους; ὅρα τὸν Κορνήλιον· καὶ ἐν προστασίᾳ οἰκίας; βλέπε τὸν εὐνοῦχον τῆς Αἰθιοπίσσης. Οὕτω πάντοθεν ἐὰν εἰς
B δέον τῷ πλούτῳ χρώμεθα, οὐδὲν ἡμᾶς ἀπολεῖ· ἐὰν

δὲ μὴ, ἅπαντα ἀπολεῖ, καὶ βασιλεία, καὶ πενία, καὶ πλοῦτος. Τὸν μέντοι νήφοντα οὐδὲν βλάψαι [a] δυνήσεται. Εἰπὲ γάρ μοι, αἰχμαλωσία τί ἔβλαψεν; Οὐδέν· ἐννόει γάρ μοι τὸν Ἰωσὴφ δοῦλον γενόμενον, καὶ τὴν ἀρετὴν διασώζοντα· ἐννόει μοι τὸν Δανιὴλ, καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας αἰχμαλώτους γενομένους, καὶ πῶς πολλῷ μᾶλλον ἔλαμψαν. Πανταχοῦ γὰρ ἡ ἀρετὴ λάμπει, καὶ ἀκαταγώνιστός ἐστι, καὶ οὐδὲν ταύτην ἐμποδίσαι δύναται. Τί λέγω πενίαν καὶ αἰχμαλωσίαν καὶ δουλείαν; οὐδὲ λιμὸς, οὐδὲ ἕλκωσις, οὐδὲ νόσος C δύναται βλάψαι· δουλείας γὰρ νόσος χαλεπώτερον. Τοιοῦτος ἦν ὁ Λάζαρος, τοιοῦτος ἦν ὁ Ἰὼβ, τοιοῦτος ἦν καὶ ὁ Τιμόθεος πυκναῖς ἀσθενείαις συνεχόμενος. Ὁρᾷς ὅτι τῆς ἀρετῆς οὐδὲν δύναται περιγενέσθαι; οὐ πλοῦτος, οὐ πενία, οὐκ ἀρχὴ, οὐ τὸ ἄρχεσθαι, οὐ τὸ τῶν πραγμάτων προΐστασθαι, οὐ νόσος, οὐκ ἀδοξία, οὐ τὸ ἀπεῤῥῖφθαι· ἀλλὰ ταῦτα πάντα κάτω καὶ ἐπὶ γῆς ἀφεῖσα, φθάνει πρὸς τὸν οὐρανόν· μόνον ἔστω γενναία D ψυχὴ, καὶ τὸ κωλύον οὐδὲν εἶναι ἐνάρετον. Ὅταν γὰρ ὁ ἐργάτης ἔῤῥωται, οὐδὲν τῶν ἔξωθεν ἐμποδίζει. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν, ὅταν ὁ τεχνίτης ἔμπειρος ᾖ καὶ καρτερικὸς καὶ πᾶσαν τὴν τέχνην ἐπιστάμενος, κἂν νόσος ἐπέλθῃ, ἔχει αὐτὴν, κἂν πένηται, ἔχει αὐτὴν, κἂν ἔχῃ τὸ ὄργανον μετὰ χεῖρας, κἂν μὴ ἔχῃ, κἂν ἐργάζηται, κἂν μὴ ἐργάζηται, οὐδὲν ἠλάττωται· ἡ γὰρ ἐπιστήμη ἔνεστιν ἐν αὐτῷ. Οὕτω καὶ E ὁ ἐνάρετος καὶ Θεῷ ἀνακείμενος, κἂν εἰς πλοῦτον αὐτὸν ἐμβάλῃς, ἐπιδείκνυται τὴν ἀρετὴν, κἂν εἰς πενίαν ὁμοίως, κἂν εἰς νόσον, κἂν εἰς ὑγείαν, κἂν εἰς δόξαν, κἂν εἰς ἀδοξίαν.

Οὐχὶ διὰ πάντων ἦλθον οἱ ἀπόστολοι; Διὰ δόξης, φησὶ, καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. Τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν ἀθλητὴν, τὸ πρὸς πάντα εἶναι ἐπιτήδειον· τοιαύτη καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς φύσις. Ἂν δὲ εἴπῃς, ὅτι οὐ δύναμαι προεστάναι πολλῶν, μονάζειν ὀφείλω, ὕβρισας τὴν ἀρετήν· αὕτη γὰρ πᾶσι χεχρη- F

[a] Coislin. συνήσεται. θέλ....

quinque virgines: in divitiis, dives ille qui Lazarum despiciebat: in paupertate, nunc quoque sexcenti pauperes pereunt. In regno et in populi gubernatione multos possum ostendere qui perierint. Vis autem et in militari ordine videre qui salutem sint consequuti? intuere Cornelium: vis et in rei familiaris administratione? intuere eunuchum Æthiopissæ. Ita undique perspicuum fit, si ut oportet divitiis utamur, nihil esse, quod nos perdat: sin minus, omnia: perdit nos regnum, perdit paupertas, perdunt divitiæ. Attento quidem homini nihil nocere poterit. Dic enim mihi, captivitas an lædit? Minime: cogita ipsum Joseph servum quidem factum, sed nihilominus virtuti addictum: cogita mihi Danielem, et tres illos pueros, cum captivi essent multo magis fulsisse. Ubique enim virtus lucet, neque expugnari neque impediri ulla ratione potest. Quid dico paupertatem et captivitatem et servitutem? nec fames quidem, nec ulcera, nec morbus quantumvis nocere possunt: morbus enim servitute est gravior. Talis erat Lazarus, talis Job, talis erat et Timotheus crebro pressus infirmitate. Vides nihil esse, a quo superari virtûs queat? non divitias, non paupertatem, non imperium, non servitutem, non rerum administrationem, non morbum, non ignominiam, non exsilium; sed hæc omnia deorsum, atque humi relinquens virtus ad cælum pervenit: tantum generosa sit anima, tunc prohibere nihil poterit quin virtutis sit compos. Ubi enim valet is, a quo actio promenda est, nullum externæ res impedimentum afferunt. Nam et in artibus, ubi artifex bene peritus fuerit, et tolerans, universamque artem tenuerit, etiamsi morbus adveniat, ipsam retinet; etiamsi in paupertatem incidat, ipsam retinet: sive instrumentum in manu habeat, sive suo fungatur munere, sive non fungatur, nihil illi ex arte detrahitur: in ipso enim inest scientia. Ita et qui virtute præditus est atque ex Deo pendet, sive illum in divitias conjicias, ostendit virtutem suam; sive in paupertatem, nihilominus; sive in morbum, sive in sanitatem, sive in gloriam, sive in infamiam.

Virtus a nulla re superari potest.

4. Annon per ista omnia transierunt apostoli? *Per gloriam*, inquit, *et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam.* Hoc est athletam esse, nempe ad omnia esse accommodatum: talis enim est virtutis etiam natura. Quod si dicas, Præesse aliis non possum, solitaria mihi vita agenda est,

2. Cor. 6. 8.

injuriam fecisti virtuti: ea quidem omnibus uti potest, et ubique splendet, dummodo insit in anima. Fames adest? adest annonæ copia? Virtus suum præ se fert robur: quemadmodum Paulus inquit, *Scio et abundare, et penuriam pati*. (Philipp. 4. 12.) Operandum erat? non erubescebat, sed duos annos operam arti suæ dedit. Erat ferenda fames? non concidebat, nec vacillabat. Moriendum erat? non dejiciebat animum: undique generosum illum animum, atque artem ostendebat. Hunc igitur æmulemur, nec quidquam causæ erit, cur mœreamus. Quid enim, dic mihi, tali viro mœrorem afferre poterit? Nihil sane: quamdiu hanc nobis nemo eripuerit, omnibus hominibus erimus beatiores, et hic et non illic tantum. Sit enim quis virtutis compos; tunc et uxorem habeat et filios et pecunias, et circumfluat gloria; in his omnibus similiter virtutem retinebit: aufer hæc; nihilominus virtutem exercebit, non calamitatibus obrutus, non ex prosperitate tumescens; sed perinde ac petra quædam maritima, sive turgeat mare, sive malacia exsistat, æque manet immobilis, neque a fluctibus fracta, neque a malacia quidquam damni passa: ita etiam solidus animus æque stabilis perstat in fluctibus, et in malacia. Et quemadmodum pueruli navigio vecti turbantur, gubernator autem sedet ridens et immotus, et ex illorum trepidatione voluptatem capit: ita animus philosophicus, dum cæteri omnes turbantur, aut vicissim rident intempestive in rerum mutationibus, ipse quasi ad clavum quemdam pietatis sedens perstat immotus. Quid enim, dic mihi, animam piam perturbare potest? num mors? at hoc melioris vitæ initium. An paupertas? at hoc ipsam provehit in virtutis via. An morbus? sed pro nihilo habet hanc vitam. Et quid dico morbum? pro nihilo æque habet delectationes, atque ærumnas: anticipavit enim, ac se ipsa jam afflixit. An ignobilitas? sed mundus ipsi crucifixus est. An amissio liberorum? sed non metuit; cum enim futuram sibi persuasit resurrectionem, quid evertere illam poterit? Prorsus nihil. At divitiæ extollunt? minime: novit enim pecunias nihil esse. At gloria? sed jam in hac disciplina eruditus est, omnem hominis gloriam esse veluti (Isai. 40. 6.) florem fœni. At deliciæ? sed audivit Paulum dicentem, *Quæ in deliciis est, vivens mortua est.* (1. Tim. 5. 6.) Ergo cum neque tumescat, neque deprimatur, quid huic sanitati par inveniri poterit? Verum non tales sunt cæteræ animæ, sed crebrius quam mare et chamæleon mutantur. Quamobrem valde ridicula est illarum conditio: cum videas eum-

σθαι δύναται, καὶ διαφαίνειν, μόνον ἔστω ἐν τῇ ψυχῇ. Λιμός ἐστι; πλησμονή ἐστιν; Αὕτη γὰρ ἰσχὺν A ἐπιδείκνυται τὴν αὐτῆς, καθὼς Παῦλός φησιν, Οἶδα καὶ περισσεύειν, καὶ ὑστερεῖσθαι. Ἔδει ἐργάζεσθαι; οὐκ ἐπῃσχύνθη, ἀλλὰ δύο ἔτη εἰργάζετο. Ἔδει λιμῶξαι; οὐκ ἐτάκη, οὐδὲ ἐδίστασεν. Ἔδει ἀποθανεῖν; οὐκ ἐγένετο ταπεινός· διὰ πάντων τὸ φρόνημα τὸ γενναῖον καὶ τὴν τέχνην ἐπεδείξατο. Τοῦτον οὖν ζηλώσωμεν, καὶ οὐκ ἔσται λύπης ἡμῖν ὑπόθεσις. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, λυπῆσαι δυνήσεται τὸν τοιοῦτον; Οὐδέν. Ἕως ἂν μὴ ταύτην ἡμᾶς ἀφέληταί τις, πάντων ἀνθρώπων B μακαριώτεροι ἐσόμεθα, καὶ ἐνταῦθα, οὐχὶ ἐκεῖ μόνον. Ἔστω γὰρ ὁ ἐνάρετος καὶ γυναῖκα ἔχων καὶ παιδία καὶ χρήματα καὶ δόξαν πολλήν· περὶ ταῦτα πάντα ὁμοίως ἐνάρετος μένει· ἄφελε αὐτὰ, καὶ πάλιν ὁμοίως ἐνάρετος ἔσται, οὔτε ὑπὸ τῶν θλίψεων καταβαπτιζόμενος, οὔτε ὑπὸ τῆς εὐπραγίας ὀγκούμενος· ἀλλ' ὥσπερ πέτρα, καὶ κυμαινούσης τῆς θαλάσσης, καὶ γαλήνης οὔσης, ὁμοίως ἕστηκεν ἀπαθὴς, οὔτε ὑπὸ τῶν κυμάτων θρυπτομένη, οὔτε ὑπὸ τῆς γαλήνης ἄλλο τι πάσχουσα· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἡ στεῤῥὰ ἕστηκε βεβαία καὶ ἐν γαλήνῃ καὶ ἐν κύμασι. Καὶ καθάπερ τὰ μὲν C παιδία ἐν πλοίῳ πλέοντα θορυβεῖται, ὁ δὲ κυβερνήτης κάθηται γελῶν καὶ ἀκλινὴς ὢν, τὸν θόρυβον ἐκείνων ὁρῶν, καὶ τερπόμενος· οὕτω καὶ ψυχὴ φιλόσοφος, πάντων τῶν ἄλλων θορυβουμένων, καὶ γελώντων πάλιν ἀκαίρως ἐν ταῖς τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς, αὐτὸς ὥσπερ ἐπὶ τινὸς αὐχένος καὶ οἴακος τῆς εὐλαβείας κάθηται ἀκλινής. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, ταράξαι δύναται ψυχὴν εὐλαβῆ; Θάνατος; ἀλλὰ τοῦτο ζωῆς βελτίονος ἀρχὴν οἶδεν. Ἀλλὰ πενία; ἀλλὰ τοῦτο συμπράττει αὐτῇ πρὸς ἀρετήν. Ἀλλὰ νόσος; ἀλλ' οὐδὲν D ἡγεῖται αὐτὴν παροῦσαν. Τί λέγω νόσον; οὐδὲ τὴν ἄνεσιν, οὐδὲ τὴν θλῖψιν· προλαβοῦσα γὰρ ἑαυτὴν ἔθλιψεν. Ἀλλ' ἀδοξία; ἀλλὰ ὅλος ὁ κόσμος αὐτῇ ἐσταύρωται. Ἀλλὰ παίδων ἀποβολή; ἀλλ' οὐ δέδοικεν· ὅταν γὰρ περὶ ἀναστάσεως ᾖ πεπληροφορημένη, τί αὐτὴν ἑλεῖν δύναται; Οὐδὲν τῶν πάντων. Ἀλλὰ πλοῦτος ἐπαίρει; οὐδαμῶς· οἶδε γὰρ ὅτι οὐδὲν τὰ χρήματα. Ἀλλὰ δόξα; ἀλλὰ πεπαίδευται, ὅτι πᾶσα δόξα ἀνθρώπου, ὡς ἄνθος χόρτου. Ἀλλὰ τρυφή; ἀλλ' ἤκουσε Παύλου λέγοντος, ὅτι Ἡ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνη- E κεν. Ὅταν οὖν μήτε φλεγμαίνῃ, μήτε συστέλληται, τί τῆς ὑγείας ταύτης ἴσον ἂν εἴη; ἀλλ' οὐχ αἱ ἄλλαι ψυχαὶ τοιαῦται, ἀλλὰ τῆς θαλάττης καὶ τοῦ χαμαιλέοντος πυκνότερον τρέπονται. Ὥστε πολὺν εἶναι γέλωτα, ὅταν ἴδῃς τὸν αὐτὸν νῦν μὲν γελῶντα, νῦν δὲ κλαίοντα, νῦν δὲ φροντίζοντα, νῦν δὲ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκκεχυμένον. Καίτοι ὁ Παῦλος οὐ δι' ἄλλο τί φησι, Μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλ' ἢ ὅτι F ἐν τῷ οὐρανῷ πολιτευόμεθα, ἔνθα οὐκ ἔστι τροπή. Ἐπήγγελται ἡμῖν ἔπαθλα οὐ τρεπόμενα· οὐκοῦν τοιαύ-

τὴν πολιτείαν ἐπιδειξώμεθα, ἐντεῦθεν ἤδη λάβωμεν τὰ ἀγαθά. Τί εἰς εὔριπον ἑαυτοὺς ῥιπτοῦμεν, καὶ εἰς 297 κλυδώνιον, καὶ εἰς χειμῶνα, καὶ εἰς ζάλην; Γενώμεθα A ἐν γαλήνῃ. Οὐ παρὰ τὸν πλοῦτόν ἐστιν, οὐ παρὰ τὴν πενίαν, οὐ παρὰ τὴν δόξαν, οὐ παρὰ τὴν ἀδοξίαν, οὐ παρὰ τὴν νόσον, οὐ παρὰ τὴν ὑγείαν, οὐ παρὰ τὴν ἀσθένειαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν ταῦτα πάντα ψυχήν. Ἂν αὐτὴ στεῤῥὰ ᾖ καὶ καλῶς πεπαιδευμένη τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπιστήμην, πάντα εὔκολα αὐτῇ ἔσται. Καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὴν ἀνάπαυσιν ὄψεται, καὶ τὸν λιμένα τὸν εὔδιον, καὶ μυρίων ἀπελθοῦσα ἐκεῖ ἀγαθῶν ἐπιτεύ- B ξεται· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

dem nunc ridentem, nunc flentem, nunc sollicitum, nunc præter modum remissum ac torpentem. Propterea Paulus inquit, *Nolite conformari huic sæculo.* Rom. 12. 2 In cælo enim degimus, et quasi cives versamur, ubi nulla mutatio. Promissa sunt nobis præmia immutabilia: ergo talem et nos vitæ rationem exhibeamus; inde jam capiamus bona. Ecquid igitur nos ipsi in euripum projicimus, et in medios fluctus et in procellas et turbines? Amplectamur tranquillitatem: ea non ex divitiis pendet, non ex paupertate, non ex ignobilitate, ex non gloria, non ex morbo, non ex sanitate, non ex infirmitate, sed ex nostro cujusque animo. Si hic solidus fuerit, ac recte in virtutis disciplina eruditus, omnia illi facilia erunt. Atque hinc jam requiem cernet, portumque tranquillum, et illuc profectus innumerabilia bona consequetur: quæ utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ιγ΄.

Πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ· ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, C οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα.

Οὐδὲν οὕτως ἀνάρμοστον καὶ ἀλλότριον Χριστιανοῦ, ὡς ἄνεσιν καὶ ἀνάπαυσιν ζητεῖν· οὐδὲν οὕτω τῆς D ἐπαγγελίας καὶ στρατολογίας ἀλλότριον, ὡς τὸ τῷ παρόντι προστετηκέναι βίῳ. Ὁ Δεσπότης σου ἐσταυρώθη, καὶ σὺ ἄνεσιν ζητεῖς; ὁ Δεσπότης σου προσηλώθη, καὶ σὺ τρυφᾷς; καὶ ποῦ ταῦτα στρατιώτου γενναίου; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλός φησι, Πολλοὶ περιπατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ. Ἐπειδή τινες ἦσαν ὑποκρινόμενοι μὲν τὸν χριστιανισμὸν, ἐν ἀνέσει δὲ ζῶντες καὶ τρυφῇ, τοῦτο δὲ ἐναντίον τῷ E σταυρῷ· διὰ τοῦτο ταῦτα οὕτως ἔλεγεν. Ὁ γὰρ σταυ-

HOMILIA XIII.

Cap. III. v. 18. *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi,* 19. *quorum finis interitus; quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.* 20. *Nostra enim conversatio in cælis est: unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum Jesum Christum,* 21. *qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, ut conforme fiat corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subjicere sibi omnia.*

1. Nihil æque dissentaneum est, alienumque a Christiano, ac requiem et otium quærere: nihil æque a professione nostra et militia alienum, ac præsenti vitæ defixum esse. Dominus tuus in crucem actus est, et tu requiem quæris? Dominus tuus clavis confixus est, et tu deliciaris? hæccine militis generosi? Propterea etiam Paulus, inquit, *Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi.* Quoniam erant nonnulli, qui Christianismum quidem simulabant, sed in otio ac deliciis vivebant, id vero adversatur cruci; idcirco

ita dicebat. Crux enim propria animæ est in acie stantis, mori cupientis, nullam sibi oblectationem postulantis : illi vero contrariam vitæ rationem sequuntur. Quamobrem tametsi dicunt se Christi esse, inimici tamen sunt crucis : alioqui, si crucem amarent, id quoque studerent, ut crucifixam vitam viverent. Nonne in crucem actus est Dominus tuus? Si illius modum non potes, imitare alia ratione Dominum tuum : ipse te crucifige, etiamsi nemo te crucifigat; crucifige te, inquam, non ut ipse te interimas, absit ; impium

Gal. 6. 14. enim est; sed prout Paulus dicebat, *Mihi enim, inquit, mundus crucifixus est, et ego mundo.* Si Dominum tuum amas, morte illius morere : disce quanta sit crucis potentia, quot bona fecit, quot faciat, quam in tuto vitam collocet. Per hanc omnia perficiuntur : baptisma per crucem (oportet enim accipere signaculum) ; manuum impositio per crucem : omninoque, sive in via simus, sive domi, sive ubi vis, magnum bonum est crux, salutaris armatura, clypeus inexpugnabilis adversans diabolo. Cum hoc igitur si bellum geras, tunc gestas crucem, non tantum accepto signaculo, sed etiam quæ crucis propria sunt subiens ac patiens. Consuevit enim Christus passiones

Crucis signum in baptismo et in manuum impositione.

Matth. 16. 24. nomine crucis appellare : ut cum inquit, *Nisi quis tollat crucem suam, et sequatur me ;* id est, nisi quis recte se comparaverit ad mortem. Isti vero degeneres, vitæ et corporis amantes, profecto crucis sunt inimici : et quisquis deliciarum mundanæque tranquillitatis amator est, inimicus est crucis, in qua Paulus gloriatur, quam complectitur, cui nititur inseri, quod illa verba indicant, *Ego crucifixus sum mundo, et mundus mihi.* Nunc vero ait, *Nunc autem et flens dico.* Cur? Quoniam malum crevit, quoniam tales qui sunt, hi lacrymis digni sunt. Vere lacrymis digni sunt qui in deliciis degunt, et indumentum quidem, id est corpus, pinguefaciunt, futuri vero quod ipsos manent supplicii nullam rationem habent. Esto delicate vivis, esto vino mades ; hodie, cras, decem annos, et viginti et triginta et quinquaginta et centum, quod quidem fieri nequit ; verum, si vis, demus ita esse : quis terminus? quæ utilitas? Nulla. Talem igitur vitam vivere, nonne lacrymis et lamentis dignum est? Adduxit nos Deus in hoc stadium, ut coronet, et nos abimus nullo præclaro edito

ρὸς ψυχῆς ἐστι παρατεταγμένης, θανατιώσης, οὐδὲν ἄνετον ἐπιζητούσης· ἐκεῖνοι δὲ ἀπεναντίας πολιτεύονται. Ὥστε κἂν λέγωσιν εἶναι τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς ἐχθροί εἰσι τοῦ σταυροῦ· ἢ γὰρ ἄν, εἰ τὸν σταυρὸν ἐφίλουν, ἐσπούδαζον τὸν ἐσταυρωμένον βίον ζῆν. Οὐκ ἀνεσκολοπίσθη σου ὁ Δεσπότης; Μίμησαι σὺ ἄλλως αὐτόν, εἰ μὴ τὸν ἐκείνου δύνασαι τρόπον· σταύρωσον
F ἑαυτόν, κἂν μηδείς σε σταυρώσῃ· σταύρωσον σεαυτὸν λέγω, οὐχ ἵνα σεαυτὸν ἀνέλῃς, μὴ γένοιτο, τοῦτο
298 γὰρ ἀσεβές, ἀλλ' ὡς Παῦλος ἔλεγεν· Ἐμοὶ γάρ, φησί,
A κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. Εἰ φιλεῖς τὸν Δεσπότην σου, τὸν θάνατον ἀπόθανε τὸν ἐκείνου· μάθε πόση τοῦ σταυροῦ ἡ ἰσχύς, πόσα κατώρθωσε, πόσα κατορθοῖ, πῶς ἐστιν ἀσφάλεια τοῦ βίου. Διὰ τούτου πάντα τελεῖται· βάπτισμα διὰ τοῦ σταυροῦ (δεῖ γὰρ ἀναλαβεῖν τὴν σφραγῖδα)· χειροτονία διὰ τοῦ σταυροῦ· κἂν ἐν ὁδοῖς ὦμεν, κἂν ἐν οἰκίᾳ, κἂν ὅπου ἄν ποτε, μέγα ἀγαθὸν ὁ σταυρός, σωτήριον ὅπλον, ἀσπὶς ἄμαχος, τῷ διαβόλῳ ἀντίπαλος. Τούτῳ οὖν ἐχθραίνων βαστάζεις τὸν σταυρόν, μὴ ἁπλῶς σφραγιζόμενος,
B ἀλλὰ τὰ τοῦ σταυροῦ πάσχων. Οἶδε σταυρὸν ὁ Χριστὸς τὰ πάθη λέγειν, ὡς ὅταν λέγῃ· Ἐὰν μή τις ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσῃ μοι· τουτέστιν, ἐὰν μή τις ᾖ παρεσκευασμένος πρὸς θάνατον. Οὗτοι δὲ ἀγενεῖς ὄντες καὶ φιλόζωοι καὶ φιλοσώματοι, ἐχθροὶ τοῦ σταυροῦ τυγχάνουσι· καὶ πᾶς, ὃς ἂν ᾖ τῆς τρυφῆς φίλος καὶ τῆς ἐνταῦθα ἀσφαλείας, ἐχθρός ἐστι τοῦ σταυροῦ, ἐν ᾧ Παῦλος καυχᾶται καὶ περιπλέκεται, ᾧ σπουδάζει συνουσιωθῆναι, ὡς ὅταν λέγῃ· Ἐγὼ
C ἐσταύρωμαι τῷ κόσμῳ, καὶ ὁ κόσμος ἐμοί. Νῦν δέ φησι, Καὶ κλαίων λέγω. Διὰ τί; Ὅτι ἐπέτεινε τὸ κακόν, ὅτι δακρύων ἄξιοι οἱ τοιοῦτοι. Ὄντως δακρύων ἄξιοι οἱ τρυφῶντες, τὸ μὲν περιβόλαιον, τουτέστι, τὸ σῶμα λιπαίνοντες, τῆς δὲ μελλούσης εὐθύνας διδόναι * οὐδένα ποιούμενοι λόγον. Ἰδοὺ τρυφᾷς, ἰδοὺ μεθύεις, σήμερον καὶ αὔριον, καὶ δέκα ἔτη καὶ εἴκοσι καὶ τριάκοντα καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ὅπερ ἀδύνατον· πλὴν ἀλλ', εἰ βούλει, θῶμεν· τί τὸ πέρας; τί τὸ κέρδος; Οὐδέν. Τὸ οὖν τοιοῦτον βίον ζῆν οὐ δακρύων ἄξιον καὶ θρήνων; Ἤγαγεν ἡμᾶς εἰς τὸ στάδιον τοῦτο
D ὁ Θεός, ἵνα στεφανώσῃ, καὶ ἡμεῖς ἄπιμεν μηδὲν ἐργασάμενοι γενναῖον. Κλαίει τοίνυν ὁ Παῦλος, ἐφ' οἷς ἕτεροι γελῶσι καὶ σπαταλῶσιν· οὕτως ἐστὶ συμπαθητικός, οὕτω φροντίζει πάντων ἀνθρώπων. Ὧν ὁ θεός, φησίν, ἡ κοιλία. Διὰ τοῦτό ἐστι θεὸς αὐτοῖς· τοῦτό ἐστι, Φάγωμεν καὶ πίωμεν. Ὁρᾷς ὅσον ἡ τρυφὴ κακόν; τοῖς μὲν τὰ χρήματα, τοῖς δὲ ἡ κοιλία ὁ θεός.
E Οὐχὶ εἰδωλολάτραι καὶ οὗτοι, καὶ ἐκείνων χείρους; Καὶ ἡ δόξα, φησίν, ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν. Τίνες τὴν

* [Dunæus inserendum censet ψυχῆς.]

περιτομήν φασι δηλοῦν διὰ τούτου· ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτό φημι, ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν· ἐφ' οἷς ἔδει ἐγκαλύπτεσθαι, ἐπὶ τούτοις σεμνύνονται. Τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν ἀλλαχοῦ· Τίνα οὖν μισθὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; Δεινὸν μὲν γὰρ τὸ αἰσχρὰ πράττειν, τὸ δὲ πράττοντα αἰσχύνεσθαι, ἐξ ἡμισείας ἐστὶ δεινόν· ὅταν μέντοι τις καὶ ἐγκαλλωπίζηται, ὑπερβολὴ ἀναισθη- F σίας. Ἆρα περὶ ἐκείνων μόνον ταῦτα εἴρηται, οἱ δὲ παρόντες ἡμῖν ἐνταῦθα ἐξέφυγον τὸ ἔγκλημα; καὶ οὐδείς ἐστιν ὑπεύθυνος τούτῳ; οὐδὲ Θεὸν ἔχει τὴν κοιλίαν; Οὐδὲ τὴν δόξαν ἐν τῇ αἰσχύνῃ; Βούλομαι, 299 A καὶ σφόδρα βούλομαι μηδὲν τούτων εἶναι πρὸς ἡμᾶς, μηδὲ εἰδέναι τινὰ ἔνοχον τοῖς λεγομένοις· δέδοικα δὲ μὴ πρὸς ἡμᾶς μᾶλλον, ἢ τοὺς τότε λέγηται. Ὅταν γὰρ πάντα τὸν βίον ἐν πότοις καὶ κώμοις ἀναλίσκῃ τις, καὶ εἰς μὲν πένητας ὀλίγα τινὰ δαπανᾷ, τὸ δὲ πλέον ἀναλίσκῃ εἰς τὴν κοιλίαν, οὐκ εἰκότως καὶ περὶ αὐτοῦ λεχθήσεται;

facinore? Flet igitur Paulus, quibus de rebus alii rident seque oblectant: tanto alienarum calamitatum sensu tangitur; adeo omnes homines curat. *Quorum*, inquit, *deus venter est*. Propter hoc est deus ipsis: hoc illud est, *Comedamus et bibamus*. (1. Cor. 15. 32.) Vides quantum malum sint deliciæ? Aliis quidem pecunia, aliis vero venter deus est. Nonne hi etiam sunt idololatræ, et illis etiam deteriores ac nequiores? *Et gloria*, inquit, *in confusione ipsorum*. Quidam circumcisionem his verbis significari volunt: ego autem ita interpretor, ac se dictum esset: in quibus oportebat eos pudore suffundi seque occultare, in his si efferunt. Hoc illud est, quod alibi inquit, *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* (Rom. 6. 21.) Grave enim malum est turpia facere; sed si te, cum facias, pudeat, quasi dimidium malum est: sin etiam inde te efferas, summus jam est animi stupor. Num de illis tantum hæc dicta sunt, et nemo eorum qui hic adsunt, objurgationi locum reliquit? nemo illi crimini est affinis? neque deum ventrem habet? neque gloriam in confusione? Cupio, et vehementer cupio nihil ejusmodi ad nos pertinere: vellem neminem nosse, cui ea quæ dicta sunt, crimini dari possent; sed valde metuo, ne in nos magis, quam in illos conveniant. Etenim si quis omnem vitam in potationibus et comessationibus insumat, et in pauperes quidem paucos obolos impendat, majorem vero opum partem in ventrem effundat; nonne jure in istum etiam dicentur?

Οὐδὲν ἐντρεπτικώτερον τῆς λέξεως, οὐδὲν πληκτικώτερον, Ὧν ὁ θεὸς, φησὶν, ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν. Τίνες οὗτοί εἰσιν; Οἱ ἐπίγεια B φρονοῦντες, οἱ λέγοντες, οἰκοδομήσωμεν οἰκίας. Ποῦ; Ἐν τῇ γῇ, φησί· κτησώμεθα ἀγροὺς, ἐν τῇ γῇ πάλιν· ἐπιτύχωμεν ἀρχῆς, πάλιν ἐν τῇ γῇ· τύχωμεν δόξης, πάλιν ἐν τῇ γῇ· πλουτήσωμεν, πάντα ἐν τῇ γῇ. Οὗτοί εἰσιν ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία. Οἱ γὰρ μηδὲν πνευματικὸν φρονοῦντες, ἀλλ' ἐνταῦθα πάντα κεκτημένοι, καὶ ταῦτα φρονοῦντες, εἰκότως τὴν κοιλίαν θεὸν ἔχουσι, λέγοντες, Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Εἶτα σὺ μὲν περὶ τοῦ σώματος C ἀλγεῖς, ὅτι γήϊνόν ἐστι, καίτοι τοῦτό σε οὐδὲν παραβλάπτει εἰς ἀρετῆς λόγον· τὴν δὲ ψυχὴν εἰς γῆν κατασπῶν τῇ τρυφῇ, καὶ μηδένα λόγον τούτου ποιῶν, γελᾷς, εἰπέ μοι, καὶ διακέχυσαι; καὶ ποίας τεύξῃ συγγνώμης διακείμενος ἀναλγήτως, δέον καὶ τὸ σῶμα ποιῆσαι πνευματικόν; ἔξεστι γὰρ, ἂν θέλῃς. Κοιλίαν ἔλαβες, ἵνα τρέφῃς, οὐχ ἵνα διασπᾷς· ἵνα κρατῇς αὐτῆς, οὐχ ἵνα δέσποιναν ἔχῃς· ἵνα σοι ὑπηρετῇ πρὸς

2. Nihil his verbis ad pudorem eliciendum aptius, nihil ad objurgandum vehementius: *Quorum*, inquit, *deus venter est, et gloria in confusione ipsorum*. Quinam isti sunt? *Qui terrena sapiunt*, qui dicunt, Ædificemus domos. Ubi? In terra, inquit: emamus agros; in terra rursum: adipiscamur imperium, rursus in terra: assequamur gloriam, rursus in terra: divitias comparemus, omnia denique in terra. Hi sunt, quorum deus venter est. Qui enim nihil spirituale cum animo suo cogitant, sed omnia sua hic habent, atque hæc sola curant, merito ventrem deum habent, dicentes: *Comedamus et bibamus; cras enim moriemur*. Et corpus quidem doles tibi terrenum esse, quamvis illud tibi, quod ad virtutem pertinet, nihil noceat; animam vero in terram deprimis per delicias, et nullam hujus rei rationem habens, rides, dic mihi, atque animo es remisso? et qualem consequeris veniam, cum tanto te stupore affeceris; cum oporteret ipsum

corpus spirituale reddere? licet enim, si velis. Ventrem accepisti ut nutrias, non ut distendas; ut illi domineris, non ut dominum habeas; ut tibi inserviat ad cæteras partes alendas, non ut tu illi inservias, non ut fines transilias. Non tot malorum causa est mare fines supergressum, quot venter corpori animæque nostræ: omnem illud terram, in quam se effuderit, obruit; venter vero universum corpus. Pone illi terminum, quod naturæ satis est; quemadmodum mari Deus posuit arenam: etiamsi æstuaverit, etiamsi excanduerit, increpa illum potestate quæ in te sita est. Vide quanto honore te affecerit Deus, ut ipsum imiteris: tu vero minime vis, sed vides illum erumpere, totamque naturam corrumpere atque obruere, nec tamen audes cohibere ac moderari. *Quorum deus*, inquit, *venter est*. Videamus quomodo Paulus servierit Deo: videamus quomodo et edaces isti serviant ventri. Nonne isti sexcentas perferunt mortes? nonne, quæcumque ille jusserit, detrectare formidant? annon etiam in iis, quæ minime fieri possunt, obediunt eique ministrant? nonne mancipiis nequiores sunt? At non Paulus talis: quamobrem dicebat, *Nostra conversatio in cælis est*. Non igitur hic quæramus requiem, sed ibi velimus clari esse, ubi et vitam colimus. *Unde etiam Salvatorem*, inquit, *exspectamus Dominum Jesum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, ut conforme fiat corpori claritatis suæ*. Paulatim nos evexit: De cælo, inquit, Salvator noster: a loco, a persona majestatem demonstrans. *Qui transfigurabit*, inquit, *corpus humilitatis nostræ*. Multis modis nunc male accipitur corpus nostrum, vincitur, vapulat, sexcentis malis afficitur; verum et Christi corpus hæc eadem passum est. Hoc ergo subindicavit dicens, *Ut conforme fiat corpori claritatis suæ*. Ergo idem quidem corpus est, sed induitur immortalitate. *Transfigurabit*, inquit. Ergo et figura alia; aut ita mutationem minus proprie vocavit. Dixit autem, *Corpus humilitatis nostræ*, quoniam nunc jacet in humilitate, quoniam interitui ac dolori obnoxium est, quoniam vile videtur esse nihilque amplius cæteris habere. *Ut conforme ipsum*, inquit, *fiat corpori claritatis suæ*. Papæ! illinc, quod sedet in dextera Patris? Hoc ipsum corpus conforme illi fit, quod adoratur ab angelis, illi cui assistunt incorporeæ Potestates, illi quod est supra omnem Principatum et Virtutem et Potestatem; illi ipsi conforme fit. Si universus orbis, sumtis lacrymis, eos qui de hac spe deciderunt, fleat; pro rei gravitate fle-

D τὴν τῶν λοιπῶν μορίων διατροφὴν, οὐχ ἵνα σὺ αὐτῇ ὑπηρετῇς, οὐχ ἵνα τοὺς ὅρους ἐκβαίνῃς. Οὐ τοσαῦτα κακὰ ἐργάζεται ἡ θάλασσα τοὺς ὅρους ὑπερβαίνουσα, ὅσα ἡ γαστὴρ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον μετὰ τῆς ψυχῆς· πᾶσαν ἐπικλύζει τὴν οἰκουμένην ἐκείνη, καὶ αὕτη ἅπαν τὸ σῶμα. Θὲς αὐτῇ ὅρον τὴν αὐτάρκειαν, καθὼς Θεὸς ἔθετο τῇ θαλάσσῃ τὴν ἄμμον· κἂν κυμαίνῃ, κἂν ἀγριαίνῃ, ἐπιτίμα αὐτῇ τῇ δυνάμει τῇ οὔσῃ ἐν σοί. E Ὅρα πῶς λόγῳ σε ἐτίμησεν ὁ Θεὸς, ἵνα αὐτὸν μιμῇ· σὺ δὲ οὐ θέλεις, ἀλλ' ὁρῶν αὐτὴν ὑπερβλύζουσαν, καὶ πᾶσαν διαφθείρουσαν τὴν φύσιν, καὶ λιμνάζουσαν, οὐ τολμᾷς κατασχεῖν οὐδὲ σωφρονίσαι. Ὧν ὁ θεὸς, φησὶν, ἡ κοιλία. Ἴδωμεν πῶς Παῦλος ἐδούλευσε τῷ Θεῷ· ἴδωμεν πῶς καὶ οἱ γαστρίμαργοι τῇ κοιλίᾳ. Οὐχὶ μυρίους ὑπομένουσιν οὗτοι θανάτους; οὐχ, ἅπερ ἂν προστάττῃ, δεδοίκασι παρακοῦσαι; οὐχὶ τὰ ἀδύνατα διακονοῦνται αὐτῇ; Οὐχὶ ἀνδραπόδων χείρους F εἰσίν; Ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος τοιοῦτος· διὸ καὶ ἔλεγεν, Ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανῷ ὑπάρχει. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς ἐνταῦθα ζητῶμεν ἄνεσιν· ἐκεῖ θελήσωμεν γενέσθαι λαμπροὶ, ἔνθα καὶ πολιτευόμεθα. Ἐξ οὗ καὶ, Σωτῆρα, φησὶν, ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν 300 εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης A αὐτοῦ. Κατὰ μικρὸν ἀνήγαγεν ἡμᾶς· ἀπ' οὐρανοῦ, φησὶν, ὁ ἡμέτερος Σωτήρ· ἀπὸ τοῦ τόπου, ἀπὸ τοῦ προσώπου τὸ σεμνὸν δεικνύς. Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα, φησὶ, τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν. Πολλὰ πάσχει νῦν τὸ ἡμέτερον σῶμα, δεσμεῖται, μαστίζεται, μυρία πάσχει δεινά· ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ τοσαῦτα ἔπαθε. Τοῦτο γοῦν ᾐνίξατο εἰπὼν, Εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. Ἄρα τὸ αὐτὸ μέν ἐστιν, ἐνδύεται δὲ ἀφθαρσίαν. Μετασχηματίσει, φησίν. Ἄρα καὶ τὸ σχῆμα ἕτερον, ἢ τὴν μεB ταβολὴν οὕτω καταχρηστικῶς ἐκάλεσε. Σῶμα δὲ ταπεινώσεως ἡμῶν εἶπεν, ὅτι τεταπείνωται νῦν, ὅτι τῇ φθορᾷ ἐστιν ὑπεύθυνον, τῇ ἀλγηδόνι, ὅτι δοκεῖ εὐτελὲς εἶναι, καὶ οὐδὲν τῶν λοιπῶν ἔχειν τι πλέον. Εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ, φησὶ, σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. Βαβαὶ, ἐκείνῳ, τῷ καθημένῳ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, σύμμορφον τοῦτο τὸ σῶμα γίνεται· ἐκείνῳ, τῷ προσκυνουμένῳ ὑπὸ ἀγγέλων, ἐκείνῳ, ᾧ παρεστήκεσαν αἱ ἀσώματοι δυνάμεις, ἐκείνῳ τῷ ἐπάνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως, ἐκείνῳ C σύμμορφον γίνεται. Ἄρα ἂν ἡ οἰκουμένη πᾶσα λαβοῦσα δάκρυα, τοὺς ταύτης τῆς ἐλπίδος ἐκπεπτωκότας δακρύῃ, ἀξίως δακρύσει, ὅτι ἐπαγγελίας ἡμῖν κειμένης ἐκείνῳ γενέσθαι σύμμορφον, μετὰ τῶν δαιμόνων ἀπέρχεται; Οὐ μέλει μοι γεέννης λοιπόν· ὅσα ἂν εἴπῃς, οὐδὲν νομίζω πρὸς τὴν ἔκπτωσιν ταύτην. Τί λέγεις, ὦ Παῦλε; ἐκείνῳ σύμμορφον γίνεται; Ναὶ, φησίν. Εἶτα, ἵνα μὴ ἀπιστήσῃς, καὶ λογισμὸν ἐπή-

γαγε· Κατὰ τὴν ἐνέργειαν, φησὶ, τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα. Δύναμιν ἔχει, φησὶν, ὥστε τὰ πάντα ὑποτάξαι, ὥστε καὶ τὴν φθορὰν καὶ τὸν θάνατον· μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ D τοῦτο ποιεῖ. Ποῖον γὰρ δυνάμεώς ἐστι μείζονος, εἰπέ μοι, ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους καὶ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ὑποτάξαι καὶ δαίμονας· ἢ σῶμα ποιῆσαι ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον; Πολλῷ δὴ μᾶλλον τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο. Ἔδειξε μείζονα ἔργα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ἵνα καὶ τούτοις πιστεύσῃς. Ὥστε κἂν ὁρᾶτε τούτους χαίροντας, κἂν ὁρᾶτε δεδοξασμένους, στήκετε, μηδὲν παραβλάπτεσθε παρ᾽ αὐτῶν, μηδὲν πτύρεσθε· ἱκαναὶ αὗται αἱ ἐλπίδες καὶ τὸν σφόδρα νωθρὸν καὶ ὑπνηλὸν ἀνορθῶσαι. Ὥστε, ἀδελφοί μου, φησὶν, ἀγαπητοὶ καὶ E ἐπιπόθητοι, χαρά μου καὶ στέφανός μου, οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ, ἀγαπητοί. Οὕτω, πῶς; Ὡς ἑστήκατε ἀκλινεῖς. Ὅρα πῶς μετὰ τὴν παραίνεσιν τὰ ἐγκώμια· Χαρὰ καὶ στέφανός μου. Οὐχ ἁπλῶς χαρὰ, ἀλλὰ καὶ δόξα, οὐχ ἁπλῶς δόξα, ἀλλὰ καὶ στέφανος· ἧς δόξης οὐκ ἔστιν ἴσον, ὅταν Παύλου στέφανος ὦσιν. Οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ, ἀγαπητοί· τουτέστιν, ἐν τῇ ἐλπίδι τοῦ Θεοῦ. Εὐοδίαν παρακαλῶ, καὶ Συντύχην F παρακαλῶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν Κυρίῳ. Καὶ ἐρωτῶ καὶ σὲ, σύζυγε γνήσιε, συναντιλαμβάνου αὐταῖς.

301 Τινὲς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρακαλεῖν ἐνταῦθά φασιν· ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν, ἀλλά τινα γυναῖκα, ἢ καὶ ἄνδρα A μιᾶς αὐτῶν. Συναντιλαμβάνου αὐταῖς, φησὶν, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Ὁρᾷς ὅσην αὐτοῖς ἀρετὴν μαρτυρεῖ; Ὅπερ τοῖς ἀποστόλοις εἶπεν ὁ Χριστὸς, Μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑπακούει, ἀλλ᾽ ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγεγραμμένα ἐν βίβλῳ ζωῆς, τοῦτο αὐτοῖς μαρτυρεῖ καὶ οὗτος λέγων, Ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Δοκοῦσι δέ μοι αὗται αἱ γυναῖκες τὸ κεφάλαιον εἶναι B τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐκεῖ, καὶ παρατίθεται αὐτὰς ἀνδρὶ ἴσως θαυμαστῷ, ὃν καὶ σύζυγον καλεῖ· ᾧ ἴσως εἰώθει παρατίθεσθαι, ὡς συνεργῷ καὶ στρατιώτῃ καὶ κοινωνῷ καὶ ἀδελφῷ· ὅπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ποιεῖ, λέγων· Συνίστημι ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, διάκονον οὖσαν τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς. Σύζυγε. Ἢ ἀδελφόν τινα αὐτῶν, ἢ καὶ ἄνδρα

bit, quod hoc promisso nobis proposito, fore ut corpus nostrum illi conforme fiat, cum dæmonibus tamen abeat? Jam mitto gehennam: quodcumque enim dixeris, nihil esse existimo, si cum hoc lapsu comparetur. Quid ais, Paule? illi conforme fit? Næ, inquit. Deinde, ne diffidas, argumentum quoque adjunxit: *Secundum operationem*, inquit, *virtutis suæ, qua etiam possit subjicere sibi omnia*. Potestatem, inquit, habet omnia sibi subjiciendi: ergo et interitum et mortem: potius autem ex eadem ipsa potestate, hoc etiam facit. Quod enim, dic mihi, potentiæ majus opus est, angelos et archangelos et Cherubim et Seraphim subjicere ac dæmonas, an corpus facere immortale et corruptelæ non obnoxium? Illud sane multo majus. Ostendit majora opera potentiæ suæ, ut hæc etiam credas. Quamobrem tametsi mundanos istos videritis exsultantes lætitia, et gloria circumfluentes: vos nihilominus state, non ab illis lædamini, nec turbemini: spes hujusmodi quæ nobis proponuntur, aptæ sunt, quæ valde etiam socordem atque oscitantem excitent atque erigant. 1. *Itaque, fratres mei*, inquit, *carissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea, sic state in Domino, carissimi. Sic*, quomodo? Quemadmodum stetistis, immoti. Vide post admonitionem encomia: *Gaudium et corona mea*. Non tantum gaudium, sed etiam gloria; non tantum gloria, sed etiam corona: cui gloriæ nihil par inveniatur, quippe cum illi Pauli corona sint. *Sic state in Domino, carissimi;* id est, in spe Dei. 2. *Evodiam rogo, et Syntychen rogo id ipsum sapere in Domino. 3. Etiam rogo et te, germane compar, adjuva illas.*

Cap. IV.

3. Quidam dicunt Paulum his verbis, *Germane compar*, uxorem suam rogare: quod minime verum est; sed quamdam aliam mulierem, vel etiam virum alterius istarum hoc vocat nomine. *Adjuva illas*, inquit, *quæ mecum laboraverunt in evangelio cum Clemente et cæteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ*. Vides quantæ virtutis testimonium illis dat? Quod quidem apostolis dicebat Christus, *In hoc nolite gaudere, quia dæmonia vobis subjiciuntur, sed quod nomina vestra sunt scripta in libro vitæ;* hoc Paulus etiam de istis testificatur, dicens, *Quorum nomina sunt in libro vitæ*. Videntur autem mihi hæ mulieres caput fuisse Ecclesiæ quæ ibi erat; easque commendat viro fortasse admirabili, quem comparem etiam vocat: cui fortasse commendare solitus erat, ut auxiliario et commilitoni et participi et

Paulum uxorem habuisse quidam putabant.

Luc. 10. 20.

fratri. Id vero et in Epistola ad Romanos facit : Rom. 16. 1. *Commendo,* inquit, *vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchreis. Compar.* Vel fratrem aliquem istarum, vel etiam virum alterius ipsarum ita vocat : perinde ac si diceret, Nunc frater es germanus, nunc vir legitimus; quippe qui membrum factus es. *Quæ mecum laboraverunt in evangelio.* Hinc sollicitudo et cura erga illas, non ob amicitiam, sed ob benefacta. *Mecum laboraverunt.* Quid ais? mulieres tecum laboraverunt? Næ, inquit. Non parum et illæ contulerunt : quamvis enim multi essent, qui Paulo auxiliarentur, tamen inter multos et istæ suas in agendo partes præstabant. Non parum igitur tunc Ecclesiæ augebantur : nam ex eo, quod ii qui probati erant, cum viri, tum mulieres, tanto a cæteris honore afficerentur, multa eveniebant bona. Etenim primum quidem cæteri ad parem zelum adducebantur : deinde in eo etiam, quod honorem deferebant, quæstum faciebant : tertio et illos ipsos alacriores atque ardentiores faciebant. Propterea ubique vides id curantem Paulum ac tales homines commendantem : quod etiam in Epistola ad Corinthios inquit, 1 Cor. 16. 15. *Qui sunt primitiæ Achaiæ.* Quidam dicunt nomen proprium illis fuisse, Σύζυγος, id est compar : sed parum interest, sive hoc, sive illud sit : non id curiose inquirendum est, sed hoc admirandum, magnum illis deferri honorem jussisse.

4. Omnia, inquit, nobis in cælis sunt, et Salvator et civitas, et quicquid aliud quis dixerit : *Unde,* inquit, *et Salvatorem exspectamus Dominum Jesum Christum.* Atque hoc etiam est benignitatis suæ. Ipse rursus ad nos venit, non illuc nos trahit, et cum nos receperit, discedit; atque in hoc quoque magno nos honore afficit. Nam si ad nos cum inimici eramus, venit : multo magis nunc cum amici facti sumus. Non hoc angelis committit, neque servis, sed ipse in nubibus venit vocans nos in regiam suam. Fortasse autem et eos qui ipsum coluerint, ipse ad se in nubibus tollet. Nam et nos, inquit, in nubibus rapiemur qui illum colimus; et sic semper cum Domino erimus. Ecquis ergo inventus fuerit fidelis servus et prudens? quinam tantis bonis dignabuntur? quam miserabiles, qui inde cadunt? Nam si per omne tempus illos qui regnum amiserunt lugeamus, quid ea re dignum fecerimus? Etenim, si sexcentas gehennas attuleris, nihil par afferes dolori illi, quo tunc angitur anima, cum universus quatitur orbis, tubæ sonant, primus accurrit an-

C μιᾶς αὐτῶν οὕτω καλεῖ· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· νῦν ἀδελφὸς εἶ γνήσιος, νῦν ἀνὴρ γνήσιος, ὅτι μέλος γέγονας. Αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι. Οἴκοθεν ἡ προστασία σου, οὐκ ἀπὸ φιλίας, ἀλλ' ἀπὸ κατορθωμάτων. Συνήθλησάν μοι. Τί λέγεις; γυναῖκες συνήθλησαν; Ναὶ, φησίν. Οὐ μικρὸν καὶ αὗται συνεβάλοντο μέρος· καίτοι δὲ πολλῶν ὄντων τῶν συνεργούντων αὐτῷ, ὅμως ἐν πολλοῖς καὶ αὗται συνέπραττον. Οὐ μικρῶς οὖν τότε συνεκροτοῦντο αἱ Ἐκκλησίαι· τῷ γὰρ τοὺς εὐδοκίμους, εἴτε ἄνδρας, εἴτε γυναῖκας, D τοσαύτης παρὰ τῶν λοιπῶν ἀπολαύειν τιμῆς, πολλὰ ἐγίνετο τὰ καλά. Πρῶτον μὲν γὰρ οἱ λοιποὶ πρὸς τὸν ἴσον ἤγοντο ζῆλον· δεύτερον δὲ καὶ ἐκέρδαινον διὰ τῆς τιμῆς· τρίτον καὶ αὐτοὺς ἐκείνους προθυμοτέρους ἐποίουν καὶ σφοδροτέρους. Διὰ τοῦτο πανταχοῦ ὁρᾷς ἐπιμελούμενον τούτου τὸν Παῦλον, καὶ παρατιθέμενον τοὺς τοιούτους· ὅπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησὶν, Οἵτινές εἰσιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας. Τινὲς δέ φασιν ὄνομα ἐκεῖνο κύριον εἶναι τὸ, Σύζυγε· πλὴν E εἴτε τοῦτο, εἴτε ἐκεῖνο, οὐ σφόδρα ἀκριβολογεῖσθαι δεῖ, ἀλλ' ὅτι πολλῆς κελεύει αὐτὰς προστασίας ἀπολαῦσαι, θαυμάζειν.

Πάντα ἡμῖν ἐν οὐρανοῖς ἐστι, καὶ Σωτὴρ, καὶ πόλις, καὶ ὅ τι ἂν εἴποι τις· Ἐξ οὗ, φησὶ, καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ τοῦτο τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ. Αὐτὸς πάλιν ἔρχεται πρὸς ἡμᾶς, οὐχ ἡμᾶς ἕλκει ἐκεῖ, καὶ οὕτω λαβὼν ἡμᾶς ἄπεισι· F καὶ τοῦτο πολλῆς τῆς τιμῆς. Εἰ γὰρ πρὸς ἐχθροὺς ὄντας ἦλθε, πολλῷ μᾶλλον πρὸς φίλους γενομένους. Οὐκ ἐπιτρέπει τοῦτο ἀγγέλοις, οὐδὲ δούλοις, ἀλλ' αὐτὸς ἐπὶ τῶν νεφελῶν ἔρχεται καλέσων ἡμᾶς εἰς τὰ 302 βασίλεια αὐτοῦ. Τάχα δὲ καὶ οἱ αὐτοῦ, τιμώμενοι ὑπ' A αὐτοῦ, ἀρθήσονται διὰ νεφελῶν. Καὶ ἡμεῖς γὰρ, φησὶν, ἐν νεφέλαις ἁρπαγησόμεθα οἱ τιμῶντες αὐτὸν, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. Τίς ἄρα εὑρεθῇ ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος; τίνες ἄρα οἱ καταξιούμενοι τῶν τοσούτων ἀγαθῶν; πῶς ἐλεεινοὶ οἱ ἀποπίπτοντες; Εἰ γὰρ τὸν πάντα χρόνον ἐκλαίομεν τῆς βασιλείας ἀποτυχόντες, ἆρά τι ἄξιον ἐποιοῦμεν; Εἰ γὰρ μυρίας γεέννας εἴπῃς, οὐδὲν ἴσον ἐρεῖς τῆς ὀδύνης ἐκείνης, ἣν ὑφίσταται τότε ἡ ψυχὴ, τῆς οἰκουμένης B κλονουμένης ἁπάσης, τῶν σαλπίγγων ἠχουσῶν, τῶν ἀγγέλων προτρεχόντων, τῶν πρώτων, εἶτα δευτέρων, εἶτα τρίτων, εἶτα μυρίων ταγμάτων ἐκ-

2. Multi enim sæpe, cum ad hanc rerum affluentiam pervenissent, socordes facti sunt, prosperitatemque ferre nescierunt: multis rerum copia occasionem cessandi dedit. Non ita Paulus: nam cum acciperet, in alios insumebat et effundebat. Hoc autem est scire uti re sua. Non remittebat diligentiam suam, non de abundantia sua lætabatur, sed eumdem se præstabat in egestate et abundantia, neque inde oppressus, neque hinc inflatus. *Scio*, inquit, *et satiari, et esurire; et abundare, et penuriam pati*. Multi sunt, qui nesciunt saturari, quemadmodum Israelitæ; illi enim Deut. 32. 15. comedebant, et calcitrabant. Sed eamdem, inquit, moderationem ac decorum servo. Ostendit neque nunc se voluptatem, neque antea dolorem cepisse, aut si ceperit, non sua ipsius, sed ipsorum causa: ipse quippe eodem se habebat modo. *Ubique*

enim, et in omnibus institutus sum. Id est, In hoc longo tempore omnium rerum experientiam cepi, atque hæc omnia mihi bene processerunt. Sed quoniam id magniloquentia mredolebat, vide quo pacto quamprimum corrigat : *Omnia,* inquit, *possum in eo, qui me confortat, Christo.* Non hoc, inquit, meum benefactum est, sed ejus qui vires dat. Sed quoniam, qui benefaciunt, si videant eum qui accipit non valde affici, sed despicere ea quæ dantur, negligentiores fiunt; tunc enim libenter dant, cum putant se gratum accipiendo facere, illumque recreare : ne quis diceret, Si hoc solatium despicit Paulus, necesse est et hos negligentiores fieri; vide quomodo rursus huic rei medeatur. Nam ex iis quæ dixerat, ipsorum spiritus compresserat; in sequentibus vero alacritatem ipsorum incitat atque inflammat, dicens : *Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ.* Vides quomodo seipsum segregaverit, et quomodo rursus conjunxerit? Hoc germanæ et spiritualis amicitiæ est. Non enim quia, inquit, necessitate minime premebar, ideo putetis me rebus vestris non eguisse : egeo propter vos. Quomodo igitur ærumnarum ipsius participes fuerant? Per hoc officium : quod etiam cum in

Philipp. 1. 7. vinculis esset, dicebat, *Socios gratiæ meæ omnes vos esse.* Gratia enim est pati pro Christo, quem-

Ib. v. 29. admodum et alicubi ipse inquit : *Quia a Deo vobis gratia data est, non solum ut in eum credatis, sed etiam pro illo patiamini.* Quoniam enim illa nude dicta, apta erant quæ ipsis dolorem facerent; propterea fovet et complectitur et laudat, verum et hoc moderate. Non enim dixit, Dantes, sed, *Communicantes;* ostendens ipsos etiam lucrum fecisse, quandoquidem præmiorum facti erant participes. Non dixit, Leves reddentes ærumnas meas, sed, *Communicantes tribulationi meæ;* quod quidem gravius ac decentius

Pauli humilitas. erat. Vides Pauli humilitatem? vides animum generosum? Postquam ostendit se illorum opibus sua causa minime egere, tunc jam fidenter humilia etiam profert verba, atque ad ea descendit, quibus mendici utuntur, Quæ tua est dandi consuetudo. Nihil enim recusat vel facere vel dicere, dummodo quod vult recte conficiat. Quid autem hoc est? Ne putetis, inquit, impudentiæ fuisse verba, quod objurgarim ac dixerim, *Aliquando tandem refloruistis;* neque etiam necessitatis : non enim quod egeam hæc dico, sed quid? Eo quod vobis valde confidam, atque hujus fidentiæ vos auctores estis. Vides quomodo ipsos curet et leniat? In vobis, inquit, causa est, qui ante alios

312 χρόνῳ πάντων, καὶ ταῦτά μοι πάντα κατώρθωται.
A Ἀλλ' ἐπειδὴ μεγαληγορία τὸ πρᾶγμα ἦν, ὅρα πῶς ἐπιλαμβάνεται ταχέως, καί φησι· Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ, φησίν. Οὐκ ἐμὸν τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ τὴν ἰσχὺν δεδωκότος ἐστίν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν οἱ εὖ ποιοῦντες, ὅταν ἴδωσιν οὐ διατιθέμενον εὖ τὸν λαμβάνοντα, ἀλλὰ καταφρονοῦντα τῶν διδομένων, ῥαθυμότεροι γίνονται· αὐτοὶ γὰρ ὡς χαριζόμενοι διέκειντο καὶ ἀναπαύοντες· ἵνα οὖν μὴ τοῦτο
B γένηται, μηδέ τις εἴπῃ, ὅτι ἐπεὶ καταφρονεῖ τῆς ἀναπαύσεως Παῦλος, ἀνάγκη τούτους ῥαθυμοτέρους γενέσθαι· ὅρα πῶς πάλιν καὶ τοῦτο ἰᾶται. Διὰ μὲν γὰρ τῶν εἰρημένων τὸ φρόνημα αὐτῶν κατέσπασε· διὰ δὲ τῶν ἑξῆς τὴν προθυμίαν αὐτῶν ἀναζῇν ποιεῖ, λέγων· Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει. Ὁρᾷς καὶ πῶς ἀπέστησεν ἑαυτὸν, καὶ πῶς πάλιν ἥνωσε; Τοῦτο γνησίας φιλίας ἐστὶ καὶ πνευματικῆς. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ, φησὶν, ἐν χρείᾳ οὐ κα-
C θέστηκα, νομίσητε μὴ δεῖσθαί με τοῦ πράγματος· δέομαι δι' ὑμᾶς. Πῶς οὖν ἐκοινώνησαν αὐτῷ τῶν θλίψεων; Διὰ τούτου· ὅπερ καὶ δεσμούμενος ἔλεγε, Συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς. Χάρις γάρ ἐστι τὸ παθεῖν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, ὥς που καὶ αὐτός φησιν· Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη ἀπὸ Θεοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνα καταμόνας λεγόμενα ἀλγῆσαι αὐτοὺς ἱκανὰ ἦν, διὰ τοῦτο θεραπεύει καὶ
D ἀποδέχεται καὶ ἐπαινεῖ πάλιν, καὶ τοῦτο μεμετρημένως. Οὐ γὰρ εἶπε, δόντες, ἀλλὰ, Συγκοινωνήσαντες, δεικνὺς αὐτοὺς καὶ κερδάναντας, εἴ γε τῶν ἄθλων ἐγένοντο κοινωνοί. Οὐκ εἶπεν, ἐπικουφίσαντές μου τὰς θλίψεις, ἀλλὰ, Συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει, ὅπερ ἦν σεμνότερον. Ὁρᾷς τὸ ταπεινὸν Παύλου; ὁρᾷς τὸ εὐγενές; Ὅτε ἔδειξεν οὐδὲν δεόμενον τῶν παρ' ἐκείνων αὐτοῦ ἕνεκεν, τότε λοιπὸν ἀδεῶς καὶ ταπεινὰ φθέγγεται ῥήματα, καὶ ἅπερ οἱ προσαιτοῦν-
E τες λέγουσιν, ὡς ἔθος ἔχεις διδόναι. Οὐδὲν γὰρ παραιτεῖται οὔτε ποιεῖν, οὔτε λέγειν, πρὸς τὸ μόνον, ὃ βούλεται, κατορθῶσαι. Τί δὲ τοῦτό ἐστι; Μὴ νομίσητε, φησὶν, ἀναισχυντίας εἶναι τὰ ῥήματα, τὸ ἐγκαλεῖν, καὶ λέγειν, ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε, καὶ τοῦ ἐν χρείᾳ εἶναι· οὐ γὰρ δεόμενος ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τί; Ἐκ τοῦ σφόδρα θαῤῥεῖν ὑμῖν· καὶ τούτου δὲ ὑμεῖς αἴτιοι. Ὁρᾷς πῶς αὐτοὺς θεραπεύει, καὶ πῶς φησιν, ὑμεῖς αἴτιοι, πρὸ τῶν ἄλλων ἐπιπηδήσαντες τῷ πρά-
F γματι, καὶ παῤῥησίαν ἡμῖν δόντες ὑπὲρ τῶν τοιούτων ὑπομιμνήσκειν ὑμᾶς; Καὶ θέα τὸ σεμνόν· μὴ πέμπουσι μὲν οὐκ ἐγκαλεῖ, ἵνα μὴ δόξῃ τὸ ἑαυτοῦ θεραπεύειν· ἐπειδὴ δὲ ἔπεμψαν, τότε ἐπετίμησεν ὑπὲρ τοῦ παρελθόντος χρόνου, καὶ ἤνεγκαν· λοιπὸν
313 A γὰρ οὐκ ἂν ἔδοξε τὸ αὐτοῦ θεραπεύειν. Οἴδατε, φησὶ, καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου,

ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι. Βαβαὶ, ἡλίκον τὸ ἐγκώμιον, εἴ γε Κορίνθιοι μὲν ἐκ τοῦ ἀκούειν ἐκεῖνα παρ' αὐτοῦ, καὶ Ῥωμαῖοι προτρέπονται, οὗτοι δὲ οὐδεμιᾶς Ἐκκλησίας ἀρξαμένης (Καὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, φησί), τοσαύτην περὶ τὸν ἅγιον ἐπεδείξαντο σπουδὴν, ὡς μηδὲ παράδειγμα ἔχοντες, αὐτοὶ πρῶτοι τῆς καρποφορίας B ἄρξασθαι ταύτης. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι παραμένοντι αὐτῷ οὐδὲ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἕνεκεν ταῦτα ἐποίουν· Ὅτε ἐξῆλθον γὰρ, φησὶν, ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι. Τί ἐστι, Λήψεως; τί δέ ἐστιν, Ἐκοινώνησε; διὰ τί μὴ εἶπεν, ὅτι οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἔδωκεν, ἀλλ', Ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως; Κοινωνία γὰρ τὸ πρᾶγμά ἐστιν. Εἰ γὰρ ἡμεῖς τὰ πνευματικὰ ὑμῖν, φησὶν, ἐσπείραμεν, C τί μέγα, εἰ ἡμεῖς τὰ σαρκικὰ ὑμῶν θερίσομεν; καὶ πάλιν, Τὸ ὑμῶν περίσσευμα ἵνα γίνηται εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα. Ὁρᾷς πῶς ἐκοινώνησαν, εἰς λόγον δόσεως τῶν σαρκικῶν, καὶ λήψεως τῶν πνευματικῶν; Ὥσπερ γὰρ οἱ πωλοῦντες καὶ ἀγοράζοντες κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις, τὰ παρ' ἀλλήλων ἀντιδιδόντες· τοῦτο γάρ ἐστι κοινωνία· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι ταύτης τῆς ἀγορασίας καὶ ἐμπορίας τι κερδαλεώτερον· γίνεται μὲν γὰρ ἐν τῇ γῇ, τελεῖται δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ· οἱ μὲν ἀγοράζοντες ἐν τῇ γῇ D ἑστήκασιν· ἀγοράζουσι δὲ καὶ συμφωνοῦσι τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, γηΐνην κατατιθέντες τὴν τιμήν.

ad hanc rem accurritis, ac nobis fidentiam datis, ut res hujusmodi vobis in memoriam redigamus. Et vide gravitatem: dum non mittunt, minime objurgat, ne videatur suam causam agere; postquam vero miserant, tunc eos de præterito tempore objurgavit: atque illi æquo animo tulerunt: jam enim minime videbatur suum negotium gerere. 15. *Scitis*, inquit, *et vos Philippenses, quod in principio evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli.* Papæ! quantum encomium! siquidem Corinthii, itemque Romani, eo quod isthæc ab ipso audissent, invitantur: hi vero cum nulla adhuc Ecclesia cæpisset (inquit enim, *In principio evangelii*), tantam erga sanctum hunc ostenderunt animi propensionem ac studium, ut cum nullum exemplum propositum haberent, ipsi primi huic ferendo fructui initium darent. Neque dicendum est hæc illos fecisse, quod Paulus apud se maneret, atque beneficiorum causa quæ ab ipso acciperent: inquit enim, *Quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli.* Quid est, *Accepti?* quid vero est, *Communicavit?* cur non dixit, Nullam sibi Ecclesiam dedisse, sed, *Communicavit in ratione dati et accepti?* Res enim hæc communicatio quædam est. Nam *Si nos*, inquit, *vobis spiritualia semina-* 1 *Cor.* 9.
vimus, quid magnum, si nos carnalia vestra 11.
metamus? et rursus, *Vestra abundantia, ut* 2. *Cor.* 8.
illorum inopiam suppleat. Vides quomodo com- 14.
municaverint, in ratione dati, dando carnalia, et in ratione accepti, accipiendo spiritualia? Etenim quemadmodum vendentes et ementes inter se communicant, alter ab altero vicissim accipiens et et dans; hoc enim est communicatio: ita sane et in hac re. Nihil enim, nihil hac negotiatione et mercatura est quæstuosius: nam fit quidem in terra, perficitur autem in cælo: et emtores quidem in terra sunt; emunt vero et paciscuntur ea quæ in cælis, terreno deposito pretio.

Ἀλλὰ μὴ καταγνῷς· οὐ χρημάτων ἐστὶν ὠνητὰ τὰ οὐράνια, οὐ τὰ χρήματα αὐτὰ ἀγοράζει, ἀλλ' ἡ προαίρεσις τοῦ τὰ χρήματα καταβάλλοντος, ἡ φιλοσοφία, τὸ τῶν βιωτικῶν ἀνωτέρω εἶναι, ἡ φιλανθρωπία, ἡ ἐλεημοσύνη. Ἐπεὶ εἰ τὸ ἀργύριον ἠγόραζεν, ἡ τὰ δύο λεπτὰ καταβαλοῦσα οὐδὲν ἂν ἔλαβε μέγα· E ἐπειδὴ δὲ οὐ τὸ ἀργύριον, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἴσχυσεν, ἐκείνη πᾶσαν προαίρεσιν ἐπιδειξαμένη, πάντα ἔλαβε. Μὴ τοίνυν λέγωμεν, ὅτι ὠνητὴ χρημάτων ἐστὶν ἡ βασιλεία· οὐ χρημάτων, ἀλλὰ προαιρέσεως τῆς διὰ

3. Verum non desperet quispiam: non sunt cælestia pecuniis proposita venalia: non illa pecuniæ emunt, sed electio atque animus hominis pecunias projicientis, sed philosophia, sæcularium rerum despectus, humanitas, misericordia. Cæteroqui, si argento emerentur, quæ duo minuta *Luc.* 21.
projecit, nihil sane magnum accepisset: nunc quoniam non argentum, sed electio hanc vim habebat, omnem illa animi propensionem afferens, omnia accepit. Itaque, ne dicamus pecuniis re-

gnum emi; non pecuniis, sed electione et voluntate, quæ per pecunias exhibetur. Ergo opus est, inquis, divitiis? Non divitiis opus est, sed certa voluntate: si hanc habeas, vel duobus minutis poteris regnum emere; sin minus, neque mille auri talenta tantumdem poterunt, ac duo minuta possunt. Cur? Quoniam cum multa habens pauciora dedisti, eleemosynam quidem fecisti, sed non tantam quantam vidua illa. Non enim tantam adhibuisti alacritatem et animi propensionem, atque illa: illa enim omnia sibi abstulit; potius autem non abstulit, sed omnia sibi ipsi donavit. Non enim aureis talentis regnum pactus est Deus, sed animi propensione; non morte, sed electione: non enim valde magnum est. Quid enim est animam unam dare? Unum hominem dedit; unus autem homo non par pretium est. 16. *Quia et Thessalonicam semel, et bis in usus mihi misistis.* Rursus magnum encomium: quandoquidem, cum in metropoli esset, ab exigua tamen civitate alebatur. Et vide; ne perpetuo se ex necessitate eximens, ipsos, quod antea dicebam, negligentiores redderet, cum tot modis ostendisset se non egere; nunc ex hoc solo id manifestum fecit, ita nimirum dicens, *In usus*. Non enim dixit, Meos, sed tantum, *In usus*, gravitatis scilicet et decori rationem habens, non ex hoc solo, sed etiam ex eo quod sequitur. Nam quoniam id humile quiddam esse non ignorabat, rursus correctione quadam communit: 17. *Non quod quæro*, inquit, *datum*: quod antea dixerat, *Non quasi propter penuriam dico*, idem significans: quamquam illud majus est, quam hoc. Aliud enim est, cum desit, non quærere; aliud, cum desit, ne deesse quidem putare. *Non quod quæro*, inquit, *datum, sed requiro fructum abundantem in rationem vestram*, non meam. Vides fructum illis colligi? Non mea, inquit, causa, sed vestra hæc dico, ad vestram salutem: ego enim dum accipio, nihil lucror; gratia dantium est. Dantibus enim illic est reposita merces, accipientibus vero hic consumuntur quæ accipiunt. Rursus cum encomio, et quodam egestatis sensu. Nam quoniam dixerat, *Non quæro*; ne rursus negligentiores faciat, inquit. 18. *Recepi autem omnia, et abundo.* Id est, per hoc donum etiam quæ omissa fuerant explevistis: quod illorum maxime incitare alacritatem poterat. Nam qui benefaciunt, quanto majores in philosophia progressus fecerunt, eo magis

χρημάτων ἐπιδεικνυμένης. Οὐκοῦν δεῖ χρημάτων, φησίν; Οὐ δεῖ χρημάτων, ἀλλὰ προαιρέσεως· ἂν ταύτην ἔχῃς, δυνήσῃ καὶ διὰ δύο λεπτῶν ἀγοράσαι τὸν οὐρανόν· μὴ οὔσης δὲ ταύτης, οὐδὲ μυρία τάλαντα Γ χρυσοῦ τοῦτο δυνήσεται, ὅπερ τὰ δύο λεπτά. Διὰ τί; Ὅταν γὰρ πολλὰ ἔχων, ἐλάττονα καταβάλῃς, ἐποίησας μὲν ἐλεημοσύνην, οὐ τοσαύτην δὲ ὅσην ἡ χήρα· οὐ γὰρ μετὰ τοσαύτης προθυμίας κατέβαλες, μεθ' 314 A ὅσης ἐκείνη· πάντων γὰρ ἑαυτὴν ἀπεστέρησε, μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπεστέρησεν, ἀλλὰ πάντα ἑαυτῇ ἐχαρίσατο. Οὐ ταλάντων χρυσοῦ, ἀλλὰ ποτηρίου ψυχροῦ τὴν βασιλείαν ὑπέσχετο ὁ Θεὸς, ἀλλὰ προθυμίας· οὐ θανάτου, ἀλλὰ προαιρέσεως· ἐπεὶ οὐδὲ μέγα τί ἐστι. Τί γάρ ἐστι μίαν ψυχὴν δοῦναι; Ἔδωκεν ἕνα ἄνθρωπον· εἷς δὲ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἀντάξιος. Ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὰς χρείας μοι ἐπέμψατε. Πάλιν μέγα τὸ ἐγκώμιον, εἴ γε ἐν τῇ μητροπόλει καθήμενος, παρὰ τῆς μικρᾶς ἐτρέφετο πό- B λεως. Καὶ ὅρα· ἵνα μὴ διαπαντὸς ἐξέλκων ἑαυτὸν τῆς χρείας, ὅπερ εἶπον προλαβὼν, ῥαθυμοτέρους ποιήσῃ, διὰ τοσούτων δείξας, ὅτι οὐ δεῖται, ἐνὶ μόνῳ τοῦτο δῆλον ἐποίησεν, εἰπὼν, Εἰς τὰς χρείας· καὶ οὐκ εἶπε, τὰς ἐμὰς, ἀλλ' ἁπλῶς, τοῦ σεμνοῦ ἐπιμελόμενος· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἑξῆς. Ἐπειδὴ γὰρ συνεῖδε σφόδρα ταπεινὸν ὂν, πάλιν αὐτὸ τῇ ἐπιδιορθώσει ἀσφαλίζεται, λέγων· Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ, λέγων, τὸ C δόμα. Ὅπερ εἶπεν ἄνω, Οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω, τὸ αὐτὸ δηλῶν, εἰ καὶ ἐκεῖνο τούτου μεῖζόν ἐστιν. Ἕτερον γάρ ἐστιν ὑστεροῦντα μὴ ζητῆσαι, καὶ ἕτερον ἐν ὑστερήσει ὄντα μηδὲ νομίζειν ὑστερεῖσθαι. Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, φησὶν, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν, οὐκ ἐμοῦ. Ὁρᾷς ὅτι ὁ καρπὸς ἐκείνοις τίκτεται; Δι' ὑμᾶς ταῦτα λέγω, φησὶ, οὐ δι' ἐμαυτὸν, εἰς τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν· ἐγὼ γὰρ οὐδὲν κερδαίνω λαμβάνων· τῶν διδόντων ἐστὶν ἡ χάρις. Τοῖς μὲν γὰρ διδοῦσιν ἐκεῖ φυλάττεται ἡ D ἀμοιβή· τοῖς δὲ λαμβάνουσιν ἐνταῦθα ἀναλίσκεται τὰ διδόμενα. Πάλιν μετ' ἐγκωμίου καὶ συμπαθείας, [a] καὶ τὸ χρῄζειν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Οὐ ζητῶ, ἵνα μὴ πάλιν ῥαθυμοτέρους ποιήσῃ, φησίν· Ἀπέχω δὲ πάντα, καὶ περισσεύω. Τουτέστι, διὰ ταύτης τῆς δόσεως καὶ τὰ παραλειφθέντα ἐπληρώσατε, ὅπερ μάλιστα προθυμοτέρους ἦν ποιῆσαι. Ὅσῳ γὰρ ἂν ὦσι φιλοσοφώτεροι, ζητοῦσι καὶ τὰς παρὰ τῶν εὖ παθόντων χάριτας οἱ εὖ ποιοῦντες. Ἀπέχω πάντα, καὶ περισσεύω. E Τουτέστιν, οὐ μόνον ἀνεπληρώσατε τὰ ἐλλειφθέντα ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, ἀλλὰ καὶ ὑπερεβάλετε. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ διὰ τοῦτο ἐγκαλεῖν, ὅρα πῶς ἐπισφραγίζεται. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα,

[a] [Interpr. legisse videtur καὶ τοῦ χρ[illegible]

καὶ ὅτι, Ἤδη ποτὲ, καὶ ἔδειξεν ὅτι ὀφειλή ἐστι τὸ πρᾶγμα· τοῦτο γάρ ἐστιν, Ἀπέχω· πάλιν δείκνυσιν ὅτι ὑπὲρ ὀφειλὴν ἔπραξαν, καί φησιν· Ἀπέχω πάντα, καὶ περισσεύω, πεπλήρωμαι. Οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀπὸ διαθέσεως ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τί; Δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. Βαβαὶ, ποῦ τὸ δῶρον αὐτῶν ἀνήγαγεν; Οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ἔλαβον, οὐκ ἔλαβον, 315 A ἀλλ' ὁ Θεὸς δι' ἐμοῦ. Ὥστε, κἂν ἐγὼ μὴ χρήζω, μὴ μελέτω ὑμῖν· ἐπεὶ οὐδὲ ὁ Θεὸς ἔχρηζε, καὶ ὅμως ἀπεδέχετο, οὕτως ὡς μηδὲ παραιτεῖσθαι εἰπεῖν τὴν θείαν Γραφὴν, ὅτι Ὠσφράνθη ὁ Θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας, ὅπερ ἦν εὐφραινομένου. Ἴστε γὰρ, ἴστε πῶς διατίθεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ ἐπὶ ταῖς εὐωδίαις, πῶς εὐφραίνεται, πῶς γάννυται. Οὐ παρῃτήσατο τοίνυν εἰπεῖν περὶ Θεοῦ ἀνθρώπινον οὕτω ῥῆμα καὶ ταπεινὸν ἡ Γραφὴ, ἵνα τοῖς ἀνθρώποις δείξῃ, ὅτι δεκτὰ τὰ παρ' αὐτῶν δῶρα γέγονεν. Οὐ γὰρ ἡ κνισσα, οὐδὲ ὁ καπνος δεκτὰ ἐποίει, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἡ προσφέρουσα· B ἐπεὶ, εἰ τοῦτο ἦν, καὶ τὰ παρὰ τοῦ Κάϊν ἂν ἐδέχθη. Εἶπεν οὖν, ὅτι καὶ εὐφραίνεται, καὶ πῶς εὐφραίνεται· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἔμαθον οἱ ἄνθρωποι. Ὁ τοίνυν μὴ ἐν χρείᾳ καθεστὼς λέγει οὕτως εὐφραίνεσθαι, ἵνα μὴ διὰ τὸ ἀνενδεὲς ῥᾴθυμοι γένωνται. Καὶ ὅτε λοιπὸν τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἀμελήσαντες, ταύταις ἐθάῤῥουν, ὅρα πῶς πάλιν διορθοῦται αὐτοὺς, λέγων· Μὴ φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; Τοῦτο καὶ Παῦλός φησιν, Οὐκ ἐπιζητῶ τὸ δόμα. Ὁ δὲ Θεός C μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἐν δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

cupiunt eos, quibus benefecerunt, esse gratos. *Recepi omnia et abundo.* Perinde ac si diceret: non solum quæ præterito tempore omissa fuerant, explevistis, sed etiam majorem in modum explevistis, atque exuberastis. Deinde ne hoc illis exprobrare videatur, vide quomodo locum muniat. Quoniam dixerat, *Non quod quæro datum*, et, *Tandem aliquando*, et ostenderat debitum id fuisse: hoc enim significat, ἀπέχω, id est, recipio quasi censum, et fructus ex agro: rursus ostendit ipsos plus quam deberent præstitisse, et inquit: *Recepi autem omnia et abundo; repletus sum.* Non absque causa, neque ex animi affectu hæc dico; sed quid? *Acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suavitatis, hostiam acceptabilem, placentem Deo.* Papæ! quo istorum munus evexit! Non ego, inquit, accepi, sed Deus per me. Quamobrem, etiamsi non egeam, non hoc tamen spectate: nam neque Deus egebat, et tamen accepit: adeo ut divina Scriptura non reformidarit dicere, *Odoratus est Dominus odorem suavitatis,* (Gen. 8. 2.) quod sane lætantis est. Nostis enim, nostis, quantum ex odoris suavitate afficiatur anima nostra, quantum jucunditatis et voluptatis capiat. Non ergo recusavit Scriptura verbum adeo humanum atque humile Deo tribuere: ut hominibus ostenderet accepta ipsorum dona fuisse: non enim nidor neque fumus accepta faciebat, sed animus qui offerebat; alioqui Cain etiam dona fuissent accepta. Dixit igitur et lætari Deum, et quomodo lætetur: non enim aliter homines didicissent. Ergo qui nullius rei est indigus, dicit valde se lætari, ut ne ex eo, quod non egeret, negligentes fiant. Cum vero sequenti tempore cæteræ virtutis obliti, his solis hostiis confiderent, vide quomodo rursus ipsos corrigit, dicens: *Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?* (Psal. 49. 13.) Hoc et Paulus inquit, *Non quæro*, inquit, *datum.* 19. *Deus autem meus impleat omnem necessitatem vestram secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu.*

Ὅρα πῶς καὶ ἐπεύχεται, καθάπερ οἱ πένητες. Εἰ δὲ Παῦλος ἐπεύχεται τοῖς διδοῦσι, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς μὴ αἰσχυνώμεθα λαμβάνοντες τοῦτο ποιεῖν. Μὴ δὴ λαμβάνωμεν, ὡς αὐτοὶ χρήζοντες, μηδὲ χαίρωμεν ἡμῶν ἕνεκεν, ἀλλὰ τῶν διδόντων αὐτῶν. Οὕτως ἡμῖν ἔσται μισθὸς καὶ λαμβάνουσιν, ἂν δι' ἐκείνους χαίρωμεν· οὕτως οὐκ ἀγανακτήσομεν, μὴ διδόντων, μᾶλ- D λον δὲ ἀλγήσομεν δι' αὐτούς· οὕτω καὶ προθυμοτέρους ἐργασόμεθα, ἂν διδάσκωμεν, ὅτι οὐχ ἡμῶν ἕνεκεν ταῦτα πράττομεν. Ὁ δὲ Θεός μου, φησὶ, πληρώσει

4. Vide quam etiam pauperum more bene precetur. Quod si Paulus bene precetur dantibus, multo minus nos hoc facere erubescamus, cum accipimus. Ne vero accipiamus, tamquam ipsi egeamus, neque nostra causa gaudeamus, sed ipsorum dantium. Ita et nobis erit merces et accipientibus, si ipsorum causa lætemur: ita neque indignabimur, cum non dederint, sed potius illorum vicem dolebimus: ita etiam alacriores reddemus, si doceamus non nostra causa hæc a nobis

fieri. *Deus autem meus,* inquit, *impleat omnem necessitatem vestram,* alias πᾶσαν χάριν, vel, πᾶσαν χαράν, id est, *omnem gratiam,* vel *omne gaudium.* Ac si quidem legatur, *Omnem gratiam,* hoc significat, non hanc solam eleemosynam E quæ in terra, sed omne benefactum; sin, quod magis puto, *Omnem necessitatem;* hoc est, quod significare vult: quoniam dixerat, *Occupati eratis,* subjungit hic, quod etiam facit in Epistola

2. Cor. 9. 10. ad Corinthios dicens, *Qui administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstet, et multiplicet semen vestrum, et augeat germina frugum justitiæ vestræ.* Nam et his hoc precatur, ut abundent et habeant unde seminent; F et precatur, non ut quovis modo abundent, sed, *Secundum divitias suas.* Quamobrem et hoc moderate fecit. Nam si Paulo similes omnino fuissent, adeo philosophi, adeo crucifixi, non hoc 515 sane effecisset: sed quoniam homines erant opi- A fices, pauperes, uxores habebant, filios alebant, patres familias erant, atque ex tenuitate sua tamen hæc dederant, quadamque rerum præsentium cupiditate minime carebant; ita precatur, ut se ad illorum captum demittat. Iis enim qui hoc modo uterentur, nihil absurdum est precari, quantum illis satis sit atque ut abundent. Vide igitur, quid precetur: non dixit, Faciat divites, ac valde opulentos, sed quid? *Impleat omnem neces-* B *sitatem vestram,* ut ne egeatis, sed habeatis quæ vobis opus sunt: quoniam et Christus formulam nobis precandi tradens, hoc precationi adjecit, docens ita dicere,

Matth. 6. 11. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Secundum divitias suas.* Quid hoc est? Pro munificentia sua; hoc est, quod facile et cito possit facere. Ac ne existiment, quoniam dixi, *Necessitatem,* fore ut in angustias C concludantur: propterea addidit, *Secundum divitias suas in gloria, in Christo Jesu.* Ita abundabunt, inquit, vobis omnia, ut in gloria ipsius sitis habituri. Vel igitur hoc sibi vult, fore ut nullius rei egeant;

Act. 4. 33. 34. *Gratia* enim, inquit, *magna erat in omnibus illis; neque enim quisquam egens erat inter illos:* vel ut ad ipsius Dei gloriam omnia faciant; ac si diceret, Ut ad ipsius gloriam copiis suis utamini. 20. *Deo autem et Patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Hæc autem gloria non Filii solum, sed D etiam Patris est: nam dum tribuitur Filio gloria, tribuitur quoque Patri. Etenim quoniam dixerat in Christi gloriam id fieri, ne quis putet ipsius tantum, addidit, *Deo autem et Patri nostro gloria:* hæc ipsa nimirum, quæ data est

πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, ἢ πᾶσαν χάριν, ἢ πᾶσαν χαράν. Ἀλλ' ἂν μὲν ᾖ, Πᾶσαν χάριν, μὴ ταύτην μόνον φησὶ, τὴν ἐπὶ γῆς ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ πᾶν κατόρθωμα· ἂν δὲ, Πᾶσαν χρείαν, ὅπερ οἶμαι καὶ μᾶλλον λέγεσθαι, τοῦτό ἐστιν ὃ δηλοῦν βούλεται· ἐπειδὴ ἔμπροσθεν εἶπεν, Ἠκαιρεῖσθε, ἐπάγει ἐνταῦθα, ὅπερ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ποιεῖ, λέγων, Ὁ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι, καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. Ἐπεύχεται γὰρ αὐτοῖς, ὥστε εἶναι ἐν ἀφθονίᾳ, καὶ ἔχειν σπείρειν· καὶ ἐπεύχεται οὐχ ἁπλῶς ἐν ἀφθονίᾳ εἶναι, ἀλλὰ Κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ. Ὥστε καὶ τοῦτο συμμεμετρημένως. Εἰ μὲν γὰρ κατ' αὐτὸν ἦσαν, καὶ οὕτω φιλόσοφοι, καὶ οὕτως ἐσταυρωμένοι, οὐκ ἂν τοῦτο ἐποίησεν· ἐπειδὴ δὲ ἄνδρες ἦσαν, χειροτέχναι, πένητες, γυναῖκας ἔχοντες, παῖδας τρέφοντες, οἰκίας προεστῶτες, καὶ ἀπὸ ὀλίγων καὶ ταῦτα ἔδοσαν, καί τινα εἶχον ἐπιθυμίαν καὶ τῶν παρόντων, ἐπεύχεται συγκαταβατικῶς. Τοῖς γὰρ οὕτω κεχρημένοις οὐδὲν ἄτοπον ἐπεύχεσθαι τὴν αὐτάρκειαν καὶ τὴν ἀφθονίαν. Ὅρα γοῦν τί καὶ ἐπεύχεται. Οὐκ εἶπεν, ὅτι ποιήσαι πλουσίους καὶ εὐπόρους σφόδρα, ἀλλὰ τί; Πληρώσαι πᾶσαν χρείαν ὑμῶν. Ὥστε μὴ εἶναι ἐν ἐνδείᾳ, ἀλλὰ τὰ πρὸς χρείαν ἔχειν· ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς ὅρον εὐχῆς ἡμῖν διδοὺς, τοῦτο τῇ εὐχῇ ἐνέθηκε, διδάσκων ἡμᾶς, τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, λέγειν, Δὸς ἡμῖν σήμερον. Κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ. Τί ἐστι τοῦτο; Κατὰ τὴν δωρεὰν αὐτοῦ· τουτέστιν, ὅ τι εὔκολον αὐτῷ καὶ δυνατὸν, καὶ ταχέως ποιεῖν. Καὶ ἐπειδὴ χρείαν εἶπον, ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι στενοχωρήσει αὐτοὺς, διὰ τοῦτο ἐπήγαγε, Κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἐν δόξῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Οὕτω περισσεύσει ὑμῖν ἅπαντα, φησὶν, ὥστε ἐν δόξῃ αὐτοῦ ἔχειν. Ἢ οὖν τοῦτο λέγει, ὅτι οὐδενὸς ὑστερεῖσθε· Καὶ χάρις γὰρ μεγάλη, φησὶν, ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς· οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς· ἢ προτρέπει εἰς δόξαν αὐτοῦ πάντα ποιεῖν· ὡσεὶ ἔλεγεν, ἵνα εἰς δόξαν αὐτοῦ χρῆσθε τῇ περιουσίᾳ. Τῷ δὲ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡμῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Αὕτη δὲ ἡ δόξα οὐχὶ τοῦ Υἱοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πατρὸς γίνεται. Ὅταν γὰρ ὁ Υἱὸς δοξάζηται, τότε ὁ Πατήρ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν εἰς δόξαν Χριστοῦ τοῦτο γενέσθαι, ἵνα μή τις νομίσῃ αὐτοῦ μόνου, ἐπήγαγε, Τῷ δὲ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡμῶν ἡ δόξα, αὕτη ἡ γενομένη δηλονότι τῷ Υἱῷ. Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο· πολλῆς γὰρ εὐμενείας, καὶ τὸ διὰ γραμμάτων αὐτοὺς ἀσπάζεσθαι. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί. Καὶ μὴν ἔλεγες, ὅτι Οὐδένα ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει· πῶς οὖν λέγεις νῦν, Οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί; Ἢ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἀδελφοὺς, φησὶ, δηλῶν ὅτι οὐδένα τῶν μεθ' ἑαυτοῦ ἔχει

ἰσόψυχον, οὐ περὶ τῶν ἐν τῇ πόλει λέγων· ποίαν γὰρ ἀνάγκην εἶχον ἐκεῖνοι τὰ τῶν ἀποστόλων ἀναδέχεσθαι πράγματα; ἢ ὅτι οὐ παραιτεῖται καὶ τούτους ἀδελφοὺς καλεῖν. Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Ἡ χάρις τοῦ E Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀνέστησεν αὐτοὺς καὶ ἀνέῤῥωσε, δεικνὺς ὅτι καὶ τῆς βασιλικῆς οἰκίας τὸ κήρυγμα ἥψατο. Εἰ γὰρ οἱ ἐν τοῖς βασιλείοις πάντων κατεφρόνησαν διὰ τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν, πολλῷ μᾶλλον αὐτοὺς χρὴ τοῦτο ποιεῖν. Καὶ τοῦτο δὲ τεκμήριον ἦν τῆς Παύλου ἀγάπης, τὸ πολλὰ περὶ αὐτῶν διηγεῖσθαι, καὶ μεγάλα λέγειν, ὅθεν καὶ εἰς πόθον ἤγαγε τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις, ὥστε ἀσπάσασθαι αὐτοὺς τοὺς οὐχ ἑωρακότας. F Μάλιστα μὲν γὰρ, ἐπειδὴ ἐν θλίψει ἦσαν οἱ πιστοὶ τότε, πολλὴ ἦν ἡ ἀγάπη. Πῶς; Οἵ τε γὰρ ἀλλήλων διεστηκότες, ἀλλήλοις ἦσαν συγκεκολλημένοι, καὶ οἱ πόῤῥωθεν, ὡς 317 A ἐγγὺς ὄντες, ἀλλήλους ἠσπάσαντο, καὶ ὡς περὶ μέλη οἰκεῖα, οὕτω πρὸς ἑαυτοὺς ἕκαστος διετίθετο. Καὶ ὁ πένης γὰρ πρὸς τὸν πλούσιον ὁμοίως διέκειτο, καὶ ὁ πλούσιος πρὸς τὸν πένητα· καὶ οὐδεμία ἦν ὑπεροχὴ, τῷ πάντας ὁμοίως μισεῖσθαι καὶ ἐλαύνεσθαι, καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐκ διαφόρων πόλεων αἰχμάλωτοί τινες ἀναστάντες, καὶ εἰς μίαν ἐλθόντες πόλιν, σφόδρα ἀλλήλοις συμπλέκονται, τοῦ κοινοῦ τῆς συμφορᾶς συγκολλῶντος αὐτούς· οὕτω δὴ καὶ τότε, τῆς κοινωνίας τῶν παθημάτων καὶ τῶν θλί- B ψεων συναπτούσης αὐτοὺς, πολλὴν εἶχον πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην.

Δεσμὸς γάρ τίς ἐστιν ἡ θλῖψις ἀῤῥαγὴς, ἀγάπης αὔξησις, κατανύξεως καὶ εὐλαβείας ὑπόθεσις. Ἄκουε γὰρ τοῦ Δαυῒδ λέγοντος· Ἀγαθόν μοι, Κύριε, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου· καὶ πάλιν ἑτέρου προφήτου λέγοντος, Ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ, ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ· καὶ πάλιν, Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε· C καὶ ἑτέρου τινὸς λέγοντος, Μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου· καὶ ἀλλαχοῦ, Εἰ προσέρχῃ δουλεύειν Κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν. Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ἔλεγεν, Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε, ἀλλὰ θαρσεῖτε· καὶ πάλιν, Κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσε-

Filio. 21. *Salutate omnem sanctum in Christo Jesu.* Non leve et hoc: magnæ enim benevolentiæ est per literas etiam ipsos salutare. *Salutant vos qui mecum sunt fratres.* Attamen dicebas, *Neminem habeo unanimem, qui sincera affe-* Phil. 2. 20. *ctione pro vobis sollicitus sit;* quomodo igitur nunc dicis, *Qui mecum sunt fratres?* Hos qui cum ipso sunt, fratres vocat, ostendens, vel quod antea dixerat, *Neminem habeo unanimem*, non ad eos pertinere qui in urbe erant; quæ enim illis necessitas imposita erat, ut apostolica negotia susciperent? vel se non recusare, quin hos etiam fratres vocet. 22. *Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt.* 23. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis.* Erexit ipsos et confirmavit, ostendens ad Imperatoriam etiam domum pervenisse prædicationem. Nam si qui in regiis omnia propter cælorum Regem despexerant, multo magis id faciendum ipsis erat. Atque hoc etiam indicium erat Pauli caritatis, tam multa et magna de ipsis narrare, ut hinc qui in regia erant ad eos salutandos adducerentur, quos numquam viderant. Maxime enim, quoniam vexabantur fideles, magna tunc vigebat caritas. Quomodo? Nam qui longe inter se distabant, sibi tamen vicissim conjuncti erant; et qui procul aberant, perinde ac si prope essent, inter se salutabant, et singuli erga singulos veluti erga sua membra afficiebantur, æque pauper erga divitem, ac dives erga pauperem, neque ulla agnoscebatur præstantia, quod omnes æque in odio essent atque ejicerentur, iisdemque de causis. Quemadmodum enim, si ex diversis civitatibus captivi quidam profecti in eamdem veniant civitatem, valde se invicem complectuntur, communi illos consociante calamitate: ita etiam tunc societate incommodorum et asperitatum eos conjungente, magnam sibi mutuo caritatem præstabant.

5. Ærumna enim et tribulatio vinculum quoddam firmissimum est, caritatis accretio, compunctionis et pietatis occasio. Audi enim dicentem Davidem: *Bonum mihi, Domine, quia humi-* Psal. 118. 71. *liasti me, ut discam justificationes tuas;* et iterum alium prophetam dicentem, *Bonum est* Thr. 3. 27. *viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua;* et rursus, *Beatus homo, quem tu erudieris* Psal. 93. 12. *Domine;* et alium quemdam, *Disciplinam Do-* Prov. 3. 11. *mini ne despicias;* et, *Ascendens ad servitu-* Eccli. 2. 1. *tem Domini, præpara animam tuam ad tentationem.* Et Christus rursus discipulis suis dicebat, *In mundo pressuram habebitis, sed* Joan. 16. 33.

Jo. 16. 20. Matth. 7. 14. Ærumnæ Christianis necessariæ.

confidite; et rursus, *Plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit*; et rursus, *Angusta, et arcta via*. Vides ubique laudari tribulatio- D nem? ubique commendari, tamquam eam quæ nobis sit necessaria? Nam si in mundanis certaminibus sine ea nemo coronam accipit, nisi et laboribus et ciborum abstinentia et tota victus ratione, et vigiliis et sexcentis aliis incommodis se munierit; multo magis hic. Quem enim mihi afferes? regemne? At neque ille vitam curis solutam vivit, sed multis molestiis atque angoribus refertam. Non enim ad diadema spectes, sed ad sollicitudinum procellam, unde illi tumultus maximus exoritur; non ad purpuram, sed ad animam illa E ipsa purpura nigriorem. Non æque corona ligat caput, atque animam sollicitudo. Non ad satellitum numerum specta, sed ad ægritudinum multitudinem: nullam enim privatam domum tot curis

Calamit. in aula Imperatorum.

abundantem reperias, quot regiam. Mortes singulo quoque die imminentes a suis etiam ipsis; et ante mensam et ante potum ob oculos versatur sanguis. Noctu vero dici non potest quam sæpe somniis ac visis excitati prosiliant. Atque hæc in F pace: quod si bellum ingruat, eo magis sollicitudines intenduntur. Quid igitur tali vita miserabilius esse potest? Qualia autem a suis patiuntur? dico de subditis. Etiam cognato sanguine redundat semper regale pavimentum. Ac si vultis narrabo etiam quædam, et fortasse rem ita se habere intelligetis: ac potissimum quidem vetera dicam, 318 quæ tamen adhuc memoria non exciderunt, quippe A quæ nostris contigere temporibus. Quidam, ut aiunt, uxorem, de cujus adulterio suspicabatur, nudam alligavit montibus, ac feris exposuit, jam matrem sibi factam regum multorum. Quam illum putatis vitam vixisse? non enim nisi vehementi animi motu ductus, ad tantum supplicium

ται· καὶ πάλιν, Στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός. Ὁρᾷς πανταχοῦ τὴν θλῖψιν ἐπαινουμένην; πανταχοῦ παραλαμβανομένην, ὡς ἀναγκαίαν οὖσαν ἡμῖν; Εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἔξωθεν ἀγῶσιν οὐδεὶς ἂν ταύτης χωρὶς στέφανον λάβοι, εἰ μὴ καὶ πόνοις καὶ σιτίων παραιτήσει καὶ νόμῳ διαίτης καὶ ἀγρυπνίαις καὶ μυρίοις ἑτέροις ἑαυτὸν ὀχυρώσειε, πολλῷ μᾶλλον ἐνταῦθα. Τίνα γὰρ βούλει; τὸν βασιλέα εἰπεῖν; Ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνος ἀμέριμνον ζῇ βίον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν θλίψεων καὶ φροντίδων γέμοντα. Μὴ γὰρ εἰς τὸ διάδημα ἴδῃς, ἀλλ' εἰς τὸ κλυδώνιον φροντίδων, δι' οὗ αὐτῷ ὁ θόρυβος τίκτεται· μηδὲ εἰς τὴν ἁλουργίδα βλέπε, ἀλλ' εἰς τὴν ψυχὴν τὴν μᾶλλον ἐκείνης τῆς ἁλουργίδος μελαινομένην· οὐχ οὕτως ὁ στέφανος δεσμεῖ τὴν κεφαλὴν, ὡς τὴν ψυχὴν ἡ φροντίς· μηδὲ εἰς τὸ τῶν δορυφόρων πλῆθος ἴδῃς, ἀλλ' εἰς τὸ τῶν ἀθυμιῶν πλῆθος· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἰδιωτικὴν οἰκίαν εὑρεῖν τοσούτων γέμουσαν φροντίδων, ὅσων τὰ βασίλεια. Θάνατοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσδοκώμενοι παρ' αὐτοῖς τούτοις, καὶ πρὸ τῆς τραπέζης τὸ αἷμα ὁρᾶται, καὶ πρὸ τοῦ ποτοῦ. Ἐν δὲ ταῖς νυξὶν οὐδὲ εἰπεῖν ἐστιν ὁσάκις ἅλλονται καὶ ἀναπηδῶσι φαντασιούμενοι. Καὶ ταῦτα δὲ ἐν εἰρήνῃ· εἰ δὲ πόλεμος καταλάβοι, ἔτι τὰ τῶν φροντίδων ἐπιτείνεται. Τί τοίνυν τοῦ βίου τούτου ἐλεεινότερον γένοιτ' ἄν; Τὰ δὲ παρὰ τῶν οἰκείων ὅσα; τῶν ἀρχομένων λέγω. Ἀμέλει καὶ συγγενικῶν αἱμάτων ἀεὶ γέμει τὸ ἔδαφος τὸ βασιλικόν. Καὶ, εἰ βούλεσθε, τινὰ καὶ διηγήσομαι, καὶ τάχα ἐπιγνώσεσθε ὅτι οὕτως ἔχει· μάλιστα μὲν καὶ τὰ παλαιὰ ἐρῶ, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἔτι τῇ μνήμῃ φυλαττόμενα, ἅτε καὶ ἐπὶ τῶν χρόνων γενόμενα τῶν ἡμετέρων. [a] Ὁ δεῖνα, φησὶ, τὴν γυναῖκα ὑποπτεύσας ἐπὶ μοιχείᾳ, γυμνὴν προσέδησεν ὄρεσι, καὶ θηρίοις ἐξέδωκεν, ἤδη μητέρα γενομένην αὐτῷ βασιλέων πολλῶν. Οἵαν οἴεσθε ζωὴν ζῆν ἐκεῖνον; οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ σφόδρα κατετάκη τῷ πάθει, εἰς τοσαύτην ἐξέβη τιμωρίαν. Ὁ αὐτὸς δὴ οὗτος τὸν υἱὸν ἀπέσφαξε τὸν αὐτοῦ· [b] μᾶλλον δὲ ὁ τούτου ἀδελφὸς

[a] Hoc loco Chrysostomus cædes et strages in Imperatoria aula et sua et patrum memoria peractas recenset, sed ut rumore ferebatur, qui rumor sæpe a rei veritate deflectere solet. Tacitis porro nominibus, Imperatorum gesta memorat. Qui primus autem affertur, uxorem et filium neci tradidit, is est haud dubie Constantinus Magnus, qui filium Crispum, et postea Faustam uxorem interfici jussit. Feris illam nudam exposuisse dicit Chrysostomus. Sed alii scriptores illam in ferventiore balneo inclusam, jussu Constantini suffocatam fuisse narrant. Rem uti gesta fuit videre est apud Scriptores plurimos, accuratius vero apud Tillemontium.

[b] Post hæc verba, ὁ αὐτὸς δὴ οὗτος τὸν υἱὸν ἀπέσφαξε, series Græca vitiata omnino, nec cum historia vera, imo nec secum ipsa consistere potest. Id vero narrare velle Chrysostomus videtur; nempe Crispi fratrem, scilicet Constantium Augustum, patris sui fratrem Julium Constantium, et filios ejus Dalmatium et Annibalianum interfici curavisse. Hi etenim a militibus occisi fuere, et ut quorumdam fert opinio, instigante Constantio Augusto, Constantini Magni filio. Addit postea fratrem ejus a tyranno comprehensum seipsum interfecisse. Nimirum Constans Augustus, Constantii frater, a tyranno Magnentio, qui imperium usurpaverat, vel potius a legato ipsius comprehensus occisus fuit: uno autem excepto Chrysostomo, nullus dicit ipsum seipsum interfecisse. Adjicit, ipsum nempe Constantium sobrinum suum occidisse. Is erat Gallus, qui a Constantio consors Imperii factus, ejus jussu anno 345 occisus est.

ἑαυτὸν μετὰ τῶν παίδων αὐτοῦ. Λέγεται δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν οὗτος ἀνῃρηκέναι τὸν αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν ἑαυτὸν B ἀνεῖλεν, ὑπὸ τυράννου καταληφθεὶς, ὁ δὲ τὸν ἀνεψιὸν τὸν αὐτοῦ κοινωνοῦντα τῆς βασιλείας αὐτῷ, ἣν αὐτὸς ἐνεχείρισεν. [c] Ἄλλος τὴν γυναῖκα εἶδεν ὑπὸ πεσσῶν διαφθαρεῖσαν· ὡς γὰρ οὐκ ἔτικτε, γυνή τις ἀθλία καὶ ταλαίπωρος (ἀθλία γὰρ καὶ ταλαίπωρος, ἣ τὸ τοῦ Θεοῦ δῶρον ἤλπισε δι' οἰκείας παρέξειν σοφίας), πεσσοὺς δοῦσα, διέφθειρε τὴν βασιλίδα, καὶ συνδιεφθάρη καὶ αὐτή. [d] Ἕτερος πάλιν μετὰ τοῦτο ὑπὸ δηλητηρίων ἀνῄρητο φαρμάκων, καὶ τὸ ποτήριον ἦν αὐτῷ C λοιπὸν οὐκέτι πόμα, ἀλλὰ θάνατος· καὶ ὁ υἱὸς αὐτῷ τὸν ὀφθαλμὸν ἐξωρύττετο φόβῳ τῶν μελλόντων, οὐδὲν ἠδικηκώς. Ἄλλος, οὐδὲ εἰπεῖν καλὸν, *οὐδὲ ὅπως κατέλυσε τὸν βίον ἐλεεινῶς. Τῶν δὲ μετὰ τούτους ὁ μὲν κατεκάη, καθάπερ τις ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος, μετὰ ἵππων καὶ δοκῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τὸ γύναιον ἐν χηρείᾳ. Τὰς γὰρ ἐν τῷ ζῆν λύπας οὐδὲ εἰπεῖν ἔνι, ἃς, ὅτε οὗτος ἐπανέστη, ἠναγκάζετο ἔχειν. D Οὗτος δὲ ὁ νῦν κρατῶν οὐχὶ ἐξ οὗ τὸ διάδημα περιέθετο, ἐν πόνοις, ἐν κινδύνοις, ἐν λύπαις, ἐν ἀθυμίαις, ἐν συμφοραῖς, ἐν ἐπιβουλαῖς; Ἀλλ' οὐχ ἡ βασιλεία τοιαύτη τῶν οὐρανῶν· ἀλλὰ μετὰ τὸ λαβεῖν αὐτὴν, εἰρήνη, ζωὴ, χαρὰ, εὐφροσύνη. Ἀλλ', ὅπερ ἔλεγον, οὐκ ἔνι βίος ἀταλαιπώρητος. Εἰ δὲ ἐν τοῖς βιωτικοῖς καὶ ὁ μάλιστα μακαριώτερος, ὁ ἐν βασιλείᾳ, τοσούτων E γέμει συμφορῶν, τί οἴει ἐν τοῖς ἰδιωτικοῖς; Καὶ πόσα ἕτερα κακὰ, οὐδὲ εἰπεῖν ἔστι. Πόσοι πολλάκις καὶ μῦθοι ἀπὸ τούτων ἐπλάσθησαν, πᾶσαι σχεδὸν αἱ ἐπὶ τῆς σκηνῆς τραγῳδίαι ἀπὸ τῶν βασιλέων ὑφαίνονται, 319 A καὶ οἱ μῦθοι. Τὰ γὰρ πλείονα τῶν ἐν τοῖς μύθοις ἀπὸ τῶν γενομένων πέπλασται· οὕτω γὰρ ἔχει καὶ ἡδονήν· [a] οἷον, τὰ Θυέστεια δεῖπνα, καὶ ὡς πᾶσα ἐκείνη ἡ οἰκία διὰ συμφορῶν κατέστρεψεν.

sumendum descendisset. Hic vero idem suum ipsius filium interfecit; imo et hujus frater seipsum cum filiis suis. Fertur autem hic et fratrem ipsius e medio sustulisse. Atque hic quidem sibi ipse manus attulit a tyranno comprehensus; ille vero sobrinum suum una secum participem regni, quod ipse illi tradiderat. Alius autem uxorem vidit medicamentis e medio sublatam. Quoniam enim parere minime poterat, mulier quædam infelix et misera (infelix enim et misera est, quæ quod a Deo donandum erat, sua se credidit sapientia præstituram) præbitis medicamentis et reginam interemit, et ipsa simul interiit. Alius autem postea pharmacis venenatis sublatus est; poculumque ipsi fuit non jam potus, sed mors: et ipsius etiam filio oculus effossus est, metu sequentis temporis, plane immerenti. Alius vero nec quam ob causam, nec quam miserabiliter e vita excesserit, exponere satis honestum est. Eorum vero qui successerunt, alter quidem, perinde atque infirmus quidam et ærumnosus homo esset, combustus est cum equis et trabibus, cæterisque rebus omnibus: et uxorem viduam reliquit. Quas enim molestias in vita habuerit, ne dici quidem potest, quas ex eo tempore, quo arma sumsit, subire coactus est. Alter vero, qui nunc rerum potitur, nonne ex quo diadema gestat, perpetuo versatur in laboribus, in periculis, in molestiis, in mœroribus, in calamitatibus, in insidiis? At non hujusmodi cælorum regnum; sed postquam ipsum obtinueris, pax, vita, gaudium, lætitia. Cæterum quod dicebam, nulla hic vita est ærumnarum expers. Quod si in rebus etiam publicis regalis illa conditio, quæ omnium beatissima videtur, tot redundat calamitatibus: quid putas in privatis ac domesticis? Profecto quot alia mala exsistant, ne dici quidem potest. Quot inde sæpe fabulæ compositæ sunt? omnes fere tragœdiæ et fabulæ, quæ aguntur in scena, ex regibus contextæ sunt. Pleraque enim, quæ in fabulis repræsentantur, ex veris rebus constant: ita enim et voluptatem habent: qualia Thyestea convivia, et quomodo omnis illa domus calamitatibus eversa est.

Cædes Im-[illegible]

[c] Quod subjungit vero Chrysostomus, tacitis pro more nominibus, de uxore Augusti cujusdam, quæ sterilis cum esset, pharmacis ad fœcunditatem obtinendam usa est; ipsaque cum illa pariter, quæ pharmaca dederat, interiit: de alio item Augusto, qui venenatis pharmacis sublatus est, et cujus filio oculus effossus fuit; deque alio, qui infausto modo periit: illa, inquam, omnia ad quos pertineant nondum assequi potui. Quod vero subjicit de alio qui cum equis, trabibus cæterisque omnibus combustus est, ad Valentem Augustum spectat. Qui cum, in pugna Hadrianopolitana victus, in domum quamdam se recepisset, cum ipsa domo in cineres redactus est. Quod dicit tandem de illo qui tunc imperabat (is erat Arcadius), verum omnino comprobatur ex historia illius ævi.

* [Hoc οὐδὲ deletum mallemus.]

[a] Apud poetas et mythologos celebratur Thyesteum

6. Sed hæc quidem ex ethnicorum libris cognovimus. Verum si vultis, Scripturas etiam, quæ idem doceant, proferemus. Saül primus regnavit : nostis autem et hunc sexcentis pressum ærumnis interiisse. Post illum David, Salomon, Abias, Ezechias, Josias itidem multis modis vexati. Nec omnino potest hæc vita sine laboribus, sine ægritudine, sine ærumnis duci. Sed nos etiam molestiis afficimur, non iisdem ex rebus ex quibus reges, sed unde magnum etiam facere possu-
2. Cor. 7. 10. mus quæstum : *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Pro his rebus mœrendum est, pro his dolendum, pro his ægritudo suscipienda : ita mœrebat Paulus, ita lugebat pro iis, qui pecca-
Ib. 2. 4. bant : *Ex multa enim*, inquit, *tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas.* Nam quando nihil erat, cur pro suis lugeret, pro alienis hoc faciebat : vel potius quantum ad luctum hauriendum pertinet, propria illa ducebat. Cæteri incidebant in scandalum, et ipse urebatur : cæteri languebant, languebat et ipse. Bona est hæc ægritudo; hæc omni mundano gaudio potior. Eum qui ita lugeat, omnibus ego hominibus præpono : atque adeo ipse etiam Dominus hos beatos prædicat, hos qui alienum dolorem ut sibi communem lugent. Non æque ego Paulum ob pericula adita miror; imo non minus miror ob illa ipsa pericula, in quibus quotidie commoriebatur, sed hoc me magis evehit. Ab anima enim Dei amante et tenera proficiscebantur, a caritate quam Christus ipse quærebat, ex quodam naturæ consensu fraterno et patrio, ac potius utrisque istis majore. Hoc modo affici oportet, hoc modo flere : hujusmodi lacrymæ magno sunt refertæ gaudio; hujusmodi luctus causa lætitiæ est. Ac ne mihi dicas, Quid utilitatis afferunt meæ lacrymæ iis, pro quibus hoc facio? Nam etsi illis nihil prosimus, ac certe nobis ipsis proderimus. Nam qui sic pro alienis dolet, multo magis pro suis dolebit; qui aliena luget, is certe vitia et delicta sua non sine lacrymis abire sinet; imo non cito peccabit. Nos vero, quod omnium gravissimum est, jussi aliena peccata flere, ne in nostris quidem ullum pœnitentiæ signum damus; sed sine ullo doloris sensu cadimus, et omnia curamus magis, omnia magis expendimus quam peccata nostra.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῶν παρὰ τῶν ἔξωθεν συντεθέντων ἴσμεν· εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἐροῦμεν. Ὁ Σαοὺλ πρῶτος ἐβασίλευσεν, ἀλλ' ἴστε
B πῶς καὶ οὗτος ἀπώλετο μυρίων πειραθεὶς κακῶν. Μετ' ἐκεῖνον ὁ Δαυὶδ, ὁ Σολομὼν, ὁ Ἀβιὰ, ὁ Ἑζεκίας, ὁ Ἰωσίας ὁμοίως. Οὐ γάρ ἐστι θλίψεως χωρὶς, οὐκ ἔστι πόνων χωρὶς, οὐκ ἔστιν ἀθυμίας ἐκτὸς τὸν παρόντα βίον διελθεῖν. Ἀλλ' ἡμεῖς ἀθυμῶμεν μὴ ὑπὲρ τῶν τοιούτων, ὑπὲρ ὧν οἱ βασιλεῖς, ἀλλ' ὑπὲρ τοιούτων, ὑπὲρ ὧν καὶ κέρδος ἔχομεν μέγα· Ἡ γὰρ κατὰ θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. Ὑπὲρ τούτων χρὴ λυπεῖσθαι, ὑπὲρ τούτων ἀλγεῖν, ὑπὲρ τούτων δάκνεσθαι· οὕτως ἐλυπεῖτο Παῦλος ὑπὲρ τῶν ἁμαρτα-
C νόντων, οὕτως ἐδάκρυεν· Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως, φησὶ, καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπὲρ οἰκείων οὐκ εἶχε πενθεῖν, ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων τοῦτο ἐποίει· μᾶλλον δὲ κἀκεῖνα οἰκεῖα ἡγεῖτο κατὰ τὸν τοῦ πένθους λόγον. Ἕτεροι ἐσκανδαλίζοντο, καὶ αὐτὸς ἐπυροῦτο· ἕτεροι ἠσθένουν, καὶ αὐτὸς ἠσθένει. Ἀγαθὸν ἡ τοιαύτη λύπη, πάσης κρείττων αὕτη χαρᾶς κοσμικῆς. Τὸν οὕτω πενθοῦντα ἐγὼ πάντων τῶν ἀνθρώπων προκρίνω·
D μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸς τοὺς οὕτω πενθοῦντας μακαρίζει ὁ Κύριος, τοὺς συμπαθεῖς. Οὐχ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τοῖς κινδύνοις θαυμάζω· μᾶλλον δὲ οὐχ ἧττον αὐτὸν τῶν κινδύνων θαυμάζω, ὑφ' ὧν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπέθνησκεν· ἀλλὰ τοῦτό με μᾶλλον αἱρεῖ. Ἀπὸ γὰρ ψυχῆς φιλοθέου καὶ φιλοστόργου ἐγίνετο, ἀπὸ ἀγάπης, ἣν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐζήτει, ἀπὸ συμπαθείας ἀδελφικῆς καὶ πατρικῆς, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων ἀμφοτέρων μείζονος. Οὕτω διακεῖσθαι χρὴ, οὕτω δακρύειν· τὰ
E τοιαῦτα δάκρυα πολλῆς ἐστιν εὐφροσύνης μεστά· τὸ τοιοῦτον πένθος ὑπόθεσις χαρᾶς ἐστι. Καὶ μή μοι εἴπῃς, τί πλέον ἐκ τοῦ θρηνεῖν, ὑπὲρ ὧν τοῦτο ποιῶ; Κἂν μηδὲν ὀνήσωμεν τοὺς θρηνουμένους, ἀλλὰ πάντως ἡμᾶς αὐτοὺς ὠφελήσομεν. Ὁ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἀλγῶν, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἰδίων τοῦτο ποιήσεται· ὁ ἐπὶ τοῖς ἑτέρων οὕτω δακρύων, οὐκ ἀδακρυτὶ τὰ οἰκεῖα παρελεύσεται πλημμελήματα·
F μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἁμαρτήσει ταχέως. Τὸ δὲ δεινὸν, ὅτι κελευσθέντες οὕτως ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι θρηνεῖν, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις τινὰ ἐπιδεικνύμεθα μετάνοιαν,
320 A ἀλλ' ἀναλγήτως πταίοντες διακείμεθα, καὶ πάντων μᾶλλον φροντίζομεν, καὶ πάντα λογιζόμεθα μᾶλλον ἢ τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα. Διὰ τοῦτο χαίρομεν χαρὰν τὴν ἀνόνητον, τὴν τοῦ κόσμου, τὴν εὐθέως σβεννυμένην, τὴν μυρίας τίκτουσαν λύπας. Λυπηθῶ-

convivium. Thyestes enim Pelopis filius, cum Atrei fratris uxore concubuit : Atreus vero proprii filii carnes Thyestæ in epulas apposuit. Similes epulas et *Oidipodeias mixeis* Christianis ethnici falso objiciebant, ut videas apud Justinum Martyrem, Athenagoram, Theophilum Antiochenum et Tertullianum.

μεν τοίνυν λύπην χαρᾶς μητέρα, καὶ μὴ ἡσθῶμεν χαρὰν λύπην τίκτουσαν· ἀφῶμεν δάκρυα σπείροντα πολλὴν ἡδονὴν, καὶ μὴ γελῶμεν γέλωτα βρυγμὸν ἡμῖν ὀδόντων τίκτοντα· θλιβῶμεν θλῖψιν, ἀφ' ἧς ἄνεσις βλαστάνει, καὶ μὴ ζητῶμεν τρυφὴν, ἀφ' ἧς B πολλὴ θλῖψις καὶ ὀδύνη τίκτεται· ἐπὶ τῆς γῆς μικρὸν πονήσωμεν, ἵνα τρυφήσωμεν διηνεκῶς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐν τῷ ἐπικήρῳ βίῳ θλίψωμεν ἑαυτοὺς, ἵνα ἐν τῷ ἀπείρῳ τύχωμεν ἀνέσεως· μὴ διαχυθῶμεν ἐν τῷ βραχεῖ τούτῳ, ἵνα μὴ στενάξωμεν ἐν τῷ ἀπείρῳ. Οὐχ ὁρᾶτε πόσοι καὶ ἐνταῦθα θλίβονται βιωτικῶν ἕνεκεν πραγμάτων; Ἐννόησον ὅτι καὶ σὺ εἷς ἐξ ἐκείνων εἶ, καὶ φέρε τὴν θλῖψιν καὶ τὴν ὀδύνην, τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων τρεφόμενος· οὐκ εἶ σὺ τοῦ Παύλου βελτίων C οὐδὲ τοῦ Πέτρου, τῶν οὐδέποτε ἀνέσεως τυχόντων, τῶν ἐν λιμῷ καὶ δίψει καὶ γυμνότητι τὸν πάντα βίον διεξελθόντων. Εἰ βούλει τῶν αὐτῶν ἐκείνοις τυχεῖν, τί τὴν ἐναντίαν ὁδεύεις ὁδόν; εἰ βούλει πρὸς τὴν πόλιν ἀπαντῆσαι ἐκείνην, ἧς ἐκεῖνοι κατηξιώθησαν, ἐκείνην βάδιζε τὴν ὁδὸν τὴν ἐκεῖ φέρουσαν. Οὐ φέρει ἡ τῆς ἀνέσεως ὁδὸς ἐκεῖ, ἀλλ' ἡ τῆς θλίψεως· ἐκείνη εὐρύχωρος, αὕτη στενή. Ταύτην βαδίζωμεν, ἵνα τύχωμεν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, D μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ideo gaudemus gaudium hoc inutile : quod cito perit, quod sexcentas parit ægritudines. Mœreamus igitur mœrore gaudii auctore, et ne gaudeamus gaudio ægritudinis parente : emittamus lacrymas multum voluptatis seminantes, et non rideamus risu, qui stridorem nobis dentium gignat : affligemus nos afflictatione illa unde requies exsistit, et ne delicias quæramus ex quibus ærumna et dolor. Ad breve tempus in terra laboremus, ut perpetuo nos oblectemus in cælis : in caduca hac vita nos ipsi affligemus, ut in infinita illa requiem consequamur : non diffluamus deliciis in hac brevi, ne in illa infinita suspiremus. Annon videtis quot homines hic etiam rerum ad hanc vitam pertinentium causa angantur? Existima te quoque unum ex illis esse et fer ærumnam ac dolorem, spe futurorum bonorum nutritus. Non tu es Paulo melior, non Petro : quibus numquam otium datum est; qui in fame et siti et nuditate totam vitam confecerunt. Si eadem atque illi vis consequi, cur contrariam insistis viam? si ad civitatem illam vis pervenire, qua illi digni facti sunt, illam persequere viam quæ illuc fert. Non illuc otii fert via, sed ærumnæ : illa lata, hæc angusta est. Hac iter faciamus, ut consequamur æternam vitam in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, imperium, honos, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

AD HOMILIAS S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

Hasce Conciones Constantinopoli habitas fuisse, clare indicat Chrysostomus, cum dicit in fine homiliæ tertiæ se episcopum in throno sedere. Facile quoque videtur esse annum assignare, quo hæc concionatus est sanctus doctor. Ex iis enim, quæ dicit homilia septima numero 3, indicare omnino videtur Eutropium Eunuchum, licet tacito nomine de illo agat, hoc ipso tempore de gradu dejectum et expulsum. Quis enim alius, quæso, fuerit *ex numero eunuchorum*, qui heri in tribunali sedebat, qui clamantibus et præviis præconibus per forum incedebat, ambitiose sui terrorem incutiens : quique hodie ex tanta fortuna dejectus, ab omnibus desertus, vilis et nudus tamquam pulvis eventilatur? Quis, inquam, alius hic fuerit quam Eutropius Eunuchus, cui isthæc omnia acciderunt? Quia vero de Eutropio ille sic tacito nomine loquitur, tamquam post suum ex tanta fortuna lapsum adhuc in vivis versante; Eutropius vero post tantum casum in Cyprum statim relegatus, haud diu postea inde eductus et capite truncatus fuit anno vertente 399 : hinc sequitur in annum 399 conferendam esse hujus homiliæ prædicationem.

Aliud etiam in homilia secunda num. 4 occurrit, unde temporis notam expiscari possimus. Dicitur namque isthic : τίς ἂν ταῦτα προσεδόκησε τὰ νῦν γινόμενα, τοὺς σεισμοὺς, τῶν πόλεων τὰς ἀναιρέσεις; *Quis exspectasset ea, quæ nunc eveniunt in diversis locis, terræ motus et urbium eversiones?* Hi tanti terræ motus in annum 398 referuntur, ut pluribus dicetur in Vita Chrysostomi, quam paramus. Neque pugnat illud cum anni 399 nota certa quam modo posuimus. Advertendum namque est, illud quod de Eutropio dicitur in homilia septima occurrere; quod autem de terræ motibus in homilia secunda. Potuit autem homilia secunda aliquanto tempore, imo aliquot mensibus homiliam septimam præcessisse, cujus rei exempla non pauca suppetunt. Ad hæc vero illud, τὰ νῦν γινόμενα, *quæ nunc eveniunt*, non ita ad literam accipiendum est. Illæ enim tantæ calamitates etiam hodierno more diu dicuntur nunc evenire; damna namque importata manent et saltem per annum, nunc, ex recepto more, accidisse dicuntur. Adde verisimile esse illos terræ motus et urbium eversiones aliquanto tempore perseverasse.

Harum homiliarum stylus atque dictio multis in locis concisa est, etiamque intricata, vix ut possit intelligi; sed quia ad auditorum captum accommodata erat, nihil dubium est, ea quæ nobis intercisa et captu difficilia videntur, non perinde Constantinopolitanæ plebi, huic dicendi generi assuetæ, obscura fuisse.

In hisce porro concionibus multa discimus de ritu Ecclesiæ Constantinopolitanæ in Liturgia; interque alia dicitur pacem innumeris pene vicibus inter orandum petitam fuisse. Quædam etiam occurrunt de Ecclesiæ opinione atque sententia; exempli causa de angelis custodibus, qui singuli singulis hominibus ad tutelam assignantur.

Ut erat Chrysostomus verax, æqui amans, et ad carpenda vitia pronus, ne Imperatori quidem parcit; sed Theodosium magnum, licet tacito nomine, carpit hom. septima n. 3, quod Antiochenam civitatem, offensus, perdere ac destruere voluerit. Imperatricem vero, Eudociam nempe, non leviter insectatur hom. decima num. 4 et 5, ob luxum nimium et profusos in vestes aureas sumtus, qui membris Christi pauperibus tegendis atque fovendis deputandi erant. Ex hac porro tanta dicendi libertate, quid demum sancto doctori acciderit, ignorat nemo, et nos pluribus recensebimus in ejusdem Vita.

nobis est in futuris. Quid ergo accedis, si non credis Scripturis, si non credis Christo? Non dixerim eum esse Christianum; absit; sed vel ethnicis deteriorem. Qua de re? Eo quod Christum existimans esse Deum, non credis ipsi tamquam Deo. Nam illa quidem impietas sibi fere est consentanea: cum enim qui Christum non existimat esse Deum, necesse est nec credere: hæc autem impietas ne habet quidem consequentiam, Deum confiteri, et existimare eum non esse fide dignum in iis quæ dixit. Ebrietatis sunt hæc verba, deliciarum et libidinosæ intemperantiæ: *Comedamus et bibamus; cras enim morimur.* (1. Cor. 15. 32.) Non cras, sed quando hæc dicitis, jam estis mortui. Nihil ergo differemus a porcis et asinis, dic quæso? Si enim non est judicium, neque merces ac remuneratio, neque tribunal, cur sumus hoc ornati dono, nempe ratione, et omnia habemus subjecta? cur nos quidem imperamus, illa autem parent? Vides quomodo undique urget et incitat diabolus, ut nobis persuadeat Dei donum ignorare? Servos miscet cum dominis; sicut quidam plagiarius, et servus ingratus, nititur ingenuum ad eamdem deducere vilitatem et abjectionem, ad quam deductus est is qui offendit: et videtur quidem de medio tollere judicium, tollit autem quod sit Deus. Semper enim talis est diabolus; fraudibus dolisque et insidiis, non directe proponit omnia, ut caveamus. Si non est judicium, Deus non est justus; secundum hominem dico: si Deus non est justus, nec est Deus: si Deus non est, temere feruntur omnia, nihil est virtus, nihil vitium. Sed nihil horum dicit aperte. Satanicæ cogitationis vidisti animum, quomodo ex hominibus velit nos bruta facere, vel potius feras ac bestias, imo vero dæmones? Ne ergo persuadeamur. Est enim judicium, o miser et infelix! Scio undenam venias ad hæc dicenda: a te multa admissa sunt peccata, offendisti, non est tibi dicendi libertas et fiducia, existimas rerum naturam tuis esse verbis consequentem. Interim, inquit, non cruciabo animam gehennæ exspectatione; et si sit, ei quod non sit persuadebo: interim hic me dedam deliciis. Cur peccatis addis peccata? Si cum peccatis credideris esse gehennam, abibis luens pœnam peccatorum: sin autem hoc quoque impium addideris, et impietatis et hujus cogitationis ultimum feres supplicium; et quæ tibi brevis et frigida fuerit

[d] [A. B. ὡς Θεόν.]
[a] [A. ἵνα μὴ φυλ.]

[b] [A. ἐκλύεις. Paulo ante B. et marg. Savil. ἠπάτας.]

consolatio, erit tibi argumentum perpetui supplicii. Esto, peccasti: quid alios quoque hortaris ad peccandum, dicens non esse gehennam? quid decipis simpliciores? cur populi manus dissolvis et enervas? Quantum quidem in te est, omnia sunt eversa: neque viri probi erunt meliores, sed ignavi ac desides; neque mali desistent a vitio. Num si alios corrumpamus, habemus veniam peccatorum? Non vidisti quomodo diabolus aggressus sit prosternere et dejicere Adamum? an ei data est venia? Major quidem certe hinc fuit occasio supplicii. Ut enim non pro nostris tantum, sed etiam pro alienis peccatis puniamur, omnia machinatur. Ne ergo existimemus, quod alios convertamus ad eumdem nobis paratum interitum, nos nobis mitius facere judicium: hoc ipsum quidem certe faciet gravius et asperius. Quid nos ipsos protrudimus et perdimus? Hoc totum est satanicum. Homo, peccasti? Benignum et clementem habes Dominum, roga, supplica, lacrymare, ingemisce, et alios terre, et pete ne in eadem incidant. Si quis servus eorum qui dominum offenderunt, dicat filio suo, Fili, ego offendi dominum: tu da operam ut ei placeas, ne eadem tibi accidant: non aliquam, quæso te, assequetur veniam? non franget et flectet dominum? Sin autem his missis verbis dicat fere talia, dominum non pro merito singulis redditurum esse, omnia tum bona tum mala misceri et confusa esse, nullamque in hac domo haberi gratiam: quid existimas dominum de illo sentire? annon ille peccatorum suorum majores dabit pœnas? Merito certe: nam illic quidem excusabit animi motus et perturbatio, etsi debiliter; hic autem nihil. Si ergo nullum alium, eum quidem certe imitare

Luc. 16. divitem qui in gehenna dicebat, *Pater Abraham, mitte Lazarum ad cognatos meos, ne veniant in hunc locum;* quoniam ipse abire non poterat; ne in illa ipsa incidant. Abstineamus ab his verbis satanicis.

6. Quid ergo, inquies, quando nos interrogant Græci seu ethnici, Non vis illos curare? Sed cum Christianum injeceris in dubitationem, obtentu curandi Græci, vis dogma confirmare satanicum. Nam quoniam ipse ex solo loquens animo hæc non persuades, alios testes vis adducere. Si autem cum Græco oportet disserere, non hinc sumendum initium disputationis, sed an

ροι ἔσονται, ἀλλὰ ῥάθυμοι· οὔτε οἱ κακοὶ ἀποστήσονται τῆς κακίας. Μὴ γὰρ, ἂν ἑτέρους διαφθείρωμεν, συγγνώμην ἔχομεν τῶν ἁμαρτημάτων; Οὐχ ὁρᾷς τὸν διάβολον πῶς ἐπεχείρησε κατενεγκεῖν τὸν Ἀδάμ; ἆρα τούτῳ συγγνώμη γέγονε; Μείζονος μὲν οὖν κολάσεως

Γ ἀφορμή. Ἵνα γὰρ μὴ ὑπὲρ τῶν οἰκείων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων κολαζώμεθα, πάντα μηχανᾶται. Μὴ νομίζωμεν τοίνυν τὸ ἑτέρους [c] καταφέρειν εἰς τὴν αὐτὴν ἡμῖν ἀπώλειαν, ἡμερώτερον ἡμῖν τὸ δικαστήριον ἐργάζεσθαι· τοῦτο μὲν οὖν χαλεπώτερον

341 αὐτὸ ποιήσει. Τί ὠθοῦμεν ἑαυτοὺς, καὶ ἀπόλλυμεν;

A Σατανικὸν τοῦτο ὅλον ἐστίν. Ἄνθρωπε, ἥμαρτες; Φιλάνθρωπον ἔχεις τὸν Δεσπότην· παρακάλει, ἱκέτευε, δάκρυε, στέναζε, καὶ τοὺς ἄλλους φόβει, καὶ ἀξίου μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν. Εἴ τις ἐν οἰκίᾳ δοῦλος ὢν τῶν προσκεκρουκότων λέγει πρὸς τὸν ἑαυτοῦ παῖδα· τέκνον, ἐγὼ προσέκρουσα τῷ Δεσπότῃ, σὺ σπούδασον ἀρέσαι, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ πάθῃς· οὐχ ἕξει τινὰ συγγνώμην, εἰπέ μοι; οὐκ ἐπικλάσει καὶ κατακάμψει τὸν δεσπότην; Ἂν δὲ ταῦτα ἀφεὶς τὰ ῥήματα, λέγῃ ἐκεῖνα, οἷον, ὅτι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ οὐκ ἀποδώσει,

B ὅτι ἁπλῶς πάντα ἀναμέμικται, καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ κακὰ, ὅτι οὐκ ἔστιν εὐχαριστία ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ, τίνα νομίζεις τὸν δεσπότην νοῦν ἔχειν περὶ αὐτοῦ; ἆρα οὐχὶ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων μείζονα δώσει δίκην; Εἰκότως· ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ πάθος ἀπολογήσεται, εἰ καὶ ἀσθενῶς, ἐνταῦθα δὲ [a] οὐδέν. Εἰ μηδένα τοίνυν ἕτερον, τὸν γοῦν πλούσιον μίμησαι τὸν ἐν τῇ γεέννῃ, τὸν λέγοντα, Πάτερ Ἀβραὰμ, πέμψον Λάζαρον ἐπὶ τοὺς συγγενεῖς μου, ἵνα μὴ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον, ἐπειδὴ αὐτὸς ἀπελθεῖν οὐκ ἠδύνατο, ὥστε μὴ

C τοῖς αὐτοῖς ἐκείνους περιπεσεῖν. Ἀποστῶμεν τῶν ῥημάτων τούτων τῶν σατανικῶν.

Τί οὖν, ὅταν Ἕλληνες ἡμᾶς ἐρωτῶσι, φησὶν, οὐκ ἐκείνους βούλει θεραπεῦσαι; Ἀλλ' εἰς ἀπορίαν ἐμβαλὼν τὸν Χριστιανὸν προσχήματι τοῦ τὸν Ἕλληνα θεραπεύειν, κυρῶσαι βούλει τὸ δόγμα τὸ σατανικόν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς μόνῃ τῇ ψυχῇ διαλεγόμενος ὑπὲρ τούτων οὐ πείθεις, ἑτέρους θέλεις παράγειν μάρτυρας. Εἰ δὲ Ἕλληνι χρὴ διαλέγεσθαι, οὐκ ἐντεῦθεν ἡ ἀρχὴ τῆς διαλέξεως, * ἀλλ' εἰ Θεὸς ὁ Χριστὸς, καὶ Θεοῦ

c [καταστρέφειν B. et marg. Savil.]

a [B. et marg. Savil. οὐδείς. Mox A. Λάζαρον τοῖς συγγενέσι μου.]

* [A. et marg. Savil. ἀλλ' ὅτι θ..... ὅτι δαίμονες. Infra A. et marg. Savil. κατασκευασθῇ pro παρασκ.]

Παῖς, εἰ δαίμονες οἱ παρ' ἐκείνοις θεοί. Ἐὰν ταῦτα κατασκευασθῇ, πάντα τὰ ἄλλα ἕπεται· πρὶν δὲ [b] τὴν ἀρχὴν θέσθαι, μάταιον περὶ τῆς τελευτῆς διαλέγεσθαι· πρὶν ἢ τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν, περιττὸν καὶ ἀνόνητον περὶ τὸ τέλος ἔρχεσθαι. Ἀπιστεῖ ὁ Ἕλλην τῇ κρίσει, καὶ αὐτὸς τὸ αὐτό σοι πάσχει· ἐπεὶ ἔχει καὶ αὐτὸς πολλοὺς ὑπὲρ τούτων φιλοσοφήσαντας, εἰ καὶ τὸ σῶμα ἀποσχίσαντες τῆς ψυχῆς τοῦτο εἶπον· ἀλλ' ὅμως δικαστήριον ἐκάθισαν. Καὶ τοσαύτη ἐστὶ τοῦ πράγματος ἡ περιφάνεια, ὡς μηδένα σχεδὸν ἀγνοῆσαι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ποιητὰς, καὶ πάντας συμφωνῆσαι ἑαυτοῖς καὶ περὶ δικαστηρίου καὶ περὶ κρίσεως. Ὥστε κἀκεῖνος τοῖς οἰκείοις οὐκ ἀπιστεῖ, οὔτε Ἰουδαῖος ἀμφισβητεῖ περὶ τούτων, οὔτε τις ἁπλῶς ἄνθρωπος. Τί τοίνυν ἀπατῶμεν ἑαυτούς; Ἰδοὺ ταῦτα λέγεις πρὸς ἐμέ· τί πρὸς τὸν Θεὸν ἐρεῖς τὸν πλάσαντα καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν; τὸν εἰδότα τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ πάντα; τὸν ζῶντα καὶ ἐνεργοῦντα καὶ [c] τομώτατον ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον; Εἰπὲ γάρ μοι μετὰ ἀληθείας· σὺ οὐ καταγινώσκεις σαυτοῦ ἁμαρτάνοντος; ἔστι δέ τις τῶν ἐν ἀνθρώποις, ὃς ἑαυτῷ οὐ μέμφεται ῥαθυμοῦντι; Καὶ πῶς ἂν ἀπὸ ταὐτομάτου τοσαύτη σοφία γέγονεν, ὥστε αὐτὸν τὸν ἁμαρτάνοντα καταγινώσκειν ἑαυτοῦ; τοῦτο γὰρ μεγάλης σοφίας ἐστί. Σὺ σαυτοῦ καταγινώσκεις· ὁ δὲ τὴν τοιαύτην σοι διδοὺς διάνοιαν πάντα ἁπλῶς ἀφήσει φέρεσθαι; Κανὼν οὖν οὗτος ἔσται καθολικὸς, καὶ ὅρος· οὐδεὶς τῶν ἐν ἀρετῇ ζώντων διαπιστεῖ τῷ τῆς κρίσεως λόγῳ, κἂν Ἕλλην ᾖ, κἂν αἱρετικός· οὐδεὶς τῶν ἐν κακίᾳ ἀναστρεφομένων πολλῇ, πλὴν ὀλίγων, παραδέχεται τὸν τῆς ἀναστάσεως λόγον. Καὶ τοῦτό φησιν ὁ ψαλμῳδός· Ἀνταναιρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Διὰ τί; Ὅτι βεβηλοῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ· Φάγωμεν γὰρ, φησὶ, καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Ὁρᾷς ὅτι ταπεινῶν ἐστι ταῦτα λέγειν; Ἀπὸ τοῦ τρώγειν καὶ πίνειν ταῦτα τὰ ῥήματά ἐστι τὰ ἀνατρεπτικὰ τῆς ἀναστάσεως. Οὐ φέρει γὰρ, οὐ φέρει τὸ ἀπὸ τοῦ συνειδότος κριτήριον ἡ ψυχή· καὶ ταὐτὸν γίνεται, οἷον ὁ ἀνδροφόνος πρότερον ὑποθεὶς ἑαυτῷ ὅτι οὐχ ἁλώσεται, οὕτω φονεύει· ἐπεὶ, τοῦ συνειδότος αὐτὸν κρίνοντος, οὐκ ἂν ταχέως ἦλθεν ἐπὶ τὸ τόλμημα. Καὶ οἶδεν οὖν, καὶ ἀγνοεῖν προσποιεῖται, ἵνα μὴ βασανίζηται τῷ συνειδότι καὶ τῷ φόβῳ· ἢ γὰρ ἂν, ἀσθενέστερος γέγονε [a] πρὸς τὸν φόνον. Οὕτω δὴ καὶ οἱ

D Christus sit Deus et Dei Filius; an dæmones sint qui sunt apud illos dii. Sin hæc probata fuerint, alia omnia sequuntur. Priusquam autem positum sit principium, vanum est disserere de fine: priusquam prima elementa didiceris, supervacaneum et inutile est ad finem venire. Non credit Græcus judicio, et illi idem quod tibi accidit. Nam ipse quoque multos habet qui ea de re sunt philosophati; etiamsi hoc dixerint de corpore separato ab anima, sed tamen judicium constituerunt. Et res est tam clara ut nemo fere hoc ignoret, E sed et poetæ et omnes inter se consentiant et de tribunali et de judicio. Itaque nec Græcus suis fidem negat, nec Judæus de his dubitat, nec quivis homo. Quid ergo nos ipsos decipimus? Hæc mihi dicis: quid Deo dices qui sigillatim finxit corda nostra, qui quæ sunt in cogitatione novit omnia, qui vivit et operatur; et magis incidit quam quivis gladius anceps? Nam, dic mihi per veritatem, non tu teipsum peccantem condemnas? an quisquam homo est qui seipsum segniter agentem non reprehendat? F Et quomodo casu orta esset sapientia, ut ipse qui peccaret seipsum condemnaret? 342 A hoc enim est magnæ sapientiæ. Tu teipsum condemnas; qui autem hanc tibi dat mentem et cogitationem, sinet omnia ferri temere? Sit ergo hæc regula et definitio in genere, et universe: nullus ex iis qui vivunt in virtute, non credit sermoni de judicio, etiamsi sit Græcus, etiamsi hæreticus: nullus ex iis qui in multo versantur vitio, præter paucos, admittit sermonem resurrectionis. Et hoc est quod dicit psalmographus: *Auferuntur judicia tua a facie ejus.* Quare? Quoniam profanantur viæ ejus in omni tempore: B *Comedamus* enim, inquit, *et bibamus; cras enim morimur.* Vides quod hæc dicere sit vilium et abjectorum? Ab esu et potu oriuntur hæc verba quæ evertunt resurrectionem. Non fert enim, non fert anima judicium conscientiæ; et perinde est atque si homicida cum prius sibi suggesserit fore ut non capiatur, deinde sic occidat: nam, cum judicante conscientia, non cito venisset ad audendum suscipere facinus. Et scit ergo, et præ se fert se ignorare, ne torqueatur a conscientia et metu: alioquin enim evasisset im-

Græci judicium fore credebant.

Hebr. 4. 12.

Psal. 9. 27.

[b] Sic Regius [et Commel.]. Editi vero [et A.] ἀρχὴν θέσθαι. [Quod revocavimus: nisi tamen leg. ὑποθ. Mox Danæus παρὰ vel πρὸς τὸ τέλος ἔρχ. Non opus.]

[c] [τομώτερον A. B. et marg. Savil. cum B bl. Mox A. om. μετὰ ἀληθείας, et infra post ῥαθυμοῦντι addit πάντως μετὰ ἀληθείας ἐρεῖς. Savil. hæc, ἔστι δέ... ῥαθυμοῦντι, inclusit; et absunt in Comm. et B.]

[a] [A. πρὸς τὴν τόλμαν. B., Comm. et marg. Savil. τὸ τόλμημα.]

becillior ad cædem. Ita certe et qui peccant sciunt peccatum rem esse malam; et qui quotidie volutantur in ipsis malis, nolunt scire, quamquam eorum conscientia rem comprehendente. Sed ne illis attendamus; erit enim omnino judicium et resurrectio, neque tam multa opera frustra dimittet Deus. Quamobrem rogo, abstinentes a vitio, virtutem amplectamur, ut verum accipiamus sermonem in Christo Jesu Domino nostro. Quamquam quid est facilius, admitterene quod dicitur de resurrectione, an quod dicitur de fato? Hoc plenum est injustitia, plenum insipientia et egestate rationis, plenum inhumanitate : illud est plenum justitia, distribuens pro meritis; et tamen ipsum non admittunt. Causa autem est segnities : nullus enim qui sapiat, hoc admittit. Nam et inter Græcos, qui voluptatem definientes, finem esse dicunt, illi ipsum admiserunt : qui autem virtutem amaverunt, nequaquam, sed expulerunt, tamquam quod careat ratione. Si hoc autem ita habet inter Græcos, multo magis ita habet in ratione resurrectionis. Considera autem mihi, quomodo duo contraria introduxerit diabolus : nempe ut virtutem negligamus, et ut dæmones colamus, introduxit necessitatem et per aliud alterum persuasit. Quamnam ergo poterit dare rationem qui non credit rei adeo admirabili, et credit iis qui illa nugantur? Ne ergo, ne hæc te consolatio nutriat, quod veniam consequeris; sed nos conversi ad virtutem excitemur, ac vere Deo vivamus; in Christo, etc.

Fati opinio rejicitur.

C ἁμαρτάνοντες καὶ ἴσασιν, ὅτι τὸ ἁμαρτάνειν κακὸν, καὶ καθ' ἑκάστην ἐν τοῖς αὐτοῖς κακοῖς κυλινδούμενοι, οὐ θέλουσιν εἰδέναι, καίτοι τοῦ συνειδότος αὐτῶν ἐπιλαμβανομένου. Ἀλλὰ μὴ ἐκείνοις προσέχωμεν· ἔσται γὰρ, ἔσται πάντως κρίσις καὶ ἀνάστασις, καὶ οὐκ ἀφήσει εἰκῇ τοσαῦτα ἔργα ὁ Θεός. Διὸ, παρακαλῶ, τῆς κακίας ἀποσχόμενοι, τῆς ἀρετῆς ἐχώμεθα, ἵνα τὸν ἀληθῆ λόγον παραδεξώμεθα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Καίτοι τί εὐκολώτερον, τὸν περὶ ἀναστάσεως δέξασθαι λόγον, ἢ τὸν περὶ [τῆς] εἱμαρμένης; D Ἐκεῖνος ἀδικίας γέμει, ἐκεῖνος ἀλογίας, ἐκεῖνος ὠμότητος, ἐκεῖνος ἀπανθρωπίας· οὗτος δικαιοσύνης, τοῦ κατ' ἀξίαν ἀπονεμητικός· καὶ ὅμως αὐτὸν οὐ παραδέχονται. Τὸ δὲ αἴτιον ἡ ἀργία· ἐπεὶ οὐδεὶς νοῦν ἔχων, ἐκεῖνον δέχεται. Καὶ γὰρ καὶ ἐν Ἕλλησιν οἱ τὴν ἡδονὴν ὁριζόμενοι, τέλος εἶναί φασιν, ἐκεῖνοι αὐτὸν ἐδέξαντο· οἱ δὲ τὴν ἀρετὴν ἀγαπήσαντες, οὐκέτι, ἀλλ' ἐξέβαλον ὡς ἄλογον. Εἰ δὲ ἐν Ἕλλησι τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον [b] καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ οὕτω. Θέα δέ μοι πῶς δύο ἐναντία κατεσκεύασεν ὁ E διάβολος· ἵνα γὰρ ἀμελῶμεν [c] ἀρετῆς, καὶ ἵνα θεραπεύωμεν δαίμονας, τὴν ἀνάγκην εἰσήγαγεν, καὶ δι' ἑκατέρων ἀμφότερα ἔπεισε. Τίνα οὖν δυνήσεται λόγον δοῦναι ὁ διαπιστῶν πράγματι οὕτω θαυμαστῷ, καὶ τοῖς ἐκεῖνα ληροῦσι πειθόμενος; Μὴ τοίνυν μηδὲ αὕτη σε ἡ παραμυθία τρεφέτω, ὡς τεύξῃ συγγνώμης· ἀλλὰ συστρέψαντες ἑαυτοὺς, διεγείρωμεν πρὸς ἀρε-
F τὴν, καὶ ζήσωμεν ἀληθῶς τῷ Θεῷ, ἐν Χριστῷ, καὶ τὰ ἑξῆς.

b [καί et mox οὕτω om. A.]

c [Ediderat Montf. ἀρετῆς, τὴν ἀνάγκην εἰσήγαγεν ὁ διάβολος, καὶ ἵνα θεραπεύωμεν δαίμονας προθύμως, διὰ δύο ἐναντίων ἔπεισε, ἵνα θεραπεύωμεν δαίμονας, καὶ δι' ἑκατ. Sic partim B. subsistens tamen in verbis ἐναντίων καὶ (sic) ἔπεισε. Nos secuti sumus A. et Savilium.]

ΟΜΙΛΙΑ γ'.

A

Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. Καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ B κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας.

Τήμερον ἀποδοῦναι ἀναγκαῖον τὸ ὄφλημα, ὅπερ χθὲς ἀνεβαλόμην, ὥστε ἀκμαζούσαις ὑμῶν προσβαλεῖν ταῖς διανοίαις. Περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ ἀξίας διαλεγόμενος ὁ Παῦλος [a] ταῦτά φησιν, ὥσπερ καὶ ἀπεδείξαμεν· Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. Τίνος οὖν αὐτὸν οἴει λέγειν εἰκόνα εἶναι; Εἰ μὲν τοῦ Θεοῦ, καλῶς· Θεὸς γὰρ καὶ Θεοῦ Υἱός· Θεοῦ δὲ εἰκὼν τὸ C ἀπαράλλακτον δείκνυσιν· οὐκοῦν ἀπαράλλακτος κατὰ τοῦτο· εἰ δὲ ἀνθρώπου, εἰπὲ, καὶ ὡς μαινομένου λοιπὸν ἀποστήσομαι. Διὰ τί δὲ μηδαμοῦ μήτε εἰκὼν, μήτε υἱὸς, ἄγγελος κέκληται, ἀλλ' ἄνθρωπος ἀμφότερα; Διὰ τί; Ὅτι ἐκεῖ μὲν τὸ τῆς φύσεως [b] ἀνηρμένον ταχέως ἂν τοὺς πολλοὺς εἰς ταύτην τὴν ἀσέβειαν ἐνέβαλεν· ἐνταῦθα δὲ τὸ εὐτελὲς καὶ ταπεινὸν ἐγγυᾶται τὴν ἀσφάλειαν, καὶ οὐδὲ βουλομένους ἀφίησιν ὑποπτεῦσαί τι τοιοῦτον, καὶ καταγαγεῖν τὸν λόγον κάτω. Διὰ τοῦτο ἔνθα μὲν ἦν πολλὴ ταπεινότης, D θαῤῥούντως ἡ Γραφὴ τίθησι τὴν τιμήν· ἔνθα δὲ μείζων ἡ φύσις, οὐκέτι. Ἀλλ', Εἰκὼν τοῦ ἀοράτου, φησίν. Οὐκοῦν εἰ ἐκεῖνος ἀόρατος, καὶ αὕτη ὁμοίως ἀόρατος, ἐπεὶ οὐδ' ἂν εἰκὼν εἴη. Τὴν γὰρ εἰκόνα, καθό ἐστιν εἰκὼν, καὶ παρ' ἡμῖν ἀπαράλλακτον δεῖ εἶναι, [*] οἷον τῶν χαρακτήρων καὶ τῆς ὁμοιώσεως. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐδαμῶς τοῦτο δυνατόν· τέχνη γάρ ἐστιν ἀνθρωπίνη ἡ πολλαχοῦ διαπίπτουσα, μᾶλλον δὲ πανταχοῦ, ἐὰν τὰ τῆς ἀκριβείας ζητῇς· ἔνθα δὲ ὁ E Θεὸς, οὐδαμοῦ σφάλλεται, οὐδὲ διάπτωσίς τις γίνεται. Εἰ δὲ κτίσμα, πῶς εἰκὼν τοῦ κτίσαντος; οὐδὲ γὰρ ἵππος [c] ἀνθρώπου εἰκών. Εἰ μὴ τὸ ἀπαράλλακτον τοῦ ἀοράτου δηλοῖ ἡ εἰκὼν, τί κωλύει καὶ ἀγγέλους εἰκόνα εἶναι; καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἀόρατοι, ἀλλ' οὐχ

[a] [A. et marg. Savil. ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ, οὕτω καὶ ἐνταῦθά φησι. Mox B., Comm. et marg. Savil. τίνος οὖν βούλει εἰκόνα εἶναι; τοῦ Θεοῦ; οὐκοῦν ἀπαρ. ὁ ὑπερμεγέθης. εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀνθρώπου εἰκὼν, εἰπὲ, καὶ λοιπὸν ὡς μ. ἀπ. εἰ δὲ ὡς Θεὸς καὶ Θεοῦ υἱὸς, Θεοῦ εἰκὼν τὸ ἀπαρ. δείκνυσι. διὰ τί [illegible]]

[b] [ἀνηγμένον A. B. et marg. Savil.]

[*] [*Leg.* οἷον ἐπί. Dunæus.]

[c] [Fort. Θεοῦ.]

HOMILIA III.

Cap. I. v. 15. *Qui est imago Dei invisibilis primogenitus omnis creaturæ:* 16. *quoniam in ipso condita sunt universa, in cælis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni sive Dominationes, sive Principatus sive Potestates; omnia per ipsum, et in ipso creata sunt.* 17. *Et ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant :* 18. *et ipse est caput corporis Ecclesiæ.*

1. Hodie necesse est reddere debitum, quod heri distuli, ut id discendi cupidis animis vestris et cogitationibus subjiciam. De Filii dignitate disserens Paulus hæc dicit, sicut etiam ostendimus : *Qui est imago Dei invisibilis.* Cujus ergo vis eum esse imaginem? Si Dei quidem, pulchre; Deus enim est et Dei Filius; Dei autem imago perfectam similitudinem ostendit : ergo secundum hoc æqualis est : si autem imago hominis, dic mihi, et a te tamquam ab insano discedam. Cur autem nusquam neque imago, neque filius appellatus est angelus, sed homo utrumque? Quare? Quoniam illic quidem naturæ sublimitas cito multos injecisset in hanc impietatem : hic autem vilitas et abjectio spondet rem fore in tuto, et ne volentes quidem sinit tale quid suspicari, et sermonem deprimere. Propterea ubi multa quidem erat humilitas, confidenter Scriptura ponit honorem : ubi autem major est natura, non item. Sed *Imago est invisibilis*, inquit. Ergo, si ille est invisibilis, est ipsa quoque invisibilis, et similiter invisibilis; alioquin imago non esset. Nam imaginem, quatenus est imago, etiam apud nos oportet esse æqualem, et a characteribus et similitudine. Sed hic quidem hoc nequaquam potest fieri; ars enim humana sæpe non assequitur, imo vero numquam, si accurate examines : ubi autem est Deus, numquam excidit et aberrat, neque ullus umquam est lapsus. Si autem est creatura, quomodo est ram. imago ejus qui creavit? neque enim equus est imago hominis. Si ejus qui est invisibilis similitu-

dinem non ostendit imago, quid prohibet etiam angelos esse imaginem? nam ipsi quoque sunt invisibiles, sed non sibiipsis : atque anima est invisibilis; sed quatenus invisibilis, propterea est quodammodo imago; at non sicut ipse est. *Primogenitus omnis creaturæ.*

2. Quid vero, inquit? ecce est creatus? Unde, dic quæso? Quoniam dixit, *Primogenitus.* Atqui non dixit, Primocreatus, sed *Primogenitus.* Deinde si quia primogenitus est, illum creatum dixeris, quid dices quando illum audieris fratrem vocari? Etenim fratrem illum vocat Scriptura secundum omnia nobis assimilatum. Ergo ne ideo illum Creatorem esse negabimus, et nec dignitate neque alio quopiam nobis anteponere dignabimur? ecquis mente valens hoc dixerit? Nam illud, *Primogenitus,* non dignitatem et honorem, sed tempus tantum exprimit. Si ergo primogenitus nihil plus habet quam nos; atque hac ratione primogenitus est omnium, consubstantialis erit Deus Verbum lapidibus, lignis et reliquis: nam ait, *Primogenitus omnis creaturæ.* At primogenitus, inquies, dictus est; ergo creatus est. Bene quidem, si res ita se haberet, et nisi alia similia haberet, ut *Primogenitus ex mortuis,* et, *Primogenitus in multis fratribus.* Dic quæso, primogenitus ex mortuis quid significat? Non quod primus resurrexit, dices : non enim dixit simpliciter quorumdam mortuorum, sed, Primogenitus ex mortuis : neque dixit eum primum esse mortuum, sed primogenitum surrexisse ex mortuis. Quamobrem nihil aliud significat, quam eum fuisse primitias resurrectionis a mortuis. Ergo nec hic aliquid probatur. Deinde aggreditur ipsum dogma. Nam ne existimarent eum esse recentiorem eo quod olim quidem adduceretur per angelos, nunc autem per ipsum; ostendit primum eos nihil potuisse; non enim ipse eduxisset e tenebris : secundum autem, quod sit ante ipsos. Quod autem sit ante ipsos, hoc probat argumento, quod ipsi per eum sint creati : *Quoniam in ipso,* inquit, *condita sunt*

Col. 1. 18. Rom. 8. 29.

ἑαυτοῖς· [c] καὶ ψυχὴ ἀόρατος· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀόρατος, ἁπλῶς διὰ τοῦτο εἰκών, [εἰ] καὶ μὴ οὕτως, ὥσπερ F αὐτός. Πρωτότοκος πάσης κτίσεως.

Τί οὖν, φησίν; ἰδοὺ ἔκτισται; Πόθεν, εἰπέ μοι; Ἐπειδὴ, Πρωτότοκος, εἶπε. Καὶ μὴν οὐ, πρωτόκτιστος, εἶπεν, ἀλλὰ, Πρωτότοκος. Ἔπειτα [d] εἰ διὰ τὸ 341 πρωτότοκον λέγεσθαι, ἐκτίσθαι αὐτὸν φῇς, τί εἴπῃς, A ὅταν ἀδελφὸν αὐτὸν [a] ἀκούσητε λεγόμενον; Καὶ γὰρ ἀδελφὸν αὐτὸν καλεῖ ἡ Γραφὴ κατὰ πάντα ἡμῖν ὁμοιωθέντα. Ἆρα οὖν διὰ τοῦτο καὶ τὸ εἶναι αὐτὸν δημιουργὸν ἀφαιρήσομεν, καὶ οὔτε ἀξιώματι, οὔτε ἄλλῳ τινὶ προέχειν ἡμῶν ἀξιώσομεν; καὶ τίς ἂν τοῦτο [b] τῶν νοῦν ἐχόντων εἴποι; Τὸ γὰρ, Πρωτότοκος, οὐχὶ ἀξίας καὶ τιμῆς, ἀλλὰ χρόνου μόνον ἐστὶ σημαντικόν. Ἂν τοίνυν πλέον ἡμῶν οὐδὲν ἔχῃ, τάχα κατὰ τοῦτον τὸν λόγον πάντων ἐστὶ πρωτότοκος, καὶ ὁμοούσιος ἔσται ὁ Θεὸς Λόγος καὶ λίθων καὶ ξύλων B καὶ τῶν λοιπῶν· Πρωτότοκος γὰρ, φησὶ, πάσης κτίσεως. Ἀλλὰ πρωτότοκος εἴρηται, φησίν· οὐκοῦν ἔκτισται. Καλῶς, ἐὰν τοῦτο ᾖ, καὶ μὴ ἀδελφά τινα ἔχῃ καὶ ἄλλα, οἷον τὸ, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Τὸ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, τίνος ἐστὶ δηλωτικὸν, εἰπέ μοι; Οὐ γὰρ τοῦ, ὅτι πρῶτος ἀνέστη, ἐρεῖς· οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς νεκρῶν, ἀλλὰ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν· οὐδὲ ὅτι ἀπέθανε πρῶτος, ἀλλ' ὅτι πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνέστη. Ὥστε οὐδὲν ἕτερον δηλοῖ, ἢ τοῦτο, ὅτι τῆς C ἀναστάσεως ἀπαρχὴ γέγονεν. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐνταῦθα. Εἶτα λοιπὸν ἐμβαίνει εἰς τὸ δόγμα αὐτό. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσι νεώτερον αὐτὸν εἶναι, διὰ τὸ πάλαι μὲν δι' ἀγγέλων προσάγεσθαι, νῦν δὲ δι' αὐτοῦ, δείκνυσι πρῶτον, ὅτι οὐδὲν ἴσχυσαν ἐκεῖνοι· οὐ γὰρ ἂν ἀπὸ σκότους [c] οὗτος ἤγαγε· δεύτερον, ὅτι καὶ πρὸ αὐτῶν ἐστι. Καὶ σημεῖον ποιεῖται τοῦ πρὸ αὐτῶν εἶναι, τὸ δι' αὐτοῦ αὐτοὺς ἐκτίσθαι· Ὅτι ἐν αὐτῷ, φησὶν, ἐκτίσθη τὰ πάντα. Τί λέγουσιν ἐνταῦθα οἱ τὰ Παύλου [d] τοῦ Σαμοσατέως φρονοῦντες; Ὅτι τὰ πάντα ἐν D αὐτῷ γέγονεν. Ἰδοὺ γὰρ εἴρηται, Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτί-

c [B. et Commel. ἀλλὰ ψυχὴ, ut legerat quoque Int. Sic fere illi totum locum capiunt : ἀλλὰ καὶ ψυχὴ ἀόρατος· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀόρατος, ἁπλῶς, διὰ τοῦτο εἰκών; καὶ μὴ, οὕτως ὥσπερ αὐτὸς, καὶ ἄγγελοι εἰκόνες; (sic legunt B. et Comm.) *Sed anima quoque est invisibilis : an propterea est imago? anne etiam angeli imagines, sicut Christus?* In recepta lectione inclusimus εἰ.]

d Hic in multis variabat Gentiani Herveti interpretatio, qui Codicem Regium in multis deficientem sequutus esse videtur.

a [A. ἀκούσητε. Edebatur ἀκούσῃ solœce.]

b [A. τῶν νοῦν ἐχόντων. Aberat articulus. Mox idem οὐδὲ τιμῆς, et subjungit cum B. et Commel. οὐδὲ ἄλλου οὐδενὸς, ἀλλά. Sequentia hi duo multa cum varietate exhibent.]

c [οὗτος ἐρρύσατο A. et marg. Savil.]

d Codex Regius [et marg. Savil.] sic habet, τοῦ Σαμοσατέως φρονοῦντες; τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπερ ἀμφισβητούμενον ἦν, πρῶτον τέθεικε, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. εἶτα, φησὶ, καὶ τὰ ὁρατὰ καὶ ἀόρατα· [inserit Dunæus ἀόρατα,] οἷον ψυχὴ ἐν οὐρανῷ γέγονεν· ὁρατὰ, οἷον οἱ ἄνθρωποι, ὁ Ἠλίας, ὁ Παῦλος. εἴτε θρόνοι, φησὶν, εἴτε κυριότητες. Quam lectionem sequutus fuerat Gentianus Hervetus interpres. [Mox A. τὰ πάντα ἐν οὐρανῷ γ.]

σθη τὰ πάντα. Ἀλλὰ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς εἶπεν. Ὅπερ ἀμφισβητούμενον ἦν, πρῶτον τέθεικεν. Εἶτα ἐπάγει, Τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, ἀόρατα τὴν ψυχὴν λέγων, ὁρατὰ πάντας ἀνθρώπους. Καὶ τὸ μὲν ὁμολογούμενον ἀφίησι, τὸ δὲ ἀμφιβαλλόμενον τίθησιν. Εἶτά φησιν, Εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι. Τὸ, Εἴτε, τοῦ παντὸς περιληπτικόν ἐστι. Τὸ δὲ Πνεῦμα οὐ μετὰ τῶν ἐξουσιῶν ἀριθμοῦντος, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν μειζόνων καὶ τὰ ἐλάττω δεικνύντος ἐστί. Τὰ πάντα, φησὶ, δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. Ἰδοὺ τὸ, Ἐν αὐτῷ, δι' αὐτοῦ E ἐστιν. Εἰπὼν γὰρ, Ἐν αὐτῷ, ἐπήγαγε, Δι' αὐτοῦ. Τὸ δὲ, Εἰς αὐτὸν, τί ἐστι; Τουτέστιν, εἰς αὐτὸν κρέμαται ἡ πάντων ὑπόστασις. Οὐ μόνον αὐτὸς αὐτὰ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐτὰ συγκρατεῖ νῦν· Ὥστε ἂν ἀποσπασθῇ τῆς αὐτοῦ προνοίας, ἀπώλωλε καὶ διέφθαρται. Ἀλλ' οὐκ εἶπε, διακρατεῖ, ὅπερ ἦν παχύτερον, ἀλλὰ τὸ λεπτότερον, ὅτι εἰς αὐτὸν κρέμαται. Μόνον γὰρ τὸ πρὸς αὐτὸν νεύειν, ἱκανὸν διακρατῆσαι καὶ συσφίγξαι. Οὕτω καὶ F τὸ, Πρωτότοκος, ὡς θεμέλιος λέγεται. Τοῦτο δὲ οὐ 341 τὸ ὁμοούσιον τῶν κτισμάτων, ἀλλὰ τὸ δι' αὐτοῦ A [a] πάντα εἶναι, καὶ ἐν αὐτῷ δηλοῖ. Οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ ὅταν λέγῃ, Θεμέλιον τέθεικα, οὐ περὶ τῆς οὐσίας φησὶν, ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς ὑπηρέτην εἶναι αὐτὸν, φησὶν, αὐτὸν αὐτὰ διακρατεῖν, ὅπερ οὐχ ἧττον τοῦ ποιῆσαί ἐστι. Καίτοι ἐφ' ἡμῶν καὶ μεῖζον· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἡ τέχνη εἰσάγει, τοῦτο δὲ οὐκέτι· οὐδὲ γὰρ φθειρόμενον κατέχει. Καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, φησί. Τοῦτο Θεῷ ἁρμόζον. Ποῦ Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς; Καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε· τουτέστιν, εἰς αὐτὸν ἔκτισται. Συνεχῶς αὐτὰ στρέφει, B τῇ συνεχείᾳ τῶν ῥημάτων καθάπερ [b] πυκναῖς τισι πληγαῖς πρόῤῥιζον ἀνασπῶν τὸ δόγμα τὸ ὀλέθριον. Εἰ γὰρ καὶ τοσαῦτα εἴρηται, καὶ μετὰ τοσοῦτον χρόνον ἀνέφυ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, πόσῳ μᾶλλον, εἰ μὴ ταῦτα προείρητο; Καὶ τὰ πάντα, φησὶν, ἐν αὐτῷ συνέστηκε. Πῶς συνέστηκεν ἐν τῷ οὐκ ὄντι; Ὥστε καὶ τὰ δι' ἀγγέλων αὐτοῦ ἐστι. Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας. Εἰπὼν περὶ τῆς ἀξίας, λέγει λοιπὸν καὶ περὶ τῆς φιλανθρωπίας· Αὐ- C τός ἐστι, φησὶν, ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλη-

omnia. Quid hic dicunt asseclæ Pauli Samosateni? Omnia in ipso facta esse: dictum enim est, *In ipso condita sunt omnia*. Sed quæ sunt in cælis et quæ sunt in terra dixit. De quo erat quæstio hoc primo ponit. Deinde subjungit, *Visibilia et invisibilia*. Invisibilia animam dicit, visibilia, omnes homines. Et quod in confesso est, relinquit; ponit autem id de quo dubitatur. *Sive Throni*, inquit, *sive Dominationes*, *sive Principatus*, *sive Potestates*. Illud, *sive*, comprehendit universum. Spiritus autem non numeratur cum Potestatibus, sed a majori ad minora ostendenda proceditur. *Omnia*, inquit, *per ipsum*, *et in ipso creata sunt*. Ecce illud, *In ipso*, est per ipsum: nam cum dixisset, *In ipso*, subjunxit, *Per ipsum*. Illud autem, *In ipso*, quid est? Hoc est, in ipsum pendet omnium substantia. Non solum ipse ea ex nihilo ad hoc ut essent deduxit, sed ipse quoque ea nunc continet: quamobrem si essent divulsa ab ejus providentia, interiissent. Sed non dixit, Continet, quod erat crassius; sed, quod est subtilius, In ipsum pendet. Solum ad eum annuere et inclinari, sufficit ad continendum et constringendum. Sic etiam, *Primogenitus*, tamquam fundamentum dicitur. Hoc autem non significat creaturas esse ejusdem essentiæ, sed in ipso esse omnia, et per ipsum. Nam alibi quoque, quando dicit, *Fundamentum posui*, non dicit de essentia, sed de operatione. Nam ne existimes ipsum esse ministrum, dicit ipsum ea continere: quod non est minus quam fecisse. Quamquam in nobis est etiam majus: nam illud quidem ars inducit, hoc vero nequaquam; neque enim continet quod interit. *Et ipse est ante omnes*, inquit. Hoc est Deo conveniens. Ubi est Paulus Samosatenus? *Et omnia in ipso constant*: hoc est, In ipsum sunt condita. Assidue eadem versat, verborum continuatione, tamquam crebris quibusdem ictibus, perniciosum dogma evertens radicitus. Nam si et tam multa dicta sunt, et post tantum tempus exortus est Paulus Samosatenus; quanto magis, si hæc non fuissent prædicta? *Et omnia*, inquit, *in eo constant*. Quomodo constant in eo qui non est? Quamobrem et quæ per angelos fiunt, ejus sunt. *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ*. Postquam dixerat de dignitate, deinceps dicit de benignitate: *Ipse est*, inquit, *caput corporis Ecclesiæ*. Non dixit autem, Plenitudinis, idem quidem signifi-

Paulus Samosatenus.

1. Cor. 3. 10.

[a] [A. πάντα γεγονέναι, καὶ ἐν αὐτῷ εἶναι. B. πάντα εἶναι, καὶ ἐν αὐτῷ φέρεσθαι.]

[b] [πυκναῖς A. B. et marg. Savil.; συχναῖς Edd.]

cans, sed volens ostendere eum nobis esse conjunctiorem, quod qui et sic est supra et superior omnibus, iis se conjunxit qui sunt infra omnia. Ubique enim primus est : supra primus, in Ecclesia primus ; est enim caput; in resurrectione primus. Hoc enim sibi vult illud, *Ut sit ipse primus.*

3. Quamobrem in generatione quoque est primus. Et hoc est quod Paulus maxime studet ostendere. Nam si hoc fuerit probatum, quod esset ante omnes angelos ; illud quoque simul infertur, quæ erant illorum opera ipsum fecisse imperantem. Et quod est admirabile, in posteriori generatione contendit ipsum primum ostendere. Quamquam alibi primum dicit Adam, sicut est re vera ; sed accepit Ecclesiam pro universo genere hominum. Est enim Ecclesiæ primus; et hominum quidem tamquam creationis primus est secundum carnem : et propterea hic ponit primogenitum. Quid est hic primogenitus ? Qui primus est creatus, aut qui resurrexit ante omnes ; sicut et illic, Qui est ante omnes. Et hic quidem posuit primitias, dicens : *Qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens;* ostendens quod alii quoque sunt ejusmodi : illic autem non est primitiæ creaturæ. Et illic quidem est, *Imago Dei invisibilis*, et tunc, *Primogenitus.* 19. *Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare,* 20. *et per eum reconciliare omnia in ipso ; pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt.* Quæcumque, inquit, sunt Patris, ea quoque sunt Filii, idque majori studio, quod et fuerit mortuus, et nobis seipsum conjunxerit. Primitias autem dixit tamquam de fructu aliquo. Non dixit, Resurrectio, sed, Primitiæ ; ostendens quod nos omnes sanctificarit, et tamquam sacrificium obtulerit. Plenitudinem de divinitate dixit, sicut
Joan. 1. 16. dicebat Joannes : *De plenitudine ejus nos omnes accepimus.* Hoc est, Sive Filius erat, sive Verbum, illic habitavit, non operatio aliqua, sed essentia. Non potest ullam dicere causam, nisi Dei voluntatem : hoc enim est, *In ipso complacuit, et per eum omnia reconciliare in ipso.* Ne existimes quod servi partes susceperit, *In seipso*, inquit. Atqui alibi dicit quod Deo reconciliet,

σίας. Οὐκ εἶπε, τοῦ πληρώματος, αὐτὸ μὲν τοῦτο καὶ οὕτω δηλῶν, θέλων δὲ ἡμῖν οἰκειότερον δεῖξαι αὐτὸν, ὅτι ὁ οὕτως ἄνω καὶ πάντων ἀνώτερος, τοῖς κάτω ἑαυτὸν συνῆψε. Πανταχοῦ γάρ ἐστι πρῶτος· ἄνω πρῶτος, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτος· κεφαλὴ γάρ ἐστιν· ἐν τῇ ἀναστάσει πρῶτος. Τοῦτο γάρ ἐστιν, Ἵνα γένηται αὐτὸς πρωτεύων.

Ὥστε καὶ ἐν γενέσει πρῶτος. Καὶ τοῦτό ἐστι μά-
D λιστα τὸ σπουδαζόμενον τῷ Παύλῳ δεῖξαι. Ἂν γὰρ τοῦτο κατασκευασθῇ, ὅτι πρὸ πάντων ἦν τῶν ἀγγέλων, κἀκεῖνο συνεισάγεται, ὅτι τὰ ἐκείνων αὐτὸς ἐποίει ἐπιτάττων. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ἐν τῇ ὑστέρᾳ γενέσει ἐφιλονείκησε πρῶτον αὐτὸν δεῖξαι. Καίτοι γε ἀλλαχοῦ πρῶτόν φησι τὸν Ἀδὰμ, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν· ἀλλὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἔλαβεν ἀντὶ τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους. Τῆς γὰρ Ἐκκλησίας πρῶτός ἐστι, καὶ τῶν μὲν ἀνθρώπων, [c] καθάπερ τῆς κτίσεως, πρῶτος κατὰ
E σάρκα· καὶ διὰ τοῦτο ἐνταῦθα τὸν πρωτότοκον τίθησι. Τί ἐστιν ἐνταῦθα ὁ πρωτότοκος; Ὁ πρῶτος κτισθεὶς, ἢ πρὸ πάντων ἀναστὰς, ὥσπερ καὶ ἐκεῖ, ὁ πρὸ πάντων ὤν. Καὶ ἐνταῦθα μὲν ἀπαρχὴν τέθεικεν εἰπών· Ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων· δεικνὺς ὅτι καὶ οἱ ἄλλοι τοιοῦτοι· ἐκεῖ δὲ οὐκ ἀπαρχὴ τῆς κτίσεως. [d] Καὶ ἐκεῖ μὲν, Εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ τότε τὸ, Πρωτότοκος. Ὅτι ἐν αὐτῷ ηὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ
F πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὅσα τοῦ Πατρὸς, φησὶ, ταῦτα καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ μετὰ πλείονος σπουδῆς, ὅτι καὶ νεκρὸς γέγονε, καὶ ἥνωσεν ἑαυτὸν ἡμῖν. Ἀπαρχὴν δὲ εἶπε, καθάπερ
316 ἐπὶ καρποῦ τινος. Οὐκ εἶπεν, ἀνάστασις, ἀλλὰ, ἀπαρ-
A χὴ, δεικνὺς ὅτι πάντας ἡμᾶς ἡγίασε, καὶ ὥσπερ θυσίαν προσήνεγκε. Τὸ πλήρωμα περὶ τῆς θεότητος εἴρηκε, καθάπερ ὁ Ἰωάννης ἔλεγεν· Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. Τουτέστιν, εἴτε ἦν ὁ Υἱὸς, εἴτε ὁ Λόγος, ἐκεῖ ᾤκησεν οὐχὶ ἐνέργειά τις, ἀλλ' οὐσία. Οὐκ ἔχει αἰτίαν εἰπεῖν οὐδεμίαν, ἀλλὰ τὴν θέλησιν τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὅτι Ἐν αὐτῷ ηὐδόκησε. Καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν. Ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι ὑπηρέτου τάξιν ἀνέλα-
B βεν, εἰς ἑαυτὸν, φησί. Καὶ μὴν ἀλλαχοῦ φησιν, ὅτι τῷ Θεῷ καταλλάττει, καθάπερ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ γράφων ἔλεγε. Καὶ καλῶς εἶπε, Δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι. Ἤδη γὰρ ἦσαν κατηλλαγμένοι, ἀλλὰ τελείως ἔδει, καὶ ὥστε μηκέτι ἐχθραίνειν αὐτῷ. Πῶς

[c] [A. [illegible] ... διὰ τοῦτο καὶ ὧδε κἀκεῖ [illegible] ... ἐνταῦθα ὁ πρὸ πάντων ὤν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀπαρχὴν τέθ.]

[d] [Subjungit A. ἀλλὰ πρωτότοκος μόνον· καὶ οὐδὲ τοῦτο προηγούμενον, ἀλλ' εἰπὼν, ὅς ἐστιν εἰκών....]

δὲ γίνεται τοῦτο, διασαφεῖ λοιπὸν, οὐ μόνον τὴν καταλλαγὴν, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τῆς καταλλαγῆς ἀναγγέλλων. Εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ. Τὸ μὲν τὴν ἔχθραν δείκνυσι τὸ καταλλάξαι· τὸ δὲ τὸν πόλεμον, [a] τὸ Εἰρηνοποιήσας. Διὰ τοῦ αἵματος, C φησὶ, τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ δι' αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς. Μέγα μὲν τὸ καταλλάξαι, τὸ δὲ καὶ δι' αὐτοῦ, μεῖζον· καὶ τὸ τούτου μεῖζον, τὸ διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ· καὶ οὐχ ἁπλῶς αἵματος, ἀλλὰ τὸ τούτου μεῖζον, διὰ τοῦ σταυροῦ. Ὥστε πέντε ἐστὶ τὰ θαυμαστὰ, τῷ Θεῷ κατήλλαξε, δι' αὐτοῦ, διὰ θανάτου, διὰ σταυροῦ. Βαβαὶ, πῶς ἀνέμιξε πάλιν; Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς ἓν εἶναι, μηδὲ τὸν σταυρὸν εἶναί τι καθ' ἑαυτὸ, λέγει, Δι' ἑαυτοῦ. Πῶς οἶδε μέγα τοῦτο D ὄν; Ὅτι οὐ ῥήματα εἰπὼν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκδοὺς ὑπὲρ τῆς καταλλαγῆς, οὕτως ἅπαντα εἰργάσατο. Τί δέ ἐστι, Τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰκότως· ἔχθρας γὰρ ἐμπέπληστο, καὶ εἰς πολλὰ διῄρητο· καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕκαστος ἡμῶν διεστασίαζε, καὶ πρὸς τοὺς πολλούς· τὰ δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς πῶς εἰρηνοποίησε; καὶ ἐκεῖ πόλεμος ἦν καὶ μάχη; καὶ πῶς εὐχόμεθα λέγοντες, Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς; τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Ἀπέσχιστο ἡ γῆ τοῦ οὐρανοῦ, ἐκπεπολεμωμένοι ἦσαν οἱ ἄγγελοι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, τὸν Δεσπότην ὁρῶντες τὸν αὐτῶν E ὑβριζόμενον. Ἀνακεφαλαιώσασθαί φησι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Πῶς; Τὰ μὲν ἐν τοῖς οὐρανοῖς οὕτω· μετέστησεν ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀνήγαγεν αὐτοῖς τὸν ἐχθρὸν, τὸν μισούμενον. Οὐ μόνον τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐποίησεν εἰρηνεύειν, ἀλλ' ἀνήγαγεν αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς, τὸν ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Τοῦτο εἰρήνη βαθεῖα. Ἄγγελοι πάλιν ἐπὶ γῆς ἐφαίνοντο λοιπὸν, ἐπειδὴ καὶ ἄνθρωπος ἐν οὐρανῷ ἐφάνη. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ F Παύλου τούτου τε ἕνεκεν γεγενῆσθαι, καὶ τοῦ δεῖξαι ὅτι καὶ ὁ Υἱὸς ἐκεῖ ἀνελήφθη. Ἐν μὲν γὰρ τῇ γῇ διπλῆ ἡ εἰρήνη, καὶ πρὸς τὰ ἐπουράνια, καὶ πρὸς ἑαυτά· ἐν δὲ τοῖς οὐρανοῖς ἁπλῆ. Εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαίρουσιν οἱ ἄγγελοι, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοσούτοις. Ταῦτα πάντα ἡ τοῦ Θεοῦ ἰσχὺς κατώρθωσε. Τί οὖν ἀγγέλοις θαῤῥεῖτε, φησί; Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχουσιν ἐκεῖνοι προσάγειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ 347 A ἐκπεπολεμωμένοι ἦσαν ποτὲ, καὶ, εἰ μὴ ὁ Θεὸς αὐτὸς ὑμᾶς ἐκείνοις κατήλλαξεν, οὐχ ἂν εἰρηνεύσατε. Τί τοίνυν ἐκείνοις προστρέχετε; Βούλει μαθεῖν τῶν ἀγγέλων τὸ μῖσος ὅσον εἶχον πρὸς ἡμᾶς, καὶ πῶς ἀπεστρέφοντο ἀεί; Εἰς τιμωρίαν ἐπέμποντο ἐπὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ, ἐπὶ τῶν Σοδομιτῶν, ἐπὶ τῆς κοιλάδος τοῦ κλαυθμῶνος. Ἀλλ' οὐ νῦν· ἀλλ' ἐξ ἐναν-

[a] [Hæc, τὸ εἰρηνοποιήσας, om. A. et B.]

sicut in Epistola ad Corinthios scribens, dicebat. 2. Cor. 15. Recte autem dixit, *Per eum reconciliare*. Jam enim erant reconciliati, sed perfecte oportebat, ut non essent amplius ei inimici. Quomodo id fiat, declarat postea. Non enim data est solum reconciliatio, sed etiam modus reconciliationis. *Pacificans per sanguinem crucis ejus*. Inimicitias quidem ostendit illud, *Reconciliare;* bellum autem illud, *Pacificans. Per sanguinem*, inquit, *crucis ejus in ipso, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt*. Magnum quidem est reconciliare; per ipsum autem, majus; et eo majus est, per sanguinem ejus. Et non solum per sanguinem, sed quod est eo majus, per crucem. Quamobrem quinque sunt admirabilia, Deo reconciliavit, per seipsum, per mortem, per crucem. Papæ! quomodo rursus miscuit! Nam ne existimares unum esse, neque crucem esse aliquid per se, dicit, *Per seipsum*. Quomodo novit hoc esse magnum? Cum non verbis, sed seipso dato pro reconciliatione, sic omnia effecit. Quid est autem illud, *Quæ in cœlis?* nam quæ in terra quidem sunt, merito; repleta enim erat inimicitiis, et divisa erat in multa, et unusquisque nostrum secum dissidebat et cum multis: quæ autem sunt in cælis quomodo pacificavit? illic quoque erat bellum et pugna? et quomodo oramus dicentes, *Fiat voluntas tua sicut in cœlo* Matth. 6. 10. *et in terra?* quid ergo est? Abscissa erat terra a cælo, bellum gerebant angeli adversus homines, videntes suum Dominum probro et contumelia affectum. Dicit omnia instaurari in Christo, quæ sunt in cælis, et quæ sunt in terra. Quomodo? Ephes. 1. 10. Ea quæ sunt in cælo sic: transtulit illuc hominem, inimicum, exosum ei reconciliavit. Non solum quæ sunt in terra fecit pacem agere, sed ad ipsos sustulit hostem et inimicum. Hoc pax profunda. Angeli rursus cernuntur in terra, quoniam homo quoque apparuit in cælo. Mihi autem videtur ea de causa fuisse raptus Paulus, et ut ostenderet quod Filius quoque illuc sit assumtus. Nam in terra pax est duplex, et cum cælestibus, et inter se; in cælis autem simplex. Nam si propter unum peccatorem pœnitentiam agentem lætantur angeli, multo magis propter tam multos. Hæc omnia effecit Dei virtus. Cur ergo, inquit, angelis confiditis? Tantum enim abest, ut illi vos adducant et accessum præbeant, ut etiam bellum gesserint, et nisi vos Deus ipse illis reconciliasset, pacem non habituri eratis. Quid ergo ad illos accurritis? Vis scire quantum angelo-

rum esset in nos odium, et quomodo nos semper aversabantur? Mittuntur ad supplicium adversus Israelitas, adversus David, adversus Sodomitas, in valle luctus. Sed non nunc; imo contra, in terra canebant valde lætantes; et hos deduxit ad ipsos, et homines illuc sustulit.

3. Et mihi contemplare rem mirandam. Hos primos huc deduxit; et tunc hominem ad eos sustulit: cælum facta est terra, quoniam quæ erant terræ, cælum erat suscepturum. Propter- Luc. 2. 14. ea gratias agentes dicimus: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, hominibus bona voluntas.* Ecce, inquit, apparuerunt etiam homines de cætero bene placentes. Quid est bene placitum? Reconciliatio: non est amplius cæ- Deut. 32. 8. in Græco. lum paries intermedius. Primo secundum numerum gentium erant angeli; nunc autem non secundum numerum gentium, sed secundum numerum fidelium. Unde hoc constat? Audi Chri- Matth. 18. 10. stum dicentem: *Videte ne despiciatis unum ex istis pusillis. Angeli enim eorum perpetuo vident faciem Patris mei qui est in cælis.* Unusquisque enim fidelis habet angelum: nam Angeli custodes. etiam ab initio unusquisque vir probus habe- Gen. 48. 16. bat angelum, sicut dicit Jacob: *Angelus qui pascit me et liberat me a juventute mea.* Si ergo habemus angelos, modeste nos geramus tamquam nobis adsint quidam pædagogi: nam adest etiam dæmon. Propterea oramus, et dicimus petentes angelum pacis, et ubique pacem petimus. Nihil enim potest ei æquiparari: in Ecclesiis pacem, in supplicationibus, in salutationibus; et semel et bis et ter, et sæpe eam dat is qui præest Ecclesiæ, dicens: *Pax vobis.* Quare? Quoniam ipsa est mater omnium bonorum, ipsa est gaudii materia et argumentum. Propterea Christus quoque apostolos domos ingredientes hoc jussit statim dicere tamquam aliquod bo- Matth. 10. 12. norum symbolum: *Intrantes*, inquit, *domos, dicite: Pax vobis.* Nam si ea non est, omnia sunt supervacanea. Et rursus dicebat discipu- Joan. 14. 27. lis: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Ipsa viam munit ad caritatem. Et non dicit qui præest Ecclesiæ, Pax vobis, solummodo, sed, *Pax omnibus.* Quid enim, si cum hoc qui- Verba quæ in Ecclesia dicebantur. dem pacem habeamus, cum illo autem bellum et pugnam, quid lucri referemus? Neque enim in corpore, si ex elementis alia quidem quiescant, alia vero seditionem agitent, fieri potest ut um-

τίας, ἐπὶ γῆς ᾖδον σφόδρα [a] χαίροντες· καὶ τούτους κατήγαγε πρὸς αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνήγαγεν ἐκεῖ.

B Καὶ θέα μοι τὸ παράδοξον. Τούτους πρώτους κατήγαγεν ὧδε, καὶ τότε τὸν ἄνθρωπον ἀνήγαγε πρὸς αὐτούς· οὐρανὸς ἡ γῆ γέγονεν, ἐπειδὴ τὰ τῆς γῆς ἔμελλεν οὐρανὸς δέχεσθαι. Διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦντες λέγομεν, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ἰδοὺ, φησὶ, καὶ ἄνθρωποι ἐφάνησαν εὐαρεστοῦντες λοιπόν. Τί ἐστιν, Εὐδοκία; Καταλλαγή· οὐκέτι μεσότοιχόν ἐστιν ὁ οὐρανός. Τὸ πρῶτον κατὰ ἀριθμὸν ἐθνῶν ἦσαν οἱ ἄγγελοι· νῦν δὲ οὐ κατὰ ἀριθμὸν ἐθνῶν, ἀλλὰ κατὰ ἀριθμὸν πιστῶν. Πό- C θεν δῆλον; Ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. Οἱ γὰρ ἄγγελοι αὐτῶν διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἕκαστος γὰρ πιστὸς ἄγγελον ἔχει, ἐπεὶ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἕκαστος ἀνὴρ τῶν εὐδοκίμων ἄγγελον εἶχε· καθώς φησιν ὁ Ἰακὼβ, Ὁ ἄγγελος ὁ τρέφων με, καὶ ὁ ῥυόμενός με ἐκ νεότητός μου. Εἰ τοίνυν ἀγγέλους ἔχομεν, νήφωμεν, καθάπερ παιδαγωγῶν τινων ἡμῖν παρόντων· πάρεστι γὰρ καὶ δαίμων. Διὰ τοῦτο εὐχόμεθα, καὶ λέγομεν αἰτοῦντες D τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης, καὶ πανταχοῦ εἰρήνην αἰτοῦμεν. Οὐδὲν γὰρ ταύτης ἴσον· ἐν ταῖς ἐκκλησίαις εἰρήνην, ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐν ταῖς λιταῖς, ἐν ταῖς προσρήσεσι· καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις αὐτὴν δίδωσιν ὁ τῆς Ἐκκλησίας προεστὼς, Εἰρήνη ὑμῖν, ἐπιλέγων. Διὰ τί; Ὅτι αὕτη μήτηρ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἐστιν, αὕτη τῆς χαρᾶς ὑπόθεσις. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς εἰσιοῦσιν εἰς τὰς οἰκίας τοῖς ἀποστόλοις τοῦτο λέγειν προσέταξεν εὐθέως, καθάπερ τι σύμβολον τῶν ἀγαθῶν· Εἰσερχόμενοι γὰρ, φησὶν, εἰς τὰς οἰκίας, E λέγετε, εἰρήνη ὑμῖν. Ταύτης γὰρ οὐκ οὔσης, πάντα περιττά. Καὶ πάλιν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν, Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. Αὕτη τῇ ἀγάπῃ προοδοποιεῖ. Καὶ οὐ λέγει ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς, εἰρήνη ὑμῖν ἁπλῶς, ἀλλ', Εἰρήνη πᾶσι. Τί γὰρ ὄφελος, ἂν μετὰ τοῦδε μὲν εἰρήνην ἔχωμεν, μεθ' ἑτέρου δὲ πόλεμον καὶ μάχην; τί τὸ κέρδος; Οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ σώματι, ἂν τὰ μὲν ἡσυχάζῃ τῶν στοιχείων, τὰ δὲ διαστασιάζῃ, δυνατὸν ὑγίειαν συνεστάναι ποτὲ, F ἀλλὰ διὰ τῆς ἁπάντων εὐταξίας καὶ συμφωνίας καὶ εἰρήνης· κἂν μὴ πάντα ἡσυχάζῃ, καὶ ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων μένῃ, πάντα ἀνατραπήσεται. Καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ δὲ τῇ ἡμετέρᾳ, ἐὰν μὴ πάντες ἡσυχάζωσιν οἱ

[a] [εἰρήνην inserit Dunæus ex Luca.]

λογισμοὶ, εἰρήνη οὐκ ἔσται. Τοσοῦτόν ἐστιν ἀγαθὸν ἡ εἰρήνη, ὡς υἱοὺς Θεοῦ καλεῖσθαι τοὺς αὐτῆς ποιητὰς καὶ δημιουργούς[a]· εἰκότως· ἐπεὶ καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τούτῳ ἦλθεν εἰς τὴν γῆν, εἰρηνοποιήσων τὰ ἐν τῇ γῇ, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Εἰ δὲ οἱ εἰρηνοποιοὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, οἱ νεωτεροποιοὶ υἱοὶ διαβόλου. Τί λέγεις; ἔρεις καὶ μάχας ἐμβάλλεις; Καὶ τίς οὕτως ἄθλιος, φησίν; Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ χαίροντες ἐπὶ τοῖς κακοῖς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ διασπῶντες μᾶλλον, ἢ οἱ στρατιῶται τῇ λόγχῃ διέτεμνον, ἢ οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς ἥλοις διέκοψαν. Ἐκεῖνο τούτου ἔλαττον τὸ κακόν· ἐκεῖνα διατμηθέντα τὰ μέλη πάλιν συνήφθη· ταῦτα δὲ ἀποσπασθέντα, ἂν ἐνθάδε μὴ συναφθῇ, οὐκέτι συναφθήσεται, ἀλλὰ μένει τοῦ πληρώματος ἔξω. Ὅταν βούλῃ τῷ ἀδελφῷ πολεμῆσαι, ἐννόησον ὅτι τοῖς μέλεσι τοῦ Χριστοῦ πολεμεῖς, καὶ παῦσαι τῆς μανίας. Τί γὰρ, εἰ ἀπεῤῥιμμένος ἐστὶν, εἰ εὐτελής; τί γὰρ, εἰ εὐκαταφρόνητος; Οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα, φησὶν, ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων· καὶ πάλιν, Οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὁ Θεὸς δι' αὐτὸν καὶ δοῦλος ἐγένετο, καὶ ἐσφάγη· σὺ δὲ οὐδὲν αὐτὸν εἶναι νομίζεις; Οὐκοῦν μάχῃ καὶ κατὰ τοῦτο τῷ Θεῷ, τὰς ἐναντίας αὐτῷ φέρων ψήφους. Ὅταν εἰσέλθῃ ὁ τῆς Ἐκκλησίας προεστὼς, εὐθέως λέγει· Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ὁμιλῇ, Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν εὐλογῇ, Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ἀσπάζεσθαι κελεύῃ, Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ἡ θυσία τελεσθῇ, Εἰρήνη πᾶσι[b]. Καὶ μεταξὺ πάλιν, Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, εἰ τοσαυτάκις ἀκούοντες εἰρήνην ἔχειν, ἐκπεπολεμώμεθα πρὸς ἀλλήλους, καὶ λαμβάνοντες, καὶ ἀντιδιδόντες, τῷ διδόντι τὴν εἰρήνην πολεμοῦμεν; Λέγεις, Καὶ τῷ πνεύματί σου, καὶ διαβάλλεις αὐτὸν ἔξω; Οἴμοι, ὅτι τὰ σεμνὰ τῆς Ἐκκλησίας, σχήματα [c]γέγονε πραγμάτων μόνον, ἀλλ' οὐκ ἀλήθειά τις· οἴμοι, ὅτι μέχρι ῥημάτων τὰ σύμβολα μένει τοῦ στρατοπέδου τούτου. Ὅθεν καὶ ἀγνοεῖτε διὰ τί λέγεται, Εἰρήνη πᾶσιν. Ἀλλ' ἀκούετε τῶν ἑξῆς, τί φησιν ὁ Χριστός· εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε, Εἰσερχόμενοι εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτήν· καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἀποστραφήτω. Διὰ τοῦτο οὐκ ἴσμεν, ὅτι τύπον ῥημάτων νομίζομεν ταῦτα εἶναι, καὶ οὐ συντιθέμεθα τῷ νῷ. Μὴ γὰρ ἐγὼ δίδωμι τὴν εἰρήνην; Ὁ Χριστὸς δι' ἡμῶν φθέγγεσθαι καταξιῶν. Εἰ καὶ τὸν ἄλλον ἅπαντα χρόνον κενοὶ τῆς χάριτός ἐσμεν, ἀλλ' οὐ νῦν δι' ὑμᾶς. Εἰ γὰρ εἰς ὅλον

quam consistat sanitas, sed per bonum omnium
348 ordinem et consensum et pacem : et si non
A omnia quiescant, et in suis propriis maneant terminis, omnia evertentur. In nostra quoque mente nisi omnes quiescant cogitationes, pax non erit. Tantum bonum est pax, ut filii Dei vocentur ejus effectores et conciliatores : et merito. Nam Dei Filius quoque ideo venit in terram, pacificaturus quæ in terra, et quæ in cælis. Si autem pacifici sunt filii Dei, qui res novas moliri student sunt filii diaboli. Quid dicis ? lites et pugnas immittis ? Et quis est, inquies, adeo infe- *Matth.* 5. 45.
B lix ? Sunt enim multi lætantes malis, et Christi corpus magis discerpentes, quam milites id lancea dissecabant, et Judæi clavis dissolvebant. Illud hoc minus est malum : illa membra dissecta rursus coaluerunt ; hæc autem avulsa, nisi hic rursus fuerint conjuncta, non conjungentur amplius, sed manent extra Ecclesiæ plenitudinem. Quando voles cum fratre bellum gerere, cogita te bellum gerere cum membris Christi, et desine *Adversus lites et dissidia.*
C furere. Quid enim, si is est abjectus, si vilis, si contemnendus ? *Non est*, inquit, *voluntas coram Patre meo, ut pereat unus ex his pusillis ;* et rursus, *Angeli eorum perpetuo vident faciem Patris mei, qui in cælis est.* Deus propter ipsum et servus factus, et occisus est : tu autem eum nihil esse existimas ? Ergo in hoc quoque cum Deo pugnas, contrariam ei ferens sententiam. Cum ingressus fuerit is qui præest *Matth.* 18. 14. *Ib.* v. 10.
D Ecclesiæ, statim dicit, *Pax omnibus ;* quando sermonem facit ac concionatur, *Pax omnibus ;* quando benedicit, *Pax omnibus ;* quando jubet salutare, *Pax omnibus ;* quando peractum fuerit sacrificium, *Pax omnibus ;* et rursus in medio, *Gratia vobis et pax.* Quomodo ergo non absurdum, si toties audientes nos habere pacem, inter nos bellum habeamus, et accipientes et reddentes, cum eo qui dat pacem bellum geramus ? Dicis, *Et spiritui tuo*, et eum foris calumnia-
E ris ? Hei mihi, quæ sunt Ecclesiæ honesta ac veneranda, facta sunt figuræ tantum rerum, sed non aliqua veritas ! hei mihi, usque ad verba manent symbola horum castrorum ! Unde etiam ignoratis cur dicatur, *Pax omnibus.* Sed audite deinceps, quid dicat Christus, In quamcumque autem civitatem aut vicum ingressi fueritis, *Intrantes domum salutate ipsam : et si domus qui-* *Matth.* 10. 12. 13.

a [Addit A. παρασκευάζει τοῦτο.]

b [Addit id. cum marg. Savil. ἐπιφθέγγεται. Et infra habent ἐκπολεμούμεθα.]

c [Id. γέγονε καὶ ῥήματα μόνον, probante Dunæo.]

dem sit digna, veniat pax vestra super ipsam; sin autem non sit digna, pax vestra ad vos revertatur. Propterea nescimus, quia verborum figuram hæc esse existimamus, et non mente assentimur. Num ego do pacem? Christus est, qui per nos loqui dignatur. Etiamsi omni alio tempore sumus vacui gratia, non tamen sumus nunc propter vos. Nam si in asinum et in vatem operata est Dei gratia propter dispensationem et Israelitarum utilitatem, liquidum est quod nec in nos recusabit operari, sed hoc quoque propter nos sustinebit.

ἐνήργησε καὶ εἰς μάντιν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, δι' οἰκονομίαν καὶ τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν ὠφέλειαν, εὔδηλον ὅτι οὐδὲ εἰς ἡμᾶς παραιτήσεται ἐνεργεῖν, ἀλλ' ἀνέ- F ξεται καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς.

4. Nemo ergo dicat, me esse imperfectum vilemque et abjectum et nullius pretii, et ita mihi attendat. Sum enim talis; sed semper solet Deus propter multitudinem iis etiam adesse qui sunt hujusmodi. Et ut rem sciatis ita se habere; dignatus est loqui cum Cain propter Abel, cum diabolo propter Job, cum Pharaone propter Joseph, cum Nabuchodonosor propter Danielem, cum Balthasar propter eumdem. Magi quoque assequuti sunt revelationem; et prophetavit Caiphas cum esset Christi occisor et indignus, propter dignitatem sacerdotii. Dicitur etiam Aaron propterea non fuisse lepra infectus. Nam cur, dic quæso, cum ambo murmurassent, soror sola dedit pœnas? Ne mireris : nam si in externis dignitatibus, etiamsi innumerabilium criminum accusetur quispiam, non prius ducitur in judicium, quam deposuerit magistratum, ne ille simul cum ipso probro afficiatur : multo magis in magistratu spirituali, quicumque is sit, operatur Dei gratia; alioquin omnia perirent : quando autem eum deposuerit, sive cum e vita excesserit, sive hic quoque, tunc graviores dabit pœnas. Ne putetis hæc a nobis dici : Dei est gratia quæ operatur in indignum, non propter nos, sed propter vos. *Matth. 10. 13.—15.* Audite ergo quid dicat Christus : *Si domus sit digna, veniat pax vestra ad ipsam.* Quomodo autem fit digna? Si vos, inquit, susceperint. *Sin autem vos non susceperint, neque sermonem vestrum audierint, amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii quam illi civitati.* Quid ergo prodest quod nos suscipitis, et non auditis ea quæ a nobis dicuntur? quid lucri ad vos redit si nos colitis, et non attenditis ea quæ
Cap. IV. v. 5. *In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes.* 6. *Sermo vester semper in gratia, sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.*

1. Quod Christus dicebat discipulis, hoc nunc quoque monet Paulus. Quid autem dicebat Christus? *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Sitis ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ.* Hoc est, Cauti estote, nullam eis adversus vos dantes ansam et occasionem. Propterea autem adjicitur, *Ad eos qui foris sunt*; ut discamus, quod adversus nostra membra non tanta nobis opus est cautione, quanta adversus extraneos. Ubi namque fratres sunt, ibi multa condonantur, ibi caritas magna. Oportet etiam hic esse securitatem, majorem vero foris: non sunt enim paria, esse inter inimicos et hostes, et inter amicos. Deinde postquam terruit, vide quomodo rursus eis addit animum. *Tempus*, inquit, *redimentes.* Hoc est, præsens tempus est breve. Hæc autem dicebat, non quod vellet eos esse varios et hypocritas ac simulatores; hoc enim non est sapientiæ, sed amentiæ; sed quid? In iis, inquit, in quibus non lædunt, nullam eis date ansam nec occasionem. Quod etiam dicit ad Romanos, *Reddite omnibus debita: cui debetis tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui honorem, honorem.* Propter prædicationem solum esto, inquit, tibi bellum: nullum aliud initium accipiat hoc bellum. Nam si etiam propter alia essent nobis cum eis gerendæ inimicitiæ, neque nobis esset merces, et ipsi futuri sunt deteriores, et videbuntur nos jure accusare: velut si vectigalia non solvamus, si honores quos convenit non reddamus, si non simus humiles. Vides quantum se demittat Paulus, ubi nihil lædit prædicationem? Audi enim ipsum dicentem Agrippæ: *Beatum me existimo, hodie apud te causam acturus, qui es maxime peritus consuetudinum et quæstionum quæ sunt apud Judæos.* Si autem existimasset oportere contumelia afficere principem, omnia evertisset. Audi et beatum Petrum, quam

Matth. 10. 16. — Rom. 13. 7. — Act. 26. 2. 3.

ΟΜΙΛΙΑ ια'.

C Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι.

Ὅπερ ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς μαθητὰς ἔλεγε, τοῦτο καὶ νῦν Παῦλος παραινεῖ. Τί δὲ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν; Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡσεὶ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι D ὡσεὶ περιστεραί. Τουτέστι, φυλακτικοὶ γίνεσθε, μηδεμίαν αὐτοῖς λαβὴν διδόντες καθ' ὑμῶν. Διὰ γὰρ τοῦτο πρόσκειται, Πρὸς τοὺς ἔξω, ἵνα μάθωμεν, ὅτι πρὸς τὰ μέλη τὰ οἰκεῖα οὐ τοσαύτης ἡμῖν δεῖ ἀσφαλείας, ὅσης πρὸς τοὺς ἔξω. Ἔνθα μὲν γὰρ ἀδελφοὶ, εἰσὶ καὶ συγγνῶμαι πολλαὶ καὶ ἀγάπαι. Δεῖ μὲν οὖν καὶ ἐνταῦθα ἀσφάλειαν εἶναι, πολλῷ δὲ πλέον ἔξω· οὐ γάρ ἐστιν ἴσον μεταξὺ ἐχθρῶν καὶ πολεμίων εἶναι, καὶ φίλων. Εἶτ' ἐπειδὴ ἐφόβησεν, ὅρα πῶς πάλιν θαρ- E ῥύνει. Τὸν καιρὸν, φησὶν, ἐξαγοραζόμενοι· τουτέστι, βραχὺς ὁ παρὼν καιρός. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ ποικίλους εἶναι βουλόμενος οὐδὲ ὑποκριτάς· τοῦτο γὰρ οὐ σοφίας, ἀλλὰ ἀνοίας· ἀλλὰ τί; Ἐν οἷς μὴ βλάπτουσι, φησὶ, μηδεμίαν αὐτοῖς δίδοτε λαβήν· ὃ καὶ πρὸς Ῥωμαίους γράφων φησίν· Ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλὰς, τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν. Διὰ τὸ κήρυγμα μόνον ἔστω σοι πόλεμος, φησί· μηδεμίαν ἑτέραν ὁ πόλεμος οὗτος ἀρχὴν λαμβανέτω. Εἰ γὰρ μέλλοιεν ἡμῖν καὶ δι' ἕτερα F ἀπεχθάνεσθαι, οὔτε μισθὸς ἡμῖν ἔσται, καὶ αὐτοὶ χείρους ἔσονται, καὶ δόξουσιν ἡμῖν δίκαια ἐγκαλεῖν· οἷον τὰ τελέσματα ἂν μὴ καταβάλλωμεν, τὰς τιμὰς 405 τὰς προσηκούσας ἐὰν μὴ ἀποδιδῶμεν, ἂν μὴ ὦμεν A ταπεινοί. Οὐχ ὁρᾷς Παῦλον, ἔνθα μηδὲν ἔβλαπτε τὸ κήρυγμα, πῶς ἐστι καθυφιείς; Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος πρὸς τὸν Ἀγρίππαν· Μακάριον ἐμαυτὸν ἥγημαι ἐπὶ σοῦ μέλλων ἀπολογεῖσθαι σήμερον, μάλιστα γνώστην σε ὄντα * τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων. Εἰ δὲ ἐνόμιζε δεῖν ὑβρίζειν τὸν ἄρχοντα, πάντα ἂν ἀνέτρεψεν. Ἄκουε δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν μακάριον Πέτρον, πῶς ἐπιεικῶς ἀποκρίνονται τοῖς Ἰουδαίοις λέγοντες· Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις. Καίτοι γε ἄνθρωποι τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἀπε- B γνωκότες, καὶ ὑβρίζειν καὶ πᾶν ὁτιοῦν ποιεῖν ἠδύ-

* [*Post* ὄντα *deest* εἰδώς. Dunæus.]

γαντο· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἀπέγνωσαν τῆς ψυχῆς, ἵνα μὴ κενοδοξῶσι (κενοδοξίας γὰρ τοῦτό ἐστιν), ἀλλ' ἵνα κηρύσσωσι, καὶ ἵνα μετὰ παῤῥησίας πάντα φθέγγωνται· ἐκεῖνο δὲ ἀμετρίας ἐστίν. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος· τουτέστι, μὴ εἰς ἀδιαφορίαν τὸ χαρίεν [a] ἐκπίπτῃ. Ἔνι γὰρ καὶ χαριεντίζεσθαι, ἔνι καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης κοσμιότητος τοῦτο ποιεῖν. Εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. Ὥστε οὐχ ὁμοίως πᾶσι διαλέγεσθαι C χρὴ, Ἕλλησι λέγω καὶ ἀδελφοῖς. Οὐδαμῶς· ἐπεὶ τοῦτο τῆς ἐσχάτης ἀνοίας ἐστί. Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πιστὸς διάκονος, καὶ σύνδουλος ἐν Κυρίῳ. Βαβαὶ, ὅση σοφία Παύλου; πῶς οὐ πάντα ἐντίθησιν εἰς τὰς ἐπιστολὰς, ἀλλὰ τὰ ἀναγκαῖα καὶ τὰ κατεπείγοντα; Πρῶτον μὲν, οὐ βουλόμενος αὐτὰς εἰς μῆκος ἐκτείνειν· δεύτερον δὲ, καὶ τὸν ἀπερχόμενον αἰδεσιμώτερον ποιῶν, ἵνα ἔχῃ τι καὶ διηγεῖσθαι· τρίτον, δεικνὺς πῶς D πρὸς αὐτὸν διάκειται· οὐ γὰρ ἂν αὐτῷ ταῦτα ἐνεχείρισεν. Ἔπειτα ἦν, ἃ οὐκ ἔδει διὰ γραμμάτων δηλωθῆναι. Ὁ ἀγαπητὸς, φησὶν, ἀδελφός. Εἰ ἀγαπητὸς, πάντα οἶδε, καὶ οὐδὲν αὐτὸν ἔκρυπτε. Καὶ πιστὸς διάκονος καὶ σύνδουλος ἐν Κυρίῳ. Εἰ πιστὸς, οὐδὲν ψεύσεται· εἰ σύνδουλος, κεκοινώνηκε τῶν πειρασμῶν· ὥστε αὐτῷ πάντοθεν τὸ ἀξιόπιστον συνήγαγεν. Ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο. Ἐνταῦθα τὴν ἀγάπην δείκνυσι τὴν πολλὴν, εἴ γε καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν ἀπέσταλκε, καὶ τῆς ἀποδημίας αἰτία αὕτη γέγονεν· E ὃ καὶ Θεσσαλονικεῦσι γράφων ἔλεγε, Διὸ μηκέτι στέγοντες ηὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι, καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν. Καὶ Ἐφεσίοις δὲ αὐτὸν τοῦτον πέμπει, καὶ ὑπὲρ τῆς αὐτῆς αἰτίας· Ἵνα γνῷ, φησὶ, τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν. Ὅρα τί φησίν· οὐχ ἵνα ὑμεῖς τὰ ἐμὰ μάθητε, ἀλλ' ἵνα ἐγὼ τὰ ὑμέτερα· οὕτως οὐδαμοῦ τὸ αὑτοῦ τίθησι. Δείκνυσιν αὐτοὺς καὶ ἐν πειρασμοῖς ὄντας τῷ εἰπεῖν, Ἵνα παρακαλέσῃ τὰς F καρδίας ὑμῶν. Σὺν Ὀνησίμῳ τῷ ἀγαπητῷ καὶ πιστῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν. Πάντα ὑμῖν γνωριοῦσι τὰ 405 A ὧδε. Ὀνήσιμος οὗτός ἐστι, περὶ οὗ γράφων τῷ Φιλήμονι ἔλεγεν, Ὃν ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ μοι διακονῇ ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου· χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι. Καὶ τὸ ἐγκώμιον δὲ προστίθησι τῆς πόλεως, ἵνα καὶ ἐγκαλλωπίζωνται, μὴ μόνον [a] [οὐκ] ἐπαισχύνωνται· Ὅς ἐστι, φησὶν, ἐξ ὑμῶν. Πάντα ὑμῖν γνωριοῦσι

leniter et mansuete respondet Judæis, dicens : *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Ibid. 5. 29.
Atqui homines qui animum desponderant, et vitæ spem abjecerant, potuissent contumelia afficere, et quidvis facere : sed propterea animum desponderant, et vitæ spem abjecerant, ut ne inanem gloriam captarent (hoc est enim inanis gloriæ) ; sed ut prædicarent, et ut libere et confidenter C omnia loquerentur : illud autem, nempe inanem captare gloriam, est immodestiæ. *Sermo vester semper in gratia, sale sit conditus.* Hoc est, ne sermonis gratia eo deveniat, ut eo utantur citra discrimen. Licet enim, licet urbane et lepide loqui, sed cum ea qua par est honestate et decore. *Ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.* Quamobrem non oportet similiter loqui cum omnibus, cum Græcis inquam et fratri- D bus. Nequaquam : hoc enim est extremæ amentiæ. 7. *Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus, carissimus frater, et fidelis minister, conservus in Domino.* Papæ! quanta est Pauli sapientia. Non omnia inserit in epistolis, sed quæ sunt necessaria et urgentia : primo quidem nolens eas in nimiam extendere longitudinem : secundo autem, eum qui proficiscitur reddens magis reverendum, ut habeat aliquid quod narret : tertio, ostendens quantum in eum sit affectus; non E enim alias ei hæc mandasset. Deinde erant quædam quæ non oportebat significari literis. *Carissimus,* inquit, *frater.* Si carissimus, scivit omnia, et eum nihil celabat. *Et fidelis minister et conservus in Domino.* Si fidelis, nihil mentietur; si conservus, fuit socius et particeps tentationum. Undique ergo collegit id quod fidem faceret. 8. *Quem misi ad vos ad hoc ipsum.* Hic multam ostendit dilectionem, siquidem eum ideo misit, et ea fuit causa cur peregre sit profectus : F quod etiam dicebat scribens ad Thessalonicenses : *Propter quod non sustinentes amplius, placuit* 1. Thess. 3.
nobis solis remanere Athenis, et misimus Ti- 1. 2.
motheum fratrem nostrum. Ad Ephesios quoque cum ipsum mittit, et propter eamdem causam : *Ut* Ephes. 6.
cognoscat quæ circa vos sunt et consoletur 22.
corda vestra. Vide quid dicat : Non ut vos res meas discatis, sed ut ego vestras : ita nusquam quod suum est ponit. Ostendit eos quoque esse in tentationibus, dicendo, *Ut consoletur corda vestra.* 9. *Cum Onesimo, carissimo et fideli*

[a] Ambo Mss. [A. B.] habent ἐκπίπτειν.

[b] [οὐκ ab Montf. de Savilii conjectura insertum inclusimus. Desiderata enim negatio potuit etiam esse μή.]

fratre, qui ex vobis est. Omnia, quæ hic aguntur, nota facient vobis. Hic est Onesimus,
Philem. 13. de quo ad Philemonem scribens dicebat, *Quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis evangelii: sine consilio autem tuo nihil volui facere.* Addit etiam encomium civitatis, ut etiam gloriarentur, nec solum non afficerentur pudore, dicens : *Qui est ex vobis. Omnia, quæ hic aguntur, nota facient vobis.* 10. *Salutat vos Aristarchus concaptivus meus.*

2. Hoc encomio nullum est majus. Hic est qui cum ipso abductus fuit Jerosolymis. Majus dixit quam prophetæ : nam illi quidem seipsos dicunt hospites, advenas et peregrinos; hic autem etiam captivum. Tamquam enim captivus sic agebatur et ferebatur, et ad male patiendum sic erat omnibus propositus; imo vero illis pejus. Nam illos quidem postquam ceperunt hostes, eos valde curant ut sibi proprios; hunc autem ut hostem et inimicum omnes agebant et ferebant, verberantes, flagris cædentes, contumeliis afficientes, calumniantes. Hoc illis etiam erat consolationi : cum enim præceptor in iisdem versatur, majorem consolationem accipiunt discipuli. *Et Marcus consobrinus Barnabæ.* Hunc quoque jam laudavit ex cognatione : erat enim Barnabas vir magnus. *De quo accepistis mandata : si venerit ad vos, suscipite illum.* Quid vero? non aliter suscepissent? Maxime; sed, Cum magno, inquit, volo studio : et hoc magnum virum ostendit. Undenam autem acceperint mandata, non dicit. 11. *Et Jesus, qui dicitur Justus.* Iste fortasse erat Corinthius. Deinde dat omnibus commune encomium, cum dixisset quod erat uniuscujusque proprium : *Qui sunt ex circumcisione : hi soli sunt adjutores mei in regno Dei : qui mihi fuerunt solatio.* Postquam dixit, *Concaptivus*, ne auditorum animum simul dejiciat, vide quomodo hoc ponat, et eos excitet : *Adjutores*, inquit, *mei ad regnum Dei.* Quamobrem cum sint socii tentationum, sunt etiam regni socii. *Qui fuerunt mihi solatio.* Ostendit eos esse magnos, siquidem Paulo fuerunt solatio. Sed videamus Pauli prudentiam. *In sapientia*, inquit, *ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes.* Hoc est, Non est vestrum tempus, sed illorum : nolite ergo dominium et auctoritatem vobis vindicare, sed tempus redimite.

τὰ ὧδε. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου.

Οὐδὲν τούτου τοῦ ἐγκωμίου μεῖζον. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἀναχθεὶς μετ' αὐτοῦ. [b] Μεῖζον εἶπε
B τῶν προφητῶν οὗτος· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ξένους καὶ παρεπιδήμους ἑαυτοὺς καλοῦσιν, οὗτος δὲ καὶ αἰχμάλωτον. Καθάπερ γὰρ αἰχμάλωτος, οὕτως ἤγετο καὶ ἐφέρετο, καὶ πᾶσιν εἰς τὸ κακῶς πάσχειν προὔκειτο, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκείνων χεῖρον. Ἐκείνους μὲν γὰρ, ἐπειδὰν λάβωσιν οἱ πολέμιοι, ἐν πολλῇ θεραπείᾳ λοιπὸν ἔχουσιν, ἅτε ὡς οἰκείων κτημάτων ἐπιμελούμενοι· τοῦτον δὲ ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον πάντες ἦγον καὶ ἔφερον, δέροντες, μαστίζοντες, ὑβρίζοντες, συκοφαντοῦντες. Τοῦτο καὶ ἐκείνοις παράκλησις ἦν· ὅταν γὰρ καὶ ὁ διδάσκαλος ἐν τοῖς τοιούτοις ᾖ, μᾶλλον πα-
C ρακαλοῦνται οἱ μαθηταί. Καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα. Καὶ τοῦτον ἐνεκωμίασε τέως ἀπὸ τῆς συγγενείας· μέγας γὰρ ἦν ἀνὴρ ὁ Βαρνάβας. Περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς· ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν. Τί γάρ; οὐκ ἐδέχοντο καὶ χωρὶς τούτου; Ναί· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς βούλομαι, φησί· καὶ τοῦτο τὸν ἄνδρα δείκνυσι μέγαν. Πόθεν τὰς ἐντολὰς ἔλαβον, οὐ λέγει. Καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος. Ἴσως Κορίνθιος ἦν οὗτος. Εἶτα πᾶσι τὸ ἐγκώμιον κοινὸν ἀποδίδωσιν, εἰπὼν τὸ ἰδιάζον ἑκάστου· Οἱ ὄντες ἐκ περι-
D τομῆς· οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία. Ἐπειδὴ εἶπε, Συναιχμάλωτος, ἵνα μὴ συγκατενέγκῃ τὴν ψυχὴν τῶν ἀκουόντων, ὅρα πῶς τοῦτο τίθησι, καὶ διανίστησιν αὐτούς· Συνεργοὶ, φησὶν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ὥστε τῶν πειρασμῶν κοινωνοῦντες, τῆς βασιλείας κοινωνοῦσιν. Οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία. Δείκνυσιν αὐτοὺς μεγάλους, εἴ γε Παύλῳ παρηγορία γεγένηνται. Ἀλλ' ἴδωμεν τὴν σύνεσιν Παύλου. Ἐν σοφίᾳ, φησὶ, περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω, τὸν
E καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Τουτέστιν, οὐκ ἔστιν ὑμέτερος ὁ καιρὸς, ἀλλ' ἐκείνων ἐστί· μὴ τοίνυν βούλεσθε αὐθεντεῖν, ἀλλ' ἐξαγοράζετε τὸν καιρόν. Καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ἀγοράζετε, ἀλλ', Ἐξαγοράζετε, δηλῶν ὅτι οὕτω διατιθέμενοι, ὑμέτερον αὐτὸν ποιεῖτε ἑτέρως.

b [Savil. *Fort.* μείζων.]

Ἀνοίας γὰρ περιττῆς, πολέμων καὶ ἀπεχθείας προφάσεις ἐπινοεῖν. Πρὸς γὰρ τῷ κινδύνους περιττοὺς ὑπομένειν καὶ κέρδος οὐκ ἔχοντας, καὶ ἑτέρα γίνεται βλάβη, τὸ τοὺς Ἕλληνας μὴ προσιέναι ἡμῖν. Ἐν γὰρ F
τοῖς ἀδελφοῖς ὅταν ᾖς, εἰκότως θαῤῥεῖς· ἔξω δὲ οὐχ οὕτω χρή. Ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ τοὺς ἔξω, τοὺς Ἕλληνας λέγει; Διὰ τοῦτο καὶ Τιμοθέῳ γράφων ἔλεγε· Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν· 407
A καὶ πάλιν, Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; Ἐν σοφίᾳ, φησὶ, περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω. Ἔξω γάρ εἰσι, κἂν τὸν αὐτὸν κόσμον οἰκῶσιν ἡμῖν, τῆς βασιλείας ὄντες ἔξω καὶ τοῦ οἰκίσκου τοῦ πατρικοῦ. Ἅμα καὶ παραμυθεῖται αὐτοὺς, ἔξω ἐκείνους καλῶν· ὅπερ ἔλεγεν ἀνωτέρω, ὅτι Ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Τότε, φησὶ, δόξαν ζητεῖτε, τότε τιμὰς, τότε τὰ ἄλλα πάντα· νῦν δὲ μὴ, ἀλλ' ἐκείνοις παρέχετε. Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσῃς χρήματα λέγειν αὐτὸν, ἐπάγει· Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι ὑμᾶς πῶς δεῖ ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. Ἵνα μὴ ὑποκρίσεως γέμῃ, φησί· τοῦτο B
γὰρ οὐ χάρις, οὐδὲ ἅλατι ἤρτυται. Οἷον, ἐὰν δέῃ θεραπεῦσαι ἀκινδύνως, μὴ παραιτήσῃ· ἂν καιρὸς ᾖ προσηνῶς διαλεχθῆναι, μὴ νομίσῃς τὸ πρᾶγμα κολακείαν· πάντα ποίει τὰ εἰς τιμὴν ἀνήκοντα, ἄνευ τοῦ βλάπτεσθαι τὴν εὐσέβειαν. Οὐχ ὁρᾷς πῶς Δανιὴλ ἄνθρωπον ἀσεβῆ θεραπεύει; οὐχ ὁρᾷς τοὺς τρεῖς παῖδας, πῶς μετὰ σοφίας τῷ βασιλεῖ προσεφέροντο, καὶ ἀνδρείαν δεικνύντες, καὶ παῤῥησίαν, καὶ οὐδὲν θρασὺ οὐδὲ ἐπαχθές; τοῦτο γὰρ οὐκέτι παῤῥησίας, ἀλλὰ κενοδοξίας. Εἰδέναι, φησὶ, πῶς C
δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. Ἑτέρως γὰρ τῷ ἄρχοντι, ἄλλως τῷ ἀρχομένῳ· ἄλλως τῷ πλουτοῦντι, ἄλλως τῷ πένητι. Διὰ τί; Ὅτι αἱ τῶν πλουτούντων καὶ ἀρχόντων ψυχαὶ ἀσθενέστεραι τυγχάνουσιν οὖσαι, μᾶλλον φλεγμαίνουσαι, μᾶλλον διαῤῥέουσαι· ὥστε ἐκεῖ συγκαταβατικὸν εἶναι δεῖ· αἱ τῶν πενήτων καὶ ἀρχομένων στεῤῥότεραι καὶ συνετώτεραι· ὥστε ἐνταῦθα καὶ παῤῥησίᾳ χρὴ μείζονι κεχρῆσθαι, πρὸς ἓν ὁρῶντα, τὴν οἰκοδομήν. Μὴ ἐπειδὴ ὁ D
μὲν πλούσιος, ὁ δὲ πένης, ὁ μὲν πλέον τιμάσθω, ὁ δὲ ἔλαττον· ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν ὁ μὲν διαβασταζέσθω, ὁ δὲ μὴ οὕτως· οἷον, αἰτίας οὐκ οὔσης, μὴ κάλει τὸν Ἕλληνα μιαρὸν, μηδὲ ἔσο ὑβριστής· ἀλλ' ἂν μὲν ἐρωτηθῇς περὶ τοῦ δόγματος, ἀπόκριναι ὅτι μιαρὸν καὶ ἀσεβές· οὐδενὸς δὲ ἐρωτῶντος οὐδὲ ἀναγκάζοντος λέγειν, οὐ προσήκει ἁπλῶς ἀπέχθειαν ἀναδέχεσθαι. Ποία γὰρ ἀνάγκη περιττὰς ἔχθρας κατασκευάζειν; Πάλιν, ἄν τινα κατηχῇς, λέγε ἐξ ὑποθέ- E
σεως ὑποκειμένης· [a] ἐπεὶ σίγα. Ἐὰν ᾖ ἅλατι ἠρτυ-

Neque dixit solummodo, Emite, sed, Redimite, significans quod, sic affecti, ipsum alio modo vestrum efficite. Summæ enim fuerit amentiæ, bellorum et inimicitiarum excogitare occasiones. Nam ad hoc, quod pericula sustinemus superflua et quæ nihil habent lucri, aliud quoque damnum accedit, quod ad nos Græci non accedant. Nam quando fueris inter fratres, merito confidis: foris autem non sic oportet. Vides quomodo ubique eos qui sunt foris dicit Græcos. Propterea dicebat etiam scribens ad Timotheum: *Oportet ipsum et ab iis qui foris sunt bonum habere testimonium;* et rursus, *Quid enim mea refert de iis qui foris sunt judicare? In sapientia,* inquit, *ambulate ad eos qui foris sunt.* Foris enim sunt, etsi eumdem quem nos mundum habitent, ut qui sint extra regnum et domum patris. Simul etiam eos consolatur, illos vocans extraneos: quod quidem dicebat superius, *Vita vestra absconsa est cum Christo in Deo.* Tunc, inquit, gloriam quærite, tunc honores, tunc alia omnia; nunc autem nequaquam, sed illis præbete. Deinde, ne putes eum de pecuniis loqui, addit: *Sermo vester semper in gratia, sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.* Ut non sit plenus hypocrisi, inquit: hoc enim non est gratia, neque, Sale est conditum. Ut puta, absque periculo colere oporteat, ne recuses: si tempus sit placide loquendi, ne eam rem existimes assentationem: fac omnia quæ ad honorem attinent, ita ut non lædatur pietas. Non vides quomodo Daniel hominem colit impium? non vides quomodo tres pueri cum sapientia regi offerantur et animi ostendentes fortitudinem et dicendi libertatem, non autem temerariam audaciam et asperitatem? hoc enim non est loquendi libertatis et fiduciæ, sed inanis gloriæ. *Ut sciatis,* inquit, *quomodo oporteat vos unicuique respondere.* Aliter enim principi, aliter ei qui alterius paret imperio; aliter diviti, aliter pauperi. Quare? Quoniam divitum et principum animi sunt imbecilliores, ut qui tumeant et diffluant: quo fit ut apud eos se magis demittere et accommodare oporteat: pauperum autem et eorum qui sunt subjecti alteri, solidiores et prudentiores: quare et hic utendum est majori loquendi libertate, unum spectando, nempe ædificationem. Non quoniam hic quidem est pauper, ille vero dives, ille ideo plus hono-

1. Tim. 3. 7.
1. Cor. 5. 12.
Col. 3. 3.

[a] Fort. ἐπὶ ἄλλης.

retur, hic vero minus; sed propter imbecillitatem hic quidem feratur, ille vero non item. Exempli causa, nisi sit causa, Græcum ne voces exsecrandum, neque sis contumeliosus; sed si de dogmate quidem rogeris, responde id esse exsecrandum et impium: si nemo autem roget, neque cogat dicere, non oportet temere inimicitiam suscipere. Quid enim necesse est supervacaneas sibi comparare inimicitias? Rursus, si quempiam catechesi instituas, dic ut postulat subjectum argumentum; alioqui tace. Si sermo sit sale conditus, etiamsi in diffluentem inciderit animam, mollem restringit; etiamsi in asperam, levigat duritiem. Sis gratiosus, nec molestus; nec rursus mollis, sed et austeritatem habeas et voluptatem. Nam si quis sit supra modum austerus, magis lædit quam prodest; sin autem sit supra modum urbanus, magis est molestus quam juvat. Quamobrem oportet ubique esse modum. Nec sis tristis et torvo vultu; est enim injucundum: neque diffusus ac dissolutus; est enim despectui obnoxium; sed utriusque accepta virtute, fuge vitium, sicut apis hujus quidem lætitiam et alacritatem, illius vero carpens gravitatem. Nam si medicus non similiter omnibus utitur corporibus, multo magis magister: quamquam non convenientia medicamenta magis tulerint corpora, quam anima sermonem. Verbi gratia, accedit Græcus, et tibi fit amicus? de illa re cum ipso nihil disserueris, donec cum eo tecum magna fuerit amicitia; et cum fuerit, paulatim.

μένος ὁ λόγος, κἂν εἰς διαῤῥέουσαν ἐμπέσῃ ψυχὴν, ἐπισφίγξει τὴν χαύνην· κἂν εἰς τραχεῖαν, λεανεῖ τὸ σκληρόν. Ἐπίχαρις ὢν, μήτε φορτικὸς ἔστω, μήτε πάλιν χαῦνος, ἀλλὰ καὶ τὸ στῦφον ἐχέτω, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς. Ἄν τε γὰρ ἀμέτρως ἐπιστύψῃ, μᾶλλον ἔβλαψεν ἢ ὠφέλησεν· ἐὰν δὲ ἀμέτρως χαριεντίσηται, μᾶλλον ἐλύπησεν ἢ ὤνησεν· ὥστε πανταχοῦ μέτρα δεῖ εἶναι. Μήτε κατηφὴς ἔσο καὶ σκυθρωπός· ἀηδὲς γάρ· μήτε διακεχυμένος· εὐκαταφρόνητον γὰρ καὶ πεπα- 408 τημένον· ἀλλ' ἑκατέρου τὴν ἀρετὴν λαβὼν, τὴν κακίαν φύγε, καθάπερ ἡ μέλιττα τοῦ μὲν τὸ φαιδρὸν, τοῦ δὲ τὸ σεμνόν. Εἰ γὰρ ἰατρὸς οὐχ ὁμοίως πᾶσι χρήσεται τοῖς σώμασι, πολλῷ μᾶλλον διδάσκαλος. Καίτοι μᾶλλον ἂν τὰ σώματα ἀκατάλληλα φάρμακα ἐνέγκοι, ἢ ψυχὴ λόγον· οἷον, πρόσεισιν Ἕλλην, καὶ γίνεταί σοι φίλος; μηδὲν αὐτῷ περὶ τούτου διαλεχθῇς, ἕως ἂν γένηται πάνυ φίλος· καὶ ὅταν γένηται, ἠρέμα.

3. Vide quando Paulus venit Athenas, quomodo cum eis disserebat. Non dicebat, O scelerati
Act. 17. 22. et plane exsecrandi! sed quid? *Viri Athenienses, vos per omnia video esse tamquam superstitiosiores.* Rursus quando probris oportebat afficere, non recusavit, sed cum magna vehe-
Ib. 13. 10. mentia dicebat Elymæ: *Plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ.* Nam sicut illos probro affecisse insipientiæ fuisset, ita hunc non affecisse fuisset pusilli et abjecti animi. Rursus, ad magistratum es adductus propter negotium? exhibe quos par est honores. *Omnia,* inquit, *quæ hic sunt, vobis nota facient.* Quam ob causam, inquit, non simul venerim. Quid est autem, *Omnia vobis nota facient?* Hoc est, vincula, et alia omnia quæ me

Ὅρα γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἡνίκα εἰς τὰς Ἀθήνας παρεγένετο, πῶς αὐτοῖς διελέγετο. Οὐχ εἶπεν, ὦ μιαροὶ καὶ παμμίαροι, ἀλλὰ τί; Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. Πάλιν ὅτε ὑβρίσαι ἐχρῆν, οὐ παρῃτήσατο· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἔλεγε τῷ Ἐλύμᾳ, Ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνους ὑβρίσαι ἀνοίας ἦν, οὕτω τοῦτον μὴ ὑβρίσαι μαλακίας ἦν. Πάλιν, εἰσήχθης πρὸς ἄρχοντα διὰ πρᾶγμα; τὰς προσηκούσας ἀπόνειμαι τιμάς. Πάντα ὑμῖν, φησὶ, γνωριοῦσι τὰ ὧδε. Διὰ τί μὴ [a] συνῆλθον, φησί; Τί δέ ἐστι, Πάντα ὑμῖν γνωριοῦσι τὰ ὧδε; Τουτέστι, τὰ δεσμὰ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ κατέχοντά με. Οὐκ ἂν οὖν ὁ προσευχόμενος αὐτοὺς ἰδεῖν, ὁ καὶ ἑτέρους ἀποστέλλων, αὐτὸς ὑστέρησα, μὴ μεγάλης με κατεχού-

[a] [B. συνῆλθεν. Paulo ante τά ex Codd. et Savil. inseruimus. Supra B. ἀπόνειμε. A. ἀπόμενε. Et præstat activum medio. Media sub litera B. pro ἀνοίας marg. Savil. ἀπανθρωπίας, quod unde ortum sit, cuique patet.]

στης ἀνάγκης. Καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἦν * ἐγκαλούντων. Καὶ μὴν σφόδρα ἐγκαλούντων. Τὸ γὰρ μαθεῖν ὅτι καὶ πειρασμοῖς περιέπεσε καὶ ἤνεγκε γενναίως, τοῦτο πιστουμένου ἦν τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀνορθοῦντος τὰς ἐκείνων ψυχάς. Σὺν Ὀνησίμῳ, φησὶ, τῷ ἀγαπητῷ καὶ πιστῷ ἀδελφῷ. Ἀδελφὸν τὸν δοῦλον ὁ Παῦλός φησιν· εἰκότως· ὅπου γε καὶ ἑαυτὸν δοῦλον ὀνομάζει τῶν πιστῶν. Κατενέγκωμεν πάντες τὸν τῦφον, καταπατήσωμεν τὴν ἀλαζονείαν. Δοῦλον ὀνομάζει ἑαυτὸν Παῦ- D λος, ὁ τῆς οἰκουμένης ἀντάξιος καὶ μυρίων οὐρανῶν, καὶ σὺ μέγα φρονεῖς; ὁ πάντα ἄγων καὶ φέρων ὡς ἤθελεν, ὁ τὰ πρωτεῖα ἔχων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὁ ἐστεφανωμένος, ὁ εἰς τρίτον ἀνελθὼν οὐρανὸν, τοὺς δούλους ἀδελφοὺς καλεῖ, καὶ συνδούλους. Ποῦ ἡ μανία; ποῦ ἡ ἀλαζονεία; Οὕτως ἀξιόπιστος γέγονεν ὁ Ὀνήσιμος, ὥστε καὶ τοιαῦτα πιστεύεσθαι. Καὶ Μάρκος, φησὶν, ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα, περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς· δέξασθε αὐτόν. Ἴσως παρὰ Βαρνάβα ἐντολὰς ἔλαβον. Οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς. Καταστέλλει E τῶν Ἰουδαίων τὸ φύσημα· ἐπαίρει τούτων τὰς ψυχὰς, ὅτι ὀλίγοι μὲν ἐκ περιτομῆς, οἱ δὲ πλείους ἐκ τῶν ἐθνῶν. Οἵτινες ἐγενήθησάν μοι, φησὶ, παρηγορία. Δείκνυσιν ἑαυτὸν ἐν πειρασμοῖς ὄντα μεγάλοις. Ὥστε οὐδὲ τοῦτο μικρόν· [b] ὅταν τοὺς ἁγίους παρακαλῶμεν καὶ παρουσίᾳ καὶ λόγῳ καὶ προσεδρείᾳ, ὅταν συγκακουχώμεθα (τοῖς δεσμίοις γὰρ, φησὶν, ὡς συνδεδεμένοι)· ὅταν τὰ ἐκείνων ἡμέτερα ποιῶμεν πάθη, καὶ ἐν τοῖς στεφάνοις κοινωνήσομεν. Οὐχ εἱλκύσθης F εἰς τὸ στάδιον; οὐ καθῆκας εἰς τὸν ἀγῶνα; ἄλλος ἀπεδύσατο, ἄλλος παλαίει. Ἀλλ' ἐὰν θέλῃς, κοινωνήσεις καὶ σύ· ἄλειψον ἐκεῖνον, γενοῦ αὐτοῦ 409 [c] φιλητὴς καὶ σπουδαστὴς, ἔξωθεν ἐπιβόα μεγάλα, A διέγειρε τὴν δύναμιν, ἀνακτῶ τὴν ψυχήν. Ταῦτα ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων γίνεσθαι ἀκόλουθον. Παῦλος γὰρ οὐκ ἐδεῖτο, ἀλλ' ἐκείνους ἐπαίρων ἔλεγε ταῦτα. Σὺ τοίνυν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοὺς βουλομένους κακίζειν ἐπιστόμιζε, κατασκεύαζε αὐτῷ ἐραστὰς, ὑπόδεξαι ἐξιόντα μετὰ πολλῆς τῆς θεραπείας· οὕτω κοινωνήσεις τῶν στεφάνων, οὕτω τῆς δόξης· κἂν μηδὲν ἕτερον ποιήσῃς, ἡσθῇς δὲ ἐπὶ τοῖς γενομένοις, καὶ οὕτως ἐκοινώνησας οὐχ ὡς ἔτυχεν· εἰσήνεγκας γὰρ ἀγάπην, τὸ πάντων κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν. B Εἰ γὰρ οἱ κλαίοντες δοκοῦσι τοῦ πένθους κοινωνεῖν, καὶ μεγάλα χαρίζονται τοῖς πενθοῦσι, καὶ τὸ πολὺ τῆς ὀδύνης ἀφαιροῦσι, πολλῷ μᾶλλον καὶ οἱ χαίροντες μείζονα ποιοῦσι τὴν ἡδονήν. Ὅσον γὰρ κακὸν τὸ μὴ ἔχειν τοὺς συλλυπουμένους, ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος· Καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε.

retinent. Non ergo qui vos opto videre, et mitto alios, ipse tardassem, si non me magna retineret necessitas. Atqui non erat hoc insimulantium. Imo vero valde insimulantium. Discere enim quod et inciderit in tentationes, et eas fortiter et generose tulerit, ejus erat qui rei fidem faciebat, et erigebat eorum animos. 9. *Cum Onesimo,* inquit, *carissimo et fideli fratre.* Servum Paulus dicit fratrem: et merito, cum et ipse se servum nominet fidelium. Deprimamus omnes fastum, conculcemus arrogantiam: servum se nominat Paulus, qui est instar orbis terrarum et cælorum innumerabilium, et tu altum sapis? Qui omnia ut volebat, agebat et ferebat; qui in regno cælorum primas tenebat, qui fuit coronatus, qui in tertium ascendit cælum, servos fratres vocat et conservos. Ubi est insania? ubi arrogantia? Adeo fide dignus fuit Onesimus, ut hæc ei crederentur. 10. *Et Marcus,* inquit, *consobrinus Barnabæ. De quo accepistis mandata: suscipite illum.* Fortasse a Barnaba mandata acceperant. *Qui sunt ex circumcisione.* Comprimit tumorem Judæorum, erigit eorum animos, quod pauci essent ex circumcisione, plures autem ex gentibus. 11. *Qui fuerunt,* inquit, *mihi solatio.* Ostendit se esse in magnis tentationibus. Itaque non est hoc parvum, quando sanctos consolamur et præsentia et sermone et assiduitate, quando simul cum eis affligimur: Cum vinctis enim, inquit, tamquam simul vincti: quando illorum perpessiones nostras esse ducimus, in coronis quoque socii erimus. Non es tractus in stadium? non descendisti ad certamen? alius ad luctandum se exuit, alius luctatur. Sed si velis, tu quoque eris socius: unge illum certaturum, ejus sis amicus et studiosus, foris magna voce exclama, excita vires, recrea animum. Hæc in aliis omnibus fieri est consentaneum. Paulus enim non opus habebat, sed illos excitans dicebat hæc omnia. Tu ergo in aliis omnibus, eorum qui volunt vituperare, ora obstrue, procura ut sint qui eum ament, exeuntem officiose et diligenter excipe: sic eris particeps ac socius coronarum, sic gloriæ. Etiamsi nihil aliud egeris, lætatus es autem ob ea quæ facta sunt, sic quoque non parum fuisti socius: attulisti enim caritatem, quæ est summa bonorum omnium. Nam si qui flent, videntur esse luctus participes, et iis qui lugent multum gratificantur, ac doloris mul-

Pauli modestia.

Hebr. 13. 3.

* [Legendum hic et proxime παρακαλούντων pro ἐγκαλούντων.]

[b] [A. ὅταν γάρ.]

[c] [A. et marg. Savil. ἐραστής.]

tum adimunt; multo magis etiam qui lætantur majorem afferunt voluptatem. Quantum enim sit malum non habere qui simul doleant, audi prophetam dicentem,
Psal. 68. *Et exspectavi si quis contristaretur, et non fuit*. Propterea Paulus quoque
Rom. 12. 15. dicit, *Gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus*. Auge lætitiam: si vides fratrem esse in existimatione, ne dixeris, Est illius bona existimatio, cur ego gaudeam? hæc non sunt verba fratris, sed hostis. Si velis, non sunt illius, sed tua: est in tua potestate eam facere majorem, si non sis mœstus, sed læteris, si fueris alacris, exsultesque et gestias. Quod hoc autem ita se habeat, illinc est perspicuum: qui invident non illis solis invident, qui in bona sunt existimatione, sed iis etiam qui bona illorum existimatione lætantur: ita sciunt quod hi quoque sint in bona existimatione; et ii sunt qui maxime gloriantur. Nam ille quidem etiam erubescit cum valde laudatur: iste etiam cum multa voluptate gloriatur. Non videtis quomodo athletarum alter quidem coronatur, alter vero non coronatur? dolor autem et lætitia est eorum qui amant et eorum qui oderunt: illi saltant, illi tripudiant. Vide quanta res sit non invidere: alterius est labor, et tua est voluptas: alteri imponitur corona, et tu saltas, tu gloriaris. Nam dic mihi, quæso: alius vicit, tu quid saltas? Sed illi quoque recte sciunt quod commune sit quod factum est. Propterea hunc quidem non vituperant qui invident; tentant autem deprimere victoriam, et audis eos hæc verba dicentes: Te delevi, te dejeci: etiamsi alterius sit opus, tua tamen est laus. Si ergo in externis tantum bonum est non invidere, sed aliorum bona sibi accommodare et sua ducere, multo magis in nostra de diabolo victoria; tunc ille magis contra nos spirat, ut qui magis lætemur. Etsi est sceleratus, exacte novit hanc magnam esse voluptatem. Vis eum molestia afficere? gaude et lætare. Vis eum exhilarare? esto tristis. Dolorem qui ex victoria fratris ei accidit, levas per tuam animi ægritudinem: cum illo stas a fratre abscissus: majus quam ille malum facis. Non sunt enim paria, cum sis inimicus, facere quæ sunt inimicorum, et cum sis amicus, stare cum inimicis: iste est inimicis pejor et sceleratior. Si frater sibi bonam paravit existimationem, vel dum loquitur, vel dum orat, vel aliquid recte gerit, esto particeps laudis et bonæ existimationis, ostende eum esse tuum membrum.

Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλός φησι, Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. Αὔξησον τὴν ἡδονήν· ἂν ἴδῃς τὸν ἀδελφὸν εὐδοκιμοῦντα, μὴ εἴπῃς· ἐκείνου ἡ εὐδοκίμησις, ἐγὼ τίνος ἕνεκεν χαίρω; οὐκ ἀδελφοῦ ταῦτα
C τὰ ῥήματα, ἀλλὰ πολεμίου. Ἂν θέλῃς, οὐκ ἐκείνου ἐστὶν, ἀλλὰ σοῦ· σὺ κύριος ποιῆσαι αὐτὴν μείζονα, ἂν μὴ κατηφὴς ᾖς, ἀλλ' ἡσθῇς, ἂν φαιδρὸς γένῃ, ἂν [a] γεγανωμένος. Καὶ ὅτι οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα, ἐκεῖθεν δῆλον· οἱ φθονοῦντες οὐκ ἐκείνοις φθονοῦσι μόνοις τοῖς εὐδοκιμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ταῖς ἐκείνων εὐδοκιμήσεσι χαίρουσιν· οὕτως ἴσασιν ὅτι καὶ οὗτοι ἐν τῇ εὐδοκιμήσει εἰσὶ, καὶ οὗτοι μάλιστά εἰσιν οἱ σεμνυνόμενοι. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ ἐρυθριᾷ σφόδρα ἐγκωμιαζόμε-
D νος· οὗτος δὲ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς ἐγκαλλωπίζεται. Οὐχ ὁρᾶτε ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν πῶς ὁ μὲν στεφανοῦται, ὁ δὲ οὐ στεφανοῦται; ἡ δὲ ὀδύνη καὶ χαρὰ τῶν ἐραστῶν ἐστι καὶ τῶν μισούντων· ἐκεῖνοι πηδῶσιν, ἐκεῖνοι σκιρτῶσιν. Ὅρα πόσον ἐστὶ τὸ μὴ φθονεῖν· ἑτέρου ὁ πόνος, καὶ σοῦ ἡ ἡδονή· ἕτερος τὸν στέφανον περίκειται, καὶ σὺ σκιρτᾷς, σὺ ἐγκαλλωπίζῃ. Εἰπὲ γάρ μοι, ἄλλος νενίκηκε, σὺ τί πηδᾷς; Ἀλλ' ἴσασι κἀκεῖνοι καλῶς, ὅτι κοινὸν τὸ γενόμενον. Διὰ τοῦτο τούτῳ μὲν οὐκ ἐγκαλοῦσιν οἱ φθονοῦντες, πειρῶνται δὲ καταβάλλειν τὴν νίκην· καὶ
E ἀκούεις ῥήματα τοιαῦτα λεγόντων αὐτῶν, ἐξήλειψά σε, καὶ, κατέβαλόν σε· καίτοι γε ἑτέρου τὸ ἔργον, ἀλλὰ τὸ ἐγκώμιον σόν. Εἰ δὲ ἐν τοῖς ἔξωθεν τοσοῦτον ἀγαθὸν τὸ μὴ φθονεῖν, ἀλλ' οἰκειοῦσθαι τὰ ἑτέρου ἀγαθὰ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦ διαβόλου· τότε γὰρ καθ' ἡμῶν πλέον πνεῖ, δηλονότι ὡς πλέον ἡδομένων. Καίτοι γε μιαρὸς ὢν οἶδεν ἀκριβῶς ὅτι μεγάλη αὕτη ἡ ἡδονή. Θέλεις αὐτὸν λυπῆσαι; ἥσθητι καὶ χάρηθι. Θέλεις αὐτὸν εὐφρᾶναι; σκυθρωπὸς γενοῦ· τὴν ἐκ τῆς νίκης τοῦ ἀδελφοῦ γενομένην αὐτῷ λύπην ἐπικουφίζεις διὰ τῆς σῆς ἀθυμίας· μετ' ἐκείνου ἵστασαι ἀποσχισθεὶς τοῦ ἀδελφοῦ· μεῖζον ἢ ἐκεῖνος ποιεῖς κακόν. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐχθρὸν ὄντα τὰ τῶν ἐχθρῶν ποιεῖν, καὶ
411 A φίλον ὄντα μετὰ τῶν ἐχθρῶν ἵστασθαι· οὗτος τῶν ἐχθρῶν μιαρώτερος. Εἰ εὐδοκίμησεν ὁ ἀδελφὸς, ἢ λέγων, ἢ [b] ἐπιδεικνύμενος, ἢ κατορθῶν, γενοῦ κοινωνὸς τῆς εὐδοκιμήσεως, δεῖξον ὅτι μέλος ἐστὶ σόν.

[a] [A. B. γεγανυμένος]

[b] [Marg. Savil. ἐπαινούμενος, quod expressit Int.]

Καὶ πῶς, φησίν; ἐγὼ γὰρ οὐκ εὐδοκιμῶ. Μὴ φθέγξῃ ποτὲ τὸ ῥῆμα τοῦτο· σύνελε τὰ χείλη. Εἴ γε πλησίον μου ἦς ὁ ταῦτα λέγων, ἐπέθηκα ἂν καὶ τὴν χεῖρα τοῖς χείλεσι, μή ποτε ἀκούσῃ ὁ ἐχθρός. Πολλάκις πρὸς ἀλλήλους ἔχθρας ἔχομεν, καὶ τοῖς ἐχθροῖς οὐκ ἐπιδεικνύμεθα· τῷ διαβόλῳ οὖν ἐπιδείκνυσαι σύ. Μὴ εἴπῃς τοῦτο, μὴ ἐννοήσῃς· ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, μέλος ἐστὶν ἐμόν· εἰς τὸ σῶμα διαβαίνει ἡ δόξα. Τί οὖν, φησὶν, ὅτι οἱ ἔξωθεν οὐχ οὕτω διάκεινται; Ὅτι σὺ αἴτιος· ὅταν ἴδωσί σε ἀλλοτριούμενον αὐτοῦ τὴν ἡδονὴν, καὶ αὐτοὶ ἀλλοτριοῦνται· ὡς ἂν ἴδωσί σε [b] οἰκειούμενον, οὐ τολμῶσιν· ἀλλ' ὁμοίως εἶ καὶ σὺ λαμπρός. Οὐκ εὐδοκίμησας λέγων, ἀλλ' εὐδοκίμησας συνηδόμενος μειζόνως, ἢ ἐκεῖνος. Εἰ γὰρ ἡ ἀγάπη μέγα καὶ πάντων κεφάλαιον, σὺ τὸν ἐκ ταύτης ἔλαβες στέφανον· ἐκεῖνος τὸν ἐκ τῆς ῥητορείας, σὺ τὸν ἐκ τοῦ σφόδρα φιλεῖν· ἐκεῖνος ἐπεδείξατο ῥημάτων ἰσχὺν, σὺ διὰ τῶν ἔργων τὸν φθόνον κατέβαλες, ἐπάτησας τὴν βασκανίαν. Ὥστε εἰκότως ἂν μᾶλλον ἐκείνου στεφανωθείης· λαμπρότερος ὁ σὸς ἀγών· οὐκ ἐπάτησας μόνον τὴν βασκανίαν, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι πεποίηκας. Ἐκεῖνος ἕνα ἔχει στέφανον μόνον, σὺ δὲ δύο, καὶ τοὺς δύο τοῦ ἑνὸς λαμπροτέρους. Ποίους τούτους; Ἕνα μὲν ὃν ἀνεῖλου κατὰ τοῦ φθόνου, δεύτερον δὲ ὃν ἀνεδήσω ἐκ τῆς ἀγάπης. Οὐ γὰρ τοῦ καθαρὸν εἶναι φθόνου τεκμήριον μόνον τὸ συνήδεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀγάπην ἔχειν ἐῤῥιζωμένην. Ἐκείνῳ πολλάκις καὶ ἀνθρώπινόν τι διενοχλεῖ πάθος, οἷον ἡ κενοδοξία· σὺ δὲ παντὸς εἶ πάθους καθαρός· οὐ γὰρ δὴ κενοδοξῶν [c] χαίρεις ἐπὶ τοῖς ἑτέρου καλοῖς. Ὤρθωσε τὴν ἐκκλησίαν ἐκεῖνος, εἰπέ μοι; ηὔξησε τὸν σύλλογον; ἐπαίνεσον πάλιν· ἔχεις διπλοῦς τοὺς στεφάνους· τὸν φθόνον κατέβαλες, τὴν ἀγάπην ἀνεδήσω. Ναὶ δέομαι, καὶ ἀντιβολῶ. Βούλει καὶ τρίτον ἀκοῦσαι στέφανον; τοῦτον οἱ κάτω κροτοῦσιν ἄνθρωποι, σὲ οἱ ἄνω ἄγγελοι. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον εὐέπειαν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ παθῶν κρατεῖν. Οὗτος ὁ ἔπαινος πρόσκαιρος, ἐκεῖνος αἰώνιος· οὗτος ἐξ ἀνθρώπων, ἐκεῖνος ἐκ Θεοῦ· οὗτος φαίνεται ἐστεφανωμένος, σὺ δὲ ἐν τῷ κρυπτῷ στεφανοῦσαι, ὅπου ὁ Πατήρ σου ὁρᾷ. Εἰ τὸ σῶμα ἀποσχίσαντα τὴν ἑκάστου ψυχὴν ἦν ἰδεῖν, ἔδειξα ἄν σοι τοῦτον ἐκείνου σεμνότερον, μᾶλλον ἀποστίλβοντα. Πατήσωμεν τὰ κέντρα τῆς βασκανίας, ἑαυτοὺς ἐντεῦθεν ὠφελοῦμεν, ἀγαπητοὶ, αὐτοὶ ἀναδησόμεθα τὸν στέφανον. Ὁ βασκαίνων, τῷ Θεῷ μάχεται, οὐκ ἐκείνῳ· ὅταν γὰρ ἴδῃ χάριν ἔχοντα, καὶ ἀλγῇ, καὶ βούληται καθαιρεῖσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, οὐκ ἐκείνῳ μάχεται, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις κόρην

4. Et quomodo, ait? ego enim non sum bonam assequutus famam. Ne hoc verbum dixeris, labia comprime. Si prope me esses tu qui hæc loqueris, imposuissem manum labris tuis, ne audiret inimicus. Sæpe inter nos intercedunt inimicitiæ, et inimicis non ostendimus : tu vero ostendis diabolo. Ne hoc dixeris, ne hoc cogitaveris; sed contra, est meum membrum : ad corpus transit gloria. Cur ergo, inquit, non ita sunt affecti qui sunt foris? Quoniam tu es causa. Nam cum viderint te ejus lætitiam alienam esse dicentem, ipsi quoque alienantur : quod si viderint te eam ducentem esse propriam, non audent; sed tu quoque es similiter clarus. Non es dicendo laudem assequutus; sed tu dum ei gratularis, majorem es laudem adeptus quam ille. Si enim caritas est res magna et caput omnium, tu eam, quæ ex ipsa paratur, accepisti coronam : ille eam quæ acquiritur ex arte dicendi, tu eam quæ ex vehementi amore: ille ostendit vim verborum; tu per facta dejecisti invidiam, et conculcasti livorem. Quamobrem jure magis quam ille fueris coronatus : certamen tuum est præclarius : non solum conculcasti invidiam, sed etiam aliquid fecisti. Ille unam solum habet coronam, tu autem duas, et duas illas una splendidiores. Quænam sunt hæ? Unam suscepisti adversus invidiam; altera est qua fuisti redimitus ex caritate. Non enim collætari solum est indicium quod sis mundus ab invidia, sed etiam quod habeas caritatem quæ radices egerit. Illi sæpe molestiam exhibet humana aliqua animi perturbatio, ut inanis gloria : tu autem es mundus ab omni perturbatione animi : haud enim inani gloria laborans, lætaris propter bona alterius. Erexit, dic quæso, Ecclesiam, cœtum amplificavit? rursus lauda : habes duplices coronas; dejecisti invidiam, caritate es redimitus. Etiam rogo et obsecro. Vis et tertiam audire coronam? ei applaudunt qui inferne sunt homines, tibi autem qui superne sunt angeli. Non enim sunt paria, pulchram et elegantem ostendere dictionem, et motus animi superare : hæc laus est temporalis, illa vero æterna : hic est ex hominibus, ille ex Deo : hic aspicitur coronatus, tu autem in occulto coronaris, ubi Pater tuus te videt. Si dissecto corpore liceret uniuscujusque videre animam, ostendissem tibi hunc esse honestiorem et magis resplendentem. Invidiæ

Quomodo cum inimicis agendum.

[b] [A. ᾠκειωμένον.]

[c] [χαίρεις pro χαίροις recte A. B]

stimulos projiciamus : nobis ipsis prosimus, o dilecti! ipsis nobis coronam imponemus. Qui invidet, cum Deo pugnat, non cum illo : nam cum illum videt habere gratiam, et dolet et vult destruere Ecclesiam, non pugnat cum illo, sed cum Deo. Nam dic quæso, si quis ornaret puellam regis, et in bona esset existimatione eam exornans decoramque reddens, vellet autem aliquis eam se turpiter et indecore gerere, et ipsum non posse eam ornare; cuinam insidiaretur, huicne an illi et ejus patri? Ita nunc quoque tu invidens, pugnas cum Ecclesia, cum Deo bellum geris. Nam quoniam cum fratris laude connexa est utilitas Ecclesiæ, si hæc corruat, ut ille quoque corruat necesse est. Quamobrem in hoc opus facis satanicum, ut qui corpori Christi insidieris. Adversus eum dolore stimularis, qui tibi nullam fecit injuriam; multo autem magis adversus Christum. Quam tibi fecit injuriam, ut non sinas ejus corpus ornari pulchritudine? ut non sinas sponsam decorari? Considera autem mihi quantum sit supplicium; inimicos tuos lætitia afficis; et illum ipsum qui est in bona existimatione, quem vis molestia afficere, magis exhilaras, et invidens magis ostendis eum laudari et bene audire : nam alioqui non invidisses; vel potius ostendis quod crucieris. Atque me quidem pudet ex his adhortari; sed quoniam tanta est nostri animi imbecillitas, vel ex his castigati, ab hoc pernicioso vitio liberemur. Doles quod laudetur et in bona sit existimatione? cur ergo invidens auges ejus laudem? Vis eum cruciare? cur ergo ostendis te dolere? cur de te ipso prius exigis pœnas, quam de eo quem non vis laudari? Ei inde est duplex voluptas et lætitia, et tibi cruciatus : non solum quod magnum eum ostendis, sed etiam quod alteram ei procreas voluptatem, dum teipsum cruciaris; et rursus de iis de quibus doles, ille lætatur te invidente. Vide quam graves nobis plagas infligimus, et non sentimus. Est inimicus. Atqui cur inimicus? quam tibi fecit injuriam? Sed tamen inimicum reddimus illustriorem, et nos ipsos magis punimus. Hoc rursus nos ipsos cruciamus, si senserimus quod ille cognoverit. Nam ille quidem fortasse non lætatur, nos autem putantes eum lætari, rursus propterea dolemus. Cessa ergo invidere : cur tibiipsi imponis vulnera? Hæc cogitemus, o dilecti, nempe duplices coronas eorum qui non invident : laudes scilicet ab homini-

Invidia propulsanda.

ἐκαλλώπιζε βασιλέως, καὶ εὐδοκίμει καλλωπίζων αὐτὴν καὶ σεμνὴν ἐργαζόμενος, ἕτερος δέ τις ἐβούλετο ταύτην ἀσχημονῆσαι, [a] καὶ μὴ δυνηθῆναι καλλωπίσαι, τίνι ἂν ἐπεβούλευσε, τούτῳ ἢ ἐκείνῃ καὶ τῷ ταύτης πατρί; Οὕτω καὶ νῦν σὺ ὁ βασκαίνων μάχῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῷ Θεῷ πολεμεῖς. Ἐπειδὴ γὰρ τῇ εὐδοκιμήσει τοῦ ἀδελφοῦ συμπέπλεκται καὶ ἡ τῆς Ἐκκλησίας ὠφέλεια, ἀνάγκη, ταύτης καταλυομένης, B κἀκείνην καταλύεσθαι· ὥστε κατὰ τοῦτο, ἔργον σατανικὸν ποιεῖς, ἐπιβουλεύων τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ. Πρὸς τοῦτον [b] ἀλγεῖς τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα, πολλῷ δὲ μᾶλλον πρὸς τὸν Χριστόν. Τί σε ἠδίκησεν, ὅτι οὐκ ἀφίης τὸ σῶμα αὐτοῦ καλλωπισθῆναι τῷ κάλλει; ὅτι οὐκ ἀφίης τὴν νύμφην κοσμηθῆναι; Θέα δέ μοι τὴν τιμωρίαν, ὅση· τοὺς ἐχθροὺς εὐφραίνεις τοὺς σοὺς, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν εὐδοκιμοῦντα, ὃν βούλει λυπῆσαι φθονῶν, μᾶλλον αὐτὸν εὐφραίνεις, μᾶλλον δεικνύεις, ὅτι ηὐδοκίμησε βασκαίνων· οὐ γὰρ ἂν ἐβάσκηνας· μᾶλλον δεικνύεις ὅτι τιμωρῇ. Αἰσχύνομαι μὲν C οὖν ἀπὸ τούτων προτρέπων· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ οὕτως ἀσθενῶς διακείμεθα, καὶ ἀπὸ τούτων παιδευθέντες τοῦ ὀλεθρίου τούτου πάθους ἀπαλλαγῶμεν. Ἀλγεῖς ὅτι ηὐδοκίμησε; τί οὖν τὴν εὐδοκίμησιν αὐτοῦ ἐπαίρεις φθονῶν; Βούλει αὐτὸν τιμωρήσασθαι; Τί οὖν δεικνύεις ὅτι ἀλγεῖς; τί τιμωρίαν σαυτὸν ἀπαιτεῖς ἔμπροσθεν τούτου, ὃν βούλει μὴ εὐδοκιμεῖν; Διπλῆ λοιπὸν ἔσται ἡ ἡδονὴ τούτῳ, καὶ σοὶ ἡ τιμωρία, οὐ μόνον ὅτι μέγαν δεικνύεις αὐτὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἑτέραν αὐτῷ D ἐντίκτεις ἡδονὴν τιμωρούμενος σαυτόν· καὶ πάλιν ὑπὲρ ὧν ἀλγεῖς, ἐκεῖνος ἥδεται, σοῦ φθονοῦντος. Ὅρα πῶς πληγὰς χαλεπὰς ἑαυτοῖς διδόαμεν, καὶ οὐκ αἰσθανόμεθα. Ἀλλ' ἐχθρός ἐστι. Καίτοι γε διὰ τί ἐχθρός; Τί ἠδίκησεν; Ἀλλ' ὅμως τὸν ἐχθρὸν λαμπρότερον ποιοῦμεν, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς πλέον κολάζομεν τούτῳ. Πάλιν ἑαυτοὺς τιμωρούμεθα, ἂν αἰσθώμεθα ὅτι ἔγνω ἐκεῖνος. Ἴσως μὲν γὰρ ἐκεῖνος οὐχ ἥδεται· ἡμεῖς δὲ νομίζοντες ὅτι ἥδεται, πάλιν διὰ τοῦτο ἀλγοῦμεν. Οὐκοῦν παῦσαι φθονῶν· τί τραύ- E ματα ἑαυτῷ παρέχεις; Ταῦτα ἐννοήσωμεν, ἀγαπητοὶ, τοὺς στεφάνους τοὺς διπλοῦς τῶν μὴ φθονούντων, τοὺς ἐπαίνους τοὺς παρὰ ἀνθρώπων, τοὺς παρὰ Θεοῦ, τὰ κακὰ τὰ ἀπὸ τῆς βασκανίας· καὶ οὕτω δυνησόμεθα σβέσαι τὸ θηρίον, καὶ εὐδοκιμῆσαι ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν αὐτῶν τυχεῖν τοῖς εὐδοκιμοῦσι. Τευξόμεθα γὰρ ἴσως· κἂν μὴ τύχωμεν δὲ, διὰ τὸ συμφέρον οὐ τευξόμεθα· πλὴν καὶ οὕτω δυνησόμεθα εἰς δόξαν Θεοῦ ζήσαντες, τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τυχεῖν, χάριτι καὶ φι- F λανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ'

[a] [Marg. Savil. et A. μὴ δυνηθείς. Ad quem sensum rediret vulgata, καί mutato in τῷ.]

[b] [A ἀλγεῖς, κακῶς τὸν ο. ἠδ. λέγων, μᾶλλον δὲ πρός. B. ἀλγεῖς κακῶς μὲν τ. ο. ἠδ., πολλῷ δέ.]

οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

bus, laudes a Deo, et mala quæ oriuntur ex invidia; et sic feram poterimus exstinguere, et coram Deo laudari, et in bona esse existimatione, et eadem assequi quæ ii quorum est bona existimatio: fortasse enim assequemur: quod si non assequamur, non assequemur quod non expediat: poterimus tamen et sic, cum ad Dei gloriam vixerimus, bona promissa consequi iis qui ipsum diligunt, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ιβ'.

412 A

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος Χριστοῦ, πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα στῆτε τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει. B

Καὶ ἀρχόμενος τῆς ἐπιστολῆς, συνέστησε τὸν ἄνδρα [a] ἀπὸ ἀγάπης· ἀγάπην δὲ δείκνυσι καὶ τὸ ἐγκωμιάζειν· ὅπερ ἐξ ἀρχῆς εἶπεν, Ὁ δηλώσας ἡμῖν, φησὶ, τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν πνεύματι. Ἀγάπην δείκνυσι καὶ ποιεῖ φιλεῖσθαι καὶ τὸ ὑπερεύχεσθαι. Συνίστησι δὲ αὐτὸν, ἀνοίγων θύραν τῷ λόγῳ αὐτοῦ (τὸ γὰρ αἰδέσιμον εἶναι τὸν διδάσκαλον, μαθητῶν ὠφέλεια), καὶ πάλιν [b] τὸ εἰπεῖν, Ἐξ ὑμῶν, ἵνα καὶ σεμνύνωνται ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ, ἅτε τοιούτους φέροντες ἄνδρας. Καὶ πάντοτε, φησὶν, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς. Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, εὐχόμενος, ἀλλ', Ἀγωνιζόμενος, τρέμων καὶ δεδοικώς. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν. Ἀξιόπιστος μάρτυς. Ὅτι ἔχει, φησὶ, ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν. Τουτέστιν, ὅτι σφόδρα ὑμᾶς ἀγαπᾷ, καὶ ἐκκαίεται τῷ περὶ ὑμᾶς φίλτρῳ. Καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, φησὶ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει. Κἀκείνοις αὐτὸν συνίστησιν. Ἀλλὰ πόθεν τοῦτο ἔμελλον εἰδέναι; Εἰκὸς μὲν οὖν αὐτοὺς ἀκοῦσαι· πλὴν καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἀναγινωσκομένης, ἐμάνθανον. Ποιήσατε γὰρ, φησὶν, ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων Ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ. Ἵνα στῆτε, φησὶ, τέλειοι. Ἅμα καὶ κατηγορεῖ αὐτῶν, καὶ ἀνεπαχθῶς παραινεῖ καὶ συμβουλεύει. Ἔνι γὰρ καὶ τέλειον εἶναι, καὶ μὴ ἑστά- (C, D)

HOMILIA XII.

Cap. IV. v. 12. *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, et pleni in omni voluntate Dei.* 13. *Testimonium enim illi perhibeo quod habet multum zelum pro vobis, et pro iis qui sunt Laodiceæ, et qui Hierapoli.*

1. Etiam in initio epistolæ, virum commendavit a caritate; caritatem autem ostendit, et quod laudet: quod quidem dixit ab initio, *Qui etiam manifestavit nobis caritatem vestram in spiritu.* Col. 1. 8. Dilectionem ostendit et amabilem reddit, quod pro aliis oret. Ipsum autem commendat, aperiens ostium sermone ejus (nam quod reverendus sit magister, id est utile discipulo), et rursus quod dixerit, *Ex vobis*, ut etiam de viro glorientur, ut qui tales viros ferant. *Et semper*, inquit, *sollicitus pro vobis in orationibus.* Non solum dixit, Orans, sed, *Sollicitus*, tremens et timens. *Testimonium enim*, inquit, *illi perhibeo quod habet multum zelum pro vobis.* Est testis fide dignus. *Quoniam habet*, inquit, *multum zelum pro vobis.* Hoc est, Vos valde diligit et magno vestri flagrat amore. *Et pro iis qui sunt Laodiceæ, et qui Hierapoli.* Illis quoque eum commendat. Sed hoc unde erant scituri? Verisimile est illos audivisse; sed etiam dum epistola legeretur discebant. *Facite* enim, inquit, *ut et in Laodicensium Ecclesia legatur.* Col. 4. 16. *Ut stetis*, inquit, *perfecti.* Simul et eos reprehendit, et non

[a] [illegible]

[b] [Fort. τῷ εἰπεῖν. Commendat eum, auspicando epistolam ab ejus laudibus, et dicendo, *Ex vobis est.*]

acerbe eos admonet et consilium dat. Fieri enim potest ut et quispiam sit perfectus et non stet; ut si quis omnia noverit, adhuc autem vacillet: fieri potest etiam ut non sit perfectus, nec consistat; ut si quis sciat quidem partem, nec stet firmiter. Sed hic utrumque optat, *Ut stetis*, inquit, *perfecti*. Vide quomodo eos rursus admonuerit sermonis de angelis, et de vita. *Et pleni*, inquit, *in omni voluntate Dei*. Non enim solum sufficit facere Dei voluntatem. Cui enim est plene aliquid persuasum, non sinit aliam in se esse voluntatem: alioqui non plene persuasum haberet. *Testimonium*, inquit, *illi perhibeo, quod habet multum zelum*. Et zelum, et multum; utrumque auget et amplificat: sicut et ipse dicit, scribens ad Corin-
2 Cor. 11. 2. thios: *Æmulor enim vos Dei zelo*. 14. *Salutat vos Lucas medicus carissimus*. Hic est ille evangelista. Non eum autem deprimens ponit ultimum, sed illum extollit, Epaphram. Verisimile est fuisse etiam alios qui vocarentur hoc nomine. *Et Demas*. Cum dixisset, *Salutat vos Lucas medicus*, adjecit, *Carissimus*. Hoc quoque non parvum est encomium, sed valde magnum, esse Paulo carissimum. 15. *Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, et Nympham, et quæ in domo ejus est Ecclesiam*. Vide quomodo eos conglutinat, et inter se conjungit, non solum quod salutaverit, sed etiam quod epistolas dederit. Deinde rursus gratificatur, eum seorsum appellans. Hoc autem facit non sine causa, sed alios ad eamdem adducens æmulationem. Neque enim est parvum, quod non connumeratur cum cæteris. Vide ergo quam magnum eum ostendit esse virum, si quidem domus ejus erat ecclesia. 16. *Et cum lecta fuerit apud vos epistola, facite ut et in Laodicensium Ecclesia legatur*. Mihi videntur esse quædam ex iis quæ illic scripta sunt, quæ hos etiam oportebat audire. Et his major erat utilitas, cum illis reprehensis sua peccata agnoscerent. *Et ea quæ Laodicensium est, ut et vos legatis*. Quidam dicunt non Pauli ad ipsos missam, sed quæ ab ipsis ad Paulum: non enim dixit, Eam quæ est ad Laodicenses, sed, *Quæ scripta est a Laodicea*. 17. *Et dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas*. Cur non scribit ad ipsum? Fortasse non opus erat, sed sola nuda admonitione, ut fieret dili-

ναι, ὡς ἐάν τις πάντα μὲν εἰδῇ, σαλεύηται δὲ ἔτι·
ἔνι καὶ μὴ τέλειον εἶναι, καὶ ἑστάναι, ὡς ἐάν τις
μέρος μὲν εἰδῇ, ἕστηκε δὲ * οὐ βεβαίως. Ἀλλ' οὗτος
ἀμφότερα εὔχεται, Ἵνα στῆτε, φησὶ, τέλειοι. Ὅρα
ποῦ πάλιν αὐτοὺς ὑπέμνησε τοῦ περὶ τῶν ἀγγέλων
E λόγου, καὶ περὶ τοῦ βίου. Καὶ πεπληρωμένοι, φησὶν,
σὶν, ἐν παντὶ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀρ-
κεῖ τὸ θέλημα ποιεῖν. Ὁ πεπληρωμένος οὐκ ἀφίησιν
ἄλλο θέλημα εἶναι ἐν αὐτῷ, ἐπεὶ οὐ πεπληροφόρηται.
Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ὅτι ἔχει ζῆλον πολύν.
Καὶ ζῆλον, καὶ πολύν· ἀμφότερα ἐπιτάσεως· ὥσπερ
καὶ αὐτός φησι Κορινθίοις γράφων, Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς
Θεοῦ ζήλῳ. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγα-
F πητός. Οὗτός ἐστιν ὁ εὐαγγελιστής. Οὐ τοῦτον δὲ
ταπεινῶν, ὕστερον τίθησιν, ἀλλ' ἐκεῖνον ἐπαίρει c τὸν
Ἐπαφρᾶν. Εἰκὸς εἶναι καὶ ἄλλους καλουμένους τῷ ὀνό-
ματι τούτῳ. Καὶ Δημᾶς. Εἰπὼν δὲ, Ἀσπάζεται ὑμᾶς
Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς, προσέθηκεν, Ὁ ἀγαπητός. Ἐγκώ-
413 A μιον καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα,
τὸ Παύλου εἶναι ἀγαπητόν. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαο-
δικείᾳ ἀδελφοὺς, καὶ Νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐ-
τοῦ Ἐκκλησίαν. Ὅρα πῶς αὐτοὺς συγκολλᾷ καὶ
a συνάπτει πρὸς ἑαυτοὺς, οὐ τῷ ἀσπάσασθαι μόνον,
ἀλλὰ καὶ τῷ τὰς ἐπιστολὰς ἀντιδοῦναι. Εἶτα πάλιν
χαρίζεται, κατ' ἰδίαν αὐτὸν προσαγορεύων. Ποιεῖ δὲ
τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τὸν αὐ-
τὸν ἄγων ζῆλον. Οὐδὲ γὰρ μικρόν ἐστιν, ὅταν μὴ μετὰ
τῶν λοιπῶν ἀριθμῆται. Ὅρα γοῦν πῶς δείκνυσι μέ-
B γαν τὸν ἄνδρα, εἴ γε ἡ οἰκία αὐτοῦ ἐκκλησία ἦν. Καὶ
ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολὴ, ποιήσατε ἵνα
καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων Ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ. Ἐμοὶ
δοκεῖ εἶναί τινα τῶν γραφέντων ἐκεῖ, ἃ καὶ τούτους
ἐχρῆν ἀκοῦσαι. Καὶ τούτοις μείζων ἦν ἡ ὠφέλεια,
ὅταν ἑτέρων ἐγκαλουμένων, τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα
ἐπιγινώσκωσι. Καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας, ἵνα καὶ ὑμεῖς
ἀναγνῶτε. Τινὲς λέγουσιν, ὅτι οὐχὶ τὴν Παύλου πρὸς
αὐτοὺς ἀπεσταλμένην, ἀλλὰ τὴν παρ' αὐτῶν Παύλῳ·
οὐ γὰρ εἶπε, τὴν πρὸς Λαοδικέας, ἀλλὰ, Τὴν ἐκ
Λαοδικείας φησὶ γραφεῖσαν. Καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ,
C βλέπε τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, ἵνα
αὐτὴν πληροῖς. Τίνος ἕνεκεν οὐ γράφει πρὸς αὐτόν;
Ἴσως οὐκ ἐδεῖτο, ἀλλὰ ψιλῆς μόνης ὑπομνήσεως,
ὥστε σπουδαιότερος εἶναι. Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ
Παύλου. Τοῦτο γνησιότητος καὶ φιλίας τεκμήριον, τὸ
καὶ τὰ γράμματα ὁρᾷν, καὶ πάσχειν τι πρὸς ταῦτα.
Μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν. Βαβαὶ, πόση παρά-
κλησις; Τοῦτο γὰρ ἱκανὸν εἰς πάντα αὐτοὺς προτρέ-

* [οὐ expungendum censet Halesius.]

c [Legebatur ὡς τόν. Sed conjunctionem omittunt omnes. Pro Ἐπαφρᾶν B., Commel. et marg. Savil. Ἐπαφρόδιτον. Mox A. διότι εἰκὸς εἶναι.]

a Colbertinus συνάπτει ἀλλήλοις ἑαυτούς.

ψαι καὶ γενναιοτέρους ποιῆσαι πρὸς τοὺς ἀγῶνας· οὐ μόνον δὲ γενναιοτέρους, ἀλλὰ καὶ οἰκειοτέρους αὐτοὺς ἐποίει. Ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.

Μέγα ἐγκώμιον, [b] καὶ μεῖζον τῶν ἄλλων ἁπάντων, τὸ λέγειν περὶ τοῦ Ἐπαφρᾶ, Ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος Χριστοῦ. Καὶ διάκονον αὐτὸν ὑπὲρ αὐτῶν φησιν, ὥσπερ καὶ ἑαυτὸν τῆς Ἐκκλησίας λέγει διάκονον, ὡς ὅταν λέγῃ· Ἧς ἐγενόμην ἐγὼ Παῦλος διάκονος. Εἰς τὸ αὐτὸ ἀξίωμα ἀναφέρει τὸν ἄνδρα, καὶ σύνδουλον ἀνωτέρω καλεῖ, καὶ ἐνταῦθα δοῦλον. Ὁ ἐξ ὑμῶν, φησίν· ὡς πρὸς μητέρα διαλεγόμενος, καὶ λέγων, ὁ ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς σῆς. Ἀλλὰ τοῦτο φθόνον ἂν ἔτεκε τὸ ἐγκώμιον. E Διὰ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τούτων αὐτὸν συνίστησι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν πρὸς αὐτούς· καὶ ἐκεῖ φθόνον λύει, καὶ ἐνταῦθα. Πάντοτε, φησὶν, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν· οὐ νῦν μόνον παρ' ἡμῖν, ὥστε ἐπιδείξασθαι, οὐδὲ παρ' ὑμῖν μόνον, ὥστε ὑμῖν ἐπιδείξασθαι. Μεγάλην προθυμίαν ἔδειξε τῷ εἰπεῖν, Ἀγωνιζόμενος. Εἶτα, ἵνα μὴ δόξῃ κολακεύειν αὐτοὺς, ἐπήγαγεν, ὅτι Ζῆλον ἔχει πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει. F [c] Καὶ τὸ, Ἵνα στῆτε τέλειοι, καὶ τοῦτο οὐ κολακείας, ἀλλ' αἰδεσίμου διδασκάλου. Καὶ πεπληρωμένοι, φησὶ, καὶ τέλειοι. Τὸ μὲν ἔδωκε, τὸ δὲ εἶπεν ὑστερεῖν. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἵνα μὴ σαλεύησθε, ἀλλ', Ἵνα στῆτε. Τὸ μέντοι παρὰ πολλῶν ἀσπάζεσθαι αὐτοὺς, ἀνακτᾶται 414 A [d] αὐτοὺς, ὅταν μὴ μόνον οἱ οἰκεῖοι ἐξ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι αὐτῶν μνημονεύωσι. Καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ· βλέπε τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ. Μάλιστα αὐτοὺς αὐτῷ ὑποτάττει. Οὐκέτι γὰρ ἂν ἔχοιεν ἐγκαλεῖν ἐκείνῳ ἐπιτιμῶντι αὐτοὺς, ὅταν αὐτοὶ ὦσιν ἀναδεδεγμένοι τὸ πᾶν· ἐπεὶ οὐκ ἔχει λόγον τοῖς μαθηταῖς περὶ τοῦ διδασκάλου λέγειν. Ἀλλ' ἐπιστομίζων αὐτοὺς, ταῦτα γράφει· Εἴπατε, φησὶν, Ἀρχίππῳ, βλέπε. Φοβοῦντός ἐστι τοῦτο τὸ ῥῆμα πανταχοῦ, ὡς ὅταν λέγῃ, Βλέπετε τοὺς κύνας· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν· Βλέπετε μή πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν B αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσι. Καὶ πανταχοῦ οὕτω φησὶν ὅταν φοβῇ. Βλέπε, φησὶ, τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. Οὐδὲ ἀφίησιν αὐτὸν κύριον εἶναι, καθάπερ αὐτὸς ἔλεγεν· Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι. Ἵνα αὐτὴν πληροῖς· διηνεκῶς κεχρημένος * σπουδῇ. Ἣν παρέλαβες

gentior. 18. *Salutatio mea manu Pauli.* Hoc D est indicium sinceritatis et amicitiæ, quod et viderent literas, et in eas essent affecti. *Memores estote vinculorum meorum.* Papæ! quanta consolatio. Hoc enim sufficit ad eos ad omnia adhortandos, et ad reddendos fortiores ad certamina: non solum autem fortiores, sed et eos reddebat magis familiares. *Gratia vobiscum. Amen.*

2. Magnum encomium, et majus aliis omnibus, dicere de Epaphra, *Qui est ex vobis servus Christi.* Et ministrum ipsum pro ipsis dicit, sicut et se dicit ministrum Ecclesiæ: ut quando dicit, *Cujus enim fui Paulus minister.* (Col.) Ad eamdem dignitatem virum effert, conservum eum superius vocat, et hic servum. *Qui ex vobis est,* inquit; tamquam cum matre disserens, et dicens, Qui est ex tuo utero. Sed invidiam attulisset hoc encomium. Propterea non ex his solis eum commendat, sed et ex iis quæ ad ipsos pertinent: et illic solvit invidiam, et hic quoque. *Semper,* inquit, *pro vobis sollicitus.* Non nunc solum apud nos ut nobis ostendat, neque apud vos solum ut vobis ostendat. Magnum exhibuit animi studium et alacritatem dicendo, *Sollicitus.* Deinde ne videretur eis blandiri, subjunxit: *Habet multum zelum pro vobis, et pro iis qui sunt Laodiceæ et qui Hierapoli.* Et illud, *Ut stetis perfecti,* non est assentationis, sed reverendi præceptoris. Et repleti, inquit, et perfecti. Illud quidem dedit, hoc autem dixit deficere. Nec dixit, Ut non labetis, sed, *Ut stetis.* Quod autem a multis salutentur, hoc eos recreat, quando non solum qui sunt ex eis familiaritate et necessitudine conjuncti, sed etiam alii eorum meminerunt. *Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in Domino.* Eos maxime ipsi subjicit. Non poterant enim amplius illum arguere ipsos increpantem, quando ipsi universum susceperint. Non est enim rationi consentaneum, ut discipuli dicant de præceptore. Sed eis os obstruens hoc dicit: *Dicite,* inquit, *Archippo: Vide.* Hoc verbum semper est terrentis: ut quando dicit, *Videte canes: Videte ne quis vos seducat: Videte ne aliquo modo ista vestra libertas sit offendiculum infirmis.* (Philipp. 3. 2. Col. 2. 8. 1. Cor. 8. 9.) Et semper sic dicit quando terret. *Vide,* inquit, *ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas.* Neque sinit eum esse domi-

[b] [A. B. καὶ μεῖζον ἤ. Vide Hermannum ad Sophocl. Ant. v. 1266.]

[c] [A. τὸ δὲ, ἵνα.]

[d] [Idem αὐτούς. οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο εἰς ἀνάκτησιν, ὅταν.]

* [Idem ... τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες.]

1. Cor. 9. 17. num, sicut ipse dicebat. : *Si enim volens hoc facio, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi est credita. Ut ipsum impleas :* semper studio utens : *Quod accepisti in Domino.* Rursus illud, *in*, est, per Dominum. Ipse tibi dedit, non nos. Et illos ei subjicit, quando ostendit id ipsi fuisse traditum a Domino. *Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum Amen.* Solvit metum. Etsi enim doctor est in vinculis, gratia tamen eum solvit. Et hoc quoque est gratiæ, concedere ut ipse vin-
Act. 5. 41. ctus : audi enim Lucam dicentem : *Revertebantur apostoli a facie concilii gaudentes, quod digni essent habiti pro nomine ipsius contumeliam pati.* Revera enim dignum esse habitum est, et contumeliam esse passum, et vinctum esse. Nam si qui amat quempiam, lucrum esse putat si propter amatum passus sit; multo magis pro-
Paulus exemplum virtutum omnium. pter Christum. Ne ergo ægre feramus afflictiones propter Christum, sed vinculorum Pauli nos quoque simus memores; et hoc sit nobis adhortatio. Verbi gratia, suades aliquibus, ut pauperibus dent propter Christum? reminiscere vinculorum Pauli, et te et illos pronuntia miseros, si ille quidem et corpus dedit vinculis propter ipsum, tu autem ne cibum quidem impertiaris. Extolleris propter bona opera? recordare vinculorum Pauli, et quod nihil tale sis passus, nec ultra te extolles. Bona proximi concupivisti? memento vinculorum Pauli, et videbis quam sit absurdum illum quidem esse in vinculis, te autem in deliciis. Rursus deliciarum teneris desiderio? tibi veniat in mentem carcer Pauli : es illius discipulus, es illius commilito. Quomodo est rationi consentaneum, ut commilito quidem sit in vinculis, tu autem in deliciis? Es in afflictione, existimas te esse derelictum? audi verba Pauli, et videbis quod esse in afflictione, non est indicium derelictionis. Vis vestes ferre sericas? recordare vinculorum Pauli, et ea videbuntur viliora pannis sordidis et cœnosis. Vis aureis indui? tibi veniant in mentem vincula Pauli, et nihilo tibi videbuntur meliora esse, quam vetus juncus. Vis capillos ornare, et videri pulchra? cogita squalorem Pauli in carcere, et ad illam accenderis pulchritudinem, et hoc existimabis esse deformitatem, atque acriter ingemisces, illa vincula cu-

ἐν Κυρίῳ. Πάλιν τὸ, Ἐν, διὰ Κυρίου, ἐστίν· αὐτός σοι ἔδωκεν, οὐχ ἡμεῖς. Κἀκείνους ὑποτάττει αὐτῷ, τῷ
C δεικνύειν παρὰ Θεοῦ αὐτοὺς ἐγκεχειρισμένον. Μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν. Ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν. Τὸν φόβον ἔλυσεν. Εἰ γὰρ καὶ ὁ διδάσκαλος ἐν δεσμοῖς, ἀλλ' ἡ χάρις αὐτὸν λύει. Καὶ τοῦτο τῆς χάριτος τὸ συγχωρεῖν αὐτὸν δεθῆναι· ἄκουε γὰρ τοῦ Λουκᾶ λέγοντος, ὅτι Ὑπέστρεφον οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου χαίροντες ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἀτιμασθῆναι. Καταξιωθῆναι γὰρ ὄντως ἐστὶ, καὶ τὸ ἀτιμασθῆναι καὶ τὸ δεθῆναι. Εἰ γὰρ ἐρώμενόν τις ἔχων, κέρδος ἡγεῖται τὸ δι' ἐκεῖνόν τι παθεῖν, πολλῷ μᾶλλον τὸ διὰ τὸν Χριστόν. Μὴ
D τοίνυν ἀσχάλλωμεν περὶ τὰς θλίψεις διὰ Χριστὸν, ἀλλὰ μνημονεύωμεν τῶν δεσμῶν Παύλου καὶ ἡμεῖς, καὶ τοῦτο ἔστω ἡμῶν προτροπή· οἷον, παραινεῖς τισι, πένησι δοῦναι διὰ Χριστόν· ἀνάμνησον αὐτοὺς τῶν Παύλου δεσμῶν, καὶ σαυτὸν κἀκείνους ταλάνισον, εἰ ἐκεῖνος μὲν καὶ τὸ σῶμα ἐξέδωκε δεσμοῖς δι' αὐτὸν, σὺ δὲ οὐδὲ τροφῆς μεταδίδως. Ἐπήρθης ἐπὶ κατορθώμασι; μνημόνευσον τῶν Παύλου δεσμῶν, καὶ ὅτι οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθες, καὶ οὐκέτι ἐπαρθήσῃ. Ἐπε-
E θύμησας τῶν τοῦ πλησίον; μνημόνευσον τῶν Παύλου δεσμῶν, καὶ ὄψει πῶς ἄτοπον ἐκεῖνον μὲν ἐν κινδύνοις εἶναι, σὲ δὲ [a] τρυφᾶν. Ἐπεθύμησας πάλιν τρυφῆς; ἐν νῷ λάβε τὸ δεσμωτήριον Παύλου· ἐκείνου μαθητὴς εἶ, ἐκείνου συστρατιώτης. Πῶς ἔχει λόγον, τὸν μὲν συστρατιώτην ἐν δεσμοῖς εἶναι, σὲ δὲ ἐν τρυφῇ; Ἐν θλίψει γέγονας, ἐνόμισας ἐγκαταλελεῖφθαι; ἄκουε τῶν Παύλου [b] λόγων, καὶ ὄψει ὅτι τὸ ἐν θλίψει εἶναι οὐκ ἐγκαταλείψεώς ἐστι τεκμήριον. Θέλεις σηρικὰ φορεῖν ἱμάτια; μνημόνευε τῶν Παύλου δεσμῶν, καὶ ταῦτά σοι φανεῖται [c] τῶν ῥακίων ἀτιμό-
F τερα τῶν βεβορβορωμένων. Θέλεις χρυσία περιθέσθαι; ἐν νῷ λάβε τὰ Παύλου δεσμὰ, καὶ σχοίνου παλαιᾶς οὐδὲν ἄμεινόν σοι δόξει ταῦτα διακεῖσθαι. Θέλεις διαθεῖναι τὰς τρίχας, καὶ καλὴ φαίνεσθαι; ἐννόησον τὸν αὐχμὸν τοῦ Παύλου τὸν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ ἐκκαύσῃ πρὸς ἐκεῖνο τὸ κάλλος, καὶ τοῦτο ἐσχάτην
415 A ἡγήσῃ δυσείδειαν, καὶ στενάξεις πικρῶς ἐπιθυμοῦσα ἐκείνων τῶν δεσμῶν. Θέλεις ἐπιτρίμματα καὶ ὑπογραφὰς ἑαυτῇ περιθεῖναι, καὶ ὅσα τοιαῦτα; ἐννόησον τὰ ἐκείνου δάκρυα· τριετίαν, νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαύετο δακρύων. Τούτῳ τῷ κόσμῳ καλλώπιζε τὴν παρειάν· ταῦτα τὰ δάκρυα λαμπρὰν αὐτὴν ἐργάζεται. Οὐ λέγω ἵνα ὑπὲρ τῶν ἄλλων δακρύῃς· βούλομαι μὲν γὰρ καὶ τοῦτο, ἀλλ' ἀνώτερόν σού ἐστι τοῦτο·

[a] [A. et marg. Savil. ἐν ἐπιθυμίαις.]
[b] [Iidem et B. δεσμῶν.]
[c] [A. B. τῶν ῥακίων ἀποκαθημένης vel ἀποκαθειμένης ἀτιμ.]

ἀλλ' ὑπὲρ τῶν σῶν ἁμαρτημάτων τοῦτο παραινῶ ποιεῖν. Ἐκέλευσας δεσμευθῆναι παῖδα, καὶ ὠργίσθης καὶ παρωξύνθης; μνημόνευε τῶν Παύλου δεσμῶν, καὶ εὐθέως παύσεις τὴν ὀργήν· ἀναμνήσθητι ὅτι τῶν δεδεμένων ἡμεῖς, ἀλλ' οὐ τῶν [a] δεόντων, τῶν συντετριμμένων τὴν καρδίαν, ἀλλ' οὐ τῶν συντριβόντων. Διεχύθης καὶ ἀνεκάγχασας μέγα; ἔννοιαν λάβε τῶν ἐκείνου ὀδυρμῶν, καὶ στενάξεις; πολλῷ σε λαμπροτέραν τὰ δάκρυα ταῦτα δείκνυσιν. Εἶδες τρυφῶντας καὶ ὀρχουμένους; μνημόνευσον αὐτοῦ τῶν δακρύων. Ποία πηγὴ τοσαῦτα ἀνέβλυσε νάματα, ὡς οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκεῖνοι τὰ δάκρυα; Μνημονεύετέ μου, φησὶ, τῶν δακρύων, ὥσπερ τῶν δεσμῶν ἐνταῦθα. Καὶ εἰκότως ἐκείνοις ταῦτα εἶπεν, ἡνίκα ἀπὸ τῆς Ἐφέσου αὐτοὺς μετεστείλατο εἰς τὴν Μίλητον. Διδασκάλοις γὰρ ἔλεγεν· ὥστε ἐκείνους μὲν καὶ * τὸ συνάγειν ἀπαιτεῖ, τούτους δὲ τὸ κινδυνεύειν μόνον.

Ποίαν βούλει παραβαλεῖν πηγὴν τοῖς δάκρυσι τούτοις; τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ, τὴν ποτίζουσαν τὴν γῆν ἅπασαν; Ἀλλ' οὐδὲν ἴσον ἐρεῖς· αὕτη γὰρ ἡ τῶν δακρύων πηγὴ ψυχὰς ἐπότιζεν, οὐ γῆν. Εἴ τις ἡμῖν δεδακρυμένον ἔδειξε Παῦλον καὶ στενάζοντα, οὐ πολλῷ ἦν βέλτιον ἰδεῖν, ἢ χοροὺς μυρίους φαιδρῶς ἐστεφανωμένους; Οὐ λέγω περὶ ὑμῶν· ἀλλ' εἴ τις ἀπὸ τοῦ θεάτρου καὶ τῆς σκηνῆς ἀποσπάσας τινὰ τῶν ἀκολάστων ἐκκαιόμενον καὶ βακχευόμενον τῷ τῶν σωμάτων ἔρωτι, ἐδείκνυ κόρην παρθένον ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει τά τε ἄλλα νικῶσαν τὰς ὁμήλικας, καὶ τῇ ὄψει ὑπὲρ τὰ λοιπὰ μέλη, ὀφθαλμὸν ἔχουσαν ἁπαλὸν καὶ μαλακὸν ἐγκαθήμενον [b] ἠρέμα, περιστρεφόμενον ἠρέμα, ὑγρὸν, ἥμερον, γαληνὸν μειδιῶντα, καὶ πολλῇ μὲν περιεσταλμένον τῇ αἰδοῖ, πολλῇ δὲ τῇ χάριτι, βλεφαρίσι κυαναῖς κάτωθεν καὶ ἄνωθεν ἐστεφανωμένην, τὴν κόρην ἔμψυχον, ὡς εἰπεῖν, ἔχουσαν, λάμπον τὸ μέτωπον, κάτωθεν πάλιν τὴν παρειὰν εἰς ἀκριβῆ ἐρυθρότητα ἀφικνουμένην, μαρμάρου δίκην λείαν ὑποκειμένην, ὁμαλήν· εἶτά μοι ἔδειξε Παῦλον δακρύοντα, ταύτην ἂν ἀφεὶς ἐπεπήδησα τῇ τούτου θέᾳ· κάλλος γὰρ ἀπέλαμπεν ἀπὸ τούτων τῶν ὀφθαλμῶν πνευματικόν. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ ποιεῖ ἐξίστασθαι νέων ψυχὰς, ἐκκαίει καὶ φλέγει· τοῦτο δὲ τοὐναντίον [c] καταστέλλει. Τούτου τοὺς ὀφθαλ-

[a] [A. et marg. Savil. δεσμούντων. Infra ex A. B. στενάξεις dedimus. Editi στέναξε, i. e. στέναζε.]

* [Halesio sic videtur scripsisse Chrys. τὸ συνάγειν...... τὸ μνημονεύειν μόνον.]

piens. Vis tritos fucos et pigmenta tibi illinire, B et similia? cogita illius lacrymas: triennium noctu et diu non cessabat flere. Hoc mundo orna tuas genas: hæ lacrymæ illas reddunt splendidas. Non dico ut pro aliis fleas; volo quidem, sed hoc est te altius; verum suadeo ut hoc facias pro peccatis tuis. Jussisti vinciri puerum, et irata es? memento vinculorum Pauli, et statim sistes iram: reminiscere nos esse ex iis qui vincti sunt, non ex iis qui vinciunt; ex iis qui sunt contriti corde, non autem ex iis qui conterunt. C Diffusa es, et magnum edidisti cachinnum? tibi veniant in mentem illius fletus, et ingemisces: multo splendidiorem te reddunt hæ lacrymæ. Vidisti se deliciis dedentes et saltantes? recordare ejus lacrymarum. Ex quonam fonte tanta emanarunt fluenta, ut ex illius oculis lacrymæ? *Memores estote*, inquit, *lacrymarum mearum*, (Act. 20. 31.) sicut hic vinculorum. Et merito illis hæc dicebat, cum eos Epheso Miletum accersivisset. Dicebat enim doctoribus; ab illis quidem exigens etiam ut congregent, ab his autem solum ut pericula subeant.

5. Quemnam fontem vis comparare cum his lacrymis? eumne qui erat in paradiso, qui irrigabat universam terram? Sed nihil dices æquale: D hic enim fons lacrymarum animas irrigabat non terram. Si quispiam nobis ostenderit Paulum lacrymantem et gementem, annon multo esset melius eum videre, quam innumerabiles choros eleganter et belle coronatos? De vobis non loquor: sed si quis a theatro et a scena abducto aliquo incontinente et impudico, qui amore corporum flagret et bacchetur, ostenderet puellam virginem in ipso flore ætatis, et quæ cum in aliis superet æquales, tum maxime vultu plus quam membris E ceteris, teneros mollesque habens oculos, leniter insidentes, leniter se volventes, flexibiles, mites, serenos, subridentes, multo pudore compositos et multa gratia; nigris palpebris inferne et superne sit coronata, et animatam, ut ita dicam, habeat pupillam, nitidam frontem; inferne autem genam concinnum ruborem attingentem, instar marmoris subjectam planam et æquam: deinde mihi ostenderit Paulum lacrymantem, ea dimissa ad ipsum F spectandum exsilirem: ab ejus enim oculis resplendebat pulchritudo spiritualis. Nam illa quidem juvenum erigit animos, accenditque et urit;

[b] [ἠρέμα inclusum apud Savil. abest in A.]

[c] [A. καταστέλλει τοὺς ὀφθ., ὡραιοτέρους ἐργάζεται. B. corr. καταστέλλει τούτου τοὺς ὀφθ., ὡραιοτέρους τοῦ ὁρῶντος τοὺς τῆς ψ. ἐργάζεται. Infra A. πολλῆς, τοῦτο ἀδάμ.]

hæc autem contra comprimit. Hujus qui videt
oculos, oculum animæ efficit pulchriorem, ven-
trem comprimit, replet philosophia et multa com-
miseratione, et adamantinam mollire potest
animam. His lacrymis rigatur Ecclesia, his plan-
tantur animæ. Etiamsi sit ignis, hæ lacrymæ
possunt exstinguere, et sensibilem et corporalem :
hæ lacrymæ sagittas maligni ignitas exstinguunt.
Meminerimus ergo ejus lacrymarum, et irridebi-
mus omnia præsentia. Has lacrymas Christus bea-
Matth. 5. 5. tas pronuntiabat, dicens, *Beati qui lugent, et*
beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt. Has la-
crymas emittebant et Isaias et Jeremias. Et ille
Isai. 22. 4. quidem dicebat, *Dimitite me, flebo amare :* hic
Jer. 9. 1. autem dicebat. *Quis dabit capiti meo aquam,*
et oculis meis fontes lacrymarum ? ac si non
sufficiat fons naturalis. Nihil est his lacrymis
jucundius : quovis risu sunt hæ jucundiores.
Sciunt qui lugent, quantam hæc res habeat conso-
lationem. Ne existimemus rem esse deprecandam,
sed etiam valde optandam. Non ut alii peccent,
sed ut ipsis peccantibus nos conteramur, harum
recordemur lacrymarum, horum vinculorum.
Ergo et super vincula descendebant lacrymæ :
quæ autem ex vinculis percipitur, voluptatem
non sinebat sentire mors eorum, qui peribant,
vincientium. Pro illis quippe dolebat : erat enim
discipulus illius qui flebat sacerdotes Judæorum,
non quod ipsum essent in crucem acturi, sed
quod ipsi perirent. Nec ipse solus hoc facit, sed
Luc. 23. 28 etiam alios sic exhortatur, dicens, *Nolite,* inquit,
flere super me, filiæ Jerusalem. Viderunt para-
disum isti oculi, viderunt tertium cælum; sed
eos non tam censeo beatos propter hoc spectacu-
lum, quam propter lacrymas per quas viderunt
Christum. Hoc quidem revera est beatum :
nam ipse quoque de eo gloriatur, dicens :
1. Cor. 9. 1. *Nonne Jesum Christum Dominum nostrum*
vidi? sed est beatius ita flere. Illius spectaculi
multi fuerunt participes; et eos qui non fuerunt
participes, rursus beatos pronuntiat Christus, di-
Joan. 20. 29. cens, *Beati qui non viderunt et crediderunt :*
hoc autem non multi sunt assequuti. Si enim hic
manere propter Christum, est magis necessarium
quam dissolvi et esse cum ipso, propter aliorum
salutem; ergo et propter ipsos ingemiscere, est
magis necessarium quam ipsum videre. Nam si
propter ipsos esse in gehenna, est magis desideran-

μοὺς ὁ ὁρῶν ὡραιότερον τὸν τῆς ψυχῆς ἐργάζεται,
κατασπᾷ γαστέρα, φιλοσοφίας ἐμπίπλησι, συμπα-
θείας πολλῆς, καὶ ἀδαμαντίνην μαλάξαι δύναται
416 ψυχήν. Τούτοις ἄρδεται ἡ Ἐκκλησία, τούτοις ψυχαὶ
A φυτεύονται τοῖς δάκρυσι· κἂν πῦρ ᾖ, ταῦτα τὰ δά-
κρυα σβέσαι δύναται, [*] καὶ αἰσθητὸν καὶ σωματικόν·
ταῦτα τὰ δάκρυα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρω-
μένα σβέννυσι. Μνημονεύωμεν τοίνυν τῶν δακρύων
αὐτοῦ, καὶ πάντων καταγελασόμεθα τῶν παρόντων.
Ταῦτα ἐμακάριζεν ὁ Χριστὸς τὰ δάκρυα, λέγων·
Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, καὶ μακάριοι οἱ κλαίοντες,
ὅτι αὐτοὶ γελάσονται. Τοιαῦτα καὶ Ἡσαΐας, καὶ
Ἱερεμίας ἠφίει δάκρυα· καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν, Ἄφετέ
με, πικρῶς κλαύσομαι· ὁ δὲ ἔλεγε, Τίς δώσει τῇ
B κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πη-
γὰς δακρύων; ὡς οὐκ ἀρκούσης τῆς φυσικῆς. Οὐ-
δὲν τῶν δακρύων τούτων ἥδιον· παντὸς γέλωτος
ταῦτα ἡδύτερα. Ἴσασιν οἱ πενθοῦντες, πόσην ἔχει
τὸ πρᾶγμα παραμυθίαν. Μὴ ἀπευκτὸν αὐτὸ εἶναι
νομίζωμεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὐκτόν. Οὐχ ὥστε
ἑτέρους ἁμαρτάνειν, ἀλλ' ὥστε ἁμαρτανόντων αὐ-
τῶν ἡμᾶς κατακλᾶσθαι, τούτων μνημονεύωμεν τῶν
δακρύων, τούτων τῶν δεσμῶν. Ἄρα καὶ ἐπὶ [a] τῶν δε-
σμῶν δάκρυα κατέβαινεν· οὐκ ἠφίει δὲ αὐτὸν τῆς ἀπὸ
τῶν δεσμῶν ἡδονῆς αἰσθάνεσθαι τῶν ἀπολλυμένων ὁ
C θάνατος [b], τῶν δεσμούντων. Καὶ γὰρ ὑπὲρ ἐκείνων
ἤλγει· μαθητὴς γὰρ ἦν ἐκείνου τοῦ δακρύοντος τοὺς
ἱερέας τῶν Ἰουδαίων, οὐχ ὅτι αὐτὸν ἔμελλον σταυ-
ροῦν, ἀλλ' ὅτι αὐτοὶ ἀπώλλυντο. Καὶ οὐκ αὐτὸς μό-
νος αὐτὸ ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους οὕτω παρακα-
λεῖ, λέγων· Μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμὲ, θυγατέρες Ἱερουσα-
λήμ. Εἶδον τὸν παράδεισον οὗτοι οἱ ὀφθαλμοὶ, εἶδον
τὸν τρίτον οὐρανόν· ἀλλ' οὐ μακαρίζω αὐτοὺς τῆς
θέας ταύτης ἕνεκεν οὕτως, ὡς τῶν δακρύων ἐκείνων,
δι' ὧν εἶδον τὸν Χριστόν. Μακάριον μὲν ὄντως τοῦτο·
D καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ σεμνύνεται λέγων, Οὐχὶ
Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα; ἀλλὰ μα-
καριώτερον τὸ δακρῦσαι οὕτως. Ἐκείνου πολλοὶ κε-
κοινωνήκασι τοῦ θεάματος, καὶ τοὺς μὴ κοινωνήσαν-
τας μακαρίζει πάλιν Χριστὸς λέγων, Μακάριοι οἱ
μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες· τούτου δὲ οὐ πολλοὶ
ἐπέτυχον. Εἰ γὰρ τὸ μένειν διὰ Χριστὸν ἐνταῦθα τοῦ
ἀναλῦσαι πρὸς αὐτὸν ἀναγκαιότερον διὰ τὴν σωτη-
ρίαν τῶν ἄλλων, ἄρα καὶ τοῦ ἰδεῖν αὐτὸν τὸ δι' αὐ-
τοὺς στενάξαι ἀναγκαιότερον. Εἰ γὰρ τοῦ σὺν αὐτῷ
E εἶναι τὸ δι' αὐτὸν εἰς γέενναν εἶναι ποθεινότερον, καὶ
τοῦ συνεῖναι αὐτῷ τὸ χωρίζεσθαι αὐτοῦ δι' αὐτὸν πο-
θεινότερον (τοῦτο γάρ ἐστιν ὅπερ ἔλεγεν, Ηὐχόμην

[*] [*Leg.* καὶ ἀναίσθητον. Dunæus.]
[a] [A. B. et marg. Savil. τὰ δεσμά.]

[b] [B. τῶνδε δεσμούντων. Et mox cum A. καὶ γὰρ καὶ ὑπέρ.]

ἀνάθεμα εἶναι αὐτὸς ἐγὼ ἀπὸ Χριστοῦ)· πολλῷ μᾶλλον καὶ τὸ δακρύειν δι' αὐτόν. Οὐκ ἐπαυσάμην, φησὶ, μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον. Διὰ τί; Οὐχὶ τοὺς κινδύνους δεδοικώς· ἀλλ' ὥσπερ ἄν τις ἀσθενοῦντι παρακαθήμενος, καὶ μὴ εἰδὼς τὸ τέλος, δακρύοι διὰ πόθον, δεδοικὼς μὴ ἐκπέσῃ τῆς ζωῆς· Γ οὕτω καὶ αὐτὸς, ὅταν εἶδεν ἀσθενοῦντα, καὶ ἐπιπλῆξαι οὐκ ἴσχυσεν, ἐδάκρυε λοιπόν. Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν, ἵνα κἂν τὰ δάκρυα αἰδεσθῶσιν· οἷον, ἡμάρτανέ τις, ἐπετίμα· κατέπτυεν αὐτοῦ ὁ ἐπιτιμώμενος, καὶ ἀπεπήδα· ἐδάκρυεν, ἵνα κἂν οὕτως ἐπισπάσηται.

417 A Τούτων μνημονεύωμεν τῶν δακρύων· οὕτω τὰς θυγατέρας ἀνατρέφωμεν τὰς ἑαυτῶν, οὕτω τοὺς παῖδας, δακρύοντες ὅταν ἴδωμεν ἐν κακοῖς ὄντας. Ὅσαι ἐρᾶσθαι βούλονται, μνημονευέτωσαν τῶν δακρύων Παύλου, καὶ στεναζέτωσαν· ὅσαι μακαρίζεσθε, ὅσαι ἐν θαλάμοις ἐστὲ, ὅσαι ἐν ἡδονῇ, τούτων μνημονεύετε· ὅσοι ἐν πένθει, ἀλλάττεσθε δάκρυα δακρύων. Οὐ τοὺς τεθνεῶτας ἐκεῖνος ἐπένθει, ἀλλὰ τοὺς ἀπολλυμένους καὶ ζῶντας. Εἴπω καὶ ἕτερα δάκρυα; Καὶ Τιμόθεος ἔκλαιε· μαθητὴς γὰρ ἦν τούτου· διὸ καὶ γράφων αὐτῷ ἔλεγε· Μεμνημένος σου τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ. B Πολλοὶ καὶ ἐξ ἡδονῆς ὀδύρονται. Οὕτω καὶ ἡδονῆς ἐστι τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡδονῆς μάλιστα ἐπιτεταμένης· οὕτως οὐ φορτικὰ τὰ δάκρυα τὰ ἐξ ὀδύνης τοιαύτης, ἀλλὰ καὶ ἐκείνων πολλῷ βελτίονα τῶν δι' ἡδονὴν κοσμικήν. Ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἤκουσε Κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου. Ποῦ γὰρ οὐ χρήσιμον τὸ δάκρυον; ἐν εὐχαῖς, ἐν παραινέσεσιν; Ἡμεῖς δὲ αὐτὰ διαβάλλομεν, οὐκ εἰς ἃ δέδοται κεχρημένοι. C Ὅταν ἀδελφὸν παρακαλῶμεν ἁμαρτάνοντα, κλαίειν δεῖ κοπτόμενον καὶ στενάζοντα· ὅταν παραινῶμέν τινι, ὁ δὲ μὴ προσέχῃ, ἀλλ' ἀπολλύηται, κλαίειν δεῖ. Ταῦτα φιλοσοφίας τὰ δάκρυα· ὅταν μέντοι πένης τις γένηται, ὅταν ἐν νόσῳ ᾖ σωματικῇ, ὅταν ἀποθάνῃ, οὐκέτι· ταῦτα γὰρ οὐ δακρύων ἄξια. Ὥσπερ οὖν καὶ τὸν γέλωτα διαβάλλομεν, ἀκαίρως αὐτῷ κεχρημένοι, οὕτω καὶ τὰ δάκρυα, ἀκαίρως αὐτὰ μεταχειρίζοντες. Ἡ γὰρ ἑκάστου ἀρετὴ τότε φαίνεται, ὅταν πρὸς τὸ ἐπιτήδειον ἔργον ἄγηται· D ὅταν δὲ πρὸς τὸ ἀλλότριον, οὐκέτι. Οἷον, ὁ οἶνος πρὸς εὐφροσύνην δέδοται, ἀλλ' οὐ πρὸς μέθην· ὁ ἄρτος πρὸς τροφὴν, ἡ μίξις πρὸς παιδοποιίαν. Ὥσπερ οὖν ταῦτα διαβέβληται παραχρώμενα, οὕτω καὶ τὰ δάκρυα. Ἐπικείσθω νόμος, ἐν εὐχαῖς μόναις καὶ παραινέσεσι κεχρῆσθαι τούτοις· καὶ ὅρα πῶς καὶ ποθει-

dum quam esse cum ipso; et propter ipsos est magis desiderandum ab ipso separari, quam esse cum ipso (hoc enim est quod dicebat, *Optabam ipse ego anathema esse a Christo*) : multo magis flere propter ipsum. *Non cessavi*, inquit, *cum lacrymis unumquemque admonens*. Quare? Non timens pericula; sed, ut si quis ægrotanti assidens, et nesciens morbi finem, lacrymetur propter desiderium, metuens ne e vita excidat : ita ipse quoque cum videret infirmum, nec posset increpare, de cætero lacrymabatur. Hoc quoque fecit Christus, ut vel revererentur lacrymas : verbi causa, peccabat aliquis, increpabat : conspuebat eum et resiliebat qui increpabatur : lacrymabatur ille, ut vel sic attraheret.

Rom. 9. 3.

Act. 20. 31.

4. Meminerimus harum lacrymarum : sic nostras educemus filias, sic filios, lacrymantes cum viderimus eos esse in malis. Quæcumque volunt amari, meminerint lacrymarum Pauli, et gemant : quæcumque beatæ censemini, quæcumque estis in thalamis, quæcumque in voluptate, earum recordemini : quicumque estis in luctu, lacrymas lacrymis commutate. Ille non lugebat mortuos, sed eos qui peribant et vivebant. Dicam etiam alias lacrymas? Flebat quoque Timotheus : erat enim ejus discipulus : et ideo ad eum scribens dicebat : *Memor lacrymarum tuarum, ut gaudio adimplear.* Multi etiam flent ex voluptate. Ita etiam res est voluptatis, et voluptatis ingentis : ita non sunt graves ac molestæ lacrymæ quæ proficiscuntur ex hoc mœrore; sed multo meliores illis quæ sunt propter mundanam voluptatem. Audi prophetam dicentem, *Audivit Dominus vocem fletus mei.* Ubi non sunt utiles lacrymæ? in precibus, in admonitionibus? Nos autem eas reprehendimus, ut qui non utamur ad ea ad quæ datæ sunt. Quando fratrem peccantem consolamur, flere te oportet lugentem et ingemiscentem : quando alicui suademus, ille autem mentem non adhibet, sed perit, flendum est. Hæ sunt lacrymæ philosophiæ. Quando autem quispiam pauper fuerit, quando in morbo corporali, quando mortuus fuerit, nequaquam : hæc enim non sunt digna lacrymis. Sicut ergo risum reprehendimus, eo importune utentes : sic etiam lacrymas, intempestive eas usurpantes. Tunc enim cernitur uniuscujusque virtus, quando ducitur ad opportunam sui muneris functionem : quando autem ad alienam, nequaquam. Exempli causa, vinum datum est ad lætitiam, non autem ad ebrietatem : panis ad

2. Tim. 1. 4.

Psal. 6 9.

nutritionem, coitus ad liberorum procreationem. Sicut ergo ea vituperantur, si abusus fuerit: ita etiam lacrymæ. Lex feratur ut in solis precibus et admonitionibus iis uti liceat: et vide quomodo res erit etiam optanda. Nihil ita purgat peccata, ut lacrymæ. Et pulchram ostendit faciem corpoream: eum enim qui videt attrahunt ad misericordiam: gravem eam nobis faciunt et honestam. Nihil est jucundius oculis lacrymantibus. Hoc enim est membrum omnium in nobis nobilissimum et speciosissimum, atque adeo ipsius animæ membrum. Tamquam ergo ipsam videntes deflentem animam, ita flectimur. Hæc a nobis non temere dicta sunt, sed ut vos nec nuptiis, nec saltationibus, nec choris adsitis satanicis. Vide enim quid invenerit diabolus. Nam quoniam a scena, et iis quæ illic sunt turpia et indecora, ipsa natura abduxit mulieres, quæ sunt theatri abduxit in gynæceum, molles, inquam, et meretrices. Hanc pestem invexit lex nuptialis, imo vero non lex nuptialis, absit, sed lex nostræ mollitiei. Quid facis, o homo? nescis quid agas. Mulierem ducis ad temperantiam et liberorum procreationem: quid ergo sibi volunt meretrices? Ut sit, inquit, major lætitia. Annon hæc sunt insipientiæ? Probro afficis sponsam, probro afficis invitatas. Nam si his delectantur, res est probrum et contumelia. Nam si videre meretrices se turpiter et indecore gerentes aliquam affert magnificentiam, cur non attrahis sponsam ut illa quoque spectet? Omnino turpe est et indecorum, viros molles et saltantes, et omnem pompam satanicam domum introducere. *Memores estote*, inquit, *vinculorum meorum*. Matrimonium est vinculum, vinculum a Deo constitutum: solutio est meretrix et dissolutio. Licet aliis exhilarare nuptias, ut lautis mensis et vestimentis: hæc non amputo, ne videar esse valde agrestis: quamquam Rebeccæ satis fuit solum theristrum: sed non amputo. Licet exhilarari vestibus; licet in præsentia venerandorum virorum et reverendarum mulierum. Quid ludibria illa, quid monstra inducis? Dic quæ audis ab ipsis. At erubescis dicere? Tu erubescis, et illos cogis id fa-

νὸν ἔσται τὸ πρᾶγμα. Οὐδὲν οὕτως ἀποσμήχει τὰ ἁμαρτήματα, ὡς δάκρυα. Καὶ ταύτην τὴν σωματικὴν ὄψιν ὡραίαν δείκνυσι τὰ δάκρυα· πρὸς ἔλεον γὰρ
E ἐπισπᾶται τὸν ὁρῶντα, σεμνὴν ποιεῖ ἡμῖν αὐτήν. Οὐδὲν ἥδιον ὀφθαλμῶν δεδακρυμένων. Τὸ γὰρ εὐγενέστερον ἐν ἡμῖν μέλος καὶ ὡραιότερον καὶ τῆς ψυχῆς * τοῦτό ἐστιν. Ἅτε οὖν [ὡς] αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὁρῶντες ἀποδυρομένην, οὕτω καμπτόμεθα. Ταῦτα ὑμῖν οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλ' ὥστε ὑμᾶς μὴ γάμοις, μὴ ὀρχήμασι, μὴ χοροῖς παραγίνεσθαι σατανικοῖς. Ὅρα γὰρ τί εὗρεν ὁ διάβολος. Ἐπειδὴ τῆς σκηνῆς καὶ τῶν
F ἀσέμνων τῶν ἐκεῖ ἡ φύσις αὐτὴ τὰς γυναῖκας ἀπήγαγεν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν εἰσήγαγε τὰ τοῦ θεάτρου, μαλακοὺς λέγω καὶ πόρνας. Ταύτην τὴν λύμην ὁ τῶν γάμων ἐπεισήγαγε νόμος· μᾶλλον δὲ οὐχ ὁ τοῦ γάμου, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας βλακείας. Τί
418 ποιεῖς, ἄνθρωπε; οὐκ οἶδας τί πράττεις. Γυναῖκα
A ἄγῃ ἐπὶ σωφροσύνῃ καὶ παιδοποιΐᾳ· τί οὖν αἱ πόρναι βούλονται; Ἵνα ἡ εὐφροσύνη, φησὶ, γένηται μείζων. Καὶ μὴν ταῦτα [a] οὐκ ἀφροσύνης; ὑβρίζεις τὴν νύμφην, ὑβρίζεις τὰς κεκλημένας. Εἰ γὰρ τοιούτοις τέρπονται, ὕβρις τὸ πρᾶγμα. Εἰ τὸ γυναῖκας πόρνας ὁρᾷν ἀσχημονούσας φέρει τινὰ φιλοτιμίαν, [b] διὰ τί μὴ καὶ τὴν νύμφην ἕλκεις, ἵνα κἀκείνη θεωρῇ; Πάντως ἄσχημον καὶ αἰσχρὸν, μαλακοὺς ἄνδρας καὶ ὀρχουμένους, καὶ πᾶσαν τὴν πομπὴν τὴν σατανικὴν ἐπεισάγειν τῇ οἰκίᾳ. Μνημονεύετέ μου, φησὶ, τῶν
B δεσμῶν. Δεσμός ἐστιν ὁ γάμος, δεσμὸς ὡρισμένος παρὰ Θεοῦ· λύσις [c] ἡ πόρνη καὶ διάλυσις. Ἔξεστιν ἑτέροις φαιδρύνειν τὸν γάμον, οἷον τραπέζαις πληθούσαις, καὶ ἱματίοις· οὐ περικόπτω ταῦτα, ἵνα μὴ δόξω σφόδρα εἶναι ἄγριος· καίτοι ἤρκεσε τῇ Ῥεβέκκᾳ θέριστρον μόνον· ἀλλ' οὐ περικόπτω. Ἔξεστιν ἱματίοις φαιδρύνεσθαι, ἔξεστι παρουσίαις αἰδεσίμων ἀνδρῶν, αἰδεσίμων γυναικῶν. Τί τὰ ἐπιχάρματα ἐκεῖνα; τί τὰ τέρατα ἐπεισάγεις; Εἰπὲ ἃ ἀκούεις παρ' αὐ-
C τῶν. Ἀλλ' ἐρυθριᾷς εἰπεῖν; Σὺ ἐρυθριᾷς, κἀκείνους ἀναγκάζεις ποιεῖν; Εἰ καλὸν, διὰ τί μὴ καὶ αὐτὸς ποιεῖς; εἰ δὲ αἰσχρὸν, διὰ τί ἕτερον ἀναγκάζεις; Πάντα σωφροσύνης ἐμπεπλῆσθαι δεῖ, πάντα σεμνότητος, πάντα κοσμιότητος· νῦν δὲ τοὐναντίον ὁρῶ, σκιρτῶντας ὡς αἱ κάμηλοι, ὡς αἱ ἡμίονοι. Τῇ παρθένῳ θάλαμος [d] ἐπιτήδειον μόνον. Ἀλλὰ πενιχρά ἐστι, φησίν. Ἐπειδὴ πενιχρά ἐστι, καὶ κόσμιος ὀφείλει εἶ-

* [Desiderat Dunæus adjectivum aliquod velut κατήγορον, vel participium.]

d [ὡς præeunte Savilio inclusimus. Abest ab A.]

a [A. B. οὐκ εὐφροσύνης. Placet. α et ευ in Codd. sæpe vix dignosci possunt. Dunæus οὐκ εὐφροσύνης, ἀλλ' ἀφροσύνης.]

b [Interserunt A. et marg. Savil. ἀλλ' οὐχ ὕβρις τοῦτο τῶν θεωρούντων. B. ὕβρις τῶν θεωρ.]

c [A. ἡ πορνεία. Quod recepissemus altero nixum Codice. Cfr. sub lit. E.]

d [Sic A. B. et marg. Savil. ἐπιτήδειος Edd.]

ναι· ἐχέτω τὸν τρόπον ἀντὶ πλούτου. Οὐκ ἔχει προῖκα ἐπιδοῦναι; τί αὐτὴν καὶ ἑτέρως εὐκαταφρόνητον ποιεῖς [e] ἀπὸ τῆς ἀναστροφῆς; Ἐπαινῶ ὅτι παρθένοι παραγίνονται τὴν ὁμήλικα τιμῶσαι, ὅτι παραγίνονται γυναῖκες τὴν εἰς αὐτὰς καταχθεῖσαν τιμῶσαι· καλῶς τοῦτο ὥρισται. Δύο γάρ εἰσιν οὗτοι χοροὶ, ὁ τῶν παρθένων, καὶ ὁ τῶν γεγαμημένων· αὗται παραδιδόασιν, ἐκεῖναι δέχονται. Ἡ νύμφη μεταξὺ τούτων ἐστὶν, οὔτε παρθένος, οὔτε γυνή· ἐκεῖθεν μὲν γὰρ ἐξέρχεται, ταύτης δὲ ἐπιβαίνει τῆς συμμορίας. Αἱ δὲ πόρναι, διὰ τί; Δέον αὐτὰς ἐγκαλύπτεσθαι ὅταν γάμος ᾖ, δέον αὐτὰς κατορύττεσθαι (φθορὰ γὰρ γάμου πορνεία), ἡμεῖς δὲ ἄγομεν αὐτὰς εἰς γάμους. Καὶ ὅταν μέν τι ποιῆτε, καὶ μέχρι ῥήματος οἰωνίζεσθε τὰ ἐναντία· οἷον, ὅταν σπείρῃς, ὅταν ἀπαντλῇς τῶν [f] ὑποληνίων τὸν οἶνον, τὰ ὀξίνην σημαίνοντα οὐδ' ἂν ἀποκρίνοιο· ἐνταῦθα δὲ σωφροσύνης γινομένης, ἐπεισάγετε τὴν ὀξίνην; τοῦτο γὰρ ἡ πόρνη. Ὅταν μύρον κατασκευάζητε, οὐδὲν δυσῶδες ἀφίετε πλησιάζειν. Μύρον ἐστὶν ὁ γάμος· τί τοίνυν τὴν τοῦ βορβόρου δυσωδίαν ἐπεισάγεις τῇ τοῦ μύρου κατασκευῇ; Τί λέγεις; ὀρχεῖται ἡ παρθένος, καὶ οὐκ αἰσχύνεται τὴν ὁμήλικα; Ταύτης γὰρ σεμνοτέραν αὐτὴν εἶναι δεῖ· ἐξ ἀγκάλης γε, οὐκ ἐκ παλαίστρας ἐξῆλθε. Φαίνεσθαι γὰρ ὅλως ἐν γάμοις τὴν παρθένον [g] οὐ δεῖ.

cere? Si pulchrum est et honestum, cur non ipse quoque facis? si autem est turpe, cur alium
D cogis? Omnia oportet esse plena temperantia ac modestia, gravitate et honestate: nunc vero contrarium video, saltantes tamquam camelos, tamquam mulos. Virgini solus est aptus thalamus. At est, inquit, pauper. Quoniam est pauper, debet etiam esse modesta et honesta: habeat mores pro divitiis. Non potest dare dotem? cur eam etiam alias reddis contemnendam ex hac perversione? Laudo quod adsint virgines æqualem suam hono-
E rantes; quod adsint mulieres eam honorantes, quæ in suum numerum est relata: hoc recte est constitutum. Sunt enim hi duo chori: chorus virginum, et chorus earum quæ nupserunt: illæ tradunt, hæ suscipiunt. Sponsa est inter eas, neque virgo, neque mulier: nam illinc quidem egreditur, in hanc autem ascendit classem. Cur autem meretrices? Cum oporteret eas præ pudore tegi, dum nuptiæ celebrantur, cum oporteret eas
F infodi (matrimonii enim corruptio est scortatio), nos autem eas ducimus ad nuptias. Et quando aliquid quidem facitis, etiam verbis tenus contraria omnia deprecamini: ut quando seminas, quando vinum hauris ex torcularibus, ne responderis quidem quæ vappam significant: hic autem, ubi decent moderatio et temperantia, vappam introducitis; hoc enim est meretrix. Quando unguentum componitis, nihil male olens sinitis appropinquare. Matrimonium est unguentum: cur cœni fœtorem inducis in compositionem unguenti? Quid dicis? saltat virgo, et non eam pudet suæ æqualis? Oportet enim ipsam hac esse honestiorem et graviorem; ex ulna quippe egressa est, non ex palæstra. Non oportet enim omnino virginem apparere in nuptiis.

Meretrices in nuptiis admissæ.

Οὐχ ὁρᾷς ἐν τοῖς βασιλείοις, ὅτι οἱ μὲν τετιμημένοι ἔνδον περὶ τὸν βασιλέα εἰσὶν, οἱ δὲ ἄτιμοι ἔξω; Καὶ σὺ ἔνδον ἔσο περὶ τὴν νύμφην[a]. Ἀλλὰ ἁγνὸς μένε ἐπὶ τῆς οἰκίας· μὴ ἐκπόμπευε τὴν παρθενίαν. Παρέστηκεν ἑκάτερος ὁ χορὸς, ὁ μὲν οἵαν διδόασι δεικνὺς, ὁ δὲ ἵνα ταύτην φυλάττωσι· τί καταισχύνεις τὴν παρθενίαν; Εἰ γὰρ σὺ τοιαύτη, τοιαῦτα καὶ περὶ ἐκείνης ὁ νυμφίος ὑποπτεύσει· εἰ σὺ ἐρᾶσθαι θέλεις, παντοπώλιδος καὶ λαχανοπώλιδος καὶ δημιουργοῦ ταῦτα.

317
A 5. Non vides quod in regia qui sunt quidem honorati, sunt intus circa regem; ii autem qui non in honore sunt, stant foris? Sis itaque intus circa sponsam. Sed casta mane domi: ne in pompam ducas virginitatem. Adstat uterque chorus; ille quidem qualem det ostendens, hic autem, ut eam conservet: cur dedecore afficis virginitatem? Nam si tu es talis, talia sponsus de illa suspicabitur: si tu velis amari, ea sunt copæ, olerum venditricis

[e] [Addunt A. et marg. ἐχέτω τὸ αἰδοῖ[...]ον. Infra pro καταχθεῖσαν fort. κατ[α]ταχθεῖσαν. Et supra οὐκ ἔχεις pro οὐκ ἔχει.]

[f] [A. et marg. Savil. ὑποληνίων καὶ οἴνων μὲν ἐκεῖ τὰ ὀξίνην σημαίνοντα ἀποκρίνεις.]

[g] [Iidem οὐκ ἔδει. Placet. Paulo ante cum Dunæo γάρ pro γε leg.]

[a] [A. ἁγνῶς μένε, sine ἀλλά, et mox παρθένον pro παρθενίαν.]

et opificis. Annon sunt hæc probrum et dedecus? Probrum enim est et dedecus se indecore gerere, etiam si sit filia regis. Num prohibet paupertas? num vitæ studium et institutum? Etiamsi serva
Gal. 3. 28. sit virgo, maneat in pudicitia: *In Christo* enim *Jesu non est servus, nec liber*. Theatrumne est matrimonium? Est mysterium et rei magnæ typus: et si ipsum non reverearis, reverere id cujus
Ephes. 5. 32. est typus. *Sacramentum,* inquit, *hoc magnum est: ego autem dico in Christo et Ecclesia*. Ecclesiæ est typus et Christi, et meretrices introducis? Si ergo, inquit, neque virgines saltant, neque quæ nupserunt, quis saltabit? Nullus: saltationis enim quænam est necessitas? In mysteriis Græcorum sunt saltationes; in nostris autem silentium et honesta gravitas, pudor et modestia. Magnum peragitur mysterium, foras meretrices, foras profani. Quomodo est mysterium? Conveniunt, et duo faciunt unum. Cur quando ingreditur quidem, non est saltatio, non sunt cymbala, sed multum silentium, multa quies; quando autem conveniunt, non inanimatam imaginem, non alicujus ex iis quæ sunt in terra, sed ipsius Dei facientes imaginem et similitudinem, tantum introducis tumultum, et eos qui adsunt perturbas, et dedecore animam afficis et conturbas? Veniunt futuri unum corpus: ecce rursus mysterium caritatis. Si duo non facti fuerint unum, non faciunt multos, quamdiu duo manserint; quando autem venerint ad unitatem, tunc faciunt. Quid ex hoc discimus? Quod unionis magna sit vis. Solers Dei artificium unum in duo divisit ab initio; et volens ostendere quod etiam postquam sit divisus manet unum, non sinit unum sufficere ad generationem. Non est enim unus qui nondum est junctus, sed dimidium unius: et hinc palam est quod filios nondum procreet. Vidisti mysterium nuptiarum? Fecit ex uno unum, et rursus cum hos duos fecisset unum, sic facit unum. Quamobrem ex uno quoque nascitur homo. Mulier enim et vir non sunt duo homines, sed homo unus: idque potest probari ex multis: ex Jacobo, et ex Maria matre
Gen. 1. 27. Christi, ex eo quod dicat, *Masculum et feminam fecit eos*. Si ille quidem est caput, illa vero corpus, quomodo duo? Propterea hæc quidem discipuli, ille vero locum tenet magistri: ille principis,
Gen. 2. hæc ejus quæ paret principi. Ex ipsa quoque corporis formatione videris esse unum: facta est

Οὐκ ἔστι ταῦτα αἰσχύνη; Αἰσχύνη ἐστὶ τὸ αἰσχημο-
B νεῖν, κἂν βασιλέως θυγάτηρ ᾖ. Μὴ γὰρ ἡ πενία κωλύει; μὴ γὰρ τὸ ἐπιτήδευμα; Κἂν δούλη τις ᾖ παρθένος, ἐν σωφροσύνῃ μενέτω· Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε δοῦλος, οὔτε ἐλεύθερος. Μὴ γὰρ θέατρόν ἐστιν ὁ γάμος; Μυστήριόν ἐστι, καὶ τύπος μεγάλου πράγματος· κἂν αὐτὸ μὴ αἰδῇ, αἰδέσθητι οὗ τύπος ἐστί. Τὸ μυστήριον τοῦτο, φησὶ, μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Τῆς Ἐκκλησίας τύπος ἐστὶ καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ πόρνας εἰσάγεις; Ἂν τοίνυν, φησὶ, μήτε παρθένοι ὀρχῶνται, μήτε γεγαμη-
C μέναι, τίς ὀρχήσεται; Μηδείς· ποία γὰρ ὀρχήσεως ἀνάγκη; Ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων μυστηρίοις αἱ ὀρχήσεις, ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις σιγὴ καὶ εὐκοσμία, αἰδὼς καὶ καταστολή. Μυστήριον τελεῖται μέγα· ἔξω αἱ πόρναι, ἔξω οἱ βέβηλοι. Πῶς μυστήριόν ἐστι; Συνέρχονται, καὶ ποιοῦσιν οἱ δύο ἕνα. Διὰ τί, ὅτε μὲν εἰσῄει, οὐχ ὄρχησις, οὐ κύμβαλα, ἀλλὰ πολλὴ σιγὴ, πολλὴ ἡσυχία· ὅταν δὲ συνίωσιν, οὐκ εἰκόνα ἄψυχον, οὐδὲ εἰκόνα τινὸς τῶν ἐπὶ γῆς, ἀλλ' αὐτοῦ ποιοῦντες τοῦ Θεοῦ,
D τοσοῦτον ἐπεισάγεις θόρυβον, καὶ ταράττεις [b] τοὺς ὄντας, καὶ αἰσχύνεις τὴν ψυχὴν, καὶ θορυβεῖς; Ἔρχονται ἓν σῶμα γενησόμενοι. Ἰδοὺ πάλιν ἀγάπης μυστήριον. Ἂν οἱ δύο μὴ γένωνται ἓν, οὐκ ἐργάζονται πολλοὺς, ἕως ἂν δύο μένωσιν· ὅταν δὲ εἰς ἑνότητα ἔλθωσι, τότε ἐργάζονται. Τί μανθάνομεν ἀπὸ τούτου; Ὅτι πολλὴ τῆς ἑνώσεως ἡ ἰσχύς. Τὸ εὐμήχανον τοῦ Θεοῦ τὸν ἕνα εἰς δύο διεῖλε παρὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ θέλων δεῖξαι ὅτι μετὰ τὸ διαιρεθῆναι καὶ εἷς μένει, οὐκ ἀφῆκεν ἕνα ἀρκεῖν πρὸς τὴν γέννησιν. Οὐ γάρ ἐστιν
E εἷς [c] ὁ οὐδέπω, ἀλλ' ἥμισυ τοῦ ἑνός· καὶ δῆλον, ὅτι οὐ παιδοποιεῖ, καθάπερ καὶ πρότερον. Εἶδες τοῦ γάμου τὸ μυστήριον; Ἐποίησεν ἐξ ἑνὸς ἕνα, καὶ πάλιν τοὺς δύο τούτους ἕνα ποιήσας οὕτω ποιεῖ ἕνα· ὥστε καὶ νῦν ἐξ ἑνὸς τίκτεται ἄνθρωπος. Γυνὴ γὰρ καὶ ἀνὴρ οὐκ εἰσὶν ἄνθρωποι δύο, ἀλλ' ἄνθρωπος εἷς· καὶ παρὸν καὶ πολλαχόθεν αὐτὸ πιστώσασθαι, οἷον ἀπὸ τοῦ Ἰακώβου, ἀπὸ τῆς Μαρίας τῆς μητρὸς τοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ τοῦ λέγειν, Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Εἰ ὁ μὲν
F κεφαλὴ, ἡ δὲ σῶμα, πῶς δύο; Διὰ τοῦτο ἡ μὲν μαθητοῦ, ὁ δὲ διδασκάλου τάξιν ἐπέχει· ὁ μὲν ἄρχοντος, ἡ δὲ ἀρχομένης. Καὶ ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς τοῦ σώματος
420 διαπλάσεως ἴδοι τις ἂν, ὅτι ἕν εἰσιν· ἀπὸ γὰρ τῆς
A πλευρᾶς γέγονε, καὶ ὥσπερ ἡμίτομα δύο εἰσί. Διὰ τοῦτο καὶ βοηθὸν καλεῖ, ἵνα δείξῃ ὅτι ἕν εἰσι· διὰ τοῦτο καὶ πατρὸς καὶ μητρὸς προτιμᾷ τὴν συνοίκησιν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἕν εἰσι. Καὶ ὁ πατὴρ ὁμοίως χαίρει καὶ θυγατρὸς καὶ υἱοῦ γαμούντων, ὡς πρὸς οἰκεῖον

[b] [*Videtur legendum* τοὺς συνόντας. Dunæus.]

[c] [ὁ in A. et Savilii Codice abest. Locus corruptus. Fort. post οὐδέπω excidit ἡνωμένος. Sed quid significent verba καθάπερ καὶ προτ., non intelligimus. Infra Savil. conjecit ἐποίησεν ἐξ ἑνὸς δύο.]

μέλος ἐπειγομένου τοῦ σώματος· καὶ τοσαύτη δαπάνη γίνεται καὶ χρημάτων ἐλάττωσις, καὶ ὅμως οὐκ ἀνέχεται ἄγαμον περιορᾷν. Ὥσπερ γὰρ ἀπεσχισμένης αὐτῆ τῆς σαρκὸς, ἀτελὴς πρὸς παιδοποιίαν ἑκάτερος, ἀτελής ἐστι πρὸς βίου σύστασιν τοῦ παρόντος ἑκάτερος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης φησὶν, Ὑπόλειμμα πνεύματός σου. Πῶς δὲ καὶ γίνονται εἰς σάρκα μίαν; Καθάπερ χρυσοῦ τὸ καθαρώτατον ἂν ἀφέλῃς καὶ ἑτέρῳ ἀναμίξῃς χρυσῷ, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, τὸ πιότατον [a] τῆς ἡδονῆς χωνευούσης ἡ γυνὴ δεχομένη τρέφει καὶ θάλπει, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῆς συνεισενεγκαμένη ἄνδρα ἀποδίδωσι. Καὶ γέφυρά τίς ἐστι τὸ παιδίον. Ὥστε οἱ τρεῖς σὰρξ γίνονται μία, τοῦ παιδὸς ἑκατέρωθεν ἑκατέρους συνάπτοντος. Ὥσπερ γὰρ εἰ δύο πόλεων οὐσῶν, καὶ ποταμοῦ διόλου διαιροῦντος, μία γίνεται πόλις, γεφύρας ἑκατέρωθεν ἀπτομένης· οὕτως ἐστὶν ἐνταῦθα, καὶ πλέον· αὐτὴ γὰρ ἡ γέφυρα ἐκ τῆς ἑκατέρων οὐσίας. Καὶ τῷ λόγῳ τούτῳ [b] ἕν εἰσιν, ὡς τὸ σῶμα καὶ κεφαλὴ ἓν σῶμα· τῷ γὰρ τραχήλῳ διαιρεῖται· ἀλλ' οὐ διαιροῦνται μᾶλλον, ἢ συνάπτονται· μέσος γὰρ ὢν ἑκατέρους συνάγει· καὶ ταὐτὸν γίνεται, ὥσπερ ἂν εἰ χορὸς διεσπασμένος τὸ μὲν ἓν αὐτοῦ μέρος ἐντεῦθεν λαβὼν, τὸ δὲ ἕτερον ἐκ τῆς δεξιᾶς, ἕνα ποιήσειεν· ἢ [c] ὥσπερ οἱ συνεσταλμένοι οὗτοι καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνοντες ἓν γίνονται· αἱ γὰρ χεῖρες ἐκταθεῖσαι, οὐκ ἀφιᾶσιν εἶναι δύο. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἀκριβῶς εἶπεν, οὐκ, ἔσονται μία σὰρξ, ἀλλ', Εἰς σάρκα μίαν, τὴν τοῦ παιδὸς συναπτόμενοι δηλονότι. Τί οὖν, ὅταν παιδίον μὴ ᾖ, οὐκ ἔσονται [d] δύο καὶ τότε; Εὔδηλον· ἡ μίξις γὰρ τοῦτο ἐργάζεται, ἀναχέουσα καὶ ἀναμίξασα ἀμφοτέρων τὰ σώματα. Καὶ ὥσπερ εἰς ἔλαιον μύρον ἐμβαλὼν, τὸ πᾶν ἐποίησεν ἕν, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα.

Οἶδα ὅτι πολλοὶ αἰσχύνονται τοῖς λεγομένοις· καὶ τούτου αἴτιον ἡ ἀσέλγεια καὶ ἡ ἀκολασία. [e] Τὸ οὕτω τοὺς γάμους γίνεσθαι, τὸ παραφθείρεσθαι, τὸ πρᾶγμα διέβαλεν· ἐπεὶ Τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. Τί αἰσχύνῃ τῷ τιμίῳ; τί ἐρυθριᾷς ἐπὶ τῷ ἀμιάντῳ; Ταῦτα αἱρετικῶν ἐστι, ταῦτα τῶν τὰς πόρ-

enim ex latere, et tamquam duo ex dimidio dissecta sunt. Propterea eam quoque vocat adjutricem, ut ostendat eos esse unum. Ideo et patri et matri profert conjunctionem et cohabitationem, ut ostendat quod sint unum. Et pater similiter lætatur et filia et filio junctis matrimonio, quod corpus properet ad suum membrum : fitque tantus sumtus et pecuniæ detrimentum, et tamen id ferre nequit, ut non conjugatum videat. Tamquam enim ipsa abscissa carne, uterque est imperfectus ad liberorum procreationem, uterque est imperfectus ad præsentis vitæ constitutionem. Propterea dicit etiam propheta, *Reliquum spiritus tui.* *Malach.* 2. 15. Quomodo autem sunt etiam in carne una? Ut si auri ademeris quod est purissimum, et alteri auro admiscueris : ita hic quoque, id quod est pinguissimum, tamquam fundente voluptate, suscipiens mulier alit et fovet, et cum ea quæ sunt sua contulerit, viro reddit. Et est infans instar pontis. Quamobrem tres fiunt una caro, infante utrimque utrosque conjungente. Sicut enim si cum duæ sint civitates, et fluvius eas omnino dividat, una fit civitas ponte utrimque conjungente : ita est hic quoque et magis, quando ipse pons est ex utriusque essentia, ea ratione ut corpus et caput sint unum corpus : collo enim dividitur; sed non magis dividuntur quam conjunguntur : nam cum sit medium, utrumque conjungit. Et perinde fit ut si chorus distractus, una quidem ejus parte hinc accepta, altera autem a dextera, unum fecerit : aut sicut qui fuerint in unum contracti, etiam manus extendentes sunt unum : manus enim extensæ non sinunt esse duos. Propterea exacte et accurate dixit, non, Erunt una caro, sed, *In unam carnem*, nempe ab infante conjuncti. Quid vero, quando non fuerit infans, non erunt duo? Erunt; hoc enim facit coitus : confundit et commiscet amborum corpora, et sicut qui in oleum injecit ungentum, totum facit unum : ita hic quoque.

6. Scio multos pudore affici iis quæ dicentur : causa autem eorum quæ dixi est libido et impudicitia. Quod sic fiant nuptiæ, quod corrumpantur et depraventur, id rem reddit odiosam : Nam *Honorabiles sunt nuptiæ, et cubile immaculatum.* *Hebr.* 13. 4. Quid te pudet ejus quod est honorabile?

[a] [καθάπερ inserit B.]

[b] [A. et marg. Savil. ἕν εἰσιν, ὡς τοῦ σώματος πάντα τὰ μέλη συναρμολογούμενα πρὸς τὴν κεφαλὴν, ἓν γίνεται σῶμα εἰ καὶ τῷ τραχήλῳ διαιρεῖται· ἐνταῦθα δὲ οὐ δ.]

[c] [A. ὥσπερ εἰ σ. ὄντες.... γίνονται οἱ αὐτοί.]

[d] [Fort. εἷς οἱ δύο. Mox A. καὶ ὥσπερ εἴ τις εἰς ἔλαιον.]

[e] [A. τὸ γάρ, et mox omittit τὸ παραφθείρεσθαι, quod inclusum habet Savil.]

quid erubescis ob id quod est immaculatum? Hæc sunt hæreticorum; hæc sunt eorum qui introducunt meretrices. Propterea volo ipsum expurgare matrimonium, ut reducam ad suam nobilitatem, ut obturem ora hæreticorum. Probro affectum est Dei donum, radix nostræ generationis: nam multum fimi et cœni injectum est radici. Hoc ergo ratione expurgemus: sustinete igitur parum; nam et qui cœnum tenet, fœtorem sustinet. Volo ostendere quod non propter hæc oporteat pudore suffundi, sed propter ea quæ facis: tu vero, illum mittens pudorem, hoc suffunderis. Deum ergo condemnas qui sic decrevit. Dicam quomodo est sacramentum Ecclesiæ? Christus venit ad Ecclesiam, illa ex ipso est orta, et

2. Cor. 11. 2. cum ea congressus est congressu spirituali. *Despondi enim vos*, inquit, *uni viro virginem castam*. Quod autem ex ipso simus, audi quomodo loquatur: Ex membris ejus et ex carne ejus. Hæc autem omnia mente versantes, ne tantum mysterium pudore afficiamus. Christi præsentiæ typus est matrimonium, tu vero inebriaris? Dic mihi, si regis videres imaginem, num eam probro afficeres? Nequaquam. Videntur quidem res esse indifferentes quæ fiunt circa matrimonium; sunt autem magnorum causæ malorum. Omnia sunt

Ephes. 5. 4. plena iniquitate. *Turpitudo et stultiloquium, et scurrile verbum*, inquit, *ex ore vestro non exeat*. Omnia autem illa sunt turpitudo et stultiloquium et scurrilitas, non leviter, sed supra modum. Ars enim est hoc, et magnam affert laudem iis qui eam exercent: ars facta sunt peccata. Non leviter ea tractamus, sed adhibito studio et scientia, et de cætero diabolus est copiarum suarum dux et imperator. Ubi est enim ebrietas, est et lascivia; ubi sermo obscœnus, adest diabolus sua efferens. Cum his convivans, dic quæso, Christi mysterium peragis, et diabolum invocas? Me forte existimatis gravem et importunum. Nam hoc quoque est multæ perversitatis, quod qui increpat ludibrio habeatur tamquam austerus. Non audi-

1. Cor. 10. 31. tis Paulum dicentem, Quidquid faciatis, *Sive comedatis, sive bibatis, sive aliquid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite?* Vos autem ad maledicentiam et ignominiam. Non auditis pro-

Psal. 2. 11. phetam dicentem, *Servite Domino in timore, et exsultate ei in tremore?* Vos autem diffundimini et luxu diffluitis. Annon vero licet etiam tuto

νας ἐπεισαγόντων. Διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐκκαθαίρεσθαι βούλομαι, ὥστε ἐπὶ τὴν οἰκείαν εὐγένειαν ἀναγαγεῖν, ὥστε τῶν αἱρετικῶν ἐμφράξαι τὰ στόματα. Ὕβρισται E τὸ τοῦ Θεοῦ δῶρον, ἡ ῥίζα τῆς ἡμετέρας γενέσεως· πολλὴ γὰρ περὶ τὴν ῥίζαν ἡ κόπρος καὶ ὁ βόρβορος. Τοῦτον οὖν ἐκκαθάρωμεν τῷ λόγῳ. Ἀνέχεσθε τοίνυν μικρὸν, ἐπεὶ καὶ ὁ βόρβορον κατέχων δυσωδίας ἀνέχεται. Βούλομαι δεῖξαι ὅτι οὐ χρὴ ἐπὶ τούτοις αἰσχύ- 121 A νεσθαι, ἀλλὰ τούτοις οἷς ποιεῖτε· σὺ δὲ ἐπ' ἐκείνοις αἰσχύνεσθαι ἀφεὶς, τούτοις αἰσχύνῃ· οὐκοῦν τοῦ Θεοῦ καταγινώσκεις τοῦ οὕτω θεσπίσαντος. Εἴπω πῶς καὶ μυστήριον τῆς Ἐκκλησίας ἐστίν. Ὁ Χριστὸς ἦλθε πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἐξ αὐτῆς γέγονε, καὶ αὐτῇ [a] συνεισῆλθε συνουσίᾳ πνευματικῇ. Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς, φησὶν, ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνήν. Ὅτι δὲ ἐξ αὐτοῦ ἐσμεν, ἄκουε πῶς φησιν· ἐκ τῶν μελῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς. Ταῦτα δὴ πάντα ἐννοοῦντες, μὴ αἰσχύνωμεν τὸ τηλικοῦτον μυστήριον. Τύπος τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐστὶν ὁ B γάμος, σὺ δὲ μεθύεις; Εἰπέ μοι, εἰ εἰκόνα εἶδες τοῦ βασιλέως, ἆρα ἂν αὐτὴν ᾔσχυνες; Οὐδαμῶς. Δοκεῖ μὲν οὖν ἀδιάφορα εἶναι τὰ περὶ τὸν γάμον γινόμενα, ἐστὶ δὲ μεγάλων αἴτια κακῶν. Πάντα παρανομίας γέμει. Αἰσχρότης καὶ μωρολογία καὶ εὐτραπελία μὴ ἐκπορευέσθω, φησὶν, ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. Πάντα δὲ ἐκεῖνα, αἰσχρότης καὶ μωρολογία καὶ εὐτραπελία, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ ἐπιτάσεως· τέχνη γὰρ τὸ πρᾶγμά ἐστι, καὶ ἐγκώμια μεγάλα τοῖς αὐτὴν μετιοῦσι· τὰ ἁμαρτήματα τέχνη γέγονεν. Οὐχ ἁπλῶς αὐτὰ μετερχόμεθα, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς, μετὰ ἐπι- C στήμης· καὶ στρατηγεῖ λοιπὸν ὁ διάβολος τῶν αὐτοῦ ταγμάτων. Ὅπου γὰρ μέθη, ἀκολασία· ὅπου αἰσχρολογία, ὁ διάβολος πάρεστι τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσφέρων. Τούτοις ἑστιώμενος, εἰπέ μοι, μυστήριον Χριστοῦ τελεῖς, καὶ τὸν διάβολον καλεῖς; Τάχα με φορτικὸν εἶναι νομίζετε. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς διαστροφῆς τῆς πολλῆς, ὅτι καὶ ὁ ἐπιτιμῶν [b], γέλωτα ὀφλισκάνει ὡς αὐστηρός. Οὐκ ἀκούετε Παύλου λέγοντος, Πᾶν ὅ τι ἂν ποιῆτε, εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε; Ὑμεῖς δὲ εἰς δυσφη- D μίαν καὶ ἀδοξίαν. Οὐκ ἀκούετε τοῦ προφήτου λέγοντος, Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ; Ὑμεῖς δὲ διαχεῖσθε. Μὴ γὰρ οὐκ ἔστι καὶ ἥδεσθαι, καὶ μετὰ ἀσφαλείας; Βούλει μελῶν ἀκοῦσαι καλῶν; Μάλιστα μὲν οὐδὲ ἔδει· πλὴν συγκαταβαίνω, εἰ βούλει· μὴ τῶν σατανικῶν ἀκούσῃς, ἀλλὰ τῶν πνευματικῶν. Βούλει χορεύοντας ἰδεῖν; ὅρα τῶν ἀγγέλων τὸν χορόν. Καὶ πῶς δυνατὸν, φησὶν,

[a] [*Fort.* συνῆλθε. Savil.]

[b] [A. et marg. Savil. addunt ἀνθ' ὧν ὤφειλεν ἀποδέχεσθαι, γέλωτα.]

ἰδεῖν; Ἐὰν ταῦτα ἀπελάσῃς, ἐλεύσεται καὶ ὁ Χριστὸς εἰς τούτους τοὺς γάμους· τοῦ δὲ Χριστοῦ παρόντος, καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων πάρεστι χορός. Ἂν θέλῃς, καὶ νῦν θαύματα ἐργάσεται, καθάπερ καὶ τότε· ποιήσει καὶ νῦν τὸ ὕδωρ οἶνον· καὶ πολλῷ θαυμασιώτερον, E τὴν διάχυσιν ἐπιστρέψει τὴν διαῤῥέουσαν καὶ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ ἐπὶ τὴν πνευματικὴν μεταστήσει. Τοῦτό ἐστιν ἐξ ὕδατος οἶνον ποιῆσαι. Ἔνθα αὐληταὶ, οὐδαμοῦ ὁ Χριστός· ἀλλὰ κἂν εἰσέλθῃ, τὸ πρῶτον ἐκβάλλει τούτους, καὶ τότε θαυματουργεῖ. Τί τῆς σατανικῆς πομπῆς ἀηδέστερον, ἔνθα ἄναρθρα πάντα, 422 A ἔνθα πάντα ἄσημα; ἂν δέ τι καὶ ἔναρθρον, πάλιν πάντα αἰσχρὰ, πάντα ἀηδῆ.

lætari? Vis audire pulchros modos? Certe ne oporteret quidem; sed me tibi accommodo, si vis: non audias satanicos modos, sed spirituales. Vis videre saltantes? vide chorum angelorum. Et quomodo fieri potest ut videam? Si hæc abegeris, veniet Christus quoque ad has nuptias: si adsit autem Christus, adest etiam chorus angelorum. Si velis, nunc quoque faciet miracula sicut et tunc: faciet nunc quoque aquam vinum, et multo admirabiliora: dissolutam convertet lætitiam et frigidam cupiditatem, et transferet ad spiritualem. Hoc est ex aqua vinum facere. Ubi sunt tibicines, nequaquam est Christus; sed et si fuerit ingressus, eos primum ejicit, et tunc facit miracula. Quid satanica pompa est injucundius, ubi sunt omnia articulis non distincta, ubi omnia non signata, nec notata? si quid sit autem etiam articulis distinctum, rursus omnia turpia, omnia injucunda.

Οὐδὲν τῆς ἀρετῆς ἥδιον, οὐδὲν κοσμιότητος γλυκύτερον, οὐδὲν σεμνότητος ποθεινότερον. Ποιείτω τις γάμους, οἵους ἐγὼ λέγω, καὶ ὄψεται τὴν ἡδονήν· ποίους δὲ γάμους, προσέχετε. Πρῶτον μὲν ἄνδρα ζήτει τῇ παρθένῳ ὄντως ἄνδρα καὶ προστάτην, ὡς σώματι μέλλων ἐπιθήσειν κεφαλὴν, ὡς οὐκ ἀνδράποδον, ἀλλὰ θυγατέρα αὐτῷ μέλλων παραδώσειν· μὴ χρήματα ζήτει, μὴ γένους λαμπρότητα, μὴ πατρίδος μέγεθος, πάντα ταῦτα περιττὰ, ἀλλὰ ψυχῆς εὐλάβειαν, ἐπιείκειαν, τὴν ἀληθῆ σύνεσιν, τοῦ Θεοῦ τὸν φόβον, εἰ βούλει μεθ' ἡδονῆς τὸ θυγάτριον ζῆν. Πλουσιώτερον γὰρ ζητοῦσα, οὐ μόνον αὐτὴν οὐκ ὠφελήσεις, ἀλλὰ καὶ βλάψεις, δούλην ἀντ' ἐλευθέρας ποιοῦ- B σα. Οὐ τοσαύτην γὰρ ἀπὸ τῶν χρυσίων καρπώσεται τὴν ἡδονὴν, ὅσην ἀπὸ τοῦ δουλεύειν τὴν ἀηδίαν. Ἀλλὰ μὴ ζήτει ταῦτα, ἀλλὰ μάλιστα μὲν ὁμότιμον· εἰ δὲ μὴ δυνατὸν, πενέστερον μᾶλλον, ἢ εὐπορώτερον, εἴ γε μὴ ἀποδόσθαι δεσπότῃ, ἀλλ' ἐκδοῦναι ἀνδρὶ βούλει τὴν θυγατέρα. Ὅταν ἀκριβῶς ἐξετάσῃς τἀνδρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ μέλλῃς ἐκδιδόναι, παρακάλεσον τὸν Χριστὸν παραγενέσθαι· οὐ γὰρ ἐπαισχυνθήσεται· μυστήριόν ἐστι τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Μάλιστα μὲν C οὖν καὶ τότε παρακάλει, ὥστε μνηστῆρα τοιοῦτον δοῦναι. Μὴ γένῃ τοῦ παιδὸς τοῦ Ἀβραὰμ χείρων, ὃς εἰς τοσαύτην ἀποδημίαν πεμπόμενος, * ᾔδει ἔνθα χρὴ καταφυγεῖν· διὸ καὶ πάντων ἐπέτυχεν. Ὅταν περιεργάζῃ καὶ ζητῇς τὸν ἄνδρα, εὔχου· εἰπὲ τῷ Θεῷ, ὃν ἂν θέλῃς σὺ οἰκονόμησον· ἐγχείρισον αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, καὶ τιμηθεὶς ταύτῃ παρὰ σοῦ τῇ τιμῇ ἀμείψεταί σε. Δύο δὴ ποιεῖν χρὴ, αὐτῷ τε ἐγχειρίζειν, καὶ τοιοῦτον ζητεῖν, οἷον ἂν αὐτὸς βούληται,

ferendum omnia. *Et consolantes et testificantes. Deprecantes :* non ergo quærebant gloriam : *Et testificantes :* non ergo adulabantur. *Ut ambularetis digne Deo, qui vocavit vos in suum regnum et gloriam.* Vide rursus quomodo narrans, et docet et consolatur : si enim vocavit ad regnum, oportet omnia ferre. Hortamur vel rogamus, non ut nobis aliquid donetis, sed ut regnum cælorum assequamini. 13. *Ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione, quod cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis.* Non licet, inquit, dicere, quod nos quidem impune omnia agimus, vos autem facitis indigna nostra conversatione : non enim nos audientes affecti estis tamquam audientes homines, sed tamquam ipso Deo admonente, ita attendistis. Undenam id liquet? Sicut enim, quod non in adulatione neque in inani gloria prædicaverit, ostendit ex suis tentationibus, et illorum testimonio, et ex iis quæ agebat : ita etiam quod illi verbum recte acceperint, a tentationibus. Quomodo enim, inquit, nisi tamquam Deum dicentem audivissetis, talia ferretis pericula? Vide autem auctoritatem : 14. *Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei quæ sunt in Judæa in Christo Jesu, quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis,* 15. *qui et Dominum occiderunt Jesum et prophetas, et nos persequuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur;* 16. *prohibentes nos gentibus loqui ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua semper. Pervenit autem ira Dei super illos usque in finem.*

2. *Vos,* inquit, *imitatores facti estis Ecclesiarum Dei quæ sunt in Judæa.* Magna est consolatio. Non est, inquit, mirum, si ipsi hæc vobis faciant, cum hoc etiam faciant suis contribulibus. Hoc autem non parvum quoque est indicium quod vera sit prædicatio, cum et Judæi omnia ferre sustinerent. *Quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis.* Plus aliquid habet in eo quod dixerit, Et illi in Judæa : ostendit enim eos ubique lætari, ut qui decertassent. Dicit ergo, Vos quoque eadem passi estis. Et quid mirum, si vobis quoque fecerunt,

[a] [ἐκεῖνοι, nempe Judæi, supplet Dunæus. Mox Colb. [illegible] τί οὖν ξένον; ὅπου γε...]

[b] [*Malo* τὸ εἰπεῖν. Halesius. Sic Colb. ex correctione, recte.]

cum eadem quoque ausi fuerint in Dominum. Vides quomodo hoc induxerit quod magnam habet consolationem? Et hoc versat assidue, et in omnibus propemodum epistolis hoc inveneris, accurate examinans quomodo in tentationibus semper Christum diverse afferat. Vide ergo; hic quoque accusans Judæos, eos revocat in memoriam Domini, et ejus perpessionum. Adeo sciebat rem maximam habere consolationem. *Qui et Dominum occiderunt,* inquit. Sed fortasse eum ignoraverunt. Imo maxime noverunt. Quid vero? annon etiam suos prophetas occiderunt, et lapidibus obruerunt, quorum etiam libros circumferunt? Et hæc fecerunt non propter veritatem. Non est ergo solum consolatio in tentationibus, sed etiam admonitio, ne existimemus quod hæc faciant propter veritatem, et ideo conturbemur. *Et nos,* inquit, *persequuti sunt.* Et nos, inquit, passi sumus mala innumerabilia. *Et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui ut salvæ fiant. Omnibus,* inquit, *hominibus adversantur.* Quomodo? Si enim toti orbi terræ loqui oportet, isti autem vetant, sunt communes inimici orbis terræ. Christum occiderunt et prophetas, Deum contumelia afficiunt, sunt orbis terræ communes inimici, nos expellunt qui ad salutem accessimus: quid mirum, si in vos quoque ita se gesserint, cum etiam in Judæa hoc fecerint? *Prohibentes nos gentibus loqui ut salvæ fiant.* Est ergo invidia, omnium impedire salutem. *Ut impleant peccata sua semper. Pervenit autem super illos ira Dei usque in finem.* Non sunt amplius talia qualia erant priora; non est amplius reditus, non amplius finis: sed prope instat ira. Unde id patet? Ex eo quod prædixit Christus. Non hoc enim solum habet consolationem, quod acceperint socios afflictionum, sed et quod eos qui affligebant audierint plexos fuisse. Si autem molestia afficit dilatio, consoletur quod non amplius sursum aspiciant. Imo vero dilationem quoque contraxit, dicendo, *Ira,* rursus ostendens eam deberi, esseque præstitutam et prædictam. 17. *Nos autem, fratres, desolati a vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio.* Non dixit, Separati, sed quod majus erat. Superius dixit de adulatione, ostendens se

ὅπου γε καὶ εἰς τὸν Δεσπότην τὰ αὐτὰ ἐτόλμων; Ὁρᾷς, πῶς αὐτὸ εἰσήγαγε μεγάλην ἔχον τὴν παραμυθίαν; Καὶ συνεχῶς τοῦτο στρέφει, καὶ ἐν πάσαις σχεδὸν εὕροι τις ἂν αὐτὸ ταῖς ἐπιστολαῖς ἀκριβῶς ἐξετάζων, πῶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἀεὶ τὸν Χριστὸν παραφέρει διαφόρως. Ὅρα γοῦν, καὶ ἐνταῦθα κατηγορῶν τῶν Ἰουδαίων, εἰς ἀνάμνησιν αὐτοὺς φέρει τοῦ
C Δεσπότου, καὶ τῶν τοῦ Δεσπότου παθημάτων· οὕτως οἶδε μεγίστην παραμυθίαν ἔχον τὸ πρᾶγμα. Τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων, φησίν. Ἀλλ' ἠγνόησαν αὐτὸν ἴσως. Μάλιστα μὲν οὖν ᾔδεσαν. Τί δαί; οὐχὶ καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας ἀπέκτειναν καὶ ἐλιθοβόλησαν, ὧν καὶ τὰ τεύχη περιφέρουσι; Καὶ μὴν ταῦτα οὐκ ἀληθείας ἕνεκεν διεπράξαντο. Οὐκ ἄρα παραμυθία μόνον ἐστὶν ἐπὶ τοῖς πειρασμοῖς, ἀλλὰ καὶ ὑπόμνησις τοῦ μὴ νομίζειν ὅτι δι' ἀλήθειαν ταῦτα ποιοῦσι, [c] καὶ διὰ τοῦτο θορυβεῖσθαι. Καὶ ἡμᾶς, φησὶν,
D ἐκδιωξάντων. Καὶ ἡμεῖς, φησὶ, μυρία δεινὰ πεπόνθαμεν. Καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων, κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσι. Πᾶσιν ἀνθρώποις, φησὶν, ἐναντίων. Πῶς; Εἰ γὰρ τῇ οἰκουμένῃ δεῖ λαλῆσαι, οὗτοι δὲ κωλύουσι, κοινοὶ τῆς οἰκουμένης εἰσὶν ἐχθροί. Τὸν Χριστὸν ἐφόνευσαν, τοὺς προφήτας, τὸν Θεὸν ὑβρίζουσι, κοινοὶ τῆς οἰκουμένης εἰσὶν ἐχθροὶ, ἡμᾶς ἐλαύνουσι τοὺς ἐπὶ σωτηρίᾳ παραγενομένους· τί θαυμαστὸν, εἰ καὶ εἰς ὑμᾶς τοιαῦτα ἐπεδείξαντο, ὅπου γε καὶ ἐν τῇ
E Ἰουδαίᾳ; Κωλυόντων ἡμᾶς, φησὶ, τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσι. Βασκανίας ἄρα ἐστὶ τὸ τὴν τῶν πάντων ἐμποδίζειν σωτηρίαν. Εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε. Ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. Οὐκέτι ταῦτα ἔσται οἷα τὰ πρότερα, οὐκέτι ἐπάνοδος, οὐκέτι πέρας· ἀλλ' ἐγγὺς ἐφέστηκεν ἡ ὀργή. Πόθεν δῆλον; Ἀπὸ τούτου, ἀφ' οὗ προεῖπεν ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ τοῦτο μόνον ἔχει παραμυθίαν τὸ κοινωνοὺς τῶν θλίψεων λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τοὺς
F θλίβοντας ἀκοῦσαι τιμωρουμένους. Εἰ δὲ ἡ ἀναβολὴ λυπεῖ, παραμυθείσθω τὸ μηκέτι ἀνανεύειν αὐτούς. Μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ἀναβολὴν συνέστειλε τῷ εἰπεῖν,
443 Ἡ ὀργὴ, δεικνὺς πάλιν ὀφειλομένην καὶ προωρισμέ-
A νην, καὶ προφητευομένην. Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ. Οὐκ εἶπε, χωρισθέντες, ἀλλ' ὃ πλέον ἦν. Εἶπεν ἀνωτέρω περὶ τῆς κολακείας, δεικνὺς ὅτι οὐ κολακεύει, ὅτι οὐ ζητεῖ δόξαν· λέγει ἐνταῦθα περὶ τῆς ἀγάπης. Ἐπειδὴ εἶπεν ἀνω-

[c] [Idem vir doctus voluit καὶ διὰ τοῦτο μὴ θ. Sed eumdem habet sensum recepta scriptura: *Neque putare,* inquit, *quod propter veritatem hæc faciant, et* ex hac opinione *conturbari.* Colb. οὐκοῦν διὰ τοῦτο οὐ χρὴ θορ.]

B τέρῳ, Ὡς πατὴρ τέκνα, Ὡς τροφὸς, ἐνταῦθα καὶ ἕτερόν φησιν, Ἀπορφανισθέντες, ὅπερ ἐστὶ παίδων πατέρας ζητούντων. Καὶ μὴν ἐκεῖνοι ἀπωρφανίσθησαν. Οὔ, φησὶν, ἀλλ' ἡμεῖς. Εἰ γάρ τις τὸν πόθον ἐξετάσειε, καθάπερ παιδία μικρὰ ἀπροστάτευτα, ἄωρον ὀρφανίαν ὑποστάντα, ἐν πολλῷ πόθῳ τῶν γονέων εἰσὶν, οὐ διὰ τὴν φύσιν μόνον αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἐρημίαν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς. Ἐκ τούτου καὶ τὴν ἀθυμίαν αὐτοῦ δείκνυσιν, ἐν ᾗ ἦν διὰ τὸν χωρισμόν. Καὶ ταῦτα, φησὶν, οὐκ ἔνι εἰπεῖν, ὅτι πολὺν χρόνον ἀνεμείναμεν, ἀλλὰ Πρὸς καιρὸν, καὶ τοῦτο Προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ· ἀεὶ γὰρ ὑμᾶς ἔχομεν ἐν τῇ διανοίᾳ. C Ὅρα ὅση ἀγάπη· καίτοι ἔχων αὐτοὺς διαπαντὸς ἐν καρδίᾳ, καὶ τὴν κατ' ὄψιν ἐζήτει παρουσίαν. Μή μοι λέγε τὴν περιττὴν φιλοσοφίαν· τοῦτο ἀληθῶς θερμῆς ἀγάπης, τὸ καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι [a] καὶ εἰπεῖν, καὶ πολλὰ ἂν τοῦτο συμβάλλοιτο. Περισσοτέρως, φησὶν, ἐσπουδάσαμεν. Τί ἐστι, Περισσοτέρως; Ἢ τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι σφόδρα ὑμῶν ἐξεχόμεθα· ἢ ὡς εἰκὸς ἦν, ὥραν ἀπολειφθέντες ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν. Ὅρα τὸν μακάριον Παῦλον, ὅταν μὴ δι' ἑαυτοῦ δύνηται πληροῦν αὐτοῦ τὸν πόθον, δι' ἑτέρων τοῦτο D ποιοῦντα· ὥσπερ ὅτε πρὸς Φιλιππησίους τὸν Τιμόθεον πέμπει, καὶ πρὸς Κορινθίους πάλιν τὸν αὐτὸν, δι' ἑτέρων αὐτοῖς συγγινόμενος, ὅταν μὴ δύνηται δι' ἑαυτοῦ. Ἐρώμενος γὰρ ἦν μανικός τις καὶ ἀκάθεκτος, καὶ ἀκαρτέρητος εἰς φιλίαν. Διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ὅπερ ἐστὶν ἀγάπης. Καίτοι γε ἐνταῦθα οὐδεμίαν ἑτέραν χρείαν φησὶν, ἀλλ' ἵνα ἴδωμεν ὑμᾶς. E Ἐγὼ μὲν Παῦλος, καὶ ἅπαξ καὶ δίς· καὶ ἐνέκοψεν ὁ σατανᾶς.

Τί λέγεις; ὁ σατανᾶς ἐγκόπτει; Ναί· οὐ γὰρ Θεοῦ τοῦτο ἔργον ἦν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν Ῥωμαίων φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκώλυσε· καὶ ἀλλαχοῦ δέ φησιν ὁ Λουκᾶς, ὅτι Τὸ πνεῦμα διεκώλυσεν αὐτοὺς ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἀσίαν· [b] καὶ Κορινθίοις τοῦ πνεύματός φησιν εἶναι τὸ ἔργον, ἐνταῦθα δὲ μόνον τοῦ σατανᾶ. Τίνα δὲ λέγει ἐγκοπὴν τοῦ σατανᾶ; Πειρασμούς τινας ἀπροσδοκήτους καὶ σφοδρούς. Γενομένης γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, κατείχετο ἐν τῇ Ἑλ- F λάδι τρεῖς μῆνας. Ἕτερον δέ ἐστιν οἰκονομίας ἕνεκεν παραμένειν καὶ ἑκόντα, καὶ ἕτερον ἐγκοπτόμενον. Ἐκεῖ μὲν γάρ φησι· Διὸ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, καὶ, Φειδόμενος ὑμῶν οὐκέτι ἦλθον

non adulari, non quærere gloriam: hic dicit de caritate. Quoniam superius dixit, *Sicut pater filios*, *Sicut nutrix*; hic aliud dicit, *Desolati*, quod est filiorum patres quærentium. Atqui illi erant desolati. Non, inquit, sed nos. Nam si quis desiderium examinaverit, sicut parvi pueri, quorum nullus curam gerit, immaturam subeuntes orbitatem, in magno sunt parentum desiderio, non solum propter ipsam naturam, sed etiam propter solitudinem: ita nos quoque. Hinc quoque ostendit suam animi ægritudinem, in qua erat propter separationem. Et hæc, inquit, non licet dicere, quod multum tempus exspectavimus, sed, *Ad tempus*, idque *Facie*, *non corde*: semper enim vos habemus in mente. Vide quanta sit dilectio: quamvis eos haberet perpetuo in corde, quærebat tamen eorum in aspectu seu facie præsentiam. Ne quis mihi supervacaneam dicat philosophiam: hoc plane est ardentis dilectionis, videre, et audire, et dicere; et hoc multum contulerit. *Abundantius*, inquit, *festinavimus*. Quid est, *Abundantius?* Vel hoc sibi vult, quod vos magni faciebamus: vel ut est verisimile, cum hora abfuissemus, studuimus videre faciem vestram. Vide beatum Paulum, cum per se non posset suum implere desiderium, hoc facere per alios: sicut cum mittit Timotheum ad Philippenses, et eumdem rursus ad Corinthios, per alios cum eis versans, cum per se non posset: amabat enim cum quodam furore, nec potuit ejus impetus ad amicitiam cohiberi. 18. *Quoniam voluimus venire ad vos.* Quod quidem est dilectionis. Et hic nullum aliud negotium dicit, quam ut vos videamus. *Ego quidem Paulus, et semel et iterum; sed impedivit nos satanas.*

3. Quid dicis, *Satanas impedit?* Certe: non enim hoc erat opus Dei. Ad Romanos quidem Rom. 15. 22. dicit Deum prohibuisse; et alibi dicit Lucas, Spiritus prohibuit ipsos venire in Asiam; Act. 16. 6. Corinthiis autem dicit opus esse spiritus: hic autem solum satanæ. Quamnam autem dicit fuisse satanæ cohibitionem? Inexspectatas quasdam et vehementes tentationes. Nam cum ei fuissent structæ Ib. 20. 3. a Judæis insidiæ, retentus est in Hellade tres menses. Aliud autem est certo consilio et propter dispensationem manere, et sua sponte; aliud cohiberi. Nam illic quidem dicit, *Quare non amplius* Rom. 15. 23. *locum habens in his regionibus*; et, *Vobis* 2. Cor. 1. 23.

[a] [*Fort. melius* προσειπεῖν. Halesius. Infra Dunæus πρὸς ὥραν legit.]

[b] Unus καὶ ἐπὶ Κορινθίων.

parcens, nondum veni Corinthum : hic autem nihil tale; sed quid? *Satanas impedivit. Ego quidem, Paulus, et semel et bis.* Vide quantum gloriatur, volens ostendere se eos maxime omnium diligere. *Ego quidem Paulus ;* ac si diceret : Etsi non alii. Et illi quidem volebant tantum, ego autem aggressus sum. 19. *Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum estis in adventu ejus?* Macedones sunt, dic quæso, spes tua, o beate Paule? Non ii, inquit, soli : propterea subjunxit, *Annon vos quoque? Quænam est enim,* inquit, *nobis spes, aut gaudium, aut corona gloriæ?* Agnoscitisne verba esse mulierum visceribus valde incalescentium, loquentium cum infantibus? *Et corona,* inquit, *gloriæ.* Non sufficiebat enim coronæ nomen ad ostendendum splendorem, sed etiam addidit, *Gloriæ.* Quanti est hoc ardoris? Numquam pater et mater, si simul essent congressi, et suum miscuissent desiderium, potuissent ostendere suum desiderium ex æquo respondens Paulo. *Gaudium,* inquit, *et corona.* Magis, inquit, exsulto propter vos quam propter coronam. Cogita enim quantum sit integram adesse Ecclesiam, quæ a Paulo fuit plantata, et egit radices : quis non exsultet propter tam bonam et numerosam prolem? Quamobrem nec hoc est adulationis. Non dixit enim tantum, Vos, sed, Vos cum aliis. 20. *Vos enim estis gloria nostra et gaudium.*

Cap. III. 1. *Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis. Placuit,* id est, Elegimus. 2. *Et misimus Timotheum fratrem nostrum, et ministrum Dei in evangelio Christi.* Et hoc dicit, non Timotheum extollens, sed ipsos honorans, ut qui adjutorem et ministrum evangelii miserit ipsis; quasi diceret, Avulsum ab operibus misimus ad vos ministrum Dei, et adjutorem nostrum in evangelio Christi. Tum subjungit causam : *Ad confirmandos vos et exhortandos vos pro fide vestra,* 3. *ut nemo moveatur in tribulationibus istis.* Quid autem hic dicit? Quoniam magistrorum tentationes conturbant discipulos; ille autem tunc in multas inciderat tentationes, ut et ipse dicit, *Impedivit nos satanas ;* ipsos recreans ita loquutus est; ac si diceret : Et semel et bis volui venire, et non potui : quod quidem magnæ erat violentiæ. Verisimile autem est hoc eos conturbasse. Non tam enim suis discipuli quam magistrorum conturbantur tentationibus : quemadmodum neque miles adeo suis conturbatur tentationibus, ut quando viderit sauciatum du-

444 εἰς Κόρινθον· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ τί;
A Ὅτι ὁ σατανᾶς ἐνέκοψεν. Ἐγὼ μὲν, φησὶ, Παῦλος, καὶ ἅπαξ καὶ δίς. Ὅρα πῶς φιλοτιμεῖται καὶ ἐγκαλλωπίζεται, θέλων δεῖξαι, ὅτι μάλιστα πάντων αὐτοὺς ἐφίλει. Τὸ, Ἐγὼ μὲν Παῦλος, ἀντὶ τοῦ, εἰ καὶ μὴ οἱ ἄλλοι, φησί. Κἀκεῖνοι μὲν γὰρ ἤθελον μόνον, ἐγὼ δὲ καὶ ἐπεχείρησα. Τίς γὰρ ἡμῖν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; Ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ; Μακεδόνες εἰσὶ, εἰπέ μοι, ἡ ἐλπίς σου, ὦ μακάριε Παῦλε; Οὐχ οὗτοι μόνοι, φησί· διὰ τοῦτο
B ἐπήγαγεν· Ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς; Τίς γάρ ἐστιν ἡμῖν, φησὶν, ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; Ἆρα ἐπιγινώσκετε τὰ ῥήματα γυναικῶν ὄντα πάνυ διαθερμαινομένων τοῖς σπλάγχνοις, καὶ πρὸς παιδία μικρὰ διαλεγομένων; Καὶ στέφανος, φησὶ, καυχήσεως. Οὐ γὰρ ἤρκει τὸ Στέφανος ὄνομα δεῖξαι τὴν λαμπρότητα, ἀλλὰ προσέθηκε καὶ, Καυχήσεως. Πόσης πυρώσεως τοῦτο; Οὐκ ἄν ποτε μήτηρ, οὐδὲ πατὴρ, εἴ γε ὁμοῦ συνῆλθον, καὶ τὸν ἑαυτῶν ἀνεμίξαντο πόθον, ἠδυνήθησαν δεῖξαι ἰσόῤῥοπον ὄντα τῷ Παύλῳ τὸν ἑαυτῶν
C πόθον. Χαρὰ, φησὶ, καὶ στέφανος· τουτέστι, μᾶλλον ἐφ' ὑμῖν, φησὶν, ἀγάλλομαι, ἢ ἐπὶ στεφάνῳ. Ἐννόησον γὰρ ὅσον ἐστὶν Ἐκκλησίαν ὁλόκληρον παρεῖναι φυτευθεῖσαν καὶ ῥιζωθεῖσαν ὑπὸ Παύλου. Τίς οὐκ ἂν ἐπὶ τοσαύτῃ πολυπαιδίᾳ καὶ εὐπαιδίᾳ ἀγάλλοιτο; Ὥστε οὐδὲ τοῦτο κολακείας ἐστίν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὑμεῖς, ἁπλῶς, ἀλλὰ, Καὶ ὑμεῖς, μετὰ τῶν ἄλλων. Ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά. Διὸ μηκέτι στέγοντες εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι. Τοῦτο εἶπεν ἀντὶ τοῦ, εἱλόμεθα. Καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χρι-
D στοῦ. Καὶ τοῦτο οὐ τὸν Τιμόθεον ἐπαίρων, φησὶν, ἀλλ' αὐτοὺς τιμῶν, ὅτι τὸν συνεργὸν, καὶ διάκονον τοῦ εὐαγγελίου αὐτοῖς ἔπεμψεν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ἀποσπάσαντες ἀπὸ τῶν ἔργων ἐπέμψαμεν πρὸς ὑμᾶς τὸν διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Εἶτα καὶ ἡ αἰτία· Εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς καὶ παρακαλέσαι ὑπὲρ τῆς πίστεως ὑμῶν, τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. Τί δὴ ἐνταῦθά φησιν; Ἐπειδὴ τῶν διδασκάλων οἱ πειρασμοὶ θορυβοῦσι τοὺς μαθητὰς, τότε δὲ πολλοῖς
E περιέπεσε πειρασμοῖς, ὡς καὶ αὐτός φησιν, ὅτι Ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ σατανᾶς, ἀνακτώμενος αὐτοὺς οὕτως εἴρηκεν. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον ἤθελον ἐλθεῖν, καὶ οὐκ ἴσχυσα· ὃ πολλῆς βίας ἦν. Εἰκὸς δὲ τοῦτο θορυβῆσαι αὐτούς. Οὐ γὰρ οὕτως ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πειρασμοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς τῶν διδασκάλων θορυβοῦνται οἱ μαθηταί· ὥσπερ οὐδὲ οὕτως ἐπὶ τῶν οἰκείων θορυβεῖται πειρασμῶν στρατιώτης, ὡς ὅταν τὸν στρατηγὸν ἴδῃ βεβλημένον. Εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς,

φησίν. Ἄρα διὰ τὸ μὴ θορυβηθῆναι ἔπεμψεν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐλλείποντάς τι τῆς πίστεως, οὐδ' ὡς ὀφείλοντάς τι μαθεῖν. Καὶ παρακαλέσαι ὑπὲρ τῆς πίστεως F ὑμῶν, τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις· αὐτοὶ γὰρ οἴδατε ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα. Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν 415 θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένετο, καὶ οἴδατε. Οὐ δεῖ A θορυβεῖσθαι, φησί· καὶ γὰρ οὐδὲν ξένον, οὐδὲν παρ' ἐλπίδα συμβαίνει· ὅπερ ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς διαναστῆσαι. Ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς προέλεγε τοῖς μαθηταῖς; ἄκουσον γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· Ἀπάρτι εἶπον ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵν', ὅταν γένηται, πιστεύσητε. Μέγα γάρ, ὄντως μέγα εἰς παραμυθίαν τῶν ἄλλων, τὸ παρὰ τῶν διδασκάλων ἀκοῦσαι τὰ γινόμενα. Ὥσπερ γὰρ ὁ κάμνων παρὰ τοῦ ἰατροῦ, ἐὰν ἀκούσῃ ὅτι τόδε γίνεται καὶ τόδε, οὐ σφόδρα θορυβεῖται· ἐὰν δὲ ἀπροσδοκήτως ἐκβῇ, ὡς κἀκείνου B ἀπορηθέντος, καὶ τοῦ νοσήματος μείζονος τῆς τέχνης γενομένου, ἀλύει καὶ θορυβεῖται· οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Ἅπερ προειδὼς ὁ Παῦλος, προεῖπεν αὐτοῖς ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, Καθώς, φησί, καὶ ἐγένετο καὶ οἴδατε. Οὐχ ὅτι ἐγένετο τοῦτο λέγει μόνον, ἀλλ' ὅτι πολλὰ καὶ ἄλλα προεῖπε, καὶ ἐξέβη. Εἰς τοῦτο κείμεθα. Ὥστε οὐχ ὑπὲρ τῶν παρελθόντων μόνον οὐ δεῖ θορυβεῖσθαι καὶ ταράττεσθαι· τοῦτο γάρ ἐστι σαίνεσθαι· ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ τῶν μελλόντων, εἴ τι συμβαίη τοιοῦτον. Εἰς τοῦτο γὰρ κείμεθα.

cem exercitus. *Ad confirmandos vos*, inquit. Ergo ut ne turbarentur misit, non tamquam quibus fidei deesset aliquid, neque ut qui deberent aliquid discere. *Et exhortandos vos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis : ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. 4. Nam et cum apud vos essemus, prædicebamus vobis, passuros nos tribulationes, sicut et factum est, et scitis.* Non oportet, inquit, conturbari : nihil enim novum neque præter spem accidit : quod quidem satis erat ad ipsos erigendos. Vides quod propterea Christus quoque prædicebat discipulis ? audi enim eum dicentem : *Et nunc dixi prius quam fiat, ut cum factum fuerit credatis.* Joan. 14. 29. Magna enim, magna res est ad aliorum consolationem, audisse quæ fiunt a magistris. Sicut enim ægrotans, si a medico audiverit quod hoc fiat et illud, non valde conturbatur; sin autem ex inopinato aliquid evenerit, cum et ille dubius sit ac perplexus, et morbus artem superet, tristitia afficitur et conturbatur : ita hic quoque. Quæ præsciens Paulus, prædixit eis futurum ut affligerentur, *Sicut*, inquit, *et factum est, et scitis.* Non quod hoc factum sit solum dicit, sed quod multa prædixerit et evenerint. *In hoc positi sumus.* Quamobrem non solum de præteritis non oportet perturbari neque confundi, sed neque de futuris, si tale quid contigerit. *In hoc enim positi sumus.*

Ἀκούσωμεν οἷς ἐστιν ὦτα ἀκούειν· εἰς τοῦτο κεῖται C ὁ Χριστιανός. Τό, Εἰς τοῦτο κείμεθα, περὶ πάντων λέγει τῶν πιστῶν. Εἰς τοῦτο κείμεθα· καὶ ἡμεῖς ὡσανεὶ εἰς ἄνεσιν κείμενοι, ξενοπαθοῦμεν. Μᾶλλον δὲ τίνος ἕνεκεν ξενοπαθοῦμεν; οὐδὲ γὰρ θλίψεως καιρός, οὐδὲ πειρασμὸς κατέλαβεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος. Εὔκαιρον καὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι. Μᾶλλον δὲ οὐ τοῦτο εὔκαιρον εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ ποῖον; οὔπω χρημάτων κατεφρονήσατε. Ἐκείνοις μὲν D γὰρ τοῖς τὰ αὐτῶν ἀπολωλεκόσιν ἅπαντα εἰκότως ταῦτα ἐλέγετο· τοῖς δὲ τὰ αὐτῶν ἔχουσι, τοῦτο· τίς ἡρπάγη χρήματα διὰ Χριστόν; τίς ἐῤῥαπίσθη; τίς ὑβρίσθη; μέχρι ῥημάτων, λέγω. Πόθεν ἡ καύχησις; πόθεν δύνασαι παῤῥησίαν ἔχειν; Τοσαῦτα ἔπαθε δι' ἡμᾶς ἐχθροὺς ὄντας ὁ Χριστός· τί δυνάμεθα ἐπιδεῖξαι ἡμεῖς ὧν δι' αὐτὸν πεπόνθαμεν; Ὧν μὲν πεπόνθαμεν, οὐδέν· ὧν δὲ πάσχομεν παρ' αὐτοῦ καλῶν, μυρία. Πόθεν ἡμῖν ἡ παῤῥησία ἔσται κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν; Οὐκ ἴστε, ὅτι καὶ ὁ στρατιώτης, ὅταν μυρία E τραύματα καὶ ὠτειλὰς ἐπιδεικνύηται, τότε δυνήσεται λαμπρὸς εἶναι παρὰ τῷ βασιλεῖ; ἂν δὲ μηδὲν ἔχῃ δεῖξαι κατόρθωμα, κἂν μηδὲν ᾖ προσκεκρουκώς, ἐν

4. Audiamus quibus sunt aures ad audiendum : In hoc positus est Christianus. Hoc, *In hoc positi sumus*, de omnibus dicit fidelibus. *In hoc positi sumus*, et nos quasi in otium et requiem simus positi, alieno modo afficimur. Imo vero quanam de causa alieno modo afficimur? neque enim tempus afflictionis, neque tentatio apprehendit nos nisi humana. Opportunum est vobis quoque dicere : *Nondum ad sanguinem usque restitistis contra peccatum decertantes.* Hebr. 12. 4. Imo ne opportunum quidem est hoc vobis dicere; sed quid? nondum pecunias despexistis. Nam illis quidem qui sua omnia perdiderant, merito hæc dicebantur; iis autem qui sua habent, hoc, Cuinam sunt raptæ pecuniæ propter Christum ? cui sunt impacti colaphi ? quis contumelia affectus est ? usque ad verba, inquam. Undenam est gloratio ? undenam potes habere fiduciam? Tam multa passus est Christus propter nos qui eramus inimici : quidnam possumus ostendere quod propter ipsum passi simus? Quod passi quidem sumus nihil est; sunt autem bona innumerabilia quibus ab ipso afficimur. Undenam erit nobis illo die fiducia ? Ne-

scitis quod miles quando mille plagas et vulnera ostendit, tunc poterit esse illustris apud regem? sin autem nihil possit ostendere recte et fortiter gestum, etiamsi nihil offenderit, inter extremos collocabitur? At non est, inquies, tempus belli. Nam si esset, dic quæso, quis decertasset? quis ad pugnam prosiliisset? quis phalangem fudisset? Fortasse nullus: nam cum video te propter Christum pecunias non despicere, quomodo credam futurum ut plagas despicias? Dic mihi, fortiterne fertis eos qui probro et contumelia vos afficiunt, et eis benedicitis? Hoc non facis, et non obedis. Quod nihil habet periculi non facis, et plagas, dic quæso, feres, in quibus multum est tristitiæ et doloris? Nescitis quod in pace se ad bellum oportet exercere? non videtis hos milites, qui etiam nullo urgente bello, et vel in summa pace, abstersis armis, cum magistris, qui struere aciem et ordines collocare eos docent, in patentes et latos campos quotidie fere exeuntes, rem militarem exercent accuratissime? Quis hoc facit militum spiritualium? Nullus. Propterea in bellis molles sumus et ignavi, et ab omnibus facile capimur et expugnamur. Quam hebetis autem est ingenii, existimare præsens tempus non esse belli, cum
2. Tim. 3. 12. clamet Paulus: *Omnes autem, qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persequutionem patientur;* et dicat Christus, *In mundo afflictio-*
Joan. 16. 33. *nem habebitis;* et rursus beatus Paulus clara voce
Ephes. 6. 12. 14. clamet et dicat, *Non est nobis lucta adversus sanguinem et carnem;* et rursus, *Stetis ergo succincti lumbos vestros in veritate.* Et nullus illo tempore dixit, Quid nos armas, dic quæso, cum non sit bellum? cur nobis temere negotia exhibes? loricis induis milites, cum quiescere liceat et recreari? sed si quis hæc dixisset, responsum illi fuisset: Maxime quidem, etsi non esset bellum, oporteret de bello curam gerere et sollicitudinem. Nam qui in pace de prælio est sollicitus, erit terribilis in tempore prælii: qui autem est rei bellicæ imperitus, etiam in pace magis conturbabitur. Quamobrem? Quoniam flebit pro iis quæ habet, et tristitia afficietur quod pro iis non possit pugnare. Timidi enim et imperiti et pugnæ ignari bona et possessiones sunt omnium fortium et qui sciunt bellare. Quamobrem propterea primum vos armo. Deinde vero belli quoque tempus est totum tempus vitæ nostræ. Quomodo et quanam ratione? Imminet semper diabolus. Audi

τοῖς ἐσχάτοις τετάξεται; Ἀλλ' οὐκ ἔστι πολέμου καιρὸς, φησίν. Εἰ γὰρ ἦν, εἰπέ μοι, τίς ἂν ἠγωνίσατο; τίς ἂν ἐπεπήδησε; τίς ἂν τὴν φάλαγγα [a] διέξωσε; Τάχα οὐδείς· ὅταν γὰρ ἴδω ὅτι χρημάτων οὐ κατα-
F φρονεῖς ἕνεκεν τοῦ Χριστοῦ, πῶς σοι πιστεύσω ὅτι πληγῶν καταφρονήσεις; Εἰπὲ, φέρετε τοὺς ὑβρίζον-
446 τας γενναίως, καὶ εὐλογεῖτε αὐτούς; Τοῦτο οὐ ποιεῖς,
A ἀλλὰ παρακούεις. Ὃ κίνδυνον οὐκ ἔχει, οὐ ποιεῖς, καὶ πληγὰς οἴσεις, εἰπέ μοι, ἔνθα πολὺ τὸ τῆς ὀδύνης καὶ τῆς ἀλγηδόνος; Οὐκ ἴστε ὅτι ἐν εἰρήνῃ τὰ τοῦ πολέμου γυμνάζεσθαι χρή; οὐχ ὁρᾶτε τοὺς στρατιώτας τούτους, οἳ, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος πολέμου, ἀλλ' εἰρήνης οὔσης βαθείας, τὰ ὅπλα ἀποσμηξάμενοι, καὶ μετὰ τῶν διδασκάλων τῶν τὰ τακτικὰ διδασκόντων αὐτοὺς, εἰς ὕπτια πεδία καὶ εὐρύχωρα καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν ἐξιόντες, τὰ τοῦ πολέμου γυμνάζονται μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας; Τίς τοῦτο
B εἰργάσατο τῶν πνευματικῶν στρατιωτῶν; Οὐδὲ εἷς. Διὰ τοῦτο ἐν τοῖς πολέμοις χαῦνοι καὶ βάναυσοι, καὶ πᾶσιν εὐάλωτοι γινόμεθα. Πόσης δὲ νωθείας τὸ μὴ ἡγεῖσθαι πολέμου καιρὸν εἶναι τὸν παρόντα, τοῦ Παύλου βοῶντος, Πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διωχθήσονται; καὶ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε; καὶ πάλιν τοῦ μακαρίου Παύλου λαμπρᾷ τῇ φωνῇ βοῶντος καὶ λέγοντος, Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα; καὶ πάλιν, Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ; Καὶ οὐδεὶς ἐκείνων εἶπε τότε,
C τί ὁπλίζεις ἡμᾶς, πολέμου οὐκ ὄντος; τί μάτην ἡμῖν πράγματα παρέχεις; θωρακίζεις τοὺς στρατιώτας, ἐξὸν ἀναπαύεσθαι καὶ ἡσυχάζειν; ἀλλ' εἴπερ τις εἶπε ταῦτα, ἀνθυπήνεγκεν ἄν· μάλιστα μὲν οὖν, εἰ καὶ μὴ ἦν πόλεμος, ἔδει τὰ τοῦ πολέμου μεριμνᾷν. Ὁ γὰρ ἐν εἰρήνῃ τὰ τῆς μάχης φροντίζων, φοβερὸς ἔσται ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης· ὁ δὲ ἄπειρος τῶν πολεμικῶν, μᾶλλον θορυβηθήσεται καὶ ἐν εἰρήνῃ. Τί δήποτε; Ὅτι δακρύσεται ὑπὲρ ὧν ἔχει, καὶ ὅτι μὴ
D δυνάμενος ὑπερμαχεῖν αὐτῶν, ὀδυνηθήσεται. Τοῦ γὰρ δειλοῦ καὶ ἀπείρου καὶ πρὸς τὰς μάχας βαναύσου τὰ κτήματα πάντων ἐστὶ τῶν ἀνδρείων καὶ πολεμεῖν εἰδότων· ὥστε διὰ τοῦτο πρῶτον ὑμᾶς ὁπλίζω. Ἔπειτα δὲ καὶ πολέμου καιρὸς πᾶς ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐστὶ χρόνος. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ὁ διάβολος ἐφέστηκεν ἀεί. Ἄκουσον τί περὶ αὐτοῦ φησι· περιέρχεται ὠρυόμενος ὡς λέων, ἁρπάσαι θέλων. Σωματικὰ πάθη μυρία ἐπιτίθεται ἡμῖν, ἅπερ ἀναγκαῖον διελθεῖν, ἵνα μὴ μάτην ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, ἡμῖν οὐ πολεμεῖ; οὐ πλοῦτος, κάλλος, τρυφὴ, δυναστεία, ἐξουσία, βασκανία, δόξα, ἀπόνοια; Οὐ γὰρ μόνον ἡ

[a] Unus Codex [Colb. 743, et marg. Savil.] [illegible], quæ lectio non est spernenda.

ἡμετέρα δόξα πολεμεῖ κωλύουσα πρὸς ταπεινοφροσύνην [a] καταπίπτειν, ἀλλὰ καὶ ἡ ἑτέρων εἰς φθόνον ἡμᾶς (E) καὶ βασκανίαν ἐξάγουσα. Τί δὲ τὰ ἐναντία, πενία, ἀτιμία, τὸ καταφρονεῖσθαι, τὸ ἀπεῤῥίφθαι, τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἰσχύν; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν ἡμῖν· τὰ δὲ παρὰ ἀνθρώπων, πονηρίαι, ἐπιβουλαὶ, δόλοι, συκοφαντίαι, περιστάσεις μυρίαι· ὁμοίως καὶ τὰ παρὰ τῶν δαιμόνων, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. Ἄλλοι ἐσμὲν χαίροντες, ἄλλοι ἀλγοῦντες· (F) ἀμφότερα παρεκτροπή. Ἀλλ' ὑγεία, ἀλλ' ἀσθένεια. Πόθεν οὐχ ἁμαρτήσεταί τις; Βούλεσθε καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἀρξάμενος ὑμῖν εἴπω εὐθέως ἀπὸ τῆς ἀρχῆς; (417) τί τὸν πρωτόπλαστον εἷλεν; Ἡδονὴ καὶ βρώματα καὶ (A) φιλαρχίας ἔρως. Τί τὸν μετ' ἐκεῖνον τὸν υἱὸν τὸν ἐκείνου; Βασκανία καὶ φθόνος. Τί τοὺς ἐπὶ Νῶε; Σωμάτων ἡδοναὶ, καὶ τὰ ἀπὸ τούτων τικτόμενα κακά. Τί τὸν υἱὸν τὸν τούτου; Ὕβρις καὶ ἄδεια. Τί τοὺς Σοδομίτας; Ὕβρις καὶ ἀσέλγεια καὶ πλησμονὴ ἄρτων. Πολλάκις δὲ καὶ πενία τοῦτο ποιεῖ· διὰ τοῦτο σοφός τις ἔλεγε· Πλοῦτον δὲ καὶ πενίαν μή μοι δῷς. Μᾶλλον δὲ οὐ πλοῦτος, οὐδὲ πενία, ἀλλ' ἡ μὴ δυναμένη τούτοις ἑκατέροις προαίρεσις χρήσασθαι. Ἐπίγνωθι, φησὶν, (B) ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις.

quid de illo dicat: Circuit rugiens ut leo, volens arripere. (1. Pet. 5. 8.) Innumerabiles corporis affectiones nos invadunt, quas quidem necesse est recensere, ne nos temere decipiamus. Quid enim, dic quæso, non nobiscum bellum gerit? divitiæ, pulchritudo, deliciæ, potestas, invidia, gloria, arrogantia. Non solum enim nostra bellum gerit gloria, prohibens ne nos demittamus ad humilitatem, sed aliorum quoque gloria educens nos ad invidiam. Sed quid contraria, paupertas, ignominia, despici, abjici, nullas habere vires? Hæc quidem in nobis: quæ autem sunt ab hominibus, pravitates, insidiæ, doli, calumniæ, mille circumventiones. Similiter quæ sunt a dæmonibus, principatus, potestates, mundi rectores tenebrarum hujus sæculi, spiritualia nequitiæ. Alii sumus lætantes, alii dolentes: utraque sunt declinatio. Sed sanitas, sed infirmitas. Undenam non peccabit quispiam? Vultis ut et ab ipso Adamo incipiens, dicam statim ab initio? quid protoplastum cepit et expugnavit? Voluptas et cibi et imperandi desiderium. Quid illius filium qui eum est sequutus? Invidia et livor. Quid eos qui fuerunt tempore Noe? Corporum voluptates, et quæ ex eis nascuntur mala. Quid ejus filium? Petulantia et nimia licentia. Quid Sodomitas? Libido et salacitas et panum saturitas. Sæpe autem hoc quoque facit paupertas: propterea dicebat quidam sapiens: *Divitias et paupertatem ne dederis mihi.* (Prov. 30. 8.) Imo vero nec divitiæ nec paupertas, sed quod his utrisque uti non possit liberum arbitrium. *Agnosce,* inquit, *quod transis in medio laqueorum.* (Eccli 9. 18.)

Θαυμαστῶς εἶπεν ὁ μακάριος Παῦλος, Εἰς τοῦτο κείμεθα· οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ὅτι πειραζόμεθα, ἀλλ' εἰς τοῦτο κείμεθα, ἀντὶ τοῦ, εἰς τοῦτο ἐγενήθημεν. Τοῦτο τὸ ἔργον ἡμῶν, οὗτος ὁ βίος, καὶ σὺ ἄνεσιν ζητεῖς; Οὐκ ἐφέστηκεν ὁ δήμιος τὴν πλευρὰν καταξαίνων, καὶ θῦσαι καταναγκάζων· ἀλλ' ἐφέστηκεν ἐπιθυμία σφοδρὰ χρημάτων καὶ πλεονεξίας, ἐξορύττουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῖν. Οὐδεὶς στρατιώτης πυρὰν ἡμῖν ἀνῆψεν, οὐδὲ ἔθηκεν ἐπὶ κρατίκλης· ἀλλ' ὁ τῶν σωμάτων (C) φλογμὸς μᾶλλον ἐκείνων ἐξάπτει τὴν ψυχήν. Οὐ πάρεστι βασιλεὺς μυρία ἐπαγγελλόμενος ἀγαθὰ καὶ δυσωπῶν· ἀλλὰ πάρεστιν ἡ δοξομανία χεῖρον ἐκείνου γαργαλίζουσα. Μέγας πόλεμος ὄντως, καὶ πολὺ μέγας, ἂν ἐθέλωμεν νήφειν· ἔχει στεφάνους καὶ ὁ παρὼν καιρός· ἄκουε Παύλου λέγοντος· Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ δίκαιος κριτής· οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς

5. Admirabiliter dixit beatus Paulus: *In hoc positi sumus.* Non dixit solum, Tentamur, sed, *In hoc positi sumus*; ac si diceret, In hoc nati sumus. Hoc est nostrum munus et officium, hæc est vita nostra, et tu quæris quietem? Non instat lictor latus lacerans, et cogens sacrificare; sed instat vehemens pecuniæ cupiditas et avaritia, nobis effodiens oculos. Nullus miles nobis accendit rogum, nec nos imponit craticulæ; sed corporum inflammatio magis quam illa accendit animam. Non adest rex bona promittens innumerabilia, et pudore afficiens; sed adest insanus amor gloriæ quæ plus quam ille titillat et allicit. Magnum revera bellum, et valde magnum si sapiamus et simus sobrii: habet coronas præsens quoque tempus: audi Paulum dicentem: *De cætero reposita est mihi corona justitiæ, quam* (2. Tim. 4. 8.)

[a] [κατακύπτειν Colb. et marg. Savil.]

reddet mihi justus Judex; non solum autem mihi, sed et omnibus qui dilexerunt adventum ejus. Quando amiseris dilectum unicum filium, in magnis nutritum opibus, et qui bonam de se spem concitabat, et tibi solus futurus erat heres, non luge, sed Deo age gratias, et glorifica eum qui accepit; et in hoc Abrahamo nihilo eris inferior. Ut enim ille Deo dedit qui jusserat, ita tu, cum ipse accepisset, non gemuisti. In morbum gravem incidisti; et multi adsunt qui cogunt, alii quidem incantationibus, alii vero ligaminibus, alii vero quibusdam aliis sedare malum? tu vero propter Dei metum forti et magno tulisti ac immobili animo, et maluisti quidvis pati quam sustinere ut aliquid ageres ex iis quæ pertinent ad cultum idolorum? hoc tibi affert coronam martyrii; nec dubita. Quomodo aut quanam ratione? Ego dico: quia sicut ille magno et forti animo fert dolores tormentorum, ut non adoret simulacrum; ita tu quoque fers dolores morbi, ut nullo opus habeas eorum quæ ille præbet, neque facias quæ jubet. At sunt dolores illi vehementiores? Sed isti longiores: quamobrem par est eorum exitus. Sæpe autem sunt etiam vehementiores. Quid enim, dic quæso, cum ardens febris te intus vexat et urit, et aliorum suadentium excutis incantationem, annon es redimitus corona martyrii? Rursus amisit quispiam pecuniam? multi sunt qui suadent ut eat ad divinatores: maluisti tu propter Dei metum, quoniam est vetitum, pecunias non accipere, quam Deo non obedire? parem habes mercedem atque ille qui eas erogavit pauperibus, si iis amissis gratias egeris, et cum posses ire ad divinatores, sustinuisti eas potius non accipere, quam sic accipere. Nam sicut ille propter Dei metum eas effudit in egenos: ita tu quoque propter Dei metum, cum illi rapuissent, non recepisti. In nostra est potestate ut vel nos ipsos injuria afficiamus, vel non: in nullius autem alterius. Et si vultis, in ipso furto rem agitemus. Fur murum perfregit, thalamum est ingressus, vasa exportavit aurea magni pretii, et gemmas pretiosas; et ut semel dicam, integrum amovit thesaurum, nec fuit comprehensus. Grave quidem est quod factum est, et damno esse res videtur, nondum est autem; sed in te situm est ut id sit tibi vel damno vel lucro. Et quomodo, inquit, potest hoc esse lucro? Ego tentabo osten-

Incantationes et ligamina pro morbis curandis adhibita

Divinatores.

D [a] ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Ὅταν ἀπολέσῃς παιδίον ἀγαπητὸν μονογενὲς, ἐν πλούτῳ πολλῷ τρεφόμενον, ἐλπίδας ὑποφαῖνον χρηστὰς, αὐτό σοι μέλλον μόνον διαδέχεσθαι τὸν κλῆρον, [b] μὴ στενάξῃς, ἀλλ' εὐχαρίστησον τῷ Θεῷ, καὶ δόξαζε τὸν εἰληφότα, καὶ οὐδὲν ἔσῃ τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ τοῦτο χείρων. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος τῷ Θεῷ ἔδωκε κελεύσαντι, οὕτω σὺ λαβόντος αὐτοῦ οὐκ ἐστέναξας. Νόσῳ περιέπεσες χαλεπῇ, καὶ πολλοὶ παραγίνονται ἀναγκάζοντες, οἱ μὲν ἐπῳδαῖς, οἱ δὲ περιάμμασιν, οἱ δὲ ἑτέροις τισὶ παραμυθήσασθαι τὸ κακόν; διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον
E ἤνεγκας γενναίως καὶ ἀκλινῶς, καὶ πάντα ἂν εἵλου παθεῖν ἢ ὑποστῆναί τι τῶν εἰδωλικῶν πρᾶξαι; τοῦτό σοι μαρτυρίου στέφανον φέρει. Καὶ μὴ ἀμφίβαλλε. [c] Καὶ πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; ἐγὼ λέγω. Ὅτι καθάπερ ἐκεῖνος τὰς ἀπὸ τῶν βασάνων ὀδύνας φέρει γενναίως, ὥστε μὴ προσκυνῆσαι τὸ εἴδωλον, οὕτω καὶ σὺ τὰς ἀπὸ τῆς νόσου φέρεις ἀλγηδόνας, ὥστε μηδενὸς δεηθῆναι τῶν παρ' ἐκείνου, μηδὲ πρᾶξαι ἅπερ ἐπιτάττει. Ἀλλὰ σφοδρότεραι ἐκεῖναι; Ἀλλ' αὗται μακρότεραι, ὥστε εἰς ἴσον καταλήγει. Πολλάκις δὲ καὶ σφοδρότε-
F ραι. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, ὅταν καύσων ἔνδον ἐνοχλῇ καὶ φλέγῃ, καὶ τῶν ἄλλων παραινούντων ἀποσείσῃ τὴν ἐπῳδὴν, οὐχὶ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσω; Πάλιν ἀπώλεσέ τις χρήματα; πολλοὶ οἱ παραινοῦντες πρὸς
448 μάντεις ἀπελθεῖν· [d] σὺ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, ἐπει-
A δὴ κεκώλυται, εἵλου μᾶλλον μὴ λαβεῖν τὰ χρήματα, ἢ παρακοῦσαι τοῦ Θεοῦ; ἴσον ἔχεις τὸν μισθὸν τῷ εἰς πένητας αὐτὰ δεδωκότι· ἂν ἀπολέσας εὐχαριστήσῃς, καὶ δυνάμενος πρὸς μάντεις ἀπελθεῖν, ἀνάσχῃ μὴ λαβεῖν αὐτὰ μᾶλλον, ἢ οὕτω λαβεῖν, ἴσον ἔχεις εἰς κέρδος τῷ διὰ τὸν Θεὸν κενώσαντι ταῦτα. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον εἰς τοὺς δεομένους ἐκένωσεν, οὕτω καὶ σὺ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, ἁρπασάντων ἐκείνων, οὐκ ἀνέλαβες. Ἡμεῖς κύριοι καὶ τοῦ ἀδικεῖν ἑαυτοὺς, καὶ τοῦ μή· ἕτερος δὲ οὐδείς. Καὶ, εἰ βούλεσθε, ἐπ' αὐτῆς τῆς κλοπῆς τὸ πρᾶγμα γυμνά-
B σωμεν. Διέτεμε τὸν τοῖχον ὁ κλέπτης, εἰσεπήδησεν εἰς τὸν θάλαμον, ἐξεφόρησε χρυσία πολυτίμητα καὶ λίθους τιμίους, ἁπλῶς θησαυρὸν ὁλόκληρον ἐξέβαλε, καὶ οὐχ ἑάλω. Τὸ μὲν γενόμενον βαρὺ, καὶ δοκεῖ ζημία τὸ πρᾶγμα εἶναι, οὐκ ἔστι δὲ οὐδέπω, ἀλλ' ἐν σοὶ κεῖται ἢ ζημίαν αὐτὸ ποιῆσαι, ἢ κέρδος. Καὶ πῶς ἂν γένοιτο τοῦτο κέρδος, φησίν; Ἐγὼ τοῦτο ἀποδεῖξαι πειράσομαι πῶς. Σοῦ βουλομένου, κέρδος ἔσται μέγα· μὴ βουληθέντος δὲ, χαλεπωτέρα τῆς γενομένης ζημία. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν ὕλης ὑποκειμένης, ὁ
C μὲν ἔμπειρος τῆς τέχνης εἰς δέον αὐτῇ κέχρηται, ὁ δὲ

[a] [ἀγαπῶσι Colb. et marg. Savil. Mox dedimus ἀπολέσῃς e Colb. Editi ἀπολέσῃ.]

[b] [στενάξῃς Colb. Legebatur στέναξε, cui proximum est στέναζε.]

[c] [Colb. ἂν δὲ ζητῇς πῶς καί....]

[d] [Fort. σὺ δέ.]

ἄπειρος ἠφάνισε, καὶ ἐποίησεν αὐτῷ ζημίαν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων. Πῶς οὖν ἔσται κέρδος; Ἂν εὐχαριστήσῃς τῷ Θεῷ, ἂν μὴ κωκύῃς ὀξὺ, ἂν τὰ τοῦ Ἰὼβ εἴπῃς ῥήματα· Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς (D) καὶ ἀπελεύσομαι. Τί λέγεις, ὁ Κύριος ἀφείλετο; ὁ κλέπτης ἀφείλετο, καὶ πῶς δυνήσῃ, φησὶν, εἰπεῖν, ὁ Κύριος ἀφείλετο; Μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ καὶ ὁ Ἰὼβ, ἃ ὁ διάβολος ἀφείλετο, ταῦτα, ἔφησεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο. Εἰ δὲ ἐκεῖνος οὕτως ἐθάῤῥησεν εἰπεῖν, πῶς ἃ ὁ κλέπτης ἔλαβεν, οὐκ ἐρεῖς σὺ, ὅτι ὁ Κύριος ἀφείλετο; Τίνα θαυμάζεις, εἰπέ μοι, τὸν τὰ αὐτοῦ κενώσαντα εἰς πένητας, ἢ τὸν Ἰὼβ ἐπὶ τῶν ῥημάτων τούτων; ἆρα μὴ ἔλαττον ἔχει τοῦ ἐλεημοσύνην δόντος ἐκεῖνος ὁ μὴ δοὺς τότε; Μὴ γὰρ εἴπῃς, οὐκ ἔχω χάριν, οὐκ ἐμῆς γνώμης τὸ πρᾶγμα ἦν, οὐκ εἰδότος οὐδὲ βουλομένου, ὁ λῃστὴς ἔλαβε· ποῖος ἔσται μοι μισθός; Οὐδὲ τοῦ Ἰὼβ εἰδότος, οὐδὲ βουλομένου, ταῦτα ἔλαβε· πῶς γάρ; ἀλλ' ὅμως ἤθλησεν. [a] Ἔξεστι καὶ σοὶ τοσοῦτον (E) λαβεῖν μισθὸν, ὅσον ἂν εἰ ἑκὼν ἔῤῥιψας αὐτά. Καὶ εἰκότως τοῦτον μᾶλλον θαυμάζομεν τὸν ἐπηρείας εὐχαρίστως φέροντα, ἢ τὸν ἑκόντα διδόντα. Τί δήποτε; Ὅτι ἐκεῖνος μὲν τοῖς ἐπαίνοις τρέφεται, καὶ τῷ συνειδότι, καὶ χρηστὰς ἔχει τὰς ἐλπίδας· καὶ πρότερον γενναίως ἐνεγκὼν τὴν στέρησιν τῶν χρημάτων, τότε αὐτὰ ἔῤῥιψεν· οὗτος δὲ ἔτι προσδεδεμένος ἀφῃρέθη βίᾳ. Οὐκ ἔστι δὲ ἴσον, πρότερον πεισθέντα ἀποστῆναι χρημάτων, οὕτως αὐτὰ κενῶσαι, καὶ ἔτι αὐτῶν κρατοῦντα ἀποστερηθῆναι. Ἂν ταῦτα εἴπῃς τὰ ῥήματα, (F) λήψῃ πολλαπλασίονα, καὶ πλείονα ἢ ὁ Ἰώβ. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὰ διπλασίονα ἐνταῦθα ἔλαβε· σοὶ δὲ ὁ Χριστὸς ἑκατονταπλασίονα ἐπηγγείλατο. Οὐκ ἐβλασφήμησας διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐχρήσω μάντεσιν; (449 A) εὐχαρίστησας κακῶς παθών; ὅμοιος εἶ τῷ καταπεφρονηκότι· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα οὐ γίνεται, ἂν μὴ καταφρονήσῃς πρότερον. Οὐκ ἔστι δὲ ἴσον ἐν πολλῷ χρόνῳ μελετῆσαι καταφρονῆσαι τῶν χρημάτων, καὶ ἀθρόον ζημίαν συμβᾶσαν ἐνεγκεῖν. Οὕτω γίνεται κέρδος ἡ ζημία, καὶ οὐδὲν βλαβήσῃ, ἀλλὰ καὶ ὠφεληθήσῃ παρὰ τοῦ διαβόλου.

Πῶς δὲ καὶ ζημία γίνεται χαλεπή; Ὅταν τὴν ψυχὴν ζημιωθῇς. Εἰπὲ γάρ μοι, ἀπεστέρησέ σε χρημάτων ὁ κλέπτης; διὰ τί σὺ σαυτὸν ἀποστερεῖς σωτηρίας; διὰ τί ἀλγῶν ἐφ' οἷς παρ' ἑτέρων κακῶς ἔπαθες, αὐτὸς πλείοσι περιβάλλεις σαυτὸν κακοῖς; Ἐκεῖ- (B)

dere quomodo. Te volente erit magnum lucrum, et si nolueris, majus damnum quam quod fuit. Nam sicut in artificibus, subjecta materia, is quidem qui est peritus artis, ea ad quod oportet utitur; imperitus autem perdit et corrumpit, et ut sibi damno sit efficit: ita etiam in his rebus. Quomodo ergo erit lucrum? Si Deo gratias egeris, si non lugeas nec ejules, si Jobi verba dicas: *Dominus dedit, Dominus abstulit: nudus sum egressus ex utero matris meæ, nudus etiam abibo.* (Job. 1. 21.) Quid dicis, Dominus abstulit? fur abstulit, et quomodo poteris, inquit, dicere, Dominus abstulit? Ne mireris: etenim Job quæ diabolus abstulit, Ea, dixit, *Dominus abstulit.* Si autem ille sic ausus est dicere, quomodo quæ fur accepit, non dices abstulisse Dominum? Quem miraris, dic quæso, eumne qui sua effudit in pauperes, an Jobum propter hæc verba? num ille qui tunc non dedit, minus habet quam qui dederunt? Ne dicas, Non habeo gratiam; non ex mei animi sententia res fuit: me nec sciente nec volente fur accepit: quænam erit merces? Neque sciente nec volente Jobo hæc accepit: quomodo enim? sed tamen decertavit. Licet etiam tibi tantam accipere mercedem, quantam si eas tua sponte abjecisses. Et merito hunc magis admiramur qui injurias grato fert animo, quam eum qui dat sua sponte. Quare? Quoniam hic quidem laudibus alitur et conscientia, et bonam habet spem, et cum pecuniæ privationem prius fortiter tulisset, tunc eam abjecit: ille vero, cum eis adhuc esset alligatus, vi fuit spoliatus. Non sunt autem paria, cum prius fueris persuasus ut a pecuniis discederes, eas ita effudisse, et cum eas adhuc possideres, eis esse privatum. Si hæc verba dixeris, accipies multiplicata, et longe plura quam Job. Nam ille quidem hic accepit duplicia; (Job. 42.) tibi autem Christus hic pollicitus est centuplum. Non blasphemasti propter metum Dei, non usus es divinatoribus, gratias egisti malis affectus? es similis ei qui despexit: etenim hæc non fiunt nisi prius despexeris. Non sunt autem paria, multo tempore meditari despicere pecunias, et ferre damnum quod repente acciderit. Sic damnum efficitur lucrum, et nihil te lædet, sed etiam tibi proderit diabolus.

6. Quomodo autem fit etiam grave damnum? Quando damnum acceperit anima. Dic enim mihi: fur te privavit pecuniis? tu cur te ipsum privas salute? quare dolens propter mala quæ passus es ab aliis, ipse te in plura mala injicis? Ille te fortasse

[a] [Ita recte Colb. et marg. Savil. Legebatur ἔξεστι δέ σοι. Paulo ante iidem illi ταῦτα ἐγένετο pro τ. ἔλαβε.]

conjecit in paupertatem; tu te autem maxime lædis in præcipuis : ille te externis privavit facultatibus, et quæ vel te invito sunt postea resilituræ; tu autem divitias æternas tibi ipsi adimis. Te diabolus molestia affecit ablatis pecuniis? ipsum tu quoque molestia affice gratias agens; ne ei lætitiam afferas : si eas ad divinatores, lætitia afficis; si Deo agas gratias, letalem plagam ei infligis. Vide autem quid fiat : neque ipsas invenies, si iveris ad divinatores; non potest enim esse ut illi sciant; quod si etiam aliquando casu indicaverint, et animam præterea perdis, et a fratribus tuis irrideberis, et eas rursus male perdes. Dæmon enim sciens te non æquo animo ferre damnum, sed pro his etiam Deum tuum negare, rursus dat pecunias, ut habeat occasionem te decipiendi et efficiendi ut deficias. Quod si etiam dicant divinatores, ne miremini : dæmon est incorporeus, omnis obit orbis partes, ipse armat latrones : non enim hæc fiunt absque dæmone. Si ergo eos armat, scit etiam ubi illæ sunt repositæ : non ignorat suos ministros. Non est autem hoc mirum : si te viderit damnum ægre ferentem, et alterum afferet : si te viderit irridentem et despicientem, ab hac via recedet. Sicut enim nos iis afficimus inimicos quibus eos pungimus; sin autem viderimus eos non dolere, deinceps desistimus, ut qui non possimus mordere : ita etiam diabolus. Quid dicis? annon vides eos qui in mari navigant, quomodo pecunias non curent si orta sit tempestas, sed etiam suas abjiciant facultates? et nemo dicit, Quid facis, o homo? tu cum tempestate facis et naufragio? priusquam fluctus tibi ademerit divitias, tu tuis manibus hoc facis? cur ante naufragium te in naufragium injicis? Sed hæc quidem dixerit rusticus, et maris procellarum ignarus : rei autem nauticæ peritus, et qui scit accurate quid efficiat tranquillitatem, quid tempestatem, eum qui hæc dicit etiam irridebit : Propterea enim, inquit, jacio, ne fluctus obruant. Ita etiam rerum et tentationum quæ in hac sunt vita peritus, cum viderit imminere tempestatem, et spiritualia nequitiæ quæ volunt facere naufragium, abjicit quod est reliquum pecuniæ. Admissum est in te furtum? fac eleemosynam, et levius reddis navigium. Rapuerunt latrones? tu Christo da reliquias : sic eam quæ prius exstitit solaberis paupertatem. Levius redde navigium, ne retineas ea quæ manserunt, ne scapha obruatur. Illi ut ser-

Pecunias contemnere suadet.

νός σε ἴσως πενίᾳ περιέβαλε, σὺ δὲ σαυτὸν ἐν τοῖς καιρίοις μάλιστα καταβλάπτεις * [κακούργως]· ἐκεῖνος ἀπεστέρησέ σε τὰ ἐκτός σου ὄντα, καὶ ὕστερον καὶ ἄκοντός σου ἀποπηδήσοντα· σὺ δὲ τὸν αἰώνιον πλοῦτον σαυτὸν ἀφαιρῇ. Ἐλύπησέ σε ὁ διάβολος ἀφελόμενος τὰ χρήματα; λύπησον αὐτὸν καὶ σὺ εὐχαριστήσας, καὶ μὴ εὐφράνῃς. Ἂν πρὸς μάντεις ἀπέλθῃς, εὔφρανας· ἂν εὐχαριστήσῃς τῷ Θεῷ, καιρίαν ἔδωκας αὐτῷ τὴν πληγήν. Καὶ ὅρα τί γίνεται· οὔτε αὐτὰ εὑρήσεις ἀπελθὼν πρὸς τοὺς μάντεις· οὐ γάρ ἐστιν
C ἐκείνων εἰδέναι· εἰ δέ που καὶ εἶπον ἐπιτυχόντες, καὶ τὴν ψυχὴν προσαπολλύεις, καὶ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν καταγελασθήσῃ τῶν σῶν, καὶ πάλιν αὐτὰ κακῶς ἀπολεῖς. Ὁ γὰρ δαίμων εἰδὼς ὅτι ζημίαν οὐ φέρεις, ἀλλ' ὑπὲρ τούτων καὶ τὸν Θεόν σου ἀρνῇ, πάλιν χρήματα δίδωσιν, ἵνα ἀφορμὴν σχῇ τοῦ πάλιν σε ἀπατῆσαι. Εἰ δὲ καὶ λέγοιεν οἱ μάντεις, μὴ θαυμάζετε· ἀσώματός ἐστιν ὁ δαίμων, πανταχοῦ περίεισιν· αὐτὸς αὐτοὺς ὁπλίζει τοὺς λῃστάς· οὐ γὰρ ἄνευ δαίμονος ταῦτα γίνεται. Εἰ τοίνυν ὁπλίζει τούτους, καὶ οἶδε καὶ ποῦ κα-
D τατίθενται· οὐκ ἀγνοεῖ τοὺς αὐτοῦ ὑπηρέτας. Οὐκ ἔστι δὲ θαυμαστὸν τοῦτο· ἂν ἴδῃ ἀλγοῦντά σε τῇ ζημίᾳ, καὶ ἑτέραν ἐπάγει· ἂν ἴδῃ καταγελῶντα καὶ καταφρονοῦντα, ἀποστήσεται ταύτης τῆς ὁδοῦ. Καθάπερ γὰρ ἡμεῖς ἐκεῖνα τοὺς ἐχθροὺς διατίθεμεν ἐν οἷς λυποῦμεν αὐτούς· ἂν δὲ ἴδωμεν ὅτι οὐκ ἀλγοῦσιν, ἀφιστάμεθα λοιπὸν, ὡς οὐκ ἔχοντες αὐτοὺς δακεῖν· οὕτω καὶ ὁ διάβολος. Τί λέγεις; οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἐν τῇ θαλάσσῃ πλέοντας, πῶς οὐ φροντίζουσι χρημάτων, χειμῶνος γινομένου, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄντα ῥίπτουσι; καὶ οὐδεὶς λέγει, τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; τῷ χειμῶνι συμ-
E πράττεις καὶ τῷ ναυαγίῳ; πρὶν ἢ σε τὸ κῦμα τὸν πλοῦτον ἀφέληται, σὺ ταῖς σαυτοῦ χερσὶ τοῦτο ποιεῖς; τί πρὸ τοῦ ναυαγίου ναυαγίῳ περιβάλλεις σαυτόν; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἂν εἴποι ἄγροικος ἄνθρωπος, καὶ τῶν ἐν θαλάττῃ πειρασμῶν ἄπειρος· ὁ μέντοι ναυτικὸς, καὶ τί μὲν ἐργάζεται γαλήνην, τί δὲ ποιεῖ χειμῶνα ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, καὶ καταγελάσεται τοῦ ταῦτα λέγοντος· διὰ γὰρ τοῦτο ῥίπτω, φησὶν, ἵνα μὴ κλυδὼν γένηται. Οὕτω καὶ ὁ ἔμπειρος τῶν ἐν τῷ βίῳ πραγμάτων καὶ τῶν πειρασμῶν, ὅταν ἴδῃ τὸν χειμῶνα
F ἐπιστάντα, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ναυάγιον ἐργάσασθαι βουλόμενα, καὶ τὰ λείποντα τῶν χρημάτων ῥίπτει. Ἐγένετο κλοπή σοι; ποίησον ἐλεημοσύ-
450 νην, καὶ κουφίζεις τὸ πλοῖον. Ἥρπασαν οἱ λῃσταί;
A σὺ δὸς τὰ λείψανα τῷ Χριστῷ· οὕτω καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς προτέροις παραμυθήσῃ πενίαν. Κούφισον τὸ πλοῖον, μὴ κατάσχῃς τὰ μείναντα, ἵνα μὴ [a] περιαντλῆται τὸ σκάφος. Ἐκεῖνοι, ἵνα σώματα φυλάξωσιν, ἐκβολὴν

* [κακούργως cum Savilio inclusimus.]

[a] [Colb. et marg. Savil. ὑπεραντλῆται.]

ποιοῦνται τῶν σκευῶν, καὶ οὐ περιμένουσι τὸ κῦμα ἐπελθὸν περιτρέψαι τὸ σκάφος· σὺ ἵνα ψυχὰς σώσῃ, οὐ παύσεις τὸ ναυάγιον; Πειράσατε, εἰ ἀπιστεῖτε, παρακαλῶ, πειράσατε, καὶ ὄψεσθε τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ὅταν σοί τι λυπηρὸν συμβῇ, δὸς ἐλεημοσύνην εὐθέως, εὐχαρίστησον ὅτι συνέβη, καὶ ὄψει πόση χαρὰ ἐπεισέρχεται. Τὸ γὰρ κέρδος τὸ πνευματικὸν κἂν ὀλίγον ᾖ, τοσοῦτόν ἐστιν, ὡς πᾶσαν ἀποκρύψαι ζημίαν σωματικήν. Ἕως ἂν ἔχῃς διδόναι τῷ Χριστῷ, πλουτεῖς. Εἰπέ μοι, εἰ συληθέντι σοι προσελθὼν ὁ βασιλεὺς χεῖρα ὑπέτεινεν ἀξιῶν τι λαβεῖν παρὰ σοῦ, ἆρα οὐκ ἂν ἐνόμισας πάντων εἶναι πλουσιώτερος, εἰ μηδὲ μετὰ τοσαύτην πενίαν ἐπαισχύνεταί σε ὁ βασιλεύς; Μὴ συναρπαγῇς· μόνον κράτησον σαυτοῦ, καὶ κρατήσεις τῆς τοῦ διαβόλου ἐπιβουλῆς. Ἔξεστί σοι κερδᾶναι μεγάλα. Καταφρονήσωμεν πλούτου, ἵνα μὴ καταφρονήσωμεν τῆς ψυχῆς. Πῶς δὲ ἄν τις καταφρονήσειεν; Οὐχ ὁρᾶτε τὰ λαμπρὰ τῶν σωμάτων, καὶ τοὺς ἐρῶντας αὐτῶν, ἕως μὲν ἂν ἐν ὄψεσιν ᾖ, ἐκκαίεται τὸ πῦρ, λαμπρὰ ἄνεισιν ἡ φλόξ· ἐπειδὰν δέ τις αὐτοὺς ἀπαγάγῃ πόῤῥω, πάντα ἔσβεσται, πάντα κεκοίμισται; Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πλούτου, μηδεὶς χρυσία κατασκευαζέτω, μηδεὶς λίθους τιμίους, μηδεὶς περιδέῤῥαια· δελεάζει τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁρώμενα. Εἰ δὲ βούλει πλουτεῖν ὡς οἱ παλαιοὶ, πλούτει μὴ ἐν χρυσίῳ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀναγκαίοις, ἵνα καὶ ἐξ ἑτοίμου παρέχῃς τοῖς ἄλλοις· μὴ φιλόκοσμος ἔσο· ὁ τοιοῦτος πλοῦτος καὶ τοῖς λῃσταῖς ἐστιν εὐεπιβούλευτος, καὶ ἡμῖν παρέχει φροντίδας· μὴ σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κτῶ, ἀλλ' ἔστωσαν ἀποθῆκαι σίτου, οἴνου, ἐλαίου· ἔστωσαν, οὐχ ἵνα πάλιν διαπραθεῖσαι ἄργυρον ἐργάσωνται, ἀλλ' ἵνα τοῖς δεομένοις χορηγῶνται. Ἂν ἀπάγωμεν ἑαυτοὺς ἐκείνων τῶν περιττῶν, ἐπιτευξόμεθα τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

vent corpora, ejiciunt supellectilem, nec exspectant dum ingruens fluctus evertat scapham : tu ut serves animas, non reprimes naufragium? Periculum facite rogo, si non credatis, et videbitis gloriam Dei. Quando tibi aliquid molesti conti-
B gerit, da statim eleemosynam, gratias age quod contigerit; et videbis quantum subeat gaudium. Lucrum enim spirituale, etiamsi sit parvum, tantum est ut omne abscondat et obscuret damnum corporale. Quamdiu habes quod des Christo, es dives. Dic quæso, si tibi spoliato rex accedens manum tendat, rogans ut a te aliquid accipiat, annon te existimaveris omnium ditissimum, si ne post tantam quidem paupertatem tui pudeat regem? Ne abripiaris; te solum supera, et superabis insidias
C diaboli. Licet tibi magna lucrari. Despiciamus divitias, ut ne despiciamus animam. Quomodo autem despexeris? Non videtis præclara corpora, et eos qui capti sunt eorum amore, quamdiu quidem sunt in conspectu, accenditur ignis, exsurgit splendida flamma; postquam autem quispiam ea procul abduxerit, exstincta sunt omnia et sopita? Ita etiam in divitiis : nemo aurum sibi comparet, nemo lapides pretiosos, nemo torques et monilia : ea dum
D videntur, inescant oculos. Si vis esse dives ut veteres, non in auro ditescas, sed in rebus necessariis, ut etiam parata aliis distribuenda habeas; ne ornamentis delecteris : ejusmodi divitiæ patent insidiis latronum, et nobis præbent sollicitudines. Non vasa aurea et argentea posside; sed sint apothecæ frumenti, vini et olei : sint, non ut rursus venditæ pecuniam conficiant, sed ut erogentur egentibus. Si nos abduxerimus ab illis supervacaneis, assequemur bona cælestia, quæ
E nobis omnibus consequi detur in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, potestas, et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

451 A

CAP. III. v. 5. *Propterea et ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentaverit vos is qui tentat, et inanis fiat labor noster.* 6. *Nunc autem veniente ad nos Timotheo a vobis, et annuntiante nobis fidem et caritatem vestram, et quod memoriam nostri habetis semper,* B *desiderantes nos videre, sicut et nos quoque vos :* 7. *ideo consolati sumus, fratres, in vobis, in omni necessitate et tribulatione nostra per fidem vestram :* 8. *quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino.*

ΟΜΙΛΙΑ δ'.

3. Nam cur, dic quæso, olim non fuerunt viduitates, nec immaturæ orbitates? cur Abraham et Isaac sivit vivere longum tempus? Quoniam, eo etiam vivente, Abraham Deum prætulit. Dixit quidem, Occide, et occidit. Cur Saram ad tantum provexit senium? Quoniam ea etiam viva, Deum magis audivit quam ipsam. Propterea dicebat ei Deus: *Audi Saram uxorem tuam.* Ne- Gen. 21. 12. que propter mariti amorem, neque propter uxoris, neque propter infantis curam Deum quisquam ad iram provocabat. Nunc autem quoniam adeo deorsum tendimus et dilabimur, et mariti uxores plus quam Deum diligimus, et uxores maritos Deo præferimus; ideo nos vel invitos ad sui trahit desiderium. Ne diligas maritum plus quam Deum, et numquam senties viduitatem: imo vero etiamsi acciderit, ejus nullum sensum capies. Quare? Quoniam defensorem habes immortalem qui magis diligit. Si Deum magis diligis, ne lugeas: nam qui magis diligitur est immortalis; nec sinit ut accipiatur sensus ejus qui minus diligitur. In exemplo faciam hoc tibi perspicuum. Dic mihi: si habeas maritum omnia facientem ex animi tui sententia, qui sit in bona existimatione, qui te claram ubique reddat, nec contemnendam, qui sit apud omnes celebris, prudens, sapiens, qui te diligat et propter eum beata reputeris, et cum eo parias quoque filium; deinde priusquam ad maturam veniat ætatem, excedat, sentiesne luctum? Nequaquam: nam is qui magis diligitur, illum obscurat et abscondit. Et

a [Leg. εἰ ἄνδρα ἔχοις, et infra τέκοις]

nunc, si Deum quidem plus ames quam maritum, forte illum non tam cito auferet : quod si auferat, non tantum senties luctum. Propterea beatus Job nihil tam grave passus est, cum repentinam, et simul illatam audiisset mortem filiorum : quoniam Deum plus amabat quam ipsos. Eo ergo vivente qui diligebatur, illa eum nullo erant dolore affectura. Quid dicis, o mulier? maritus et filius te defendebat, et tui curam gerebant; Deus autem tibi non parcit? illum ipsum quis tibi dedit? annon ipse? te autem quis fecit? annon ipse? Qui ex nihilo ad hoc ut esses adduxit, et animam inspiravit, et mentem indidit, et sui cognitionem tibi largiri dignatus est, et Filio suo unigenito propter te non pepercit, tibi non parcit, conservus autem tibi parcit? quam non iram excitant hæc verba? Quid tale habuisti a marito? Nihil possis dicere. Nam etiamsi te aliquo affecit beneficio, sed id fecit, cum tu prior incepisses : de Deo autem nihil tale dixerit quisquam. Deus enim, non prius beneficio affectus tum vicissim beneficium rependit; sed cum nullius egeat, ex sola bonitate benefacit hominum generi. Regnum tibi est pollicitus, dedit vitam immortalem, gloriam, fraternitatem, filiorum adoptionem, fecit coheredem Unigeniti : tu autem post tot et tanta bona adhuc meministi mariti? Quid ille donavit ejusmodi? Solem suum fecit oriri, pluviam dedit, annuis pascit alimentis. Væ nobis ob tam ingratum animum! Propterea tuum maritum accipit, ut eum non quæras : tu autem eum qui excessit, adhuc sectaris, Deum vero dimittis cum oporteret gratias agere, cum oporteret totum in ipsum conjicere? Quid enim est quod accepisti a marito? partus dolores, labores et contumelias, et sæpe maledicta, increpationes, indignationes. Nonne hæc omnia a maritis? Sed sunt adhuc, inquit, bona alia. Quænam hæc? Me splendidis et pretiosis ornavit vestimentis, faciei aurum imposuit, me fecit omnibus reverendam. Sed si velis, longe meliori te decorabit ornamento, quam is qui excessit : longe enim admirabiliorem quam aurum reddit honestas. Habet hic Rex vestes, non tales, sed longe præstantiores : illis, si velis, induere. Quænam autem sunt illæ? Est vestitus aureas habens fimbrias : eo si velis indue animam. At effecit ut non contemtui habereris ab hominibus? Et quid hoc magnum? viduitas certe non sivit ut contemtui habearis a dæmonibus

E αἴσθησιν τοῦ πένθους. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Ἰὼβ
οὐδὲν ἔπασχε δεινὸν, τῶν παίδων ἀθρόον τὸν θάνατον
ἀκούσας, ἐπειδὴ τὸν Θεὸν ἐφίλει πλέον αὐτῶν. Τοῦ
τοίνυν φιλουμένου ζῶντος, οὐδὲν ἔμελλεν ἐκεῖνα λυπή-
σειν αὐτόν. Τί λέγεις, ὦ γύναι; ὁ ἀνὴρ καὶ ὁ παῖς
προΐστατό σου, ὁ δὲ Θεὸς [b] οὐ φείδεταί σου; αὐτὸν δὴ
ἐκεῖνον τίς σοι ἔδωκεν; οὐχὶ αὐτός; σὲ δὲ τίς ἐποίη-
σεν; οὐχὶ αὐτός; Ὁ μὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι
παραγαγὼν, καὶ ψυχὴν μὲν ἐμπνεύσας, καὶ διάνοιαν
1 ἐνθεὶς, καὶ τὴν αὐτοῦ γνῶσιν καταξιώσας χαρίσα-
σθαι, καὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς διὰ σὲ μὴ
φειδόμενος, σοῦ οὐ φείδεται, ὁ δὲ ὁμόδουλος φείσε-
ται; πόσης ταῦτα ὀργῆς τὰ ῥήματα; Τί τοιοῦτον
471 ἔσχες παρὰ τοῦ ἀνδρός; Οὐδὲν ἂν ἔχοις εἰπεῖν. Εἰ γάρ
A τί σε καὶ εὐηργέτησεν, ἀλλ' εὖ παθὼν, ἀλλὰ προϋ-
παρξάσης σου· ἐπὶ δὲ Θεοῦ οὐδὲν τοιοῦτον ἄν τις
ἔχοι λέγειν. Οὐ γὰρ εὖ παθὼν ὁ Θεὸς παρ' ἡμῶν,
οὕτως ἡμᾶς εὐεργετεῖ, ἀλλ' ἀνενδεὴς ὢν, ἐξ ἀγαθό-
τητος μόνης εὖ ποιεῖ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Βασι-
λείαν σοι ἐπηγγείλατο, ζωὴν ἀθάνατον, δόξαν, ἀδελ-
φότητα, υἱοθεσίαν ἔδωκε, συγκληρονόμον τοῦ Μονο-
γενοῦς ἐποίησε· σὺ δὲ τοῦ ἀνδρὸς ἔτι μέμνησαι μετὰ
τοσαῦτα ἀγαθά; Τί τοιοῦτον ἐκεῖνος ἐχαρίσατο; Τὸν
ἥλιον αὐτοῦ ἀνέτειλε, τὸν ὑετὸν ἔδωκε, ταῖς ἐτησίοις
B τροφαῖς τρέφει. Οὐαὶ ἡμῖν ἐκ τῆς πολλῆς ἀχαρι-
στίας. Διὰ τοῦτο λαμβάνει τὸν ἄνδρα, ἵνα αὐτὸν μὴ
ζητῇς· σὺ δὲ ἀπελθόντος ἔχῃ ἔτι, καὶ τὸν Θεὸν
ἀφίης, δέον εὐχαριστεῖν, δέον τὸ πᾶν ἐπ' αὐτὸν ἐπιρ-
ρίπτειν; Τί γάρ ἐστιν ὃ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἔλαβες;
ὠδῖνες, καὶ πόνοι, καὶ ὕβρεις, καὶ λοιδορίαι πολλά-
κις, καὶ ἐπιτιμήσεις, καὶ ἀγανακτήσεις. Οὐ ταῦτα
τὰ παρὰ τῶν ἀνδρῶν; Ἀλλ' ἔστι, φησὶ, καὶ ἕτερα
χρηστά. Ποῖα δὴ ταῦτα; ἐκαλλώπισέ σε ἱματίοις
πολυτελέσι; χρυσία περιέθηκε τῷ προσώπῳ; αἰδέσι-
C μον πᾶσιν ἐποίησεν; Ἀλλ' ἂν θέλῃς, καὶ ἀπελθόντος
κοσμήσει κόσμῳ πολὺ βελτίονι· τῶν γὰρ χρυσίων
πολλῷ θαυμασιωτέραν τὴν ἔχουσαν ἡ σεμνότης ποιεῖ.
Ἔχει καὶ οὗτος ὁ βασιλεὺς ἱμάτια, οὐ τοιαῦτα, ἀλλὰ
πολλῷ βελτίω· ἐκεῖνα, ἂν ἐθέλῃς, περιβαλοῦ. Ποῖα
δὴ ταῦτα; Ἱματισμός ἐστι διαχρύσους κροσσοὺς
ἔχων· ἐὰν ἐθέλῃς, τούτῳ περίβαλε τὴν ψυχήν. Ἀλλ'
οὐκ ἐποίησεν εὐκαταφρόνητον ἀνθρώποις ἐκεῖνος; Καὶ
τί τοῦτο μέγα; ἡ μέντοι χηρεία οὐκ ἀφίησί σε γε-
νέσθαι εὐκαταφρόνητον τοῖς δαίμοσι. Τότε τῶν οἰκε-
D τῶν ἐκράτεις τῶν σῶν, εἴ γε ὅλως ἐκράτεις· νῦν δὲ
ἀντὶ τῶν οἰκετῶν τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, τῶν ἀρ-
χῶν, τῶν ἐξουσιῶν, τοῦ κοσμοκράτορος κρατεῖς. Τὰ
δὲ λυπηρὰ οὐ λέγεις, ἐν οἷς ἐκοινώνησας αὐτῷ, εἴ
ποτε ἀρχόντων φόβος, εἴ ποτε παρευδοκιμήσεις τῶν

[b] [Colb. et marg. Savil. [illegible]

πλησίον. Τούτων ἁπάντων ἀπήλλαξαι νῦν, φόβου καὶ δέους. Ἀλλὰ τίς σοι τὰ καταλειφθέντα θρέψει παιδία, μεριμνᾷς; Ὁ Πατὴρ τῶν ὀρφανῶν. Τίς γὰρ αὐτὰ ἔδωκεν, εἰπέ μοι; οὐκ ἀκούεις τοῦ Χριστοῦ λέγοντος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, Οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλείων ἐστὶ E
τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;

Tunc dominatum obtinebas in tuos famulos, si modo omnino obtinebas: nunc autem pro famulis dominatum obtines in incorporeas virtutes, principatus, potestates, rectorem hujus mundi tenes. Molestias autem non dicis, in quibus simul cum eo versabaris, si quando vexabat metus magistratuum, si quando vicinorum melior existimatio. Ab his omnibus nunc es liberata, a terrore et metu. Sed sollicita es quis relictos tibi nutriet filios? Pater orphanorum. Quis enim ipsos dedit, dic quæso? non audis Christum dicentem in Evangelio: *Nonne anima est plus quam esca, et* Matth. 6.
corpus quam indumentum? 25.

Ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἀπὸ συνηθείας, ἀλλ' ἀπὸ ἀπιστίας ὁ θρῆνος γίνεται; Ἀλλ' οὐκ ἔστι λαμπρὰ ὁμοίως τὰ παιδία τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος. Διὰ τί; τὸν Θεὸν ἔχει Πατέρα, καὶ οὐκ ἔστι λαμπρά; Πόσους σοι ὑποδείξω ὑπὸ χηρῶν ἀνατραφέντας, καὶ γενομένους δοκίμους; πόσους δὲ ὑπὸ πατράσιν ὄντας, καὶ ἀπολωλότας; Ἂν γὰρ αὐτὰ ἀνατρέφῃς ἐκ πρώτης ἡλικίας ὡς F
ἀνατρέφειν δεῖ, πολλῷ μᾶλλον τῆς προστασίας τῆς πατρικῆς ἀπολαύσονται εὐεργεσίας. Ὅτι γὰρ χηρῶν ἐστι τὸ πρᾶγμα, τὸ τὰ παιδία λέγω ἀνατρέφειν, ἄκουσον Παύλου λέγοντος· Εἰ ἐτεκνοτρόφησε· καὶ πάλιν, Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας (οὐκ εἶπε, 471 A
διὰ τοῦ ἀνδρός), ἐὰν ἐπιμείνωσι τῇ πίστει καὶ τῇ ἀγάπῃ καὶ τῷ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης. Ἔνθετε αὐτοῖς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἐκ πρώτης ἡλικίας, καὶ παντὸς πατρὸς μᾶλλον αὐτοὺς διατηρήσει· τοῦτο τεῖχος ἔσται ἀρραγές. Ὅταν γὰρ ἔνδον ὁ φύλαξ ἐγκαθήμενος ᾖ, οὐδὲν ἡμῖν τῶν ἔξωθεν δεῖ ἐπιτεχνημάτων· ἐκείνου δὲ οὐκ ὄντος, πάντα εἰκῇ τὰ ἔξωθεν γίνεται. Τοῦτο αὐτοῖς ἔσται καὶ πλοῦτος καὶ δόξα καὶ εὐκοσμία, τοῦτο αὐτοὺς ποιήσει λαμπρούς, οὐκ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μὴ γάρ μοι πρὸς ἐκείνους ἴδῃς τοὺς διεζωσμένους τὰς ζώνας τὰς χρυσᾶς, μηδὲ B
τοὺς ἐφ' ἵππων φερομένους, μηδὲ τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις λάμποντας διὰ τοὺς πατέρας, μηδὲ τοὺς ἀκολούθους ἔχοντας καὶ παιδαγωγούς. Ταῦτα γὰρ ἴσως τὰς χήρας ἐπὶ τοῖς ὀρφανοῖς κόπτεσθαι ποιεῖ, ἐννοουμένας ὅτι καὶ οὗτος ὁ ἐμὸς παῖς, εἴ γε ὁ πατὴρ αὐτῷ περιῆν, τοσαύτης ἂν ἀπέλαυσε μακαριότητος· νῦν δὲ ἐν κατηφείᾳ καὶ ἀτιμίᾳ, καὶ οὐδενὸς ἄξιος λόγου ἐστί. Μὴ δὴ ταῦτα [a] ἐννοῇς, ὦ γύναι, ἀλλ' ἀναπέτασον τοῦ οὐρανοῦ τὰς πύλας τῷ λογισμῷ, κατάμαθε τὰ ἐκεῖ βασίλεια, ἴδε τὸν ἐκεῖ καθήμενον βασιλέα, λόγισαι C
εἰ οὗτοι μᾶλλον οἱ ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ παιδὸς τοῦ σοῦ δύνανται ἐκεῖ εἶναι λαμπρότεροι, καὶ τότε στέναξον·

4. Vides lamentationem non esse ex consuetudine, sed ex incredulitate? At filii non sunt æque clari et illustres, cum pater decesserit. Quare? Deum habent Patrem, et non sunt clari et illustres? quam multos tibi ostendam a viduis educatos, qui fuerunt bonæ existimationis? quam multos autem a patribus educatos, qui perierunt? Si enim eos educas, ut oportet, a prima ineunte ætate, majori fruentur beneficio, quam ex cura paterna. Quod enim hoc sit viduarum munus, nempe filios alere, audi Paulum dicentem: *Si* 1. Tim 5.
filios educavit; et rursus, *Salvabitur autem* 10. et 2. 15.
per filiorum generationem (non dixit, Per maritum), *si permanserint in fide et caritate et sanctificatione cum temperantia.* Indite eis Dei timorem ab ineunte ætate, et is eos magis custodiet quam quivis pater: hic erit murus infractus. Quando enim intus fuerit residens custos, nihil nobis externis opus est munitionibus: si autem non sit, frustra sunt quæcumque externa. Hoc erit eis et divitiæ et gloria et ornamentum: hoc eos faciet claros et illustres, non in terra, sed etiam in cælis. Ne mihi enim ad illos aspexeris qui cincti sunt zonis aureis, nec ad eos qui vehuntur equis, nec ad eos qui splendent in regia propter patres, nec ad eos qui asseclas habent et pædagogos. Hæc enim fortasse viduas inducunt ut plangant propter orphanos, sic cogitantes: Hic meus filius, si pater ei fuisset superstes, tantam adeptus esset beatitudinem; nunc autem est in mœrore et contemtu, et in nulla existimatione. Ne hæc cogites, o mulier, sed cogitatione aperi cæli portas, disce eam quæ illic est Regiam, reputa an ii qui sunt in terra, possint esse clariores filio tuo qui illic est, et tunc ingemisce: si autem

[a] [Colb. et marg. Savil. ἐννόει. Sæpe recentiores, rarissime vero veteres, post μὴ vetans admittunt præsentis conjunctivum.]

in terra sint aliqui illustres, ejus rei nulla est habenda ratio: licet si velis ipsum militare in cælis, in illius exercitus numerum eum referre. Nam qui in illum numerum referuntur, non equis vehuntur, sed feruntur in nubibus; non humi gradiuntur, sed rapiuntur in cælum; non habent famulos qui ipsos præcedant, sed ipsos angelos; non assistunt regi mortali, sed immortali, Regi regum, et Domino dominantium; non habent circa lumbos zonam pelliceam, sed gloriam illam ineffabilem, et regibus fiunt splendidiores; et iis qui aliquando fuerunt in honore et existimatione. In illa enim regia non quæruntur divitiæ, neque nobilitas, neque quidquam aliud, sed solum quæritur virtus; et si ea adsit, nihil deest ad primas partes obtinendas. Nihil est nobis difficile si velimus philosophari. Suspice in cælum, et vide quanto regum fastigio hoc sit præclarius. Si autem supernorum regum pavimentum est inferiorum regum pavimento tanto magnificentius, ut hoc præ illo cœnum existimetur: si quispiam dignus sit habitus qui exacte et accurate videat regiam, quanam non erit dignus

1. Tim. 5. 5. beatitudine? *Quæ autem*, inquit, *est vere vidua, et desolata, sperat in Deum.* Hoc quibusnam a me dictum est? Iis quæ habent filios, quod longe probatiores sint, et majorem habeant occasionem placendi Deo; quod eis omnia soluta sint vincula, nemo sit qui retineat, neque qui cogat illas trahere catenas. Separata es a viro, sed unita es Deo: non habes conservum tecum habentem consuetudinem, sed habes Dominum. Quando oras, nonne cum Deo loqueris, dic quæso? quando legis, audi eum tecum loquentem. Quid autem dicit? Verba viri verbis multo magis desiderabilia. Nam vir quidem, etiamsi aduletur, non magnus est honor; est enim conservus: quando autem Dominus famulæ adulatur, tunc magna est cura et observantia. Quomodo ergo nos curat et observat? Audi per quænam hæc

Matth. 11. 28. facit: *Venite*, inquit, *ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Et

Isai. 49. 15. rursus per prophetam clamat, dicens, *Num obliviscetur mulier misereri fœtuum ventris sui? quod si etiam oblita fuerit mulier, sed ego non obliviscar, dicit Dominus.* Quanti amoris

Ibid. 45. 22. et 44. 22. sunt hæc verba? Et rursus, *Convertimini ad me;* et rursus alibi, *Convertere ad me, et salvus eris.* Si quis autem etiam ex Canticis velit

ἂν δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ὦσί τινες εὐδόκιμοι, οὐδενὸς τοῦτο ἄξιον λόγου· ἔξεστιν, ἂν θέλῃς, ἐν τοῖς οὐρανοῖς αὐτὸν στρατεῦσαι, εἰς ἐκείνην καταλέξαι τὴν στρατολογίαν. Οἱ γὰρ ἐκεῖ καταλεγόμενοι, οὐκ ἐφ' ἵππων φέρονται, ἀλλ' ἐν νεφέλαις· οὐκ ἐπὶ γῆς βαδίζουσιν, ἀλλ' εἰς τὸν οὐρανὸν ἁρπάζονται· οὐ παῖδας ἔχουσι D τοὺς προηγουμένους, ἀλλὰ τοὺς ἀγγέλους αὐτούς· οὐ βασιλεῖ παρεστήκασι θνητῷ, ἀλλὰ τῷ ἀθανάτῳ, τῷ βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων, καὶ Κυρίῳ τῶν κυριευόντων· οὐ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν ἔχουσιν, ἀλλὰ τὴν δόξαν ἐκείνην τὴν ἄῤῥητον, δι' ἣν καὶ βασιλέων γίνονται λαμπρότεροι, καὶ τῶν πώποτε εὐδοκιμηκότων. Ἐν γὰρ τοῖς βασιλείοις ἐκείνοις οὐ πλοῦτος, οὐκ εὐγένεια, οὐκ ἄλλο οὐδὲν, ἀλλ' ἀρετὴ ζητεῖται μόνον· καὶ ταύτης παρούσης, οὐδὲν ἐνδεῖ πρὸς τὸ τῶν πρωτείων αὐτοὺς τυχεῖν. Οὐδὲν ἡμῖν ἐστι E δυσχερὲς, ἂν θέλωμεν φιλοσοφεῖν. Ἀνάνευσον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ὅρα πόσῳ τῆς ὀροφῆς τῶν βασιλείων λαμπρότερος οὗτος. Εἰ δὲ τὸ ἔδαφος τῶν ἄνω βασιλείων παρὰ τοσοῦτον ἐστὶ τῶν κάτω σεμνότερον, ὡς τοῦτο πρὸς ἐκεῖνο βόρβορον νομίζεσθαι· εἴ τις ἂν [b] ἀξιωθῇ τὰ βασίλεια ἀκριβῶς ἰδεῖν, τίνος οὐκ ἔσται μακαριότητος ἄξιος; Ἡ δὲ ὄντως χήρα, φησὶ, καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεόν. Τοῦτο πρὸς τίνας εἴρηται; Πρὸς τὰς ἐχούσας παῖδας, ὅτι δοκιμώτεροι μᾶλλόν εἰσι, καὶ πλείονα ἀφορμὴν ἔχουσιν ἀρέσκειν Θεῷ· ὅτι πάντα αὐταῖς ἀνεῖται τὰ δεσμά· οὐδεὶς ὁ κατέχων, οὐδεὶς ὁ ἐπισύρεσθαι τὰς ἁλύσεις ἐκείνας ἀναγκάζων. Ἀπεσχίσθης τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἡνώθης τῷ F Θεῷ· οὐκ ἔχεις συνόμιλον τὸν ὁμόδουλον, ἀλλ' ἔχεις τὸν Δεσπότην. Ὅταν εὔχῃ, οὐχὶ τῷ Θεῷ διαλέγῃ, εἰπέ μοι; ὅταν ἀναγινώσκῃς, ἄκουε αὐτοῦ σοι διαλε- 472 A γομένου. Τί δέ σοι διαλέγεται; Πολλῷ τοῦ ἀνδρὸς [a] ποθεινότερα ῥήματα. Ὁ μὲν γὰρ ἀνὴρ κἂν κολακεύῃ, οὐ πολλὴ ἡ τιμή· ὁμόδουλος γάρ ἐστιν· ὅταν δὲ ὁ Δεσπότης τὴν δούλην κολακεύῃ, τότε πολλὴ ἡ θεραπεία. Πῶς οὖν ἡμᾶς θεραπεύει; Ἄκουσον δι' ὅσων τοῦτο ποιεῖ. Δεῦτε, φησὶ, πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Καὶ πάλιν διὰ τοῦ προφήτου βοᾷ, λέγων· Μὴ ἐπιλήσεται γυνὴ τοῦ ἐλεῆσαι τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς; εἰ δὲ καὶ ἐπιλάθοιτο γυνὴ, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαι, B λέγει Κύριος. Πόσου ταῦτα φίλτρου τὰ ῥήματα; Καὶ πάλιν, Ἐπιστράφητε πρός με· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Ἐπίστρεψον πρός με, καὶ σωθήσῃ. Εἰ δέ τις καὶ ἐκ τῶν Ἀσμάτων βούλοιτο ἐκλέγειν, ἀκούσεται, μυστικώτερα αὐτὰ ἐκλαμβάνων, Ἡ καλή μου, ἡ περιστερά μου, πρὸς ψυχὴν ἑκάστην αὐτῷ πρέπουσαν διαλεγομένου. Τί τούτων τῶν ῥημάτων ἥδιον; Ὁρᾷς διαλε-

[b] [καταξιωθῇ iidem.]

[a] [προσηνέστερα Colb. et marg. Savil.]

ξιν Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους; Τί δὲ, εἰπέ μοι; οὐχ ὁρᾷς, ὅσοι ἐκείνων τῶν μακαρίων γυναικῶν παῖδες ἀπῆλθον, καὶ ἐν τάφοις εἰσίν; ὅσαι χαλεπώτερα πεπόνθασι, καὶ μετὰ τῶν ἀνδρῶν καὶ υἱοὺς ἀπέβαλλον; Τούτοις C προσανέχωμεν, ταῦτα μεριμνῶμεν· καὶ οὐδὲν ἡμῖν ἔσται λυπηρὸν, ἀλλὰ πάντα διατελέσομεν τὸν χρόνον μετὰ χαρᾶς πνευματικῆς διάγοντες, καὶ τῶν αἰωνίων ἀπολαύσομεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

excerpere, audiet, magis mystica excipiens: *Pulchra mea, columba mea;* audiet cum unaquaque sibi conveniente anima disserentem. Quid his verbis jucundius? Vides Dei cum homine colloquium? Quid autem, dic quæso? non vides quam multi beatarum illarum mulierum filii decesserunt, et sunt in sepulcris? quot mulieres graviora passæ sunt, et cum maritis filios quoque amiserunt? His attendamus, de his simus solliciti; et nihil erit nobis molestum, sed totum tempus peragemus degentes cum gaudio spirituali, et bonis fruemur æternis: quæ nobis omnibus detur consequi gratia et benignitate, etc.

Cant. 2. 10.

ΟΜΙΛΙΑ ζ'.

Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.

Πολλὰ τῶν πραγμάτων ἐξ ἀγνοίας ἡμᾶς λυπεῖ μονης, ὡς, ἂν αὐτὰ καλῶς καταμάθωμεν, ἀποκρουσόμεθα τὴν ὀδύνην. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ Παῦλος ἐμφαίνων ἔλεγεν, Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἵνα μὴ λυπῆσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Τί οὐ θέλεις αὐτοὺς ἀγνοεῖν; Τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως, φησὶ, E λόγον. Διὰ τί δὲ μὴ λέγεις τὴν κόλασιν τὴν ἀποκειμένην τῷ ἀγνοεῖν τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον; Διότι τοῦτο ἐκεῖθεν δῆλόν ἐστι, καὶ ὡμολογημένον· τέως δὲ μετ' ἐκείνου καὶ τοῦτο ἔσται κέρδος οὐ μικρόν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ τῇ ἀναστάσει ἠπίστουν, ἀλλ' ὅμως ἐθρήνουν, διὰ τοῦτο οὕτω φησί. Καὶ ἑτέρως μὲν τοῖς ἀπιστοῦσι διαλέγεται, ἑτέρως δὲ τούτοις· οἱ γὰρ περὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν ζητοῦντες, δῆλον ὅτι ᾔδεσαν. Εἰ γὰρ πιστεύομεν, φησὶν, ὅτι Ἰη- F σοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἔζησεν, οὕτως ὁ Θεὸς καὶ τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. Ποῦ εἰσιν οἱ τὴν σάρκα ἀθετοῦντες; Εἰ γὰρ μὴ ἀνέλαβε σάρκα, οὐδὲ ἀπέθανεν· εἰ δὲ μὴ ἀπέθανεν, 473 A οὐδὲ ἀνέστη. Πῶς οὖν ἡμᾶς ἀπὸ τούτων προτρέπει εἰς πίστιν; *ἆρα οὐ λῆρος μᾶλλον ἦν κατ' αὐτοὺς καὶ ἀπατεών; Εἰ γὰρ τὸ ἀποθανεῖν ἁμαρτίας ἐστὶν, ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ ἥμαρτε, πῶς ἡμᾶς προτρέπεται νῦν; Διὰ τί δὲ καί φησιν, Ὥσπερ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα; Ὡσεὶ ἔλεγε, τίνας θρηνεῖτε, ἄνθρωποι; ὑπὲρ τίνων λυπεῖσθε; ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν, ἢ

HOMILIA VII.

D CAP. IV. v. 12 *Nolo autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent.*

1. Multæ res sunt nobis molestæ ex sola ignorantia: quod si eas recte didicerimus, dolorem propulsabimus. Hoc ergo Paulus quoque indicans, dicebat: *Nolo vos ignorare, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent.* Quid non vis ipsos ignorare? Sermonem, inquit, de resurrectione Cur vero non dicis supplicium quod est repositum ac paratum ignorantibus verbum resurrectionis? Quia hoc est inde manifestum, et in confesso est: interim autem erit quoque inde non parum lucri. Nam quoniam resurrectioni quidem fidem habebant, sed tamen lamentabantur, propterea sic dicit. Aliter quidem loquitur cum non credentibus, aliter vero cum his: nam eos qui quærebant de temporibus palam est hoc scivisse. 13. *Si enim credimus,* inquit, *quod Jesus mortuus est et resurrexit et vixit: ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.* Ubi sunt qui carnem reprobant et rejiciunt? Nam si carnem non accepit, nec est mortuus: si non est mortuus, nec resurrexit. Quomodo ergo nos ex his adhortatur ad fidem? annon, quod ad eorum attinet sententiam, est potius nugator et impostor? Nam si mortuum esse est peccati, Christus autem non peccavit, quomodo nos nunc adhortatur? Quorsum vero etiam di-

* [Colb. et marg. Savil. sic pergunt ἆρα οὐκ εἴρων ἦν (κατ' αὐτοὺς addit Colb.) καὶ ἀπατεὼν, ὁ μὴ γέγονε λέγων; εἰ γάρ.... et mox ἁμαρτίας ἔργον, ὁ δὲ Χρ. In proximis multas varietates exhibet marg. Savil. solus.]

cit, *Sicut reliqui qui spem non habent?* Quasi diceret, Quosnam defletis, o homines? pro quibusnam mœrore afficimini? pro peccatoribus, an pro iis tantum qui moriuntur? illi igitur quosnam
Col. 1. 18. deflent? Certe sunt illis omnia inania. *Primogenitus,* inquit, *ex mortuis;* id est, primitiæ. Ergo et cæteros esse oportet. Vide autem quomodo hic nihil adstruat rationibus, quoniam erant mites et placidi: ad Corinthios autem scribens, multa
1. Cor. 15. 36. agitavit rationibus, et tunc subjunxit: *Insipiens tu, quod seminas non vivificatur.* Hoc enim est firmius et aptius, sed quando disputat cum fidelibus: apud externos autem quam vim hoc habuerit? *Ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.* Rursus, *Qui dormierunt:* nusquam dicit, Mortui sunt. Sed in Christo quidem posuit, *Mortuus est*, quoniam dixit eum resurrexisse: hic vero, *Eos qui dormierunt per Jesum.* Vel hoc dicit, quod in fide Jesu mortui sint; vel quod per Jesum adducturus sit eos qui dormierunt, id est, fideles. Hic hæretici significari dicunt eos qui sunt baptizati. Illud vero, *Ita*, quomodo consistit? Jesus enim non dormivit per baptismum. Cur ergo dicit: *Qui dormierunt?* Itaque non de generali, sed de singulari seu particulari loquitur resurrectione. *Eos qui dormierunt per Jesum adducet,* inquit: et multis in locis ita dicit. 14. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.* Loquens de fidelibus dicit, *Eos qui dormierunt;* et rursus, *Mortui resurgent.* Deinde non solum agit de resurrectione, sed et de resurrectione et honore in gloria. Atque resurrectione quidem omnes fruentur, inquit; non omnes autem erunt in gloria, sed, *Qui in Christo.* Quoniam ergo ipsos vult consolari, non ex hoc solum consolatur, sed et ex multo honore et ex velocitate, quoniam illud sciebant. Nam quod ex honore ipsos velit consolari, dicit
v. 16. procedens: *Et semper cum Domino erimus,* et, *In nubibus rapiemur.* Quomodo autem fideles per Jesum dormiunt? Hoc est, Christum in se habentes. Illud autem, *Adducet cum eo,* ostendit adduci ex multis locis. *Hoc enim vobis,* inquit, *dicimus in verbo Domini.* Hoc novum et inauditum erat dicturus; propterea efficit ut sit fide dignum. *In verbo,* inquit, *Domini.* Hoc est, Non a nobis ipsis, sed a Christo edocti, dicimus.

ὑπὲρ τῶν ἁπλῶς ἀποθνησκόντων; Ὥστε ἐκεῖνοι τίνας
B θρηνοῦσι; Πάντα δὲ ταῦτα ἕωλα αὐτοῖς γίνεται. Πρωτότοκος, φησὶν, ἐκ τῶν νεκρῶν· τουτέστιν, ἀπαρχή. Οὐκοῦν καὶ λοιποὺς εἶναι δεῖ. Καὶ ὅρα πῶς ἐνταῦθα οὐδὲν ἀπὸ λογισμῶν τίθησιν, ἐπειδὴ προσηνεῖς ἦσαν· Κορινθίοις δὲ γράφων, πολλὰ πρῶτον καὶ ἀπὸ λογισμῶν ἐκίνησε, καὶ τότε ἐπήγαγεν· Ἄφρον σὺ, ὃ σπείρεις, οὐ ζωοποιεῖται. Κυριώτερον μὲν γὰρ τοῦτο, ἀλλ' ὅταν τῷ πιστῷ διαλέγηται· πρὸς δὲ τὸν ἔξω ποίαν ἰσχὺν ἂν ἔχοι τοῦτο; Οὕτω, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ.
C Πάλιν, Κοιμηθέντας· οὐδαμοῦ λέγει, ἀποθανόντας. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ Χριστοῦ τὸ, Ἀπέθανεν, ἔθηκεν, ἐπειδὴ καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως εἶπεν· ἐνταῦθα δὲ, Τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ· ἢ τοῦτο λέγων, ὅτι τῇ πίστει τοῦ Ἰησοῦ κοιμηθέντας, ἢ ὅτι διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει τοὺς κοιμηθέντας, τουτέστι, τοὺς πιστούς. Ἐνταῦθα οἱ αἱρετικοί φασιν ὅτι τοὺς βαπτισθέντας λέγει. Τὸ οὖν, Οὕτω, ποῦ ἵσταται; ὁ γὰρ Ἰησοῦς οὐκ ἐκοιμήθη διὰ τοῦ βαπτίσματος. Τίνος δὲ ἕνεκέν φησι, Τοὺς κοιμηθέντας; Ὥστε οὐ περὶ καθολικῆς, ἀλλὰ
D περὶ μερικῆς ἀναστάσεως διαλέγεται. Ἄξει τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, φησί· καὶ πολλαχοῦ οὕτω λέγει. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας· περὶ τῶν πιστῶν λέγων, [a] καὶ οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ· καὶ πάλιν, Οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται. Ἔπειτα οὐ περὶ ἀναστάσεως αὐτῷ ὁ λόγος μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ἀναστάσεως καὶ περὶ τιμῆς τῆς ἐν δόξῃ. Ἀναστάσεως μὲν οὖν πάντες ἀπολαύσονται, φησίν· ἐν δόξῃ δὲ οὐ
E πάντες ἔσονται, ἀλλ', Οἱ ἐν Χριστῷ. Ἐπεὶ οὖν παραμυθήσασθαι βούλεται αὐτοὺς, οὐ τούτῳ μόνον παραμυθεῖται, ἀλλὰ καὶ τῇ τιμῇ τῇ πολλῇ καὶ τῷ τάχει, ἐπεὶ ἐκεῖνο ᾔδεσαν. Ὅτι γὰρ τῇ τιμῇ βούλεται αὐτοὺς παραμυθήσασθαι, προϊών φησι, Καὶ πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα, καὶ, ὅτι Ἐν νεφέλαις ἁρπαγησόμεθα. Πῶς δὲ οἱ πιστοὶ διὰ τοῦ Ἰησοῦ κοιμῶνται; Δηλονότι τὸν Χριστὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς. Τὸ δὲ, Ἄξει σὺν αὐτῷ, δείκνυσι πολλαχόθεν ἀγομένους. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν, φησὶ, λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου. Ξένον
F τι ἔμελλε λέγειν· διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀξιόπιστον τίθησιν. Ἐν λόγῳ Κυρίου, φησί· τουτέστιν, οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Χριστοῦ μαθόντες λέγομεν. Ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν
474 A τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. Ὅπερ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησὶν, ὅτι Ἐν ἀτόμῳ,

[a] [Hæc, καὶ οἱ κ. ἐν Χριστῷ, absunt in Colb.]

ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Ἐνταῦθα τὸ ἀξιόπιστον * τῇ ἀναστάσει καὶ τῷ τρόπῳ παρέστησε.

Καὶ ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ δύσκολον εἶναι, δείκνυσιν αὐτὸς ὅτι ὥσπερ ἐστὶν εὔκολον τοὺς ζῶντας ἀρθῆναι, οὕτω καὶ τοὺς ἀπελθόντας. Τὸ δὲ, Ἡμεῖς, οὐ περὶ ἑαυτοῦ φησιν· οὐ γὰρ δὴ ἔμελλεν αὐτὸς μέχρι τῆς ἀναστάσεως μένειν, ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς λέγει. Διὰ τοῦτο προσέθηκεν, Οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· μὴ νομίσῃς ἐργωδίαν εἶναί τινα, ἀκούων ὅτι οἱ ζῶντες τότε τοὺς διαλυθέντας, τοὺς σαπέντας, τοὺς μυρία ἔτη ἔχοντας οὐ μὴ προλάβωσι· Θεός ἐστιν ὁ ποιῶν. Ἀλλ' ὥσπερ εὔκολον αὐτῷ ἐκείνους τοὺς ἀπηρτισμένους ἀγαγεῖν, οὕτω καὶ τοὺς διαλελυμένους. Ἀλλ' εἰσί τινες, οἳ διαπιστοῦσι τῷ πράγματι, ἐπειδὴ τὸν Θεὸν οὐκ ἴσασι. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, εὐκολώτερον, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγεῖν, ἢ διαλυθέντα ἀναστῆσαι πάλιν; Ἀλλὰ τί φασιν; Ὁ δεῖνα, φησὶ, ναυάγιον ὑπέστη, καὶ κατεποντίσθη, καὶ πεσόντα αὐτὸν ἰχθύες ἐδέξαντο πολλοὶ, καὶ τῶν ἰχθύων ἕκαστος μέλος ἔφαγεν. Εἶτ' αὐτῶν δὴ τούτων ὁ μὲν ἐν τῷδε τῷ κόλπῳ, ὁ δὲ ἐν τῷδε συνελήφθη, καὶ ἐβρώθη ὑφ' ἑτέρου, καὶ οὗτος ὑπὸ ἄλλου. Καὶ οὗτοι πάλιν ἐν ἄλλοις χωρίοις ἀπέθανον οἱ τοὺς ἰχθῦς φαγόντες τοὺς τὸν ἄνδρα καταφαγόντας, καὶ αὐτοὶ ἴσως ὑπὸ θηρίων. Τοσαύτης δὲ τῆς συγχύσεως γενομένης καὶ διασπορᾶς, πῶς πάλιν ἀναστήσεται ὁ ἀνήρ; τίς ὁ τὸν χοῦν συνάγων; Διὰ τί γὰρ τοῦτο λέγεις, ἄνθρωπε, καὶ ὁρμαθοὺς λήρων ὑφαίνεις, καὶ ὡς ἄπορον τιθεῖς; Εἰπὲ γάρ μοι, ἂν μὴ εἰς θάλατταν καταπέσῃ, ἂν γὰρ μὴ ἰχθὺς φάγῃ, μηδὲ βρωθῇ πάλιν ὁ ἰχθὺς ὑπὸ μυρίων ἀνθρώπων, ἀλλὰ κηδευθεὶς ἐν λάρνακι ὁ ἀνὴρ τεθῇ, καὶ μήτε σκώληκες, μήτε ἄλλο τι διενοχλήσῃ, πῶς ἀναστήσεται τὸ διαλυθέν; πῶς ἡ κόνις καὶ ἡ τέφρα συγκολληθήσεται; πόθεν τὸ ἄνθος λοιπὸν ἔσται τοῦ σώματος; τοῦτο δὲ οὐκ ἄπορον; Ἂν μὲν οὖν Ἕλληνες ὦσιν οἱ ταῦτα διαποροῦντες, πρὸς αὐτοὺς μυρία ἐροῦμεν. Τί δήποτε; εἰσὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς οἱ τὰς ψυχὰς καὶ εἰς φυτὰ καὶ εἰς θάμνους ἄγοντες καὶ εἰς κύνας· εἰπέ μοι, τί εὐκολώτερον, τὸ οἰκεῖον σῶμα ἀναλαβεῖν, ἢ τὸ ἀλλότριον; Ἄλλοι πάλιν φασὶν ὑπὸ πυρὸς ἀναλίσκεσθαι [a], καὶ ἱματίων ἀνάστασιν γίνεσθαι καὶ ὑποδημάτων, καὶ οὐ καταγελῶνται· ἕτεροι ἀτόμους εἰσάγουσιν. Ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους

Quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quod quidem dicit in Epistola ad Corinthios: *In momento, in ictu oculi.* Hic fide dignam constituit resurrectionem ex modo quoque. 1 Cor. 15. 52.

2. Nam quoniam videbatur res esse difficilis, dicit, Ut est facile ut qui vivant sustollantur, sic etiam ut ii qui decesserunt. Illud autem, *Nos*, non de seipso dicit: non enim erat mansurus usque ad resurrectionem; sed dicit fideles. Propterea addit, *Qui sumus residui in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.* Quasi diceret: Ne existimes esse aliquam rei difficultatem, dum audis, quod qui tunc vivunt, non prævenient eos qui sunt dissoluti, qui putrefacti, qui sunt mortui plus quam decem abhinc annorum millibus: Deus est qui facit. Sed sicut facile est adducere illos qui sunt perfecti et integri, ita etiam eos qui sunt dissoluti. Sed sunt quidam qui rem non credunt, quoniam Deum nesciunt. Quid enim est, dic quæso, facilius, an ex nihilo ad hoc ut sint deducere, an dissoluta excitare et restituere? At quid dicunt? Ille passus est naufragium, et cum cecidisset, multi eum exceperunt pisces; et quilibet piscis membrum comedit. Deinde ex his ipsis alius quidem in hoc sinu, alius vero in illo est comprehensus, et ab alio devoratus. Et isti rursus in aliis locis sunt mortui, et ipsi fortasse a belluis exesi, qui comederunt pisces, qui virum exederant. Cum tanta autem fuerit confusio et dispersio, quomodo vir ille iterum resurget? quis pulverem reduxerit? Cur hoc dicis, o homo, et nugarum contexis catenam, et tamquam rem ponis plane inexplicabilem? Nam, dic mihi, si non in mare ceciderit, si piscis eum non comederit, neque rursus fuerit piscis devoratus ab hominibus innumerabilibus, sed justis factis fuerit vir ille positus in urna, et neque vermes, neque aliquid aliud ei fuerit molestum, quomodo resurget quod fuit dissolutum; quomodo pulvis et cinis conglutinabitur? undenam erit flos et vigor corporis? hoc autem non est inexplicabile? Si sint quidem Græci qui de his dubitant, eis dicemus innumerabilia. Quid enim? sunt enim apud ipsos qui animas ad plantas deducunt, ad frutices et canes: dic mihi, quid est facilius, suum corpus accipere, an alienum? Alii rursus

Argumentum quorumdam qui resurrectionem non credebant.

Metempsychosis Græcorum.

* [Fort. τῆς ἀναστάσεως. Savil.]

a [Desiderat aliquid Dunæus, velut τὸ σῶμα.]

dicunt ab igne consumi, vestiumque et calceorum in integrum fieri restitutionem, et non irridentur: alii inducunt atomos Sed adversus illos nulla est nobis disputatio: fidelibus autem, si fideles sunt appellandi qui interrogant, dicemus tamen 1 Cor. 15. 36. illud apostolicum: Omnis vita a corruptione et interitu nascitur, omnes plantæ, omnia semina. Non vides quantum truncum habeat ficulnea, quot stipites, quot folia, quot ramos, quot frondes, quot radices tantum spatii occupantes et se insinuantes? Ipsa quæ est tanta et talis ex illo nascitur grano, quod fuit dejectum, ipsumque primo corruptum interiit: et nisi fuerit putrefactum et dissolutum, ex his nihil erit. Dic mihi unde hoc fit? Ipsa quoque vitis, quæ et ad videndum et ad fruendum tam est pulchra, nascitur ex illo tam deformi acino. Quid vero, dic quæso, annon est aqua illud unum quod defertur a superis? quomodo autem in tam multa mutatur? Hoc enim est admirabilius resurrectione. Nam illic quidem idem subjectum est semen et eadem planta, et magna est cognatio: hic autem, dic mihi, quomodo unam habens qualitatem et unam naturam, in tam multa vertitur? In vinea fit vinum, non solum vinum, sed et folia et succus: etenim non solum botrus, sed et quod reliquum est vineæ, in ipsa alitur: rursus in olea oleum, et quæcumque sunt alia. Et quod est mirabile, hic humidum, illic siccum; hic dulce, illic acre; illic acerbum et adstringens, alibi amarum. Quomodo, dic quæso, vertitur in tam multa? dic rationem: sed non poteris. In teipso autem dic quæso; est enim hoc propius; semen quod dejicitur, quomodo in oculos, quomodo in aures, in manus, in cor, quomodo in tam multa concinnatur et efformatur? Annon in corpore innumerabiles sunt differentiæ, figurarum, magnitudinum, qualitatum, situum, facultatum, numerorum et harmoniarum? quomodo nervi, venæ, carnes, ossa, membranæ, arteriæ, articuli, cartilagines, et quæcumque sunt his plura, de quibus medici exacte et accurate disserunt, quæ nostram continent naturam, eaque ab uno semine? Annon hoc videtur tibi esse multo perplexius et inexplicabilius, quomodo quod est humidum et molle concrescit in os durum et frigidum? quomodo in calidum et humidum, nempe sanguinem unitum? quomodo in frigidum et molle, nempe nervum? quomodo in frigidum et

οὐδεὶς ἡμῖν λόγος· πρὸς δὲ τοὺς πιστοὺς, εἴ γε πιστοὺς δεῖ καλεῖν τοὺς ἐρωτῶντας, ὅμως ἐροῦμεν [b] τὸ ἀποστολικὸν, ὅτι πᾶσα ἡ ζωὴ ἀπὸ φθορᾶς γίνεται, F πάντα φυτὰ, πάντα σπέρματα. Οὐχ ὁρᾷς τὴν συκῆν ἡλίκον μὲν ἔχει κορμὸν, ἡλίκα δὲ στελέχη; φύλλα δὲ πόσα, κλάδους, ἀνθέρικας, ῥίζας τοσοῦτον [c] ἐπεχούσας καὶ ἐγκεκολπισμένας; Αὕτη τοίνυν ἡ τηλικαύτη 475 A καὶ τοιαύτη ἀπὸ τῆς κέγχρου γίνεται ἐκείνης τῆς καταβληθείσης, καὶ αὐτῆς διαφθαρείσης πρῶτον· κἂν μὴ σαπῇ καὶ διαλυθῇ, οὐδὲν τούτων ἔσται. Εἰπέ μοι, πόθεν τοῦτο γίνεται; Καὶ ἡ ἄμπελος δὲ ἡ οὕτω καλὴ καὶ ἰδεῖν καὶ μετέχειν, ἀπὸ τοῦ εἰδεχθοῦς γίνεται ἐκείνου. Τί δὲ, εἰπέ μοι, οὐχὶ ὕδωρ ἐστὶν ἓν τὸ ἄνωθεν καταφερόμενον; καὶ πῶς εἰς τοσαῦτα μεταβάλλεB ται; Τοῦτο γὰρ τῆς ἀναστάσεως θαυμασιώτερον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ σπέρμα, καὶ τὸ αὐτὸ ὑπόκειται φυτὸν, καὶ ἡ συγγένεια πολλή· ἐνταῦθα δὲ, εἰπέ μοι, πῶς μίαν ἔχον ποιότητα καὶ μίαν φύσιν, εἰς τοσαῦτα τρέπεται; Ἐν ἀμπέλῳ γίνεται οἶνος, οὐχὶ οἶνος μόνον, ἀλλὰ καὶ φύλλα καὶ ὀπός· καὶ γὰρ οὐχ ὁ βότρυς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἀμπέλου αὐτῷ τρέφεται· πάλιν ἐν ἐλαίᾳ ἔλαιον, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Καὶ τὸ θαυμαστὸν, ἐνταῦθα ὑγρὸν, ἐκεῖ ξηρὸν, ἐνταῦθα γλυκὺ, ἐκεῖ ὀξὺ, ἐκεῖ στῦφον, ἑτέC ρωθι πικρόν. Πῶς, εἰπέ μοι, τρέπεται εἰς τοσαῦτα; εἰπὲ τὸν λόγον· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις. Ἐπὶ δὲ σοῦ αὐτοῦ, εἰπέ μοι, ἐγγύτερον γὰρ, τοῦτο τὸ σπέρμα τὸ καταβαλλόμενον πῶς εἰς ὀφθαλμοὺς, πῶς εἰς ὦτα, πῶς εἰς χεῖρας, πῶς εἰς καρδίαν, πῶς εἰς τοσαῦτα ῥυθμίζεται καὶ διατυποῦται; οὐχὶ μυρίαι διαφοραὶ ἐν τῷ σώματι, σχημάτων, μεγεθῶν, ποιοτήτων, θέσεων, δυνάμεων, ῥυθμῶν; πῶς νεῦρα, καὶ φλέβες, καὶ σάρκες, καὶ ὀστᾶ D καὶ ὑμένες, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ ἄρθρα, καὶ χόνδροι, καὶ ὅσα ἕτερα τούτων πλείονα παῖδες ἰατρῶν ἀκριβολογοῦνται, ἃ τὴν ἡμετέραν συνέχει φύσιν, καὶ ταῦτα ἀπὸ τοῦ ἑνὸς σπέρματος; Ἆρα πολλῷ σοι δοκεῖ τούτων εἶναι τοῦτο ἀπορώτερον, πῶς τὸ ὑγρὸν καὶ μαλακὸν εἰς σκληρὸν καὶ ψυχρὸν πήγνυται, τὸ ὀστοῦν; πῶς εἰς θερμὸν καὶ ὑγρὸν [a], [καὶ] τὸ αἷμα, ἑνωθέν; πῶς εἰς ψυχρὸν καὶ μαλθακὸν, τὸ νεῦρον; πῶς εἰς ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, τὴν ἀρτηρίαν; πόθεν ταῦτα, εἰπέ μοι; ταῦτα οὐ διαπορεῖς; Οὐχὶ ὁρᾷς καθ' ἑκάστην E ἡμέραν ἀνάστασιν καὶ θάνατον ἐν ταῖς ἡλικίαις γινόμενον; ποῦ ἡ νεότης ἀπῆλθεν; πόθεν τὸ γῆρας ἦλθε; πῶς ὁ γεγηρακὼς ἑαυτὸν μὲν νέον ποιῆσαι οὐ δύνα-

[b] [τὸ ἀποστολικὸν om. Colb.]
[Idem et marg. Savil. ἐκταθείσας.]

[a] [Inclusimus καί. Colb. sic habet, ὑγρὸν, τὸ ἑνωθέν.]

ται, ἕτερον δὲ παιδίον τίκτει νεώτατον, καὶ ὃ ἑαυτῷ οὐ δύναται παρασχεῖν, ἑτέρῳ παρέχει.

Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἐστὶν ἰδεῖν. Καίτοι τὸ ἑτέρῳ παρέχον, ἑαυτῷ πρότερον ὀφείλει παρασχεῖν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ λογισμὸς ὁ ἀνθρώπινος ἀπαιτεῖ· ὅταν δὲ ὁ Θεὸς δημιουργῇ, πάντα ὑποχωρείτω. Εἰ ταῦτα οὕτως ἄπορα, καὶ μεθ' ὑπερ- F
βολῆς ἄπορα, ὑπεισῆλθέ μοι νῦν ἔννοια τῶν μαινομένων, καὶ τὴν γέννησιν τὴν ἀσώματον πολυπραγμονούντων τοῦ Υἱοῦ. Τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινόμενα, καὶ χερσὶν ὑποβαλλόμενα, καὶ μυριάκις ζητηθέντα οὐδεὶς οὐδέπω εὑρεῖν δεδύνηται· πῶς οὖν τὴν ἄῤῥητον ἐκείνην καὶ ἄφραστον γέννησιν πολυπραγμονοῦσιν, 476
εἰπέ μοι; οὐκ ἀπέκαμεν ἡ διάνοια τῶν τοιούτων κε- A
νεμβατοῦσα; οὐκ εἰς μυρίους ἰλίγγους περιετράπη; οὐχὶ [a] ἀχανὴς γέγονε; Καὶ ὅμως οὐδὲ οὕτω παιδεύονται. Περὶ σταφυλῶν καὶ σύκων οὐδὲν εἰπεῖν δυνάμενοι, περὶ τοῦ Θεοῦ πολυπραγμονοῦσιν. Εἰπὲ γάρ μοι, πῶς τὸ γίγαρτον ἐκεῖνο ἀναλύεται εἰς φύλλα καὶ στελέχη; πῶς πρὸ τούτου οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ, οὐδὲ ἑωρᾶτο; Ἀλλ' οὐ τὸ γίγαρτόν ἐστι, φησὶν, ἀλλὰ τῆς γῆς τὸ πᾶν. Καὶ πῶς χωρὶς τούτου οὐδὲν φέρει ἀφ' ἑαυτῆς; Ἀλλὰ μὴ ἀνοηταίνωμεν· οὔτε τῆς γῆς ἐστιν, B
οὔτε τῆς κέγχρου τὸ γινόμενον, ἀλλὰ τοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ τῶν σπερμάτων [b] Κυρίου. Διὰ τοῦτο καὶ χωρὶς τούτων, καὶ μετὰ τούτων ταῦτα ἐποίησε γίνεσθαι· τὸ μὲν τὴν αὐτοῦ δύναμιν δεικνὺς, ἡνίκα ἔλεγεν, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου· τὸ δὲ, μετὰ τοῦ δεῖξαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, καὶ ἡμᾶς παιδεύων εἶναι φιλοπόνους καὶ φιλεργούς. Τί δὴ ταῦτα ἡμῖν εἴρηται; Οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα καὶ τῇ ἀναστάσει πιστεύωμεν· καὶ ὅταν τι πάλιν λογισμοῖς βουλόμενοι καταλαβεῖν οὐκ ἰσχύωμεν, μὴ δυσχεραίνωμεν μηδὲ ἀγανακτῶμεν, ἀλλ' εὐγνωμόνως ὑποστρέφοντες, καὶ ἀναχαιτί- C
ζοντες τὸν λογισμὸν, καταφεύγωμεν ἐπὶ τὸ δυνατὸν τοῦ Θεοῦ καὶ εὐμήχανον. Ταῦτα οὖν εἰδότες, χαλινὸν ἐπιθῶμεν τοῖς λογισμοῖς· μὴ ὑπερβαίνωμεν τοὺς ὅρους καὶ τὰ μέτρα τὰ δεδομένα τῆς γνώσεως ἡμῖν. Εἰ γάρ τις δοκεῖ, φησὶν, εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε καθὼς δεῖ γνῶναι. Οὐ λέγω περὶ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ περὶ παντὸς πράγματος. Τί γὰρ βούλει μαθεῖν περὶ γῆς; τί οἶδας, εἰπέ μοι; πόσον τὸ μέτρον αὐτῆς; πηλίκον τὸ μέγεθος; ὁποία ἡ θέσις; τίς ἡ οὐσία; ποῖος ὁ τό- D

humidum, nempe arteriam? Quomodo de his, quæso, non dubitas? Non vides quotidie resurrectionem et mortem fieri in ætatibus? quo abiit juventus? undenam venit senectus? quomodo qui consenuit, seipsum quidem non potest juvenem facere, infantem autem procreat maxime juvenem, et quod sibi præbere non potest, præbet alteri?

3. Hoc licet videre et in arboribus, et in animantibus. Quamquam quod præbet alteri, sibi prius debet præbuisse. Sed hoc postulat humana ratio: quando autem Deus est opifex, cedant omnia. Si hæc sunt adeo inexplicabilia, et summe inexplicabilia, venit mihi in mentem eorum qui insaniunt, et de incorporea Filii generatione curiose inquirunt. Ea quæ quotidie fiunt, et subjecta sunt manibus, etiam millies quæsita nemo umquam potuit invenire. Quomodo ergo de illa ineffabili et inexplicabili generatione, dic quæso, curiose inquirunt? annon est defessa mens eorum qui talia scrutari audent? annon est in mille conversa vertigines? annon plane hæret et stupet? Et tamen ne sic quidem castigantur. Cum de uvis et ficubus ne possint quidem dicere, de Deo curiose investigant. Nam dic mihi quomodo acinus ille resolvitur in folia et stipites? quomodo in eo antea non erant nec cernebantur? At non est, inquit, hoc acinus, sed totum est terræ. Et quomodo absque eo ipsa ex se nihil fert? Sed ne desipiamus; nec terræ nec grani est quod fit, sed ejus qui est Dominus et terræ et seminum. Propterea et absque his et cum his fecit ut hæc gignerentur, partim quidem suam ostendens potentiam, quando dicebat, *Producat terra herbam fœni*; partim autem *Gen.* 1. 11.
cum eo quod suam ostendit potentiam, nos quoque erudiens ut simus laboriosi et lubenter operemur. Cur autem hæc a nobis dicta sunt? Non abs re; sed ut et credamus resurrectionem: et quando aliquid volentes rationibus comprehendere, si non possimus, non ægre feramus, neque succenseamus, sed prudenter nos convertentes, ac reprimentes ratiocinium, ad hoc confugiamus, quod nihil sit quod Deus non possit et non facile faciat. Hæc ergo cum sciamus, cogitationes nostras refrenemus, neque terminos transgrediamur, et modos cognitionis nobis datos. Nam *Si quis*, inquit, *putat se scire* 1. *Cor* 8.2.
aliquid, nondum quidquam novit quomodo scire oportet. Non de Deo, inquit, dico, sed de re qualibet. Quid enim vis de terra discere? quid nosti,

a [*Videtur legendum* ἀχανές. *Nam de* διάνοια ἀχανής *quomodo dici possit non intelligo*. Dunæus.]

b [δημιουργοῦ Colb. et marg. Savil.]

dic mihi? quanta sit ejus mensura, quænam magnitudo, qualis situs, quænam essentia, qualis locus, ubinam stet et cui innitatur? Nihil ex his poteris dicere: sed quod sit quidem frigida, sicca et nigra, hæc poteris dicere, ulterius autem nihil. At de mari? Sed similiter incides in perplexitatem, ex qua te nulla ratione poteris extricare: ut qui nescias ubinam incipiat, ubi desinat, cui innixum feratur, quid fundum ejus portet, quisnam sit ei locus, utrum post ipsum sit terra continens, an in aquam desinat et aerem. Sed et ex iis quæ in ipso sunt quid nosti? Sed de aere dicam? sed de elementis? Verum nihil dices. Hæc relinquam. Vis ex plantis id quod est minimum eligamus? Gramen illud fructum non ferens, quod scimus omnes, dic quomodo nascatur? annon ejus subjectum est aqua et terra et fimus? quid est quod facit ut appareat tam pulchrum, et colorem habeat admirabilem? undenam illa marcescat pulchritudo? Non est aquæ, non terræ opus. Vides quod ubique fide sit opus? Quomodo producit terra? quomodo parturit, dic quæso? Sed nihil horum potes dicere. Erudiaris, o homo, in iis quæ sunt infra, et in iis quæ hic sunt, nec curiose scruteris nec investiges cælum: atque utinam cælum, et non cæli Dominum. Terram non nosti, dic mihi, ex qua natus, in qua es nutritus, in qua habitas, quam calcas, sine qua ne respirare quidem potes; et de iis quæ sunt adeo remota es curiosus? Revera homo est vanitas. Et si quis jubeat te descendere in profundum et investigare quæ sunt in fundo maris, jussum non feres: nemine autem cogente, ipse vis comprehendere abyssum quæ nequit investigari? Ne hoc facias rogo. Sed in superficie navigemus, non natemus ratiociniis: cito enim defatigabimur, et undis obruemur: sed divinis utentes Scripturis, tamquam aliquo navigio, pandamus vela fidei. Si in his navigemus, gubernator nobis aderit sermo Dei: sin autem in humanis natemus rationibus, nequaquam. Cuinam enim ex iis qui sic natant adstat gubernator? Quamobrem duplici de causa est periculum, et quod non sit navigium, et quod absit gubernator. Nam si in periculo est scapha absque gubernatore, quando abest utrumque, quænam est spes salutis? Neque nos in manifestum conjiciamus periculum, sed tuto incedamus, a sacra nos suspendentes anchora. Sic enim in tran-

πος; ποῦ ἕστηκε, καὶ ἐπὶ τίνος; Ἀλλ' οὐδὲν ἂν τούτων ἔχοις εἰπεῖν. Ἀλλ' ὅτι μέν ἐστι ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ μέλαινα, ταῦτα ἂν ἔχοις εἰπεῖν, περαιτέρω δὲ οὐδέν. Ἀλλὰ περὶ τῆς θαλάττης; Ἀλλ' ὁμοίως εἰς ἀμηχανίαν ἐμπεσῇ, οὐκ εἰδὼς ποῦ μὲν ἄρχεται, ποῦ δὲ λήγει, ἐπὶ τίνος δὲ φέρεται, τί τὸν πυθμένα αὐτῆς διαβαστάζει, ποῖος δὲ αὐτῇ τόπος ἐστὶ, πότερον δὲ καὶ μετ' αὐτήν ἐστιν ἤπειρος, ἢ εἰς ὕδωρ τελευτᾷ καὶ ἀέρα. [c] Ἀλλὰ τῶν ἐν αὐτῇ τί οἶδας; Ἀλλὰ τὸν ἀέρα
E εἴπω; ἀλλὰ τὰ στοιχεῖα; Ἀλλ' οὐδὲν ἐρεῖς. Ἀφῶ ταῦτα. Βούλει τῶν φυτῶν τὸ μικρότατον ἐκλεξώμεθα; τὴν χλόην τὴν ἄκαρπον, ἥνπερ ἅπαντες ἴσμεν, εἰπὲ πῶς τίκτεται; οὐχὶ ὕδωρ ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον καὶ γῆ καὶ κόπρος; τί τὸ ποιοῦν αὐτὴν οὕτω καλὴν φαίνεσθαι, καὶ χρῶμα ἔχειν θαυμαστόν; πόθεν ἐκεῖνο τὸ κάλλος οὕτω μαραίνεται; Οὐκ ἔστιν ὕδατος, οὐκ ἔστι γῆς τὸ ἔργον. Ὁρᾷς ὅτι πανταχοῦ πίστεως χρεία; Πῶς ἡ γῆ τίκτει; πῶς ὠδίνει, εἰπέ μοι; Ἀλλ' οὐδὲν ἂν
F τούτων ἔχοις εἰπεῖν. Παιδεύθητι, ὦ ἄνθρωπε, ἐν τοῖς κάτω καὶ τοῖς ἐνταῦθα, καὶ μὴ περιεργάζου μηδὲ πολυπραγμόνει τὸν οὐρανόν· καὶ εἴθε τὸν οὐρανὸν, καὶ
477 A μὴ τοῦ οὐρανοῦ τὸν Δεσπότην. Τὴν γῆν οὐκ οἶδας, εἰπέ μοι, ἀφ' ἧς ἐτέχθης, ἐν ᾗ ἐτράφης, ἣν οἰκεῖς, ἣν πατεῖς, ἧς ἄνευ οὐδὲ ἀναπνεῦσαι δύνασαι, καὶ τὰ τοσοῦτον ἀφεστηκότα πολυπραγμονεῖς; Ὄντως ἄνθρωπος ματαιότης ἐστί. Κἂν μέν τίς σε εἰς βυθὸν κελεύῃ καταβαίνειν, καὶ ἐξιχνεύειν τὰ ἐν τῷ πυθμένι τῆς θαλάσσης, οὐκ ἀνέξῃ τοῦ ἐπιτάγματος· οὐδενὸς δὲ ἀναγκάζοντος, αὐτὸς τὴν ἀνεξιχνίαστον ἄβυσσον βούλει καταλαβεῖν; Μὴ, παρακαλῶ· ἀλλ' ἄνω πλέωμεν, μὴ νηχόμενοι λογισμοῖς· ταχέως γὰρ ἀποκα-
B μούμεθα, καὶ καταποντισθησόμεθα· ἀλλὰ ταῖς θείαις κεχρημένοι Γραφαῖς, καθάπερ πλοίῳ τινὶ τὰ ἱστία τῆς πίστεως ἀναπετάσωμεν. Ἂν ἐν ταύταις πλέωμεν, καὶ κυβερνήτης ἡμῖν παρέσται ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ· ἂν δὲ νηχώμεθα ἐν τοῖς λογισμοῖς τοῖς ἀνθρωπίνοις, οὐκέτι. Τίνι γὰρ τῶν οὕτω νηχομένων κυβερνήτης παρέσται; Ὥστε διπλῆ ὁ κίνδυνος, τῷ τε μὴ πλοῖον εἶναι, τῷ τε κυβερνήτην ἀπεῖναι. Εἰ γὰρ καὶ τὸ σκάφος ἄνευ κυβερνήτου σφαλερὸν, ὅταν ἀμφότερα ἀπῇ, ποία σωτηρίας ἐλπίς; Μὴ δὴ ῥίπτωμεν ἑαυτοὺς εἰς κίνδυνον
C φανερὸν, ἀλλ' ἐπ' ἀσφαλοῦς βαίνωμεν, τῆς ἱερᾶς ἀγκύρας ἐξαρτήσαντες ἑαυτούς. Οὕτω γὰρ εἰς τὸν εὔδιον λιμένα καταπλευσόμεθα μετὰ πολλῆς μὲν [a] τῆς ἐμπορίας, μετὰ πάσης δὲ τῆς ἀσφαλείας· καὶ τῶν ἀποκειμένων τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐπιτύχωμεν ἀγχ-

[c] Ἀλλὰ τῶν ἐν αὐτῇ τί οἶδας, hæc desunt in quibusdam Manuscriptis.

[a] [τῆς εὐπορίας A. et marg. Savil.]

θῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, καὶ τὰ ἑξῆς.

quillum portum navigabimus cum multis mercibus et magna securitate; et assequemur bona reposita iis qui ipsum diligunt, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu, gloria, etc.

ΟΜΙΛΙΑ η'.

D

Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας· ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτοι. Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. C

Οἱ προφῆται μὲν τὸ ἀξιόπιστον τῶν λεγομένων δεῖξαι βουλόμενοι, πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦτο λέγουσιν· Ὅρασις, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας· καὶ πάλιν, Ῥῆμα Κυρίου, ὃ ἐγενήθη πρὸς Ἱερεμίαν· καὶ πάλιν, Τάδε λέγει Κύριος, καὶ ὅσα τοσαῦτα. Πολλοὶ δὲ καὶ αὐτὸν καθήμενον ὁρῶσι τὸν Θεὸν, ὡς αὐτοῖς ἰδεῖν δυνατόν. Ὁ δὲ Παῦλος οὐ καθήμενον ἰδὼν, ἀλλ' ἔχων ἐν ἑαυτῷ C λαλοῦντα τὸν Χριστὸν, ἀντὶ τοῦ, Τάδε λέγει Κύριος, ἔλεγεν, Ἡ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἡμῖν λαλοῦντος Χριστοῦ; καὶ πάλιν, Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, δεικνὺς ὅτι οὐδὲν αὐτοῦ ἐστιν· ὁ γὰρ ἀπόστολος τὰ τοῦ ἀποστείλαντος φθέγγεται. Καὶ πάλιν, Δο- 578 A κῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. Ἐκεῖνα μὲν οὖν πνεύματι πάντα ἐφθέγγετο, τοῦτο δὲ, ὃ λέγει νῦν, καὶ ῥητῶς ἤκουσε παρὰ τοῦ Θεοῦ· ὥσπερ καὶ ἐκεῖνο, ὅπερ τοῖς Ἐφεσίων πρεσβυτέροις διαλεγόμενος ἔλεγε, Μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι, ἢ λαμβάνειν, κατὰ τὸ σιωπώμενον ἤκουσεν. Ἴδωμεν τοίνυν τί καὶ νῦν φησι. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας· ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι τῇ ἐσχάτῃ καταβήσεται B ἀπ' οὐρανοῦ. Ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς τότε φησὶν, Αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται. Τί δήποτε ἐν σάλπιγγι; Καὶ γὰρ ἐν τῷ Σιναίῳ ὄρει τοῦτο ὁρῶμεν, καὶ ἀγγέλους κἀκεῖ. Τί δὲ βούλεται ἡ φωνὴ τοῦ ἀρχαγγέλου; Καθάπερ ἐπὶ τῶν παρθένων ἔλεγεν· ἐγείρεσθε, ἦλθεν ὁ νυμφίος. Ἤτοι τοῦτό φησιν, ἢ ὅτι καθάπερ

HOMILIA VIII.

Cap. IV. v. 14. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.* 15. *Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo: et qui mortui in Christo sunt, resurgent primi.* 16. *Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus.*

1. Prophetæ quidem, volentes ostendere quam sint fide digna quæ dicuntur, ante alia omnia hoc dicunt: *Visio quam vidit Isaias;* et rursus, Isai. 1. 1.
Verbum Domini quod factum est ad Jeremiam; et rursus, *Hæc dicit Dominus,* et similia. Jerem. 1. 1.
Multi etiam ipsum videbant sedentem Deum, quoad ejus fieri poterat ut viderent. Paulus vero cum non videret sedentem, sed in seipso haberet Christum loquentem, vice illius, *Hæc dicit Dominus*, dicebat: *An experimentum quæritis ejus qui in nobis loquitur Christi?* 2. Cor. 13. 3.
et rursus, *Paulus apostolus Jesu Christi*, ostendens nihil esse suum: apostolus enim ea loquitur quæ sunt ejus qui misit. Et rursus, *Puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam.* 1. Cor. 7. 40.
Atque illa quidem spiritu loquebatur omnia; hoc autem quod nunc dicit, disertis verbis a Deo audivit: sicut etiam illud quod dicebat disserens cum senioribus Ephesiorum, *Beatius est dare, quam accipere,* Act. 20. 35.
secreto audierat. Videamus itaque quid nunc quoque dicat. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu et voce archangeli, et in tuba ultima descendet de cælo.* Quod etiam Christus tunc dixit, *Virtutes cælorum movebuntur.* Matth. 24. 29.
Quare autem in tuba? Etenim in monte Sinai hoc videmus, et illic quoque angelos. Quid autem sibi

vult vox archangeli? Sicut dicebat de virginibus:
Matth. 25. 6. Exsurgite, venit sponsus. Aut hoc dicit, aut quod sicut fit erga regem : ita etiam tunc erit, angelis ministrantibus ad resurrectionem. Dicit enim, Resurgant mortui; et fit opus, non angelis ad hoc vim habentibus, sed verbo ejus : ac si rex jusserit et dixerit : Exeant qui sunt conclusi, et ministri educant, non utique hoc jam faciunt ex sua virtute, sed ex illa voce. Hoc alibi quoque dicit
Ib. 24. 31. Christus: *Mittet angelos suos cum tuba magna, et congregabunt electos ipsius a quatuor ventis, ab extremis cælorum :* et ubique vides discurrentes angelos. Archangelum ergo arbitror esse eum qui præest, et hoc clamat iis qui missi sunt : Facite ut sint omnes parati : adest enim Judex. Quid est, *In ultima tuba?* Hic ostendit multas esse tubas, et in ultima descendere Judicem. *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus.* 17. *Itaque consolamini invicem in verbis istis.* Si est descensurus, cur rapiemur? Honoris causa. Rege enim civitatem ingrediente, qui sunt in honore, exeunt obviam : qui sunt autem rei et condemnati, intus exspectant judicem. Et cum benevolus quidem adventarit pater, filii quidem, et qui digni sunt filii, in curru educuntur, ut videant et exosculentur : qui autem offenderunt famuli, eum intus exspectant. In vehiculo ferimur Patris : etenim ipse eum excepit in nubibus, et nos rapiemur in nubibus. Vides quantus sit honor? et ei descendenti obviam procedimus, et quod est omnium beatissimum, sic cum
Psal. 105. 2. eo erimus. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudationes ejus?* Quam multis bonis dignatus est genus humanum? Primi resurgunt qui excesserunt, et sic simul fiet occursus. Abel qui ante omnes decessit, tunc simul ibit obviam cum omnibus. Quamobrem in hoc aliis nihilo erunt superiores; sed qui interiit, qui tot annos fuit in terra, cum illis ibit obviam, et omnes alii. Nam si illi quidem nos exspectassent ut coronaremur, sicut alibi dicit scribens,
Hebr. 11. 40. *Deo pro nobis aliquid melius providente, ut non sine nobis consummarentur;* multo magis nos quoque illos. Vel potius illi quidem exspectarent, nos autem minime : in momento enim fit resurrectio, in ictu oculi. Quod autem dicitur quod congregantur, id est, ubique quidem resurgunt, congregantur autem ab angelis. Atque quod resurgant, est Dei potentiæ jubentis terram di-

ἐπὶ βασιλέως, οὕτω καὶ τότε ἔσται, ἀγγέλων πρὸς τὴν ἀνάστασιν ὑπηρετουμένων. Λέγει γὰρ, ἀναστῶσιν οἱ νεκροί· καὶ γίνεται τὸ ἔργον, οὐ τῶν ἀγγέλων πρὸς τοῦτο ἰσχυόντων, ἀλλὰ τοῦ ῥήματος αὐτοῦ· ὡσανεὶ
C βασιλέως κελεύσαντος καὶ εἰπόντος, ἐξέλθοιεν οἱ συγκεκλεισμένοι, καὶ οἱ ὑπηρέται ἐξάγοιεν, οὐκέτι λοιπὸν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἰσχύος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς φωνῆς ἐκείνης τοῦτο ποιοῦσι. Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ ὁ Χριστὸς λέγει· Ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων αὐτῶν. Καὶ πανταχοῦ τοὺς ἀγγέλους ὁρᾷς διατρέχοντας. Τὸν οὖν ἀρχάγγελον οἶμαι τὸν ἐφεστῶτα εἶναι τοῖς ἀπεσταλμένοις βοῶντα τοῦτο, ὅτι ἑτοίμους ποιεῖτε πάντας· πάρεστι γὰρ ὁ
μίαν, ἵνα μὴ τὸν μισθὸν ἡμῶν ὑποτέμηται. Αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς, φησὶν, οἴδατε. Τί οὖν περιεργάζεσθε, εἰ πεπεισμένοι ἐστέ; Ὅτι δὲ ἄδηλον τὸ μέλλον, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς εἶπε, μάνθανε· ὅτι δὲ διὰ τοῦτο εἶπεν, 488 A ἄκουσον τί φησί· Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγεν· Ὅταν δὲ λέγωσιν, Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν. Ἐνταῦθα τοῦτο ᾐνίξατο, ὅπερ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ εἶπεν ἐπιστολῇ. Ἐπειδὴ γὰρ οὗτοι μὲν ἦσαν ἐν θλίψεσιν, οἱ δὲ πολεμοῦντες αὐτοὺς ἐν ἀνέσει καὶ ἐν τρυφῇ, εἶτα αὐτὸς μὲν παρεμυθεῖτο τὰ παρόντα δεινὰ τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ, ἐκεῖνοι δὲ ἐπηρέαζον ἐκ τῶν προγονικῶν ἐνθυμημάτων φθεγγόμενοι καὶ ἔλεγον, πότε B ἔσται; (ὅπερ καὶ οἱ προφῆται ἔλεγον· Οὐαὶ οἱ λέγοντες, τὸ τάχος ἐγγισάτω, ἃ ποιήσει ὁ Θεὸς, ἵνα ἴδωμεν· καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν· καὶ πάλιν· Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου (οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐπιθυμοῦντας λέγει, ἀλλὰ τοὺς ἐκ τοῦ ἀπιστεῖν ἐπιθυμοῦντας)· καὶ, Ἡ ἡμέρα Κυρίου σκότος, φησὶ, καὶ οὐ φῶς)· διὰ τοῦτο εἴρηκεν οὕτω. Καὶ ὅρα πῶς αὐτοὺς παραμυθεῖται· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· μὴ τὸ ἐν εὐπαθείᾳ εἶναι αὐτοὺς τεκμήριον ποιείσθωσαν τοῦ μὴ παραγίνεσθαι τὴν κρίσιν· οὕτω C μὲν οὖν καὶ παραγίνεται. Ἄξιον δὲ καὶ ἐκεῖνο ζητῆσαι· εἰ ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ ὁ Ἠλίας ἔρχεται, πῶς ὅταν λέγωσιν, Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αὐτοῖς αἰφνίδιος ὄλεθρος ἐφίσταται; ταῦτα γὰρ οὐκ ἀφίησι μὴ εἰδέναι τὴν ἡμέραν, τεκμήρια ὄντα τῆς παρουσίας αὐτῆς. Ἀλλ' οὐ τοῦτον τὸν καιρὸν αἰνίττεται, τοῦ ἀντιχρίστου λέγω, οὔτε τὴν ἡμέραν ἐκείνην φησὶν, ὅτι σημεῖον ἔσται τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι ὁ Χριστὸς οὐχ ἕξει σημεῖον, ἀλλ' ἀθρόον καὶ D ἀπροσδοκήτως ἥξει. [a] Καὶ μὴν τῇ κυούσῃ, φησὶν, οὐκ ἐφίσταται ἀδήλως· οἶδε γὰρ ὅτι μετὰ ἐννέα μῆνας ἔσται ὁ τόκος. Καὶ σφόδρα μὲν οὖν ἀδήλως· αἱ μὲν γὰρ ἑπταμηνιαῖα ἔτεκον, αἱ δὲ ἐννεαμηνιαῖα· ἄλλως δὲ καὶ ἡ ἡμέρα καὶ ἡ ὥρα ἄδηλος τοῦ τόκου. Πρὸς τοῦτο οὖν φησι ταῦτα ὁ Παῦλος. Καὶ ἀκριβὴς ἡ εἰκών· οὐ γὰρ πολλὰ τῆς ὠδῖνός ἐστι τὰ τεκμήρια· πολλαὶ γοῦν οὕτω καὶ ἐν ὁδοῖς καὶ τῆς οἰκίας ἔξω, μὴ προειδυῖαι, ἔτεκον. Οὐ τὸ ἄδηλον δὲ μόνον ἐνταῦθα ᾐνίξατο, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ὀδύνης πικρόν. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνη παί- E ζουσα, γελῶσα, οὐδὲν ὅλως προορωμένη, ἐξαίφνης ἀῤῥήτοις κατασχεθεῖσα πόνοις διακόπτεται ταῖς ὠδῖσιν· οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ ἐκεῖναι, τῆς ἡμέρας ἐπελθούσης ἐκείνης. Καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν. Εἶτα δεικνὺς ὅτι οὐ περὶ αὐτῶν ταῦτα λέγει, ἐπήγαγεν· Ὑμεῖς δὲ,

plura, ex eo quod ignoretur decessus? Interim autem sufficit hæc didicisse. Propterea tamquam fur, sic venit in nocte, ne nos in vitium præcipites 488 demus, ne in socordiam, ne merces nobis amputeA tur. *Ipsi enim,* inquit, *exacte et accurate scitis.* Quid ergo curiose scrutamini, si id est vobis persuasum? Quod autem futurum sit incertum, disce ex eis quæ dixit Christus: quod enim propterea hoc dixerit, audi quid dicat: *Vigilate er-* Matth. 24. *go, quia nescitis qua hora fur veniat.* Propterea 42. Paulus quoque dicebat: 3. *Cum enim dixerint, Pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habentis, et non effugient.* Hic id subindicavit, quod etiam B in secunda Epistola. Nam quoniam isti quidem erant in afflictione, qui vero ipsos oppugnabant, in otio et deliciis: tum ipse quidem eos de malis præsentibus consolabatur sermone de resurrectione; illi autem insultabant ex avorum loquentes cogitationibus, et dicentes: Quando erit? (quod quidem carpebant etiam prophetæ: *Væ dicentes,* Isai. 5. 19. *Cito appropinquent quæ faciet Dominus, ut videamus; et veniat consilium sancti Israel, ut cognoscamus;* et rursus, *Væ qui desiderant* Amos 5. 18. C *diem Domini* (non enim absolute dicit eos qui desiderant, sed eos qui desiderant eo quod non credant); et, *Dies Domini,* inquit, *tenebræ, et* Ibid. *non lux*): ideo hoc dicit. Vide ergo quomodo eos consolatur Paulus, quasi diceret: Non ex eo, quod in voluptate vivant et deliciis, conjiciant quod non adveniat judicium: nam sic quoque advenit. Operæ pretium est autem illud quoque quærere: Si Antichristus venit, et Elias venit, D quomodo quando dicunt, *Pax et securitas,* tunc eis repentinus supervenit interitus? hæc enim non sinunt diem ignorari, cum sint indicia ejus adventus. Sed non hoc tempus Antichristi subindicat, neque illum diem; quoniam illud erit signum adventus Christi, ipse autem non habebit signum, sed statim et repente veniet et ex inopinato. At enim prægnanti, inquit, tempus non clam supervenit; scit enim post novem menses partum futurum. Imo vero valde incerta res est: nam aliæ pariunt E septimo mense, aliæ nono: alioquin etiam et dies et hora partus est incerta. Hic ergo est Pauli scopus. Et accurata est similitudo: non sunt enim multa partus indicia: nam multæ etiam in viis pariunt et extra domum, cum non præscivissent. Non solum autem hic innuit tempus incertum, sed

[a] [Sic recte Colb. Editi καὶ γὰρ τῇ κ.]

etiam doloris acerbitatem. Sicut enim illa ludens, ridens, nihil omnino prævidens, repente inexplicabilibus arrepta doloribus, in pariendo labore discerpitur : ita etiam animæ illæ, cum dies advenerit. *Et non effugient.* Deinde ostendens se de illis non loqui, subjungit : 4. *Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies ille tamquam fur comprehendat.*

3. Hic tenebricosam et impuram dicit vitam. Tamquam enim in nocte omnia agunt impuri et scelerati homines, omnes latentes, et se in tenebris includentes. Nam dic mihi, nonne vesperam observat adulter, nonne fur noctem? et qui sepulcra effodit, annon nocte id totum operatur? Quid vero; annon tamquam fur eos comprehendit? annon eis clanculum advenit? Sed ipsis scientibus? Quomodo ergo dicit, *Non indigetis ut scribamus vobis?* Hic loquitur non respiciens ad incertum tempus, sed ad calamitatem : hoc est, non veniet in malum ipsorum. Nam obscure et clam eis etiam veniet, sed eos in nullam conjiciet molestiam. *Ut dies,* inquit, *vos tamquam fur comprehendat.* Nam apud eos qui vigilant et sunt in luce, etiamsi ingressus fuerit latro, nihil damni afferre poterit : ita etiam in iis qui recte vivunt; sed illis qui dormiunt omni re spoliatis et nudatis recedit, iis, inquam, qui his nimium confidunt. Deinde aliud subjungit : 5. *Omnes enim vos,* inquit, *filii lucis estis, et filii diei.* Et quomodo fieri potest ut sint filii diei? Tamquam filii perditionis, tamquam filii gehennæ.
Matth. 23. 15. Ideo Christus dicebat Pharisæis : *Væ vobis, quoniam circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselytum; et cum factus fuerit, faci-*
Col. 3. 6. *tis eum filium gehennæ;* et Paulus, *Propter quæ venit ira Dei super filios inobedientiæ;* hoc est, qui quæ sunt gehennæ faciunt, qui quæ sunt inobedientiæ. Ut ergo filii Dei sunt qui agunt quæ Deo placent, ita etiam filii diei et filii lucis, qui agunt quæ sunt lucis. *Non sumus noctis neque tenebrarum.* 6. *Igitur non dormiamus, sicut et cæteri, sed vigilemus et sobrii simus.* 7. *Qui dormiunt, nocte dormiunt; et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt :* 8. *nos autem, qui diei sumus, sobrii simus.* Hic ostendit quod in die esse, sit nostrum. Nam hic quidem, dico de hac die et nocte, non est nostrum, sed vel nobis invitis venit nox, et nobis nolentibus adest somnus : in illa autem nocte et somno non est ita, sed licet perpetuo vigilare, licet perpetuo diem agere. Nam animæ claudere oculos, et a vitio somnum inducere, non est naturæ, sed liberi

ἀδελφοὶ, οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ.

Ἐνταῦθα τὸν σκοτεινὸν καὶ ἀκάθαρτον βίον φησί.
F Καθάπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πάντα πράττουσιν οἱ μιαροὶ καὶ πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων, πάντας λανθάνοντες, καὶ ἐν σκότῳ κατακλείοντες ἑαυτούς. Εἰπὲ γάρ μοι, οὐχὶ τὴν ἑσπέραν παρατηρεῖ ὁ μοιχός; καὶ οὐχὶ τὴν νύκτα ὁ κλέπτης; ὁ τυμβωρύχος οὐχὶ πᾶσαν τὴν ἐργασίαν ἐν νυκτὶ ἔχει; Τί οὖν; οὐχὶ ὡς κλέπτης αὐτοὺς κατα-
469 λαμβάνει; οὐχὶ καὶ αὐτοῖς ἀδήλως ἐφίσταται; Ἀλλὰ
A προϊσασι; Πῶς οὖν λέγει, Οὐ χρείαν ἔχετε γράφεσθαι ὑμῖν; Ἐνταῦθα οὐ πρὸς τὸ ἄδηλόν φησιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν συμφοράν· τουτέστιν, οὐκ ἐπὶ κακῷ τῷ αὐτῶν ἥξει. Ἀδήλως μὲν γὰρ ἥξει καὶ αὐτοῖς, πλὴν ἀλλ' οὐδενὶ περιβαλεῖ λυπηρῷ. Ἵνα ἡ ἡμέρα, φησὶν, ὡς κλέπτης ὑμᾶς καταλάβῃ. Ἐπὶ γὰρ ἐγρηγορότων καὶ ἐν φωτὶ ὄντων κἂν γένηταί τις εἴσοδος λῃστοῦ, οὐδὲν λυμήνασθαι δυνήσεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὀρθῶς ζώντων· ἀλλ' ἐκείνους τοὺς καθεύδοντας πάντων γυμνώσας ἄπεισι, τοὺς τοῖς ἐνθάδε θαῤῥοῦντας. Εἶτα καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτῶν· ἐπάγει γάρ· Πάντες γὰρ ὑμεῖς, φησὶν, υἱοὶ φωτός ἐστε καὶ υἱοὶ ἡμέρας. Καὶ πῶς ἔνι,
B φησὶν, υἱοὺς ἡμέρας εἶναι; Ὡς υἱοὺς ἀπωλείας, ὡς υἱοὺς γεέννης. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε τοῖς Φαρισαίοις· Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν γεέννης υἱόν· καὶ ὁ Παῦλος· Δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, τουτέστι, τοὺς τὰ τῆς γεέννης πράττοντας, τοὺς τὰ τῆς ἀπειθείας. Ὥσπερ οὖν υἱοὶ τοῦ Θεοῦ οἱ τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα πράττοντες, οὕτω καὶ υἱοὶ ἡμέρας καὶ υἱοὶ φωτὸς, οἱ τὰ τοῦ φωτὸς πράττοντες.
C Οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς οὐδὲ σκότους. Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. Οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσιν· ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν. Δείκνυσιν ἐνταῦθα ὅτι τὸ ἐν ἡμέρᾳ εἶναι ἡμῶν ἐστι. Καὶ ἐνταῦθα μὲν, ἐπὶ τῆς ἡμέρας ταύτης καὶ τῆς νυκτὸς λέγω, οὐχ ἡμῶν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀκόντων ἡμῶν ἔρχεται ἡ νὺξ, καὶ μὴ βουλομένων ὁ ὕπνος ἐφίσταται· ἐπὶ δὲ τῆς νυκτὸς ἐκείνης καὶ τοῦ ὕπνου, οὐκέτι, ἀλλ' ἔξεστι διαπαντὸς ἐγρηγορέναι, ἔξεστι διαπαντὸς ἡμέραν
D ἄγειν. Τοὺς γὰρ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς κλεῖσαι, καὶ τὸν ὑπὸ τῆς κακίας ὕπνον ἐπαγαγεῖν, οὐκ ἔστι φύσεως, ἀλλὰ προαιρέσεως. Ἀλλὰ γρηγορῶμεν, φησὶ,

καὶ νήφωμεν. Ἔξεστι γὰρ ἐγρηγορότα καθεύδειν, μηδὲν πράττοντα ἀγαθόν· διὰ τοῦτο ἐπήγαγε, Καὶ νήφωμεν. Καὶ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ ἂν γρηγορῇ τις, μὴ νήφῃ δὲ, μυρίοις περιπεσεῖται δεινοῖς. Ὥστε γρηγορήσεως ἐπίτασις ἡ νῆψις ἐστίν. Οἱ καθεύδοντες, φησὶ, νυκτὸς καθεύδουσι, καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσι. Μέθην ἐνταῦθά φησιν οὐ τὴν ἀπὸ τοῦ οἴνου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ πάντων τῶν κακῶν. Καὶ γὰρ μέθη ψυχῆς πλοῦτος, καὶ χρημάτων ἐπιθυμία, καὶ σωμάτων ἔρως, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν εἴπῃς, μέθη ψυχῆς ἐστι. Διὰ τί δὲ ὕπνον τὴν κακίαν ἐκάλεσεν; Ὅτι πρῶτον μὲν ἀνενέργητός ἐστι πρὸς τὴν ἀρετὴν ὁ τοιοῦτος· ἔπειτα, ὅτι πάντα φαντασιοῦται, καὶ οὐδὲν ἀληθὲς ὁρᾷ, ἀλλ' ὀνειράτων ἐστὶ μεστὸς, καὶ ἀτόπων πολλάκις πραγμάτων· ἂν δέ τι χρηστὸν ἴδῃ, οὐδὲν ἔχει βέβαιον οὐδὲ πεπηγός. Τοιοῦτος ὁ παρὼν βίος ἐστίν· ὀνειράτων καὶ φαντασίας γέμει. Ὁ πλοῦτος ὄναρ, ἡ δόξα, πάντα τὰ τοιαῦτα. Ὁ καθεύδων, τὰ μὲν ὄντα καὶ ἀληθῶς ὑφεστῶτα οὐχ ὁρᾷ, τὰ δὲ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα φαντασιοῦται. Τοιαύτη ἡ κακία ἐστὶ, καὶ ὁ ἐν κακίᾳ βίος· οὐχ ὁρᾷ τὰ ὄντα, τουτέστι, τὰ πνευματικὰ, τὰ οὐράνια, τὰ μένοντα, ἀλλὰ τὰ ῥέοντα καὶ ἀφιπτάμενα καὶ ἀποπηδῶντα ταχέως ἡμῶν. Οὐκ ἀρκεῖ δὲ ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν, ἀλλὰ δεῖ καὶ καθοπλίζεσθαι. Κἂν γὰρ ἐγρηγορώς τις ᾖ καὶ νήφων, μὴ ἔχῃ δὲ ὅπλα, ταχέως αὐτὸν οἱ λῃσταὶ κατεργάζονται. Ὅταν οὖν καὶ ἐγρηγορέναι χρὴ καὶ νήφειν καὶ καθοπλίζεσθαι, ἡμεῖς δὲ ἄοπλοι καὶ γυμνοὶ ὦμεν καὶ καθεύδωμεν, τίς κωλύσει ἐκεῖνον πῆξαι τὴν μάχαιραν; Διὸ καὶ τοῦτο δηλῶν, ὅτι ὅπλων ἡμῖν δεῖ, ἐπήγαγεν· Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες νήφωμεν, ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης, καὶ περικεφαλαίαν, ἐλπίδα σωτηρίας. Πίστεως καὶ ἀγάπης, φησίν. Ἐνταῦθα βίον μετὰ δογμάτων ὀρθῶν αἰνίττεται. Ὅρα πῶς ἐδήλωσε τί ἐστι τὸ ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν, τὸ ἔχειν θώρακα, φησὶ, πίστεως καὶ ἀγάπης. Πίστιν οὐ τὴν τυχοῦσάν φησιν, ἀλλὰ τὴν ζέουσαν, τὴν εἰλικρινῆ, τὴν ἀχειρώτους ποιοῦσαν τοὺς προβεβλημένους αὐτήν. * Ὥσπερ τὸν θώρακα οὐδὲν ἂν διατέμοι ταχέως, ἀλλ' ἔστιν ἀφανὲς τειχίον τῷ στήθει· οὕτω καὶ σὺ πίστιν καὶ ἀγάπην περιέλασον τῇ ψυχῇ, καὶ οὐδὲν τῶν πεπυρωμένων βελῶν τοῦ διαβόλου ἐμπαγῆναι δυνήσεται. [a] Ἔνθα γὰρ ᾖ προκατειλημμένη τῷ τῆς ἀγάπης ὅπλῳ τῆς ψυχῆς ἡ δύναμις, πάντα εἰκῇ καὶ μάτην κατασκευάζουσιν οἱ ἐπιβουλεύοντες. Οὔτε γὰρ πονηρία, οὐκ ἔχθρα, οὐ βασκανία, οὐ κολακεία, οὐχ ὑπόκρισις, οὐκ ἄλλο οὐδὲν καθικέσθαι δυνήσεται τῆς τοιαύτης ψυχῆς. Οὐχ ἁπλῶς δὲ ἀγάπην εἶπεν, ἀλλ'

arbitrii. *Sed vigilemus*, inquit, *et sobrii simus.* Licet enim ei qui vigilat dormire, nihil boni agendo: propterea subjunxit, *Et sobrii simus.* Etenim in die si quis vigilet, non sit autem sobrius, in mala incidet innumerabilia. Quamobrem vigiliæ intensio est sobrietas. *Qui dormiunt*, inquit, E *noctu dormiunt; et qui inebriantur, noctu inebriantur.* Ebrietatem hic dicit, non eam solum quæ est a vino, sed eam etiam quæ est ab omnibus malis. Ebrietas enim animæ sunt divitiæ, et pecuniæ cupiditas, et amor corporum; et quodcumque dixeris, est ebrietas animæ. Cur autem vitium vocavit somnum? Quoniam primum quidem qui est ejusmodi, caret omni actione virtutis: deinde visione et phantasia omnia appre- F hendit, nihil verum videt, sed est plenus somniis et absurdis sæpe rebus: si quid autem boni viderit, nihil habet firmum nec solidum. Talis est vita præsens: est plena somniis et visione. Divitiæ sunt somnium, et gloria, et quæcumque sunt 490 A hujusmodi. Qui dormit, ea quæ sunt et quæ vere consistunt non videt: quæ autem non sunt, tamquam quæ sint visione apprehendit. Tale est vitium, et quæ in vitio agitur vita: non videt quæ sunt, hoc est, spiritualia, cælestia, manentia; sed quæ fluunt et avolant, et cito a nobis resiliunt. Non satis est autem vigilare, et esse sobrium, sed etiam oportet armari. Nam etiamsi quis sit vigilans et sobrius, non habeat autem arma, latrones eum cito conficiunt. Cum ergo nos opor- B teat et vigilare, et esse sobrios, et armari; simus autem inermes et nudi, et dormiamus: quis vetabit quominus in nos defigat ensem? Quare significans armis opus esse nobis, subjungit: 8. *Nos autem qui diei sumus, vigilemus, induti loricam fidei et caritatis, et galeam spem salutis. Fidei*, inquit, *et caritatis.* Hic vitam innuit et recta dogmata. Vide quomodo ostendit quid sit vigilare et esse sobrium, nempe habere loricam fidei et caritatis. Non quamvis dicit fidem, sed ferventem, sinceram, quæ tutos servare possit ea utentes. Sicut loricam nihil facile dissecuerit, sed C est occultus murus pectori: ita etiam tu fidem et caritatem adige animæ, et nullum ex ignitis telis diaboli poterit infigi. Ubi enim armis caritatis protecta et munita est vis animæ, omnia temere ac frustra struunt et parant qui insidiantur: neque enim malitia, nec inimicitiæ, nec invidia, non

Omne vitium est ebrietas animæ.

* [Colb. et marg. Savil. ὥσπερ τὸν στρατιωτικὸν θώρακα.]

[a] [Fort. ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ.]

assentatio, non hypocrisis, aut quid ejusmodi animam poterit attingere. Non solum dixit caritatem, sed tamquam loricam validam indui oportere dixit. Deinde subjungit, *Et galeam spem salutis*. Sicut enim galea conservat id quod est præcipuum in nobis, nempe caput, amplectens et undique tegens : ita etiam spes non sinit rationem concidere, sed rectam constituit tamquam caput, nihil externum in ipsum sinens cadere. Quamdiu autem nihil in eam cadit, nec ipsa labitur : is enim qui est his armis munitus, fieri non potest
1. Cor. 13. 13. ut cadat. *Manent enim fides, spes, caritas, tria hæc*. Deinde cum dixisset, Induite, et circumponite; ipse apparat arma, et ostendit unde prodeant fides, spes, et caritas, et fiant arma fortiora, dum subjungit : 9. *Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum,* 10. *qui mortuus est pro nobis.*

4. Quamobrem non ad hoc vocavit ut perderet, sed ut servaret. Quod autem hoc velit, undenam constat? Filium suum dedit pro nobis : adeo desiderat ut nos salvi simus, ut Filium suum dederit, et non solum dederit, sed dederit ad mortem. Ex his cogitationibus et considerationibus spes nascitur. Ne de te enim desperes, o homo, ad Deum veniens, qui propter te ne Filio quidem suo pepercit : ne propter mala præsentia animum despondeas. Qui Unigenitum dedit ut te servaret, et eriperet a gehenna, cuinam de cætero parcet pro tua salute? Quamobrem oportet omnia bona sperare. Si enim iremus ad judicem nos judicaturum, et qui pro nobis tantam ostendisset dilectionem ut filium suum mactaret, non extimesceremus. Bona ergo speremus et magna : caput enim et summam accepimus, si credimus. Vidimus enim exemplum; diligamus : extremæ enim esset amentiæ, eum non diligere qui ita est affectus. *Ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus.* 11. *Propter quod consolemini invicem et ædificate alterutrum, sicut et facitis.* Et rursus alibi, *Sive vigilemus, sive dormiamus*. Sed alterum illic dicit somnum, et hic alterum : hic enim mortem dicit corporalem, illic vero incuriam circa vitam. Hoc est, Pericula ne formidetis; etiamsi mortui fuerimus, vivemus : ne desperes, quoniam es in periculo; habes pignus certum et validum : si non nostri amore valde arderet, Filium suum non dedisset. Quamobrem etiamsi mortuus fueris, vives : nam ipse

ὡς θώρακα ἰσχυρὸν εἶπεν ἐνδύσασθαι. Εἶτα οὕτως εἰπὼν ἐπάγει· Καὶ περικεφαλαίας, ἐλπίδα σωτηρίας. Καθάπερ γὰρ ἡ περικεφαλαία τὸ καίριον σώζει τῶν ἐν ἡμῖν, τὴν κεφαλὴν περιβάλλουσα καὶ πάντοθεν στεγάζουσα· οὕτω καὶ ἡ ἐλπὶς τὸν λογισμὸν οὐκ ἀφίησι διαπεσεῖν, ἀλλ' ὀρθὸν ἵστησιν ὥσπερ κεφαλὴν, οὐδὲν τῶν ἔξωθεν εἰς αὐτὸν πεσεῖν ἐῶσα. Ἕως δ' ἂν μηδὲν καταφέρηται, οὐδὲ αὕτη ἐπολισθαίνει· τὸν γὰρ τούτοις πεφραγμένον τοῖς ὅπλοις οὐκ ἔνι ποτὲ πεσεῖν. Μένει γὰρ, φησὶ, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα. Εἶτα εἰπὼν, ἐνδύσασθε καὶ περιθέσθε, αὐτὸς κατασκευάζει τὰ ὅπλα λοιπὸν, καὶ δείκνυσιν ὅθεν ἂν τεχθείη πίστις καὶ ἐλπὶς καὶ ἀγάπη, καὶ τὰ ὅπλα ἰσχυρότερα γένοιτο, ἐπάγων καὶ λέγων· Ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν.

Ὥστε οὐ πρὸς τοῦτο ἐκάλεσεν εἰς τὸ ἀπολέσαι, ἀλλ' εἰς τὸ σῶσαι. Καὶ ὅτι τοῦτο βούλεται, πόθεν δῆλον; Τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, φησίν· οὕτως ἡμᾶς ἐπιθυμεῖ σωθῆναι, ὅτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἔδωκε, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἔδωκεν, ἀλλ' εἰς θάνατον. Ἀπὸ τούτων τῶν λογισμῶν ἡ ἐλπὶς τίκτεται. Μὴ γὰρ ἀπογνῷς, ἄνθρωπε, πρὸς τὸν Θεὸν ἀπερχόμενος τὸν μηδὲ Υἱοῦ φεισάμενον διὰ σέ· μὴ ἀπαγορεύσῃς τοῖς παροῦσι κακοῖς. Ὁ τὸν Μονογενῆ δοὺς, ἵνα σε σώσῃ καὶ τῆς γεέννης ἐξέληται, τίνος φείσεται λοιπὸν ὑπὲρ τῆς σῆς σωτηρίας; Ὥστε ἐλπίζειν χρὴ πάντα χρη-
491 στά. Οὐδὲ γὰρ, εἰ πρὸς δικαστὴν ἀπῄειμεν μέλλοντα κρίνειν ἡμᾶς, καὶ τοσαύτην ἀγάπην ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιδεδειγμένον, ὡς τὸν υἱὸν κατασφάξαι, ἐδείσαμεν ἄν. Ἐλπίζωμεν οὖν χρηστὰ καὶ μεγάλα· τὸ γὰρ κεφάλαιον ἐλάβομεν, εἰ πιστεύομεν. Εἴδομεν γὰρ τὸ ὑπόδειγμα· ἀγαπήσωμεν· ἐσχάτης γὰρ ἀνοίας τὸ μὴ τὸν οὕτω διατεθέντα ἀγαπῆσαι. Ἵνα, εἴτε γρηγοροῦμεν, φησὶν, εἴτε καθεύδομεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν. Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, * Εἴτε γρηγοροῦμεν, εἴτε καθεύδομεν. Ἀλλ' ἕτερον ἐκεῖ τὸν ὕπνον φησὶ, καὶ ἕτερον ἐνταῦθα· ἐνταῦθα μὲν γὰρ τὸν θάνατον δηλοῖ τὸν σωματικὸν, ἐκεῖ δὲ τὴν περὶ τὸν βίον ἀμέλειαν. Ὃ οὖν δηλοῖ, τοῦτό ἐστι· Τοὺς κινδύνους μὴ δεδοίκατε· κἂν ἀποθάνωμεν, ζησόμεθα. Μὴ ἀπελπίσῃς, ὅτι κινδυνεύεις· ἔχεις ἐνέχυρον ἀσφαλές· οὐκ ἂν, εἰ μὴ σφόδρα ἡμῶν περιεκαίετο, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἔδωκεν. Ὥστε κἂν ἀποθάνῃς, ζήσῃ· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἀπέθανεν. Ἄν τε οὖν ἀποθάνωμεν, ἄν τε ζῶμεν, μετ' αὐτοῦ ζησόμεθα. Ἀδιάφορον τοῦτο ἔχω· οὐδέν

* [Hic menda subest. Voluit haud dubie Chrys. verba versiculi sexti allegare : *μὴ καθεύδωμεν, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν.* Probant id etiam quæ sequuntur.]

μοι μέλει, ἄν τε ζῶ, ἄν τε ἀποθάνω· μετ' ἐκείνου γὰρ ζησόμεθα. Πάντα οὖν ὑπὲρ ἐκείνης πράττωμεν τῆς ζωῆς, πάντα πρὸς ἐκείνην ὁρῶντες ἐργασώμεθα. Σκότος ἐστὶν ἡ κακία, ἀγαπητὲ, θάνατός ἐστι, νύξ ἐστιν, οὐδὲν ὁρῶμεν τῶν δεόντων, οὐδὲν πράττομεν τῶν προσηκόντων. Καθάπερ οἱ νεκροὶ δυσειδεῖς εἰσι καὶ ὀδωδότες, οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἐν κακίᾳ πολλῆς εἰσιν ἀκαθαρσίας μεσταί· μέμυκεν αὐτῶν τὰ ὄμματα, τὸ στόμα συνείληπται, ἀκίνητοι μένουσιν ἐν τῇ κλίνῃ τῆς κακίας· μᾶλλον δὲ τῶν ταῦτα παθόντων D ἐλεεινότεροι. Οὗτοι μὲν γὰρ πρὸς ἑκάτερα νεκροὶ, ἐκεῖνοι δὲ πρὸς μὲν ἀρετὴν ἀναίσθητοι, ζῶντες δὲ πρὸς κακίαν. Νεκρὸν κἂν πλήξῃ τις, οὐκ αἰσθάνεται, οὐδὲ ἀμύνεται· ἀλλ' [a] ὥσπερ ξύλον αὖον, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ αὖον ὄντως ἐστὶν, ἀποβαλοῦσα τὴν ζωήν· μυρία καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβάνει τραύματα, καὶ οὐδενὸς αἰσθάνεται, ἀλλ' ἀναλγήτως πρὸς πάντα διάκειται. Οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τοῖς μεμηνόσιν αὐτοὺς παραβάλλων, τοῖς μεθύουσι, τοῖς παραπαίουσι. Πάντα δὲ ταῦτα ἔχει ἡ κακία, καὶ πάντων ἐστὶ χαλεπω- E τέρα. Ὁ μαινόμενος ἔχει πολλὴν συγγνώμην παρὰ τῶν ὁρώντων· οὐ γάρ ἐστι προαιρέσεως τὸ νόσημα, ἀλλὰ φύσεως μόνης· ὁ δὲ ἐν κακίᾳ διάγων, πόθεν συγγνωσθήσεται; Πόθεν οὖν ἡ κακία; πόθεν οἱ πλείους κακοί; Πόθεν ἐρωτᾷς; εἰπέ μοι σὺ, πόθεν ἡ κακία τῶν νοσημάτων; πόθεν φρενῖτις; πόθεν ὕπνος βαρύς; οὐχὶ ἐξ ἀπροσεξίας; Εἰ τὰ φυσικὰ νοσήματα ἀπὸ προαιρέσεως ἔχει τὴν ἀρχὴν, πολλῷ μᾶλλον τὰ προαιρετικά. Ἡ μέθη πόθεν; οὐχὶ ἐξ ἀκρασίας ψυ- F χῆς; ἡ φρενῖτις οὐχὶ ἀπὸ ὑπερβολῆς πυρετοῦ; ὁ δὲ πυρετὸς οὐχὶ ἀπὸ πλεοναζόντων ἐν ἡμῖν στοιχείων; ἡ πλεονεξία δὲ τῶν ἐν ἡμῖν στοιχείων οὐχὶ ἐξ ἀπροσεξίας; Ὅταν γὰρ ἢ ἐνδείᾳ, ἢ πλεονεξίᾳ εἰς ἀμετρίαν τι τῶν ἐν ἡμῖν ἐξαγάγωμεν, ἀνάπτομεν ἐκεῖνο 492 A τὸ πῦρ. Πάλιν, ἂν τῆς φλογὸς ἀφθείσης, ἐπιμένωμεν καταφρονοῦντες, καθ' ἑαυτῶν ἐργαζόμεθα πυρὰν, ἣν οὐδὲ σβέσαι δυνάμεθα. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κακίας γίνεται· ὅταν ἀρξαμένην αὐτὴν μὴ κωλύωμεν, μηδὲ ἐκκόπτωμεν, οὐδὲ ἐφικέσθαι δυνάμεθα τοῦ τέλους λοιπὸν, ἀλλὰ μείζων γίνεται τῆς ἡμετέρας ἰσχύος. Διὸ, παρακαλῶ, πάντα πράττωμεν, ὥστε μηδέποτε ἀπονυστάξαι. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς φύλακας, ὅτι πολλάκις μικρὸν ἑαυτοὺς δόντες τῷ ὕπνῳ, οὐδὲν ἀπώναντο τῆς πολλῆς φυλακῆς; δι' ἐκείνου γὰρ τοῦ μικροῦ τὸ πᾶν διέφθειραν, τῷ βουλομένῳ κλέψαι πολλὴν δόντες τὴν B ἄδειαν. Καθάπερ γὰρ οὐχ οὕτως ἡμεῖς τοὺς κλέπτας ὁρῶμεν, ὡς ἐκεῖνοι ἡμᾶς ὁρῶσιν· οὕτω καὶ ὁ διάβολος μάλιστα πάντων ἐφέστηκε καὶ ἐνεδρεύει, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας. Μὴ νυστάξωμεν τοίνυν· μὴ εἴπωμεν, παρὰ τοῦτο οὐδὲν, παρ' ἐκεῖνο οὐδέν. Ὅθεν

quoque est mortuus. Sive ergo mortui fuerimus, sive vivamus, cum ipso vivemus. Hoc est indifferens; nihil mea refert vivamne an moriar; cum illo enim vivemus. Omnia ergo agamus pro illa vita, omnia operemur ad illam aspicientes. Tenebræ est vitium, o dilecte, mors est, nox est, nihil videmus eorum quæ oportet, nihil agimus eorum quæ convenit. Sicut mortui sunt deformes et fœtidi, ita animæ eorum qui sunt in vitio, sunt plenæ multa immunditia: clausi sunt eorum oculi, os est compressum, immobiles manent in lecto vitii; imo vero sunt miserabiliores iis quibus hæc accidunt. Nam isti quidem ad utraque sunt mortui; illi autem ad virtutem quidem nullo sunt sensu præditi, viventes autem ad vitium. Mortuum si quis percusserit, non sentit nec ulciscitur, sed sicut lignum aridum, ita etiam anima revera est arida, ut quæ vitam amiserit: innumerabilia quotidie accipit vulnera, et nihil sentit, sed nullo dolore afficitur ad omnia. Non aberraverit si quis eos comparet furiosis, ebriis et delirantibus. Hæc autem omnia habet vitium, et omnibus adhuc graviora. Furioso multum ignoscitur a videntibus; non laborat enim morbo liberi arbitrii, sed solius naturæ: ei autem qui degit in vitio quomodo ignoscetur? Unde ergo vitium? unde fit quod plures sunt mali? Undenam, interrogas tu? dic mihi undenam est vitium morborum? unde morbi? unde est phrenesis? undenam est gravis somnus? annon ex segnitie et ignavia? Si morbi naturales habent initium ab eligente voluntate, multo magis qui sunt liberi arbitrii. Unde ebrietas? annon ex animi intemperantia? phrenesis, annon ex nimia febris vi? febris autem, annon ex elementis quæ abundant in nobis? eorum autem quæ sunt in nobis nimia elementorum abundantia, annon ex segnitie et ex eo quod non attendatur? Quando enim vel defectu vel exsuperatione eduxerimus humorum nostrorum immoderationem, ignem illum accendimus. Rursus, si accensam flammam pergamus despicere, rogum in nobis efficimus, quem ne possumus quidem exstinguere. Ita etiam fit in vitio, quando ipsum incipiens non prohibemus nec exscindimus, neque ad finem ejus deinceps possumus pervenire, sed id nostras vires superat. Quamobrem rogo omnia ita agamus ut numquam dormitemus. Non videtis quod cum custodes sæpe somno se parum dederint, eis magna custodia nihil profuit? nam per illud paucum universum perdiderunt, magna data licen-

[a] Colbertinus unus ὥσπερ ξύλον ξηρὸν αὖον.

tia ac securitate ei qui voluerit suffurari. Nam sicut nos non ita videmus fures sicut illi nos, ita etiam diabolus omnium maxime instat et insidiatur et stridet dentibus. Ne igitur dormitemus : ne dicamus, Nihil mali ex hoc accidit, nihil ex illo. Unde non exspectavimus, sæpe fuimus spoliati. Ita etiam in vitio, unde non exspectavimus, periimus. Omnia diligenter, et accurate circumspiciamus : ne inebriemur, et non dormiemus; ne nos expleamus deliciis, et non dormiemus; ne ad ea quæ sunt externa insaniamus, et perseverabimus in sobrietate : nos omni ex parte componamus : et sicut eos qui super funem intensum gradiuntur, ne parum quidem licet esse socordes; nam quod parum est, magnum affert damnum; eversus enim, statim præcipitatur et perit : ita nec licet nos esse socordes et desides. Angustam ingredimur viam, præcipitiis undique circumdatam, quæ simul duos non capit pedes. Vides quanta sit nobis opus diligentia? Annon vides eos qui via prærupta ingredientur, non solum pedes munire, sed etiam oculos? Nam si alibi videtur attendere, etiamsi pes firmo hæreat vestigio, a profundo caligans oculus universum dejicit. Sed sibi oportet et suo gressui attendere : propterea dicit : Neque ad dexteram, neque ad sinistram. Magnum est vitii profundum, magna præcipitia, magnæ inferius tenebræ, angusta via : attendamus cum timore, cum tremore ambulemus. Nullus via ejusmodi ingrediens est in risum effusus, neque gravatur ebrietate, sed in sobrietate et jejunio ea via ingreditur : nullus hac via incedens aliquid affert superfluum; felix enim est, si succinctus et expeditus possit evadere : nullus suos impedit pedes, sed liberos dimittit et solutos.

Funambuli.

5. Nos autem cum nos ipsos curis alligemus innumerabilibus, et onera innumerabilia quæ ad hanc vitam pertinent gestemus, hiantes et effusi, quomodo exspectamus augusta hac vita posse ingredi? Non simpliciter dixit, Est angusta, sed cum admiratione, *Quam augusta* illa *via!* hoc est, valde augusta. Hoc nos quoque facimus in iis quæ habentur in magna admiratione. Et rursus, *Arcta* inquit, *via quæ ducit ad vitam.* Et recte dixit, *Arcta.* Quando enim et verborum et cogitationum et actionum et omnium debemus rationem reddere, revera est angusta. Angustiorem autem eam facimus, dum nos ipsos extendimus et dilatamus, et pedes ef-

Matth. 7. 14.

Ibid.

οὐ προσεδοκήσαμεν, πολλάκις ἐσυλήθημεν. Οὕτω καὶ ἐπὶ κακίας· ὅθεν οὐ προσεδοκήσαμεν, ἀπωλόμεθα. Πάντα περισκοπῶμεν ἀκριβῶς, μὴ μεθυσκώμεθα,
C καὶ οὐχ ὑπνώσομεν· μὴ τρυφῶμεν, καὶ οὐ καθευδήσομεν· μὴ μαινώμεθα πρὸς τὰ ἔξω, καὶ ἐν νήψει διατελέσομεν. Ῥυθμίζωμεν ἑαυτοὺς πάντοθεν. Καὶ καθάπερ ἐπὶ σχοίνου τεταμένης βαδίζοντας οὐκ ἔνι ῥαθυμῆσαι οὐδὲ μικρόν· τὸ γὰρ μικρὸν μέγα ἐργάζεται κακόν· περιτραπεὶς γὰρ εὐθέως κατηνέχθη καὶ ἀπώλετο· οὕτως οὐδὲ ἡμᾶς δυνατὸν ῥαθυμεῖν. Στενὴν βαδίζομεν ὁδὸν ὑπὸ κρημνῶν ἑκατέρωθεν ἀπειλημμένην, ὁμοῦ δύο πόδας οὐ δεχομένην. Ὁρᾷς πόσης
D ἡμῖν ἀκριβείας δεῖ; Οὐχ ὁρᾷς τοὺς τὰς ἀμφικρήμνους ὁδοιποροῦντας ὁδοὺς, πῶς οὐ τοὺς πόδας ἀσφαλίζονται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμούς; Ἂν γὰρ [a] δόξῃ ἑτέρωθι προσέχειν αὐτὸν, κἂν ὁ ποὺς βεβαίως ἑστήκῃ, ἰλιγγιάσας ἀπὸ τοῦ βάθους ὁ ὀφθαλμὸς τὸ πᾶν κατήνεγκεν. Ἀλλ' ἑαυτῷ δεῖ προσέχειν, καὶ τῇ βαδίσει· διὰ τοῦτό φησι, μήτε δεξιὰ, μήτε ἀριστερά. Πολὺς ὁ βυθὸς τῆς κακίας ἐστὶ, μεγάλοι οἱ κρημνοὶ, πολὺ κάτω σκότος, στενὴ ἡ ὁδός· προσέχωμεν μετὰ φόβου, μετὰ τρόμου περιπατῶμεν. Οὐδεὶς τοιαύτην
E ὁδεύων ὁδὸν, ἐκκέχυται γέλωτι, οὐδὲ βαρεῖται μέθῃ, ἀλλ' ἐν νήψει καὶ προσοχῇ τὴν τοιαύτην ὁδεύει ὁδόν· οὐδεὶς τοιαύτην ὁδεύων ὁδὸν, ἐπιφέρεταί τι τῶν περιττῶν· ἀγαπητὸν γὰρ εὔζωνον ὄντα δυνηθῆναι διαδραμεῖν· οὐδεὶς συμποδίζει τοὺς πόδας τοὺς ἑαυτοῦ, ἀλλ' εὐλύτους ἀφίησιν.

Ἡμεῖς δὲ μυρίαις φροντίσιν ἑαυτοὺς καταδεσμοῦντες, καὶ μυρία φορτία βιωτικὰ ἐπιφερόμενοι, κεχη-
F νότες καὶ ἐκκεχυμένοι, πῶς τὴν στενὴν προσδοκῶμεν βαδίζειν ὁδόν; Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι στενή ἐστιν, ἀλλὰ μετὰ θαυμασμοῦ· Ὅτι στενὴ ἡ ὁδός· τουτέστι, σφόδρα στενή. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν ἐπὶ τῶν πάνυ θαυμαζομένων. Καὶ πάλιν, Τεθλιμμένη, φησὶν,
493 A ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Καὶ καλῶς εἶπε στενή. Ὅταν γὰρ καὶ ῥημάτων καὶ ἐννοιῶν καὶ πράξεων καὶ πάντων ὀφείλομεν εὐθύνας ὑπέχειν, στενὴ ὄντως ἐστί. Στενοτέραν δὲ αὐτὴν ποιοῦμεν ἡμεῖς, πλατύνοντες ἑαυτοὺς καὶ εὐρύνοντες καὶ τοὺς πόδας ἐκχέοντες. Ἡ γὰρ στενὴ παντὶ μὲν δυσχερὴς, μάλιστα δὲ τῷ λιπαινομένῳ, ὡς ὅ γε κατατήκων ἑαυ-

[a] [Pro δόξῃ vellemus aliud verbum, ut συμβῇ. Mox Colb. ἰδεῖν pro προσέχειν, et infra περιτρέπεται σῶμα pro κατήνεγκε.]

τὸν, οὐδὲ αἰσθήσεται τῆς στενοχωρίας· ὥστε ὁ μεμελετηκὼς θλίβεσθαι, οὐδὲ ἀποδυσπετήσει πρὸς τὸ πιέζεσθαι. Μὴ τοίνυν μετὰ ἀνέσεως προσδοκάτω τις τὸν οὐρανὸν ὄψεσθαι· οὐ γὰρ ἔνι. Μηδεὶς μετὰ τρυφῆς ἐλπιζέτω τὴν στενὴν ὁδεύειν ὁδόν· οὐ γὰρ δυνατόν. Μηδεὶς τὴν εὐρύχωρον βαδίζων, τὴν ζωὴν ἐλπιζέτω. Ὅταν οὖν ἴδῃς λούτροις, τραπέζῃ πολυτελεῖ, ἢ δορυφορίαις ἐντρυφῶντα τὸν δεῖνα, μὴ ταλανίσῃς σαυτὸν, ὡς οὐ μετέχοντα τούτων, ἀλλὰ στέναξον ἐκεῖνον, ὅτι τὴν ἀπολλυμένην ὁδεύει ὁδόν. Τί γὰρ ὄφελος ταύτης τῆς ὁδοῦ, ὅταν εἰς θλῖψιν τελευτᾷ; ποῖον δὲ βλάβος ἀπ' ἐκείνης τῆς στενοχωρίας, ὅταν εἰς ἄνεσιν ἔρχηται; Εἰπέ μοι, εἴ τις εἰς τὰ βασίλεια καλούμενος, διὰ στενωπῶν θλιβερῶν καὶ ἀποκρήμνων βαδίζοι, ἕτερος δέ τις τὴν ἐπὶ θάνατον ἀγόμενος διὰ μέσης ἕλκοιτο τῆς ἀγορᾶς, τίνα μακαριοῦμεν, τίνα στενάξομεν; οὐ τὸν διὰ τῆς εὐρυχώρου βαδίζοντα; Οὕτω καὶ νῦν, μὴ τοὺς τρυφῶντας μακαρίζωμεν, ἀλλὰ τοὺς μὴ τρυφῶντας· οὗτοι πρὸς τὸν οὐρανὸν σπεύδουσιν, ἐκεῖνοι πρὸς τὴν γέενναν. Καὶ ἴσως μὲν αὐτῶν πολλοὶ καὶ γελάσονται τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα· ἐγὼ δὲ μάλιστα διὰ τοῦτο ὀδύρομαι καὶ θρηνῶ, ὅτι οὐδὲ ἴσασιν ἐφ' οἷς χρὴ γελᾷν, ὑπὲρ ὧν ἐχρῆν μάλιστα πενθεῖν· ἀλλὰ πάντα συγχέουσι καὶ ταράττουσι καὶ θορυβοῦσι. Διὰ ταῦτα αὐτοὺς ἐγὼ θρηνῶ. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; μέλλων ἀναστήσεσθαι, καὶ λόγον ὑφέξειν τῶν σοι πεπραγμένων, καὶ τὴν ἐσχάτην ὑποστήσεσθαι δίκην, τούτων μὲν οὐδένα λόγον ποιῇ, γαστρίζεσθαι δὲ μελετᾷς καὶ μεθύειν, καὶ πρὸς τούτοις γελᾷς; Ἀλλ' ἐγώ σε θρηνῶ, τὰ μένοντά σε ἐπιστάμενος κακὰ, τὴν διαδεξομένην σε τιμωρίαν· καὶ διὰ τοῦτο θρηνῶ μάλιστα, ὅτι γελᾷς. Πένθησον σὺν ἐμοὶ, θρήνησον μετ' ἐμοῦ τὰ σὰ κακά. Εἰπέ μοι· ἐάν τίς σοι τῶν οἰκείων ἀπόληται, οὐχὶ τοὺς μὲν γελῶντας ἐπὶ τῇ τελευτῇ καὶ ἀποστρέφῃ, καὶ ἐχθροὺς ἡγῇ, τοὺς δὲ δακρύοντας καὶ συμπενθοῦντας φιλεῖς; Εἶτα τῆς μὲν γυναικὸς προκειμένης νεκρᾶς, τὸν γελῶντα ἀποστρέφῃ, τῆς δὲ ψυχῆς σοι τεθανατωμένης, τὸν δακρύοντα ἀποστρέφῃ, γελᾷς δὲ αὐτός; Ὁρᾷς πῶς ἡμᾶς διέθηκεν ὁ διάβολος, ἐχθροὺς ἑαυτοῖς εἶναι καὶ πολεμίους; Ἀνανήψωμέν ποτε, διαβλέψωμεν, γρηγορήσωμεν, ἐπιλαβώμεθα τῆς αἰωνίου ζωῆς, τὸν πολὺν ὕπνον ἀποτιναξώμεθα. Κρίσις ἐστὶ, κόλασίς ἐστιν, ἀνάστασίς ἐστιν, ἐξέτασις τῶν πεπραγμένων· ὁ Κύριος ἔρχεται ἐν νεφέλαις, Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρὰ, φησί· ποταμὸς πυρὸς σύρεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ, σκώληξ ἀτελεύτητος, πῦρ ἄσβεστον, σκότος ἐξώτερον, βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Κἂν μυριάκις ἐπὶ τούτοις δυσχεραίνητε, ἐγὼ λέγων οὐ παύσομαι. Εἰ γὰρ λιθαζόμενοι οἱ προφῆται οὐκ ἐσίγων, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἀπεχθείας δεῖ φέρειν, καὶ μὴ πρὸς χάριν ὑμῖν ὁμιλεῖν,

fundimus. Nam quæ est angusta, est quidem cuilibet difficilis, maxime autem ei qui est obesus: nam qui seipsum quidem macerat, ne sentit quidem B angustias. Quamobrem qui didicerit arctari, neque ægre feret si prematur. Ne ergo exspectet quispiam fore ut in otio et quiete cælos videat; fieri enim non potest: nemo speret cum deliciis viam angustam ingredi; non potest enim hoc esse: nemo in lata via incedens, vitam speret. Cum ergo videris balneas, mensam sumtuosam habentem quempiam et magno stipatum satellitio, esse in deliciis, ne te miserum pronunties quod ea tibi non suppetant, sed illum defle, quod C perdita via incedat. Quid enim prodest hæc via, cum desinat in afflictionem? quid autem lædunt illæ angustiæ, cum veniant ad quietem et animi relaxationem? Dic quæso, si quispiam vocatus ad regiam per angustos ingrediatur angiportus et præcipitia, alius autem abductus ad mortem trahatur per medium forum, quem beatum dicemus? quem deflebimus? annon eum qui per viam angustam ingreditur? Ita nunc quoque non eos D beatos pronuntiemus qui vivunt in deliciis, sed eos qui non deliciantur: hi properant ad cælum, illi ad gehennam. Et fortasse multi ex ipsis etiam ridebunt quæ a nobis dicuntur: ego autem ideo maxime fleo et lugeo, quod nesciant propter quænam ridere oporteat, et pro quibus maxime oporteat flere et lamentari, sed omnia confundunt et turbant. Propterea ego ipsos defleo. Quid dicis, o homo? es resurrecturus, et eorum quæ gesseris E rationem redditurus, et ultimum daturus supplicium; horumque nullam habes rationem, meditaris autem ventri indulgere et inebriari, et ad hæc rides? Sed ego te defleo, ut qui sciam quæ mala te maneant, et supplicium quod te est excepturum; et ideo magis fleo quod tu rides. Luge mecum, tu mala mecum deplora. Dic mihi, si quis ex tuis necessariis tibi perierit, annon eos qui propter ejus decessum rident aversaris et ini- F micos reputas; eos autem qui flent et tecum lugent, diligis? Itane si jaceat uxor mortua, risum avertis; tibi autem morte affecta anima, lacrymantem aversaris, ipse autem rides? Vides quomodo nos affecerit diabolus, ut nobis ipsis 494 A simus inimici et hostes? Tandem resipiscamus, circumspiciamus, vigilemus, vitam æternam apprehendamus, profundum somnum excutiamus: est judicium, est supplicium, est resurrectio, et examinatio eorum quæ gesta sunt: Dominus venit in nubibus, *Ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu procella vehemens*, inquit; flu-

Deliciæ nihil prosunt.

Psal. 49. 3.

vius ignis ante ipsum trahitur, vermis qui non exstinguitur, tenebræ exteriores, stridor dentium. Etiamsi millies hæc ægre feratis, ego non cessabo dicere. Nam si lapidibus appetiti prophetæ non silebant, multo magis nobis ferendæ sunt inimicitiæ; et non est vobiscum loquendum ad gratiam, ne si vos deceperimus, ipsi discindamur. Illic est supplicium immortale, cujus nullum afferri poterit solatium; nullus est ibi qui defendat.
Eccli. 12. 13. *Quis miserebitur*, inquit, *incantatoris morsi a serpente?* Cum nos nostri ipsorum non misereamur, quis, dic quæso, miserebitur? Si videris quempiam se ense transadigentem, eine poteris umquam parcere? Nequaquam : multo magis cum adsit recte gerere, et non recte geramus, quis nobis parcet? Nemo. Nostri misereamur : cum Deum precemur, Miserere mei Domine, nobisipsis dicamus, Et nostri ipsorum misereamur. Est in nostra potestate, ut Deus nostri misereatur : ipse hoc nobis donavit. Si agamus quæ sunt digna misericordia, quæ digna sunt ejus benignitate et clementia, Deus nostri miserebitur : si autem nostri non misereamur, quis nobis parcet? Miserere proximi, et Deus ipse tui miserebitur. Quam multi quotidie accedunt dicentes : Miserere mei, et ne converteris quidem? quot nudi, quot manci et mutilati, et non inflectimur, sed amandamus eorum supplicationes? Quomodo ergo vis misericordiam consequi, cum ipse nihil facias dignum misericordia? Simus clementes et benigni, simus misericordes, ut sic Deo placeamus, et assequamur bona promissa iis qui ipsum diligunt, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancta gloria, potestas, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ἵνα μὴ ἀπατήσαντες ὑμᾶς, αὐτοὶ διχοτομηθῶμεν. Ἐκεῖ κόλασίς ἐστιν ἀθάνατος, ἀπαραμύθητος· ὁ προστησόμενος οὐδείς. Τίς ἐλεήσει, φησὶν, ἐπαοιδὸν ὀφιόδηκτον; Ὅταν ἡμεῖς ἑαυτοὺς μὴ ἐλεήσωμεν, τίς B ἐλεήσει, εἰπέ μοι; Ἐὰν ἴδῃς τινὰ ξίφος ἐλαύνοντα δι' ἑαυτοῦ, τούτου δυνήσῃ φείδεσθαί ποτε; Οὐδαμῶς· πολλῷ μᾶλλον, ὅταν παρὸν ᾖ κατορθῶσαι, καὶ μὴ κατορθώσωμεν, τίς ἡμῶν φείσεται; Οὐδείς. Ἐλεήσωμεν ἑαυτούς· ὅταν εὐχώμεθα τῷ Θεῷ λέγοντες, Ἐλέησόν με, Κύριε, λέγωμεν πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ ἑαυτοὺς ἐλεήσωμεν. Ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι τοῦ τὸν Θεὸν ἡμᾶς ἐλεῆσαι· αὐτὸς ἡμῖν τοῦτο ἐχαρίσατο. Ἐὰν ἄξια ἐλέους πράττωμεν, ἐὰν ἄξια φιλανθρωπίας τῆς παρ' αὐτοῦ, ἐλεήσει ἡμᾶς ὁ Θεός· ἐὰν δὲ ἑαυτοὺς μὴ C ἐλεῶμεν, τίς ἡμῶν φείσεται; Ἐλέησον τὸν πλησίον, καὶ ἐλεηθήσῃ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. Πόσοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσέρχονται λέγοντες, ἐλέησόν με, καὶ οὐδὲ ἐπιστρέφῃ; πόσοι γυμνοὶ, πόσοι ἀνάπηροι, καὶ οὐκ ἐπικαμπτόμεθα, [a] ἀλλὰ παραπεμπόμεθα αὐτῶν τὰς ἱκετηρίας; Πῶς οὖν ἀξιοῖς ἐλεηθῆναι, αὐτὸς οὐδὲν ἄξιον ἐλέου ποιῶν; Γενώμεθα οἰκτίρμονες, γενώμεθα ἐλεήμονες· ἵν' οὕτως εὐαρεστήσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἐπιτύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου D ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] [Deerant verba, *ἀλλὰ παραπεμπόμεθα*, fort. per vitium Morellianæ editionis, cui suam superstruxerunt Benedictini. Nam ceteri omnes ea noverunt.]

ΟΜΙΛΙΑ ι'.

Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν· εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς.

Πολλὰς ἀνάγκη τὸν ἄρχοντα [b] μικροψυχιῶν ἀφορμὰς ἔχειν· καὶ καθάπερ ἰατρῶν παῖδες πολλὰ λυπεῖν ἀναγκάζονται τοὺς κάμνοντας, καὶ σιτία καὶ φάρμακα κατασκευάζοντες, ἡδονὴν μὲν οὐκ ἔχοντα, πολλὴν δὲ τὴν ὠφέλειαν· καὶ καθάπερ πατέρες πολλαχοῦ τοῖς υἱοῖς εἰσι φορτικοί· οὕτω καὶ οἱ διδάσκαλοι, καὶ πολλῷ μᾶλλον. Ὁ μὲν γὰρ ἰατρὸς κἂν πρὸς τὸν κάμνοντα ἀπεχθάνηται, ἀλλὰ πρὸς τοὺς προσήκοντας αὐτῷ καὶ ἐπιτηδείους ἔχει ἡδέως, καὶ πρὸς αὐτὸν δὲ πολλάκις τὸν κάμνοντα· καὶ ὁ πατὴρ δὲ ἀπό τε τῶν τῆς φύσεως, ἀπό τε τῶν νόμων τῶν ἔξωθεν μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας κέχρηται τῇ κατὰ τοῦ παιδὸς ἀρχῇ· κἂν ἄκοντα παιδεύσῃ καὶ ἐπιπλήξῃ, οὐδεὶς ὁ κωλύσων, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ἐκεῖνος ἀντιβλέψαι δυνήσεται· ἐπὶ δὲ τοῦ ἱερέως πολλὴ ἡ δυσκολία. Πρῶτον μὲν οὖν ἑκόντων ἄρχειν ὀφείλει, καὶ χάριν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς εἰδότων· τοῦτο δὲ οὐκ ἔνι συμβαίνειν ταχέως. Ὁ γὰρ ἐλεγχόμενος καὶ ἐπιτιμώμενος, οἷος ἂν ᾖ, πάντως τὴν χάριν ἀφεὶς, ἀπεχθῶς ἔχει· ὡσαύτως καὶ ὁ παραινούμενος, καὶ ὁ νουθετούμενος, καὶ ὁ παρακαλούμενος ποιήσει. Ἂν εἴπω τοίνυν, χρήματα κένωσον εἰς τοὺς δεομένους, ἐπαχθὲς εἶπόν τι καὶ φορτικόν· ἂν εἴπω, κόλασον τὴν ὀργὴν, σβέσον τὸν θυμὸν, παῦσον τὴν ἄτοπον ἐπιθυμίαν, ὑπότεμε τῆς τρυφῆς μέρος μικρὸν, πάντα φορτικὰ καὶ ἐπαχθῆ. Κἂν κολάσω ῥαθυμοῦντα, ἢ τῆς ἐκκλησίας ἀπαγάγω, ἢ τῆς κοινῆς εὐχῆς ἀπείρξω, ἀλγεῖ, οὐ διὰ τὸ τούτων ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ διὰ τὴν κοινὴν αἰσχύνην. Καὶ τοῦτο γὰρ τῆς νόσου ἐπίτασις, ὅτι τῶν πνευματικῶν κωλυόμενοι, οὐ διὰ τὴν στέρησιν τῶν τοσούτων ἀγαθῶν ἀλγοῦμεν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ὁρώντων αἰσχύνην· οὐ φρίττομεν, οὐ δεδοίκαμεν τὸ πρᾶγμα. Διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω Παῦλος περὶ τούτων πολλὰ διαλέγεται. Καὶ ὁ μὲν Χριστὸς αὐτοὺς μετὰ τοσαύτης ὑπέταξε τῆς ἀνάγκης, ὡς εἰπεῖν· Ἐπὶ τῆς Μωϋσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι. Πάντα οὖν, ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν τη-

HOMILIA X.

CAP. V. v. 12. *Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos, et præsunt vobis in Domino, et monent vos,* E 13. *et habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum; pacem habete cum eis.*

1. Fieri non potest ut qui præest non multas habeat simultatum occasiones: et sicut medici necesse habent in multis molesti esse ægrotis, et cibos et medicamenta parantes quæ voluptatem quidem non habent, sed multam utilitatem; et sicut F patres crebro filiis sunt molesti: ita etiam docto- 495 res, et multo magis. Nam medicus quidem etiamsi A ab ægrotis habeatur odio, a cognatis tamen et propinquis ejus placide excipitur; et sæpe ab eo qui ægrotat: et pater quoque tam natura quam externis fretus legibus magna facilitate utitur suo in filios imperio; et si invitum castigaverit et increpaverit, nemo est probibiturus, sed nec ille ipse eum audebit ex adverso aspicere: in sacerdote autem magna est difficultas. Atque primum quidem debet imperare ac præesse nolentibus, qui ei gra- B tiam habeant quod imperet: fieri autem non potest ut hoc cito accidat. Nam qui arguitur et reprehenditur, cujusmodicumque sit, omnino mittens habere gratiam, est infensus: similiter etiam faciet is cui suadetur, qui monetur et rogatur. Si itaque dixero, Pecunias tuas effunde in egentes, dixi quid grave et molestum: si dixero, Seda iram, animi exstingue furorem, nefariam compesce libidinem, ex deliciis aliquam partem amputa, C sunt omnia gravia et molesta. Et si castigavero socordem et ignavum, aut abduxero ab ecclesia, aut ei communibus precibus interdixero, dolet, non quod ab iis exciderit, sed propter commune probrum ac dedecus. Nam hoc quoque est morbi incrementum, quod prohibiti a spiritualibus, non dolemus propter bonorum tantorum privationem, sed propter eorum qui vident pudorem: rem ipsam non horremus, nec extimescimus. Propterea de his Paulus multa susque deque disserit. Et Chri- D stus quidem eos cum tanta subdidit necessitate ut

[b] Μικροψυχίαν hic animi dejectionem et ignaviam verterat Hervetus. Hæc quippe vox est fere perpetuus interpretum scopulus. Vere tamen μικροψυχία ad literam est *pusillanimitas*. Sed fere semper, ab Ecclesiasticis maxime scriptoribus, pro *simultate*, *dissidio*, *altercatione* accipitur. Vitium autem illud ideo μικροψυχία vocatur, quod ab illa oriatur. Ea de re sæpe monuimus.

Matth. 23. 2. diceret: *Super cathedram Mosis sederunt scribæ et Pharisæi. Quæcumque ergo vobis dixerint ut servetis, servate: secundum opera autem eorum nolite facere.* Et rursus, quando curavit
Matth. 8. 4. leprosum, dicebat: *Vade, ostende te sacerdoti, et offer munus tuum quod præcepit Moyses eis in testimonium.* Atqui tu dicis: Facitis eum filium gehennæ duplo magis quam vos. Propterea dixi, inquit: *Quæ faciunt nolite facere.* Omnem ergo exclusit prætextum et occasionem ei qui est subjectus imperio. Hic etiam ad Timotheum scri-
1. Tim. 5. 17. bens dicebat: *Qui recte præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur.* Ad Hebræos quo-
Hebr. 13. 17. que scribens dicebat: *Obedite præpositis vestris, et eis cedite;* et hic rursus, *Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos, et præsunt vobis in Domino.* Nam quoniam dixit, *Ædificate alterutrum;* ne existimarent quod ad doctoris dignitatem eos provexerit, hoc subjunxit; ac si diceret: Sed videte quod vobis permiserim alter alterum ædificare: fieri enim non potest ut doctor dicat omnia. *Eos qui laborant,* inquit, *inter vos, et præsunt vobis in Domino, et monent vos.* Quomodo ergo, inquit, non est absurdum? Quid dicis? tu quidem, si homo patrocinium suscipiat et te defendat apud hominem, omnia agis, et omnem ei habes gratiam: hic autem apud Deum tui patrocinium suscipit et te defendit, et ei non habes gratiam? Et quomodo, inquit, me defendit? Quoniam pro te precatur, et dono quod per baptismum datur tibi inservit, visitat, hortatur et monet, et media nocte si vocaveris venit; is vero perpetuo tibi adstat ad os, et quæ tu in eum congeris fert maledicta. Quænam eum pressit necessitas? rectene fecit an male? Tu quidem et habes uxorem, et te exples deliciis, et vitam sectaris deditam mercaturæ: sacerdos autem in hoc solum contulit negotium; nulla est ei alia vita quam ut versetur in Ecclesia. *Ut habeatis,* inquit, *illos abundantius in caritate propter opus illorum: et pacem habete cum ipsis.* Vides quomodo noverit dissidia? Non solum, diligite, inquit, sed abundantius, sicut filii patres. Per eos enim generati estis æterna generatione; per ipsos estis regnum assequuti, per manus ipsorum fiunt omnia, per ipsos vobis portæ cælestes aperiuntur. Nemo seditionem agitet, nemo contendat. Qui Christum diligit, cujusmodicumque sit sacerdos, eum dili-

ρεῖν, τηρεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. Καὶ πάλιν, ἡνίκα τὸν λεπρὸν ἐθεράπευσεν, ἔλεγεν· Ὕπαγε, δεῖξον σαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκαι τὸ δῶρόν σου, ὃ προσέταξε Μωϋσῆς εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Καὶ μὴν σὺ λέγεις· ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν. Διὰ τοῦτο εἶπον, φησὶν, Ἃ ποιοῦσι, μὴ ποιεῖτε. Πᾶσαν τοίνυν ἐξέκλεισε πρόφασιν τῷ ἀρχο-
E μένῳ ὁ Χριστός. Οὗτος δὲ καὶ Τιμοθέῳ γράφων ἔλεγεν· Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν. Καὶ πρὸς Ἑβραίους δὲ γράφων ἔλεγε· Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· καὶ ἐνταῦθα πάλιν, Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι εἰς τὸ τῶν διδασκάλων ἀξίωμα αὐτοὺς ἀνήγαγε, τοῦτο ἐπήγαγε, μονονουχὶ
F λέγων, ὅτι καὶ ὑμῖν ἐπέτρεψα οἰκοδομεῖν ἀλλήλους· οὐ γὰρ δυνατὸν πάντα τὸν διδάσκαλον εἰπεῖν. Τοὺς κοπιῶντας, φησὶν, ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς. Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον, φησί; Τί λέγεις; σὺ μὲν, ἂν μὲν ἄνθρωπός σου προστῇ πρὸς ἄνθρωπον, πάντα πράττεις, πᾶσαν ὁμο-
496 λογεῖς χάριν· οὗτος δὲ πρὸς τὸν Θεὸν προΐσταταί σου,
A καὶ οὐχ ὁμολογεῖς χάριν; Καὶ πῶς προΐσταται, φησίν; Ὅτι εὔχεται ὑπὲρ σοῦ, ὅτι τῇ πνευματικῇ δωρεᾷ τῇ διὰ τοῦ βαπτίσματος ὑπηρετεῖται, ἐπισκέπτεται, παραινεῖ καὶ νουθετεῖ, μέσαις νυξὶν, ἂν καλέσῃς, ἥκει, οὐδὲν ἄλλο ἢ μόνον ὑπόκειταί σου τῷ στόματι, καὶ τὰς βλασφημίας φέρει τὰς παρὰ σοῦ. Ποίαν εἶχεν ἀνάγκην; καλῶς ἐποίησεν, ἢ κακῶς; Σὺ μὲν καὶ γυναῖκα ἔχεις, καὶ τρυφᾷς, καὶ βίον αἱρῇ ἐμπορικόν· ὁ δὲ ἱερεὺς πρὸς τοῦτο ἑαυτὸν ἀπησχόλησεν· οὐδεὶς αὐτῷ βίος ἕτερος, ἀλλὰ περὶ τὴν Ἐκκλη-
B σίαν [b] στρέφεται. Ἡγεῖσθαι αὐτοὺς, φησὶν, ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν· εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς. Ὁρᾷς πῶς οἶδε μικροψυχίας γινομένας; Μὴ ἁπλῶς, φησὶν, ἀγαπᾶτε, ἀλλ' ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ, ὡσανεὶ παῖδες πατέρας. Διὰ γὰρ αὐτῶν ἐτέχθητε τὴν γέννησιν τὴν αἰώνιον, δι' αὐτῶν τῆς βασιλείας ἐπετύχετε, διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν πάντα γίνεται, δι' αὐτῶν ὑμῖν πύλαι οὐρανίαι ἀνοίγονται. Μηδεὶς στασιαζέτω, μη-
C δεὶς φιλονεικείτω. Ὁ τὸν Χριστὸν ἀγαπῶν, οἷος ἂν ᾖ ὁ ἱερεὺς, ἀγαπήσει αὐτὸν, ὅτι δι' αὐτοῦ τῶν φρικτῶν μυστηρίων ἐπέτυχεν. Εἰπέ μοι, εἰ βουληθεὶς ἰδεῖν τὰ βασίλεια πολλῷ καταλάμποντα τῷ χρυσῷ, καὶ περιαστράπτοντα τῇ τῶν λίθων αἴγλῃ, εὕροις τὸν τὰς κλεῖς ἔχοντα, ὁ δὲ παρακληθεὶς, εὐθέως ἤνοιξε, καὶ παρέπεμψέ σε ἔνδον, οὐχὶ πάντων ἂν αὐτὸν προετίθεις;

[b] [Sic Colb., ut conjecerat Dunæus. Editi στρέφεσθαι: quod ut ferri possit, paulo ante scrib., monente eodem viro docto, ἀλλ' ἤ.]

οὐχὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἴσον ἠγάπησας; οὐχὶ ἐφίλεις; Τὸν οὐρανόν σοι ἀνέῳξεν οὗτος, καὶ οὐ φιλεῖς καὶ περιέπεις; Εἰ γυναῖκα ἔχοις, οὐχὶ τὸν προξενήσαντα ποθεῖς πάντων μάλιστα; Οὕτως, εἰ φιλεῖς τὸν Χριστὸν, εἰ φιλεῖς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐπίγνωθι διὰ τίνων ἔσχες αὐτήν. Διὰ τοῦτό φησι, Διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν· εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς. Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖτε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.

Ἐνταῦθα πρὸς τοὺς ἄρχοντας διαλέγεται. Νουθετεῖτε, φησὶ, τοὺς ἀτάκτους· τουτέστι, μὴ ἀπὸ ἐξουσίας, μηδὲ ἀπὸ αὐθαδείας ἐπιπλήσσετε, ἀλλὰ μετὰ ἐπιεικείας, μετὰ ἡμερότητος. Παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. Ὁ γὰρ αὐστηρῶς ἐπιπληττόμενος, ἀπεγνωκὼς ἑαυτοῦ, θρασύτερος γίνεται καταφρονῶν· διὰ τοῦτο τῇ νουθεσίᾳ χρὴ ἡδὺ κατασκευάζειν τὸ φάρμακον. Τίνες δέ εἰσιν οἱ ἄτακτοι; Πάντως οἱ παρὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν πράττοντες. Τάξεως γάρ ἐστι τῆς στρατιωτικῆς ἁρμοδιωτέρα αὕτη ἡ τάξις τῆς Ἐκκλησίας. Ὥστε καὶ ὁ λοίδορος ἄτακτος, καὶ ὁ μέθυσος ἄτακτος καὶ ὁ πλεονέκτης καὶ πάντες οἱ ἁμαρτάνοντες· οὐ γὰρ τεταγμένα βαδίζουσιν ἐν τῇ φάλαγγι, ἀλλὰ παράφορα· διὸ καὶ περιτρέπονται. Ἀλλ' ἔστι καὶ ἕτερον εἶδος τῶν κακῶν, οὐ τοιοῦτον μὲν, κακία δὲ καὶ αὐτό. Ποῖον τοῦτο; Ἡ μικροψυχία· καὶ γὰρ καὶ αὕτη ὁμοίως τῇ ῥαθυμίᾳ ἀπόλλυσιν. Ὁ μὴ φέρων ὕβριν, ὀλιγόψυχος· ὁ μὴ φέρων πειρασμὸν, ὀλιγόψυχος· οὗτός ἐστιν ὁ ἐπὶ τῆς πέτρας σπαρείς. Ἔστι καὶ ἄλλο εἶδος, τὸ τῆς ἀσθενείας. Ἀντέχεσθε, φησὶ, τῶν ἀσθενῶν, ἀσθενῶν λέγων τῶν περὶ πίστιν· γίνεται γὰρ ἀσθένεια καὶ περὶ αὐτήν. Ἀλλ' ὅρα πῶς οὐκ ἀφίησιν αὐτοὺς διαπτύεσθαι. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ γράφων ἔλεγε· Τοὺς ἀσθενοῦντας τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς σώμασι τοῖς ἡμετέροις τὸ ἀσθενοῦν μέρος οὐκ ἐῶμεν ἀπολέσθαι. Μακροθυμεῖτε, φησὶ, πρὸς πάντας. Τί οὖν; καὶ πρὸς τοὺς ἀτάκτους; Καὶ σφόδρα· οὐδὲν γὰρ τούτου φαρμάκου ἴσον διδασκάλῳ μάλιστα, οὐδὲν οὕτω τοῖ ἀρχομένοις ἐπιτήδειον· πάντως ἐντρέψαι δύναται, πάντως δυσωπῆσαι, καὶ τὸν πάντων ἀγριώτερον καὶ ἀναισχυντότερον. Ὁρᾶτε μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῷ. Εἰ κακὸν ἀντὶ κακοῦ οὐ χρὴ ἀποδιδόναι, πολλῷ μᾶλλον κακὸν ἀντὶ ἀγαθοῦ, πολλῷ μᾶλλον μὴ προϋπάρξαντος κακοῦ, ἀποδοῦναι κακόν. Ἀλλ' ὁ δεῖ-

get, quod per eum sit veneranda assequutus sacramenta. Dic mihi, si velles videre regiam multo auro splendentem, et gemmarum fulgore coruscantem, inveneris autem eum qui habet claves; ille
D vero rogatus statim aperuerit, et intromiserit: annon ipsum omnibus præponeres, non æque atque oculos amares, non osculareris? Hic cælum tibi aperuit, et non oscularis, non amplecteris? Si uxorem habeas, non eum maxime diligis qui eam tibi conciliavit? Ita si Christum diligis, si diligis regnum cælorum, agnosce per quos id habueris. Propterea inquit, *Propter opus illorum: pacem habete cum eis. 14. Rogamus autem vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.*

2. Hic alloquitur eos qui præsunt: Corripite, inquit, inquietos; id est, Ne ex potestate, inquit, increpate, nec ex arrogantia; cum æquitate, cum mansuetudine. *Consolamini pusillanimes, sus-*
E *cipite infirmos, patientes estote ad omnes.* Nam qui acriter reprehensus de se desperat, fit audacior despiciens: propterea oportet admonitione dulce reddere medicamentum. Quinam autem sunt inordinati? Ii plane qui agunt præter quod Deo videtur. Est enim militari ordine ipse Ecclesiæ ordo concinnior et convenientior. Quamobrem et maledicus est inordinatus, et ebriosus inordinatus, et avarus, et omnes qui peccant: non enim ordinate incedunt in acie, sed prave; ideo
F evertuntur. Cæterum est aliud quoque genus malorum, non tale quidem, sed ipsum quoque vitium, nempe dissensio: nam ipsa quoque similiter perdit atque socordia et segnities. Qui non fert contumeliam, est pusilli animi: qui non fert ten-
497 tationem, est pusilli animi: hic est qui supra pe-
vis tempestas, crebrique et densi sunt fluctus; deinde non labamus nec vacillamus, nullius alterius rei est indicium, quam quod creverit et supercreverit et altior facta sit fides. Sicut enim in diluvio omnia quidem lapidea et humilia cito sunt occultata; quæ erant autem superne, inaccessa manscre: ita etiam fides quæ alta fuerit, non deprimitur nec deturbatur. Propterea non dixit, Crescit, sed, *Supercrescit fides vestra, et abundat caritas uniuscujusque vestrum in invicem.* Vides quod hoc conferat ad afflictiones, esse compactos, et inter se cohærere? Ex hoc ergo oritur etiam magna consolatio. Atque imbecillam quidem caritatem et fidem labefactant afflictiones: fortem autem reddunt fortiorem. Nam qui in dolore quidem est animus, si sit infirmus et debilis, nihil ei accesserit: qui est autem firmus et validus, tunc maxime potest. Vide autem caritatem: non hunc quidem diligebant, illum vero minime; sed erat æqualis in omnibus: hoc enim tacite innuit dicendo, *Uniuscujusque vestrum in invicem,* quod ea sit in æquilibrio veluti unius corporis. Nam nunc quoque invenimus esse apud multos caritatem et dilectionem, sed hanc caritatem et dilectionem esse causam dissensionis. Nam quando bini aut terni fuerimus conjuncti, et duo quidem aut tres aut quatuor valde inter se fuerint colligati, a cæteris autem seipsos abstrahentes, eo quod ad illos possint confugere, et illis in omnibus confidere; hoc est dissensio, non dilectio. Nam dic mihi, si oculus, quam habet totius corporis curam, in manum conferat, et se ab aliis membris avertens, illi soli attendat, annon perdit universum? Vere utique. Ita nos quoque si caritatem, quæ extendi debet in totam Dei Ecclesiam, in unum et alterum contrahamus, et nos ipsos et illos et universos perdimus: hæc enim non sunt caritatis, sed dissidii, scissuræ et dissensionis. Nam etiamsi a toto homine avulsam accepero partem, ipsa quidem scissura secum est unita et cohærens et conglutinata; cæterum sic quoque est scissura, quoniam reliquo non est unita corpori.

Caritas omnes omnino complectitur.

2. Quid enim prodest quod hunc aut illum valde diligas? Humana est caritas et dilectio: si autem non est humana, sed propter Deum diligis, omnes dilige: Deus enim sic jussit etiam inimicos diligere. Quod si jussit diligere inimicos, quanto magis eos qui te nulla affecerunt injuria atque molestia? At diligo, inquis. Sed non ita: imo vero nec diligis quidem: nam quando accusas, quando invides, quando insidiaris, quomodo diligis? At hoc, inquis, non facio. Sed

quando male audiente fratre maledicentis os non
obstruis, nec iis quæ dicuntur fidem negas nec ea
comprimis, cujusnam amicitiæ est hoc indicium?
Et abundat, inquit, *caritas uniuscujusque vestrum invicem : 4. ita ut et nos ipsi in vobis
gloriemur in Ecclesiis Dei.* In priori epistola
dicit omnes Ecclesias Macedoniæ et Achaiæ re-
1. Thess. 1. 8. 9. sonasse audita eorum fide : *Ita ut non sit*, in-
quit, *nobis necesse quidquam loqui : ipsi enim
de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos :* hic autem dicit, *Ut nos gloriemur*. Quid est ergo quod dictum est? Illic dicit,
Nostra non egent doctrina : hic autem non dicit,
Nos eos docemus, sed, *Gloriamur*. Si ergo nos
de vobis et Deo gratias agimus, et gloriamur apud
homines; multo magis vos hoc facere oportet de
nostris bonis. Si enim quæ a vobis recte gesta
sunt, digna sunt quibus alii glorientur, quomodo
nobis lamentatione? Dici non potest. *Ita ut et nos
ipsi*, inquit, *in vobis gloriemur in Ecclesiis
Dei pro patientia vestra et fide.* Hic ostendit
multum præteriisse temporis : a multo enim tempore apparet patientia, non in duobus aut tribus
diebus. Non absolute autem dicit patientiam. Patientiæ quidem certe est bonis promissis non frui;
nunc autem majorem dicit patientiam. Quamnam? Eam quæ exsistit per persequutiones. Quod
autem eam innuat, perspicuum est ex iis quæ subjicit : *In omnibus persequutionibus vestris et
tribulationibus quas sustinetis.* Nam perpetuo
vitam agebant cum hostibus qui undique eos conabantur lædere, firmamque et immobilem ostendebant patientiam. Erubescant illi, qui propter
hominum patrocinium transeunt ad dogmata.
Nam cum adhuc esset initium prædicationis, homines pauperes, et ex quotidiano opere victum
sibi parantes adversus eos qui gerebant rempublicam, et primi erant civitatis, suscipiebant inimicitias; cum nec rex, nec magistratus usquam
esset fidelis, et bellum subibant implacabile, et
ne sic quidem absistebant. 5. *In exemplum justi judicii Dei.* Vide quomodo eis paret consolationem. Dixerat, Deo gratias agemus : dixerat,
Gloriamur apud homines : hæc quidem bona et
honesta; sed quod maxime quærit is qui dolore
afficitur, id est liberatio a malis, et supplicium
eorum qui in ipsos male egerant. Nam quando
imbecillus est animus, hæc maxime requirit : qui
est enim philosophus, ne hoc quidem. Quid ergo

E ἀπιστῇς τοῖς λεγομένοις, μὴ καταστέλλῃς, ποίας
ταῦτα φιλίας τεκμήριον; Καὶ πλεονάζει, φησὶν, ἡ
ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους, ὥστε
ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις
τοῦ Θεοῦ. Ἐν γοῦν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ τὰς Ἐκκλησίας φησὶν ἁπάσας τῆς Μακεδονίας καὶ τῆς Ἀχαΐας
ἐξηχεῖσθαι μαθούσας τὰ κατὰ τὴν πίστιν αὐτῶν·
Ὥστε, φησὶ, μὴ χρείαν ἔχειν ἡμᾶς λαλεῖν τι· αὐτοὶ
γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν
πρὸς ὑμᾶς· ἐνταῦθα δέ φησιν, Ὥστε ἡμᾶς καυχᾶσθαι.
F Τί δήποτ' οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; Ἐκεῖ φησιν, ὅτι οὐ
δέονται διδασκαλίας τῆς παρ' ἡμῶν· ἐνταῦθα δὲ οὐκ
εἶπεν, ὅτι διδάσκομεν αὐτοὺς, ἀλλὰ καυχώμεθα καὶ
σεμνυνόμεθα. Εἰ τοίνυν ἡμεῖς ἐφ' ὑμῖν καὶ εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ, καὶ καυχώμεθα παρὰ ἀνθρώποις, πολ-
517 λῷ μᾶλλον ὑμᾶς ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις χρὴ καλοῖς τοῦτο
A ποιεῖν. Εἰ γὰρ ἑτέροις καυχήματός ἐστιν ἄξια τὰ κατορθώματα ὑμῶν, * πῶς ἡμῖν θρήνων; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν·
Ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς, φησὶν, ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς
Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως. Ἐνταῦθα δείκνυσι καὶ πολὺν παρελθόντα χρόνον·
ἡ γὰρ ὑπομονὴ ἀπὸ χρόνου φαίνεται πολλοῦ, οὐκ ἐν δύο
καὶ τρισὶν ἡμέραις. Οὐχ ἁπλῶς δέ φησιν ὑπομονήν.
Μάλιστα μὲν οὖν καὶ τὸ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν μὴ
B ἤδη ἀπολαύειν, ὑπομονῆς ἐστι· νῦν δὲ καὶ μείζονα
λέγει ὑπομονήν. Ποίαν δὴ ταύτην; Τὴν διὰ τῶν διωγμῶν. Ὅτι δὲ ταύτην αἰνίττεται, δῆλον ἐξ ὧν ἐπάγει καὶ λέγει· Ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν καὶ ταῖς
θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε. Πολεμίοις γὰρ συνέζων διηνεκῶς πάντοθεν βλάπτειν ἐπιχειροῦσι, καὶ στεῤῥὰν καὶ
ἀκίνητον τὴν ὑπομονὴν ἐπεδείκνυντο. Αἰσχυνέσθωσαν
ὅσοι διὰ προστασίαν ἀνθρώπων εἰς δόγματα μεθίστανται. Ἔτι γὰρ ἀρχῆς οὔσης τοῦ κηρύγματος, ἄνθρωποι πένητες καὶ ἀπὸ τῆς καθημερινῆς ζῶντες ἐργασίας πρὸς ἄνδρας πολιτευομένους καὶ πρώτους τῆς
C πόλεως ἔχθρας ἀνεδέχοντο, οὔτε βασιλέως, οὔτε ἄρχοντος ὄντος που πιστοῦ, καὶ πόλεμον ἀκήρυκτον ὑφίσταντο, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐξίσταντο. Ἔνδειγμα τῆς δικαίας
κρίσεως τοῦ Θεοῦ. Ὅρα πῶς αὐτοῖς συνάγει τὴν παραμυθίαν. Εἶπεν ὅτι Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ, εἶπεν ὅτι
Καυχώμεθα παρὰ ἀνθρώποις. Καλὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα·
ἀλλ' ὃ μάλιστα ζητεῖ ὁ ὀδυνώμενος, τοῦτό ἐστιν, ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν, καὶ τιμωρίαν τῶν κακῶς αὐτοὺς
[a] διατιθέντων. Ὅταν γὰρ ἀσθενὴς ᾖ ἡ ψυχὴ, ταῦτα
μάλιστα ἐπιζητεῖ· ἡ γὰρ φιλόσοφος, οὐδὲ τοῦτο. Τί
D οὖν ἐστιν ὅ φησιν, Ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ
Θεοῦ; Ἤδη τὴν ἀνταπόδοσιν ᾐνίξατο ἑκατέραν, καὶ
τὴν τῶν ποιούντων κακῶς, καὶ τὴν τῶν πασχόντων·
ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· ἵν', ὅταν ὑμᾶς μὲν στεφανοῖ, ἐκεί-

[a] [Sic Colb. Editi διατεθέντων.]

* [Suspecta hæc sunt.]

νους δὲ κολάζῃ, δεικνύηται τὸ δίκαιον τοῦ Θεοῦ. Ἅμα αὐτοὺς καὶ παραμυθεῖται, δεικνὺς ὅτι ἀπὸ τῶν οἰκείων πόνων καὶ τῶν ἱδρώτων καὶ κατὰ τὸν τῆς δικαιοσύνης λόγον στεφανοῦνται. Ἀλλὰ πρότερον τίθησι τὸ αὐτῶν. Εἰ γὰρ καὶ σφόδρα ἐπιθυμεῖ τις τὴν ἐκδικίαν, ἀλλὰ πρότερον τῶν ἐπάθλων ὀρέγεται. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπάγει λέγων· Εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ πάσχετε. Οὐκ ἄρα οὖν ἀπὸ τοῦ δυνατωτέρους εἶναι τοὺς ἀδικοῦντας τοῦτο γίνεται, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ δεῖν οὕτως εἰς τὴν βασιλείαν εἰσιέναι. Διὰ πολλῶν γὰρ θλίψεων, φησὶ, δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν, καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ. Τὸ, Εἴπερ, ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ, ἐπεὶ, κεῖται· ὅπερ ἐπὶ τῶν σφόδρα ὁμολογουμένων καὶ ἡμεῖς τίθεμεν καὶ ἀναντιῤῥήτων· ἀντὶ τοῦ, σφόδρα δίκαιον. Εἰ δίκαιόν ἐστι, φησὶ, παρὰ Θεῷ τούτους ἀμύνασθαι, πάντως ἀμυνεῖται· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· εἰ μέλει τῷ Θεῷ τῶν πραγμάτων, εἰ φροντίζει ὁ Θεός. Οὕτω καὶ αὐτὸς τίθησι τὸ Εἴπερ τοῦτο, ὡς ἐπὶ ὡμολογημένων· ὡς εἰ ἔλεγέ τις· εἰ μισεῖ τοὺς πονηροὺς ὁ Θεός· διὰ τοῦτο λέγων οὕτως, ἵνα ἐκείνους ἀναγκάσῃ εἰπεῖν, ὅτι μισεῖ· μάλιστα γὰρ αἱ τοιαῦται ψῆφοι ἀναμφίλεκτοί εἰσιν· ὡς καὶ αὐτῶν ἐκείνων εἰδότων, ὅτι δίκαιόν ἐστιν. Εἰ γὰρ παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο δίκαιον, πολλῷ μᾶλλον παρὰ τῷ Θεῷ. Ἀνταποδοῦναι, φησὶ, τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν, καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις μεθ' ἡμῶν ἄνεσιν.

Τί οὖν; ἴση ἡ ἀνταπόδοσις; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ὅρα διὰ τῶν ἑξῆς πῶς δείκνυσι σφοδροτέραν οὖσαν, καὶ τὴν ἄνεσιν πολλῷ μείζονα. Ἰδοὺ καὶ ἑτέρα παράκλησις· τοὺς κοινωνοὺς γὰρ τῶν θλίψεων καὶ ἐν τῇ ἀνταποδόσει κοινωνοὺς ἔχειν φησί (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Μεθ' ἡμῶν)· συνάπτων αὐτοὺς ἐν τοῖς στεφάνοις, τοῖς τὰ μυρία κατωρθωκόσι καὶ μείζονα. Εἶτα καὶ τὸν καιρὸν προστίθησι, καὶ διὰ τῆς ὑπογραφῆς ἐπανάγει τὰς διανοίας αὐτῶν, μονονουχὶ ἀνοίγων τῷ ῥήματι τοὺς οὐρανοὺς ἤδη, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν παριστὰς, καὶ περιτίθησιν αὐτῷ τὴν στρατιὰν τὴν ἀγγελικὴν, καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου, καὶ ἀπὸ τῶν μετ' αὐτοῦ πλατυτέραν τὴν εἰκόνα ποιῶν, ὥστε αὐτοὺς ἀναπνεῦσαι μικρόν. Καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν, φησὶν, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, ἐν πυρὶ φλογὸς, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν

dicit, *In exemplum justi judicii Dei?* Utrumque tacite innuit, et eorum qui male agunt punitionem, et eorum qui bene remunerationem : quasi diceret, ut, quando vos quidem coronat, illos autem punit, ostendatur Dei justitia. Simul etiam E eos consolatur, ostendens quod et ex propriis laboribus et sudoribus, et convenienter rationi justitiæ coronentur. Sed prius ponit id quod ad eos pertinet. Nam etiamsi quispiam valde appetat vindictam, prius tamen desiderat præmia : propterea subjungit : *Ut digni habeamini regno Dei, pro quo et patimini.* Non hoc ergo fit ex eo, quod sint potentiores qui faciunt injuriam, sed ex eo, quod sic oporteat regnum ingredi. *Per multas* Act. 14.22. *enim,* inquit, *afflictiones oportet nos intrare in regnum Dei. 6. Si tamen justum est apud* F *Deum reddere retributionem iis qui vos tribulant, 7. et vobis qui tribulamini requiem nobiscum, in revelatione Domini Jesu de cælo cum angelis virtutis ejus.* Illud, *Si tamen,* hic 518 A positum est pro, *quia :* quod quidem ponimus in iis de quibus valde constat, adeo ut contradici non possit : id est, Valde justum. Si justum est, inquit, apud Deum eos ulcisci, omnino ulciscetur. Quasi diceret, Si res Deo sunt curæ, si Deus curat. Sic et ipse illud, *Si tamen,* ponit, tamquam de re in confesso posita : ac si diceret, Si Deus odio habet malos : propterea ita loquens, ut illos cogat dicere quod odio habeat (sunt enim ejusmodi sententiæ minime dubiæ), utpote cum et illi ipsi sciant quod justum sit. Nam si hoc justum est apud homines, multo magis apud Deum. *Reddere,* inquit, *retributionem iis qui vos tribulant, et vobis qui tribulamini, requiem.*

B 3. Quid ergo? estne æqua retributio? Nequaquam : sed vide per ea quæ sequuntur quomodo ostendit esse vehementiorem, et requiem multo majorem. Ecce etiam alia consolatio : eosdem habere socios afflictionum, et in remuneratione, inquit (hoc enim significat illud, *Nobiscum) :* conjungens socios in coronis cum iis, qui innumerabilia et amplius præclare gesserunt. Deinde et tempus addit, et per descriptionem mentes eorum sursum extollit, verbo cælos propemodum C aperiens, et eorum oculis subjiciens, et circa ipsum statuit angelicum exercitum, et ex eo loco, et ex iis quæ sunt ex ipso, latiorem faciens imaginem, ut ipsi parum respirent. *Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de cælo cum angelis virtutis ejus, 8. in flamma ignis dantis vindictam iis qui non noverunt Deum, et qui non obediunt*

evangelio Domini nostri Jesu Christi. Si, qui evangelio non obediunt, dant pœnas : qui, præterquam quod non obediunt, vos etiam affligunt, quid non patientur? Contemplare autem ejus prudentiam : non dixit hic, qui vos affligunt, sed, *Qui non obediunt.* Quo fit ut etiamsi non propter vos, propter seipsum necesse sit eos punire. Atque hoc quidem dictum est, ut eos reddat certiores, quod eos omnino puniri oporteat; iis autem, quæ prius dixit, quod eos quoque oporteat honorari. Ad credendum ergo illos inducit nuntiata supplicii certitudo ; ad lætandum vero, quod propter mala sibi illata hæc patiantur. Hæc illis quidem dicta sunt, sed nobis quoque conveniunt. Quando ergo fuerimus in afflictionibus, hæc reputemus. Ne aliorum lætemur supplicio, tamquam de quibus sumta sit vindicta, sed ut qui simus liberati a tali supplicio et pœna. Quid enim nos juvat quando alii fuerint puniti? Ne sint, quæso, tales nostri animi : a regno incitemur ad virtutem. Nam qui est bonus ac virtute valde præditus, neque a timore neque a regno inducitur ad virtutem, sed propter ipsum Christum, sicut faciebat Paulus. Sed nos cogitemus bona quæ sunt in regno, et mala quæ sunt in gehenna : sic saltem nos componamus et erudiamus; sic nos ipsos inducamus ad ea quæ sunt agenda. Quando videris aliquid bonum et magnum in præsenti vita, cogita regnum, et id nihil esse existimabis : quando terribile, cogita gehennam, et irridebis : quando te invaserit cupiditas corporalis, reputa ignem, reputa et ipsius peccati voluptatem, quod nullius sit pretii, quod ne habeat quidem voluptatem. Si enim legum, quæ hic sunt latæ, metus tantam vim habet, ut nos a pravis abducat actionibus, multo magis futurorum memoria, supplicium immortale, pœna sempiterna : si metus regis terreni a tam multis nos abducit malis, quanto magis metus æterni Regis? Quomodo ergo poterimus assidue metum habere? Si frequenter audiamus Scripturas. Nam si mortui solus conspectus animum nostrum ita reprimit : quanto magis gehenna et ignis qui nequit exstingui? quanto magis vermis qui non moritur? Si gehennam semper cogitemus, non cito in eam incidemus. Propterea supplicium minatus est Deus. Si illud cogitare non magnum aliquod haberet lucrum, non jam minatus esset Deus : sed quoniam ejus recordatio valet ad res magnas recte gerendas, propterea, tamquam salutare aliquod medicamentum, ejus minas nostris insevit animis. Ne despiciamus tantum lucrum quod inde nascitur, sed etiam assi-

De inimicorum supplicio non lætandum.

Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ οἱ τῷ εὐαγγελίῳ μὴ ὑπακούοντες διδόασι τιμωρίαν, οἱ καὶ μετὰ τοῦ μὴ ὑπακοῦσαι θλίβοντες ὑμᾶς, τί οὐ πείσονται; Θέα δέ μοι σύνεσιν· D οὐκ εἶπεν ἐνταῦθα, τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς, ἀλλὰ, Τοῖς μὴ ὑπακούουσιν. Ὥστε εἰ καὶ μὴ δι' ὑμᾶς, δι' ἑαυτὸν ἀνάγκη, φησὶ, τιμωρήσασθαι αὐτούς. Τοῦτο μὲν οὖν ὑπὲρ πληροφορίας εἴρηται, ὅτι πάντως αὐτοὺς κολασθῆναι δεῖ· τὸ δὲ πρότερον ὑπὲρ τοῦ καὶ αὐτοὺς τετιμῆσθαι. Τὸ μὲν οὖν πιστεῦσαι ἡ ὑπὲρ τῆς τιμωρίας πληροφορία ποιεῖ· τὸ δὲ ἡσθῆναι, ὅτι ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτοὺς γεγενημένων ταῦτα πάσχουσι. Ταῦτα εἴρηται μὲν πρὸς ἐκείνους, ἁρμόζει δὲ καὶ ἡμῖν. Ὅταν οὖν ἐν θλίψεσιν ὦμεν, ταῦτα λογιζώμεθα. Μὴ τῇ
E ἑτέρων τιμωρίᾳ χαίρωμεν ὡς ἐκδικούμενοι, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ τοιαύτης ἀπαλλαττόμενοι κολάσεως καὶ τιμωρίας. Τί γὰρ ἡμῖν ὄφελος, ὅταν ἕτεροι κολασθῶσι; Μὴ ἔχωμεν, παρακαλῶ, τοιαύτας ψυχὰς, ἀπὸ τῆς βασιλείας προτρεπώμεθα πρὸς ἀρετήν. Ὁ μὲν γὰρ σφόδρα ἐνάρετος οὔτε ἀπὸ φόβου, οὔτε ἀπὸ βασιλείας ἐνάγεται, ἀλλὰ δι' αὐτὸν τὸν Χριστόν· καθάπερ Παῦλος ἐποίει. Πλὴν ἡμεῖς ἐννοῶμεν τὰ ἐν τῇ βασιλείᾳ ἀγαθὰ, τὰ ἐν τῇ γεέννῃ κακὰ, καὶ κἂν οὕτως ἑαυτοὺς ῥυθμίζωμεν καὶ παιδαγωγῶμεν, οὕτως ἑαυ-
F τοὺς ἐνάγωμεν πρὸς τὰ πρακτέα. Ὅταν ἴδῃς τι χρηστὸν καὶ μέγα ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐννόησον τὴν βασιλείαν, καὶ οὐδὲν αὐτὸ νομίσεις· ὅταν φοβερὸν, ἐννόησον τὴν γέενναν, καὶ καταγελάσεις· ὅταν ὑπὸ ἐπιθυμίας κατέχῃ σωματικῆς, λογίζου τὸ πῦρ, λογί-
519 A ζου καὶ αὐτῆς τῆς ἁμαρτίας τὴν ἡδονὴν, ὅτι οὐδενός ἐστιν ἀξία, ὅτι οὐδὲ ἔχει ἡδονήν. Εἰ γὰρ ὁ τῶν ἐνταῦθα κειμένων νόμων φόβος τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν, ὡς καὶ ἀπάγειν ἡμᾶς τῶν πονηρῶν πράξεων, πολλῷ μᾶλλον ἡ μνήμη τῶν μελλόντων, ἡ τιμωρία ἡ ἀθάνατος, ἡ κόλασις ἡ ἀΐδιος· εἰ ὁ τοῦ βασιλέως φόβος τοῦ ἐπὶ γῆς τοσούτων ἡμᾶς ἀπάγῃ κακῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ τοῦ αἰωνίου βασιλέως; Πόθεν οὖν
B δυνάμεθα τὸν φόβον ἔχειν διηνεκῶς; Ἂν συνεχῶς τῶν Γραφῶν ἐπακούωμεν. Εἰ γὰρ νεκρὸς ὁρώμενος μόνον οὕτως ἡμῶν συστέλλει τὴν διάνοιαν, πόσῳ μᾶλλον ἡ γέεννα καὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον; πόσῳ μᾶλλον ὁ σκώληξ ὁ ἀτελεύτητος; Ἂν τὴν γέενναν ἀεὶ ἀναλογιζώμεθα, οὐ ταχέως εἰς αὐτὴν ἐμπεσούμεθα. Διὰ τοῦτο ἠπείλησε κόλασιν ὁ Θεός· ὡς εἰ μὴ εἶχέ τι μέγα κέρδος τὸ λογίζεσθαι, οὐκ ἂν αὐτὴν ἠπείλησεν ἤδη ὁ Θεός· ἀλλ' ἐπειδὴ ἰσχύει ἡ μνήμη αὐτῆς μεγάλα κατορθῶσαι, διὰ τοῦτο, καθάπερ τι φάρμακον σωτήριον, τὴν ἀπειλὴν αὐτῆς ἐγκατέθετο ἡμῶν
C ταῖς ψυχαῖς. Μὴ δὴ παρορῶμεν τὸ τοσοῦτον κέρδος τὸ ἐντεῦθεν τικτόμενον, ἀλλὰ ταύτην συνεχῶς στρέφωμεν, ἐν ἀρίστοις, ἐν δείπνοις. Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἡδέων διάλεξις οὐδὲν τὴν ψυχὴν ὠφελεῖ, ἀλλ' ἀτονωτέραν ἐργάζεται· ἡ δὲ τῶν λυπηρῶν καὶ σκυθρω-

πῶν πᾶν αὐτῆς περικόπτει τὸ διακεχυμένον καὶ διαῤῥέον, καὶ ἐπιστρέφει καὶ συστέλλει διαλελυμένην αὐτήν. Ὁ περὶ θεάτρων καὶ μίμων διαλεγόμενος, οὐδὲν αὐτὴν ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐξέκαυσε καὶ προπετεστέραν εἰργάσατο· ὁ τὰ ἀλλότρια μεριμνῶν καὶ πολυπραγμονῶν, πολλάκις αὐτῇ καὶ κινδύνους ἐκ τῆς περιεργίας ταύτης προσετρίψατο. Ὁ μέν τοι περὶ D γεέννης διαλεγόμενος οὔτε κίνδυνον ἕξει τινὰ, καὶ σωφρονεστέραν ἐργάζεται. Ἀλλὰ δέδοικας τὸ φορτικὸν τῶν ῥημάτων; Μὴ γὰρ, ἂν σιγήσῃς, τὴν γέενναν ἔσβεσας; μὴ γὰρ, ἂν εἴπῃς, ἀνῆψας; Ἄν τε εἴπῃς, ἄν τε μὴ εἴπῃς, ἀναβράσεται τὸ πῦρ. Λεγέσθω συνεχῶς περὶ αὐτῆς, ἵνα μηδέποτε ἐμπέσῃς εἰς αὐτήν. Οὐκ ἔστι ψυχὴν μεριμνῶσαν περὶ γεέννης ἁμαρτεῖν ταχέως· ἄκουε γὰρ τῆς ἀρίστης παραινέσεως· Μιμνήσκου, φησὶ, τὰ ἔσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἁμάρτῃς. Οὐκ ἔστι ψυχὴν δεδοικυῖαν ὑπὲρ εὐ- E θυνῶν μὴ ὀκνηρὰν εἶναι περὶ τὰ πλημμελήματα· φόβος γὰρ ἐνακμάζων διανοίᾳ, οὐδὲν ἀφίησι κοσμικὸν εἶναι ἐν αὐτῇ. Εἰ γὰρ λόγος περὶ αὐτῆς κινούμενος οὕτω ταπεινοῖ καὶ συστέλλει, λογισμὸς διαπαντὸς ἐνοικῶν ταῖς ψυχαῖς οὐχὶ παντὸς πυρὸς μᾶλλον ἐκκαθαίρει ψυχήν; Βασιλείας μὴ οὕτω μνημονεύωμεν, ὡς γεέννης· μᾶλλον γὰρ ὁ φόβος ἰσχύει τῆς ἐπαγγελίας· καὶ οἶδα ὅτι πολλοὶ κατεφρόνησαν ἂν μυρίων ἀγαθῶν, εἰ τῆς κολάσεως ἦσαν ἀπηλλαγμένοι· ὅπου γε καὶ νῦν ἐμοὶ ἀρκεῖ τὸ μὴ τιμωρηθῆναι, τὸ μὴ κολασθῆναι. Οὐδεὶς τῶν γέενναν ἐχόντων πρὸ ὀφθαλ- F μῶν, εἰς γέενναν ἐμπεσεῖται· οὐδεὶς τῶν καταφρονούντων γεέννης ἐκφεύξεται γέενναν. Καθάπερ γὰρ παρ' ἡμῖν οἱ μὲν δεδοικότες τὰ δικαστήρια, οὐχ ἁλώ- 520 A σονται δικαστηρίοις, οἱ δὲ καταφρονοῦντες, ἐκεῖνοι μάλιστά εἰσιν οἱ περιπίπτοντες· * οὕτω κἀκεῖ. Εἰ μὴ ἔδεισαν τὴν καταστροφὴν οἱ Νινευῖται, κατεστράφησαν ἄν· ἐπειδὴ δὲ ἔδεισαν, οὐ κατεστράφησαν. [a] Εἰ ἔδεισαν ἐπὶ τοῦ Νῶε τὸν κατακλυσμὸν, οὐκ ἂν κατεκλύσθησαν· καὶ οἱ Σοδομῖται εἰ ἔδεισαν, οὐκ ἂν κατεκαύθησαν. Μέγα κακὸν τὸ καταφρονεῖν ἀπειλῆς· ὁ καταφρονῶν ἀπειλῆς, ταχέως τῆς διὰ τῶν πραγμάτων αἰσθήσεται πείρας. Οὐδὲν οὕτω χρήσιμον, ὡς τὸ περὶ γεέννης διαλέγεσθαι· ἀργύρου παντὸς καθαρωτέρας ἡμῖν ἐργάζεται τὰς ψυχάς. Ἄκουε γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος, ὅτι Τὰ κρίματά σου ἐνώπιόν B μού ἐστι διαπαντός. Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ συνεχῶς περὶ αὐτῆς διαλέγεται. Εἰ γὰρ καὶ λυπεῖ τὸν ἀκροατὴν, ἀλλ' ὠφελεῖ τὰ μέγιστα.

duc versemus, in prandiis, in cœnis. Nam de rebus quidem jucundis sermo nihil juvat animam, sed eam reddit imbecilliorem : sermo autem de rebus tristibus et molestis amputat quidquid diffunditur et diffluit, eamque dissolutam convertit et contrahit. Qui de theatris et mimis disputat, nihil ei prodest, sed magis incendit, magisque temerariam reddit et petulantiorem : qui aliena curat et scrutatur, sæpe illam ex tali curiositate in pericula conjicit. At qui de gehenna loquitur, nulli obnoxius erit periculo, et sapientiorem reddet animam. At verborum times importunitatem? Num si sileas, gehennam exstinxeris? num si dixeris, accenderis? Seu dixeris, seu non dixeris, exardescet ignis. De ea dicatur assidue, ut numquam in eam incidas. Fieri non potest ut anima de gehenna sollicita cito peccet : audi enim optimam admonitionem, *In memoriam revoca novissima tua, et in æternum non peccabis.* (Eccli. 28. 6.) Fieri non potest ut anima quæ timet de reddendis rationibus, ad delicta non sit tarda : metus enim vigens in cogitatione, in ea nihil admittit mundanum. Nam si quæ de ea verba fiunt, eam ita dejiciunt, et comprimunt, ratio et cogitatio quæ perpetuo habitat in animis, annon magis purgat animam quam quivis ignis? Regni non ita meminerimus ut gehennæ : metus enim majorem vim habet quam promissio; et scio quod multi bona despicati essent innumerabilia, si liberati essent a supplicio : cum nunc quoque mihi sufficiat non esse punitum, non esse castigatum. Nullus ex iis qui gehennam habent ante oculos, incidet in gehennam : nullus ex iis qui gehennam despiciunt, effugiet gehennam. Sicut enim apud nos qui timent quidem judicia, non comprehenduntur a judiciis; qui autem illa despiciunt, ii sunt qui in ea maxime incidunt : ita hic quoque. Si non eversionem timuissent Ninivitæ, fuissent eversi : quoniam vero timuerunt, non fuerunt eversi. Si temporibus Noe timuissent diluvium, non fuissent obruti diluvio; et si timuissent Sodomitæ, non fuissent exusti. Magnum est malum minas negligere : qui despicit minas, per res ipsas cito sentiet experientiam. Nihil est æque utile atque de gehenna disserere : quovis argento puriores nobis efficit animas : audi enim prophetam dicentem, *Judicia tua coram me sunt semper.* (Psal. 17. 23.) Christus quoque de ea sæpe disserit. Nam etsi molestia afficit auditorem, ei tamen prodest maxime.

Metus supplicii quantam vim habeat.

* [αὐτοῖς supplet Dunæus.]

a [*Fort.* εἰ ἔδεισαν οἱ ἐπὶ. Dunæus.]

4. Talia enim sunt omnia quæ prosunt; neque mireris : nam et medicamenta et cibi ægroto prius sunt molesti, et tunc afferunt utilitatem. Si autem non ferimus verborum gravitatem, est perspicuum fore ut feramus per acerbam rerum experientiam : si nemo fert verba quæ fiunt de gehenna, palam est, adveniente persequutione neminem ferro et igni obstiturum esse. Aures nostras exerceamus, ne moliamur : inde enim etiam ad res ipsas veniemus. Si assuescamus audire terribilia, etiam terribilia ferre assuescemus : sin autem simus adeo dissoluti et enervati ut ne verba quidem feramus, quomodo rebus resistemus? Vides quomodo quæ sunt hic omnia, crebraque pericula despiciat beatus Paulus? Quare? Quoniam meditatus erat etiam gehennam despicere pro iis quæ Deo placent. Ille ne gehennæ quidem experientiam aliquid esse putabat propter Christi desiderium : nos pro iis quæ nobis conferunt, ne verba quidem de ea patimur? Atque nunc quidem paucis auditis disceditis : rogo autem vos, si qua est in vobis caritas, ut quæ de his verba fiunt perpetuo versetis. Nihil poterunt nocere, etiamsi non prosint : certo autem scio quod proderunt : nam ex sermonibus qualitatem suscipit anima. *Corrumpunt* enim *bonos mores colloquia prava*. Juvant ergo colloquia bona; modestos et temperantes reddunt colloquia terribilia. Est enim anima veluti quædam cera : nam si frigidas quidem induxeris colloquutiones, callum obduxeris et induraveris; sin autem ignitas, molliveris : mollitam autem ad quodcumque vis formaveris et effinxeris, et regiam imaginem insculpseris. Obstruamus ergo aures ad temerarios sermones : non est parvum malum : ex eo nascuntur mala omnia. Si meditata esset mens nostra attendere divinis sermonibus, non attenderet aliis : non attendens autem aliis, neque res malas aggrederetur. Ad facta enim via est sermo : primum cogitamus, deinde loquimur, deinde agimus. Multi sæpe etiam frugi et moderati a turpibus verbis venerunt ad turpes actiones. Non enim anima nostra natura est bona nec mala, sed ex libero arbitrio et hoc fit et illud. Sicut ergo velum, quocumque spiraverit ventus, illuc defert navem, vel potius sicut clavus transfert navem, si ventus sit secundus : ita etiam cogitatio, si bona verba secundo vento ferantur, navigabit absque periculo; si autem contraria, sæpe etiam submergent cogitationem. Quod enim navigiis sunt spirantes venti, hoc animis sunt verba : quocumque vis ipsam traducis et convertis. Pro-

Paulus gehennam despiciebat, quare.

1. Cor. 15. 33.

Τοιαῦτα γὰρ τὰ ὠφελοῦντα πάντα· καὶ μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ φάρμακα καὶ σιτία πρότερον λυποῦντα τὸν ἀσθενοῦντα, τότε τὴν ὠφέλειαν ἐπάγει. Εἰ δὲ ῥημάτων οὐκ ἀνεχόμεθα βαρύτητος, εὔδηλον, ὅτι τῆς διὰ τῶν πραγμάτων θλίψεως οὐκ ἀνεξόμεθα· εἰ τῶν περὶ γεέννης οὐδεὶς ἀνέχεται λόγων, εὔδηλον ὅτι, εἰ διωγμὸς κατέλαβε, πρὸς πῦρ, πρὸς σίδηρον οὐδεὶς ἂν
C ἔστη ποτέ. Γυμνάσωμεν τὴν ἀκοὴν ἡμῶν μὴ μαλακίζεσθαι· ἀπὸ τούτου γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ πράγματα ἥξομεν. Ἂν ἐθισθῶμεν ἀκούειν φοβερὰ, ἐθισθησόμεθα καὶ ὑπομένειν φοβερά· ἂν δὲ οὕτως ὦμεν διαλελυμένοι, ὡς μηδὲ ῥήματα φέρειν, πότε πρὸς τὰ πράγματα στησόμεθα; Ὁρᾷς πῶς καταφρονεῖ τῶν ἐνταῦθα πάντων, καὶ τῶν ἐπαλλήλων κινδύνων ὁ μακάριος Παῦλος; Διὰ τί; Ὅτι μεμελετήκει καὶ γεέννης καταφρονεῖν ὑπὲρ τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων. Ἐκεῖνος οὐδὲ τὴν πεῖραν τῆς γεέννης ἡγεῖτό τι εἶναι διὰ τὸν τοῦ Χρι-
D στοῦ πόθον· ἡμεῖς ὑπὲρ τῶν ἡμῖν συμφερόντων οὐδὲ τῶν περὶ αὐτῆς λόγων ἀνεχόμεθα. Νῦν μὲν οὖν ὀλίγα ἀκούσαντες ἀπέρχεσθε· δέομαι δὲ ὑμῶν, εἴ τίς ἐστιν ἐν ὑμῖν ἀγάπη, διαπαντὸς τοὺς περὶ τούτων στρέφειν λόγους. Οὐδὲν βλάψαι δυνήσονται, κἂν μὴ ὠφελήσωσι· πάντως δὲ καὶ ὠφελήσουσι· πρὸς γὰρ τὰς διαλέξεις καὶ ἡ ψυχὴ ποιοῦται. Φθείρουσι, φησὶν, ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Οὐκοῦν ὠφελοῦσιν ὁμιλίαι ἀγαθαί· οὐκοῦν καὶ σωφρονίζουσιν ὁμιλίαι φοβεραί. Ὥσπερ γὰρ κηρός τίς ἐστιν ἡ ψυχή· ἂν μὲν γὰρ ψυχρὰς
E ἐπαγάγῃς ὁμιλίας, ἐπώρωσας αὐτὴν καὶ ἐσκλήρυνας· ἂν δὲ πεπυρωμένας, ἐμάλαξας· μαλάξας δὲ, τυποῖς πρὸς ὅπερ ἂν θέλῃς, καὶ τὴν εἰκόνα τὴν βασιλικὴν ἐγχαράττεις. Ἀποφράττωμεν τοίνυν ἡμῶν τὰς ἀκοὰς πρὸς τὰς ὁμιλίας τὰς εἰκῇ· οὐκ ἔστι μικρὸν τὸ κακόν· ἀπὸ τούτου γίνεται πάντα τὰ κακά. Εἰ μεμελετήκει ἡμῶν ἡ διάνοια προσέχειν θείοις λόγοις, οὐκ ἂν προσέσχεν ἑτέροις· οὐ προσέχουσα δὲ ἑτέροις, οὐκ ἂν οὐδὲ τὰ πράγματα μετῆλθε τὰ πονηρά. Ὁδὸς γὰρ ἐπὶ τὰ
F ἔργα λόγος ἐστί· πρῶτον ἐννοοῦμεν, εἶτα φθεγγόμεθα, εἶτα πράττομεν. Πολλοὶ πολλάκις καὶ σωφρονοῦντες, ἀπὸ ῥημάτων αἰσχρῶν ἐπὶ πράξεις ἦλθον αἰσχράς. Οὐ γάρ ἐστιν ἡμῶν ἡ ψυχὴ οὔτε ἀγαθὴ φύσει οὔτε κακὴ, ἀλλὰ προαιρέσει καὶ τοῦτο κἀκεῖνο γίνεται.
521 A Ὥσπερ οὖν τὸ ἱστίον, ὅπουπερ ἂν πνεύσῃ ὁ ἄνεμος, μεταφέρει τὸ πλοῖον· μᾶλλον δὲ ὥσπερ ὁ οἴαξ μεταφέρει τὸ πλοῖον, ἂν ἐξ οὐρίων ὁ ἄνεμος ᾖ· οὕτω καὶ ὁ λογισμὸς, ἂν ἐξ οὐρίων τὰ ῥήματα φέρηται τὰ καλὰ, πλεύσεται ἀκινδύνως· ἂν δὲ ἐναντία, πολλάκις καὶ καταδύσει τὸν λογισμόν. Ὅπερ γάρ ἐστι τοῖς πλοίοις τὰ πνεύματα, τοῦτο ταῖς ψυχαῖς οἱ λόγοι· ὅπουπερ ἂν θέλῃς, μετάγεις αὐτὴν καὶ μετατρέπεις. Διὰ τοῦτο παραινῶν τίς φησι· Πᾶσα διήγησίς σου ἔστω ἐν νόμῳ Ὑψίστου. Διὸ παρακαλῶ, ἀπὸ τῆς τίτθης τὰ παιδία
B λαμβάνοντες, μὴ μύθοις γραϊκοῖς αὐτὰ ἐθίζωμεν,

ἀλλ' ἐκ πρώτης ἡλικίας μανθανέτω, ὅτι κρίσις ἐστίν· ὅτι κόλασις, ἐμπηγνύσθω αὐτῶν τῇ διανοίᾳ· οὗτος ὁ φόβος συῤῥιζωθεὶς, μεγάλα ἐργάζεται ἀγαθά. Ψυχὴ γὰρ μαθοῦσα ἐκ πρώτης ἡλικίας τῇ προσδοκίᾳ ταύτῃ κατασείεσθαι, οὐ ταχέως ἀποσείσεται τοῦτο τὸ δέος· ἀλλ' ὥσπερ τις ἵππος εὐήνιος, ἐπικαθήμενον ἔχουσα τὸν τῆς γεέννης λογισμὸν, εὔτακτα βαδίζουσα, καὶ φθέγξεται καὶ ἐρεῖ χρήσιμα· καὶ οὔτε νεότης, οὔτε πλοῦτος, οὔτε ὀρφανία, οὔτε ἄλλο οὐδὲν αὐτὴν βλάψαι δυνήσεται, οὕτω στεῤῥὸν [a] ἔχουσα τὸν λογισμὸν, C καὶ πρὸς πάντα ἀντέχειν δυνάμενον. Τούτοις τοῖς λόγοις καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ῥυθμίζωμεν, καὶ γυναῖκας καὶ δούλους καὶ τέκνα καὶ φίλους, εἰ δυνατὸν, καὶ ἐχθρούς. Δυνάμεθα γὰρ μετὰ τούτων τῶν λόγων τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων ὑποτεμέσθαι, καὶ βέλτιον ἐν λυπηροῖς ἐνδιατρίβειν, ἢ χρηστοῖς· καὶ δῆλον ἐκεῖθεν. Εἰπὲ γάρ μοι, ἂν ἔλθῃς εἰς οἰκίαν, ἔνθα γάμοι ἐπιτελοῦνται, πρὸς μὲν ὥραν ἥσθης τῇ θέᾳ, ὕστερον δὲ ἀπελθὼν τήκεις σαυτὸν τῇ λύπῃ, ὅτι οὐκ ἔχεις τοσαῦτα. Ἂν δὲ εἰς οἰκίαν πενθούντων εἰσέλθῃς, κἂν σφόδρα D πλουτοῦντες ὦσιν, ἀπελθὼν ἀναπαύσῃ μᾶλλον· οὐ γὰρ δὴ φθόνον ἐδέξω ἐκεῖθεν, ἀλλὰ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν ἐπὶ τῇ σῇ πενίᾳ. Εἶδες διὰ τῶν πραγμάτων, ὡς οὐδὲν ὁ πλοῦτος ἀγαθὸν, οὐδὲν ἡ πενία κακὸν, ἀλλ' ἀδιάφορά ἐστι πράγματα. Οὕτω καὶ νῦν ἂν περὶ τρυφῆς διαλέγῃ, μᾶλλον κόπτεις τὴν ψυχὴν οὐκ ἔχουσαν ἴσως τρυφᾶν· ὅταν δὲ κατὰ τρυφῆς, καὶ τοὺς τῆς γεέννης ἐμβάλῃς ἐν μέσῳ λόγους, εὐφραίνει σε τὸ πρᾶγμα, καὶ πολλὴν τέξεται τὴν ἡδονήν. Ὅταν γὰρ ἐννοήσῃς, ὅτι ἡ τρυφὴ οὐδὲν ἡμῖν πρὸς τὸ πῦρ E ἐκεῖνο δυνήσεται ἀμύναι, οὐκ ἐπιζητήσεις αὐτήν· ἂν δὲ λογίσῃ, ὅτι καὶ μᾶλλον αὐτὸ ἀνάπτειν εἴωθεν, οὐ μόνον οὐκ ἐπιζητήσεις, ἀλλὰ καὶ ἀποστραφήσῃ καὶ ἀποκρούσῃ. Μὴ δὴ φεύγωμεν τοὺς περὶ γεέννης λόγους, ἵνα φύγωμεν τὴν γέενναν· μὴ φεύγωμεν τὴν τῆς κολάσεως μνήμην, ἵνα μὴ κολασθῶμεν. Εἰ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος τὸ πῦρ ἐνενόει ἐκεῖνο, οὐκ ἂν ἥμαρτεν· ἐπειδὴ δὲ οὐδέποτε αὐτοῦ ἐμνήσθη, διὰ τοῦτο αὐτῷ περιέπεσεν. Εἰπέ μοι, ἄνθρωπε, μέλλων παρίστασθαι F τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ πάντα μᾶλλον φθέγγῃ, ἢ περὶ τούτου; Καὶ πρᾶγμα μὲν ἔχων πρὸς δικαστὴν, μέχρι ῥημάτων πολλάκις, οὐ νύκτα, οὐχ ἡμέραν, οὐ καιρὸν, οὐχ ὥραν ἄλλο τι φθέγγῃ, ἀλλὰ 522 A διαπαντὸς περὶ ἐκείνου τοῦ πράγματος· μέλλων δὲ ὑπὲρ πάσης τῆς ζωῆς σου λόγον διδόναι, καὶ εὐθύνας ὑπέχειν, οὐδὲ ἄλλων σε ἀναμιμνησκόντων ὑπὲρ τῆς δίκης ἀνέχῃ; Τοιγαροῦν διὰ τοῦτο πάντα ἀπόλωλε καὶ διέφθαρται, ὅτι βήματι μὲν ἀνθρωπίνῳ παραστήσεσθαι μέλλοντες περὶ πραγμάτων βιωτικῶν, πάντα

pterea dicit quidam admonens, *Omnis narratio tua sit in lege Altissimi.* Eccli. 9. 20. Propterea rogo, a nutrice acceptos infantes ne anilibus fabulis assuefaciamus, sed ab ineunte ætate discant quod sit judicium; quod sit supplicium, infigatur eorum animis : hic metus si radices egerit, magna bona facit. Anima enim quæ ab ineunte ætate didicerit ea exspectatione concuti, hunc metum non cito amovebit : sed sicut equus quidam qui freno facile regitur, habens insidentem gehennæ cogitationem, ordinate ingrediens, et loquetur et dicet utilia : et neque juventus, neque divitiæ, neque orbitas, neque quidquam aliud ei nocere poterit, cum adeo validam habeat rationem, et quæ possit omnibus resistere. His verbis et nos ipsos componamus, et uxores et servos et filios et amicos, et, si fieri potest, etiam inimicos. Cum his enim verbis possumus multa peccata resecare, et melius versari in rebus molestis, quam in jucundis. Est autem illinc perspicuum. Nam dic mihi, si veneris in domum in qua celebrantur nuptiæ, aliquantisper quidem spectaculo es delectatus; postea autem cum recesseris, dolore extabescis, quod tam multa non habeas. Sin autem ingressus fueris domum lugentium, etiamsi sint valde divites, cum recesseris, magis quiesces : non enim inde accepisti invidiam, sed consolationem de tua paupertate. Per res ipsas vidisti quod nullum bonum sint divitiæ, nullum malum paupertas, sed res sint indifferentes. Divitiæ non bonæ; paupertas non mala. Ita nunc quoque si loquaris de deliciis, magis feris animam, ut quæ forte non habeat quo deliciis indulgeat : quando autem adversus delicias etiam de gehenna sermones in medium injeceris, res te delectat, et magnam pariet voluptatem. Quando enim cogitaveris quod deliciæ adversus illum ignem nihil poterunt opis ferre, eas non requires : sin autem reputaveris quod ipsum quoque magis solent accendere, non solum non requires, sed etiam adversaberis et repelles. Ne fugiamus sermones de gehenna, ut gehennam fugiamus : ne fugiamus pœnæ mentionem, ut non puniamur. Si dives ille ignem istum cogitasset, non peccasset; quoniam autem ejus numquam meminit, ideo in eum incidit. Dic mihi, o homo, cum sistendus sis ad tribunal Christi, de quavis potius quam de ea re loqueris? Et si tibi sit lis apud judicem, sæpe verbis tenus, non noctu, non interdiu, non aliquo temporis momento, non hora aliqua aliquid aliud loqueris, sed perpetuo de

[a] [*Fort.* ἔχουσαν. Savil.]

re illa; de tota autem vita tua rationem redditurus et judicium subiturus, ne eos quidem toleras, qui hoc judicium tibi in mentem revocant? Propterea ergo omnia perierunt et sunt perdita ac profligata, quod ad humanum tribunal sistendi, pro rebus quæ ad hanc vitam pertinent, omnia moveamus, quemlibet rogemus, assidue de eo simus solliciti, omnia pro illa re agamus : ad Christi autem tribunal non multo post venturi, nihil nec per nos nec per alios agamus, Judicem non rogemus, quamvis nobis longum det temporis spatium, et nos non rapiat in mediis peccatis; sed permittat ut ea exuamus, et nihil eorum quæ ad ipsum pertinent prætermittat illa bonitas et benignitas. Sed nihil amplius efficitur : propterea majus est supplicium. Sed absit ut ita fiat. Propterea rogo, ut nunc saltem resipiscamus, gehennam ante oculos habeamus, cogitemus illam inevitabiliter reddendam rationem : ut hæc reputantes, et vitium fugiamus, et virtutem eligamus, et possimus assequi bona promissa iis qui ipsum diligunt, gratia et benignitate, etc.

κινοῦμεν, πάντας ἀξιοῦμεν, διηνεκῶς περὶ τούτου μεριμνῶμεν, πάντα ὑπὲρ τούτου πράττομεν· εἰς δὲ τὸ βῆμα τοῦ Χριστοῦ μέλλοντες ἥκειν μετ' οὐ πολὺ, οὐδὲν οὔτε δι' ἑαυτῶν, οὔτε δι' ἄλλων πράττομεν, οὐκ B ἀξιοῦμεν τὸν δικαστήν. Καίτοι γε πολλὴν ἡμῖν ἐκεῖνος δίδωσι προθεσμίαν, καὶ οὐκ ἀναρπάζει ἡμᾶς ἐν τοῖς μέσοις ἁμαρτήμασιν, ἀλλ' ἀφίησιν ἀποδύσασθαι, καὶ οὐδὲν τῶν εἰς αὐτὸν ἡκόντων παραλιμπάνει ἡ ἀγαθότης ἐκείνη καὶ ἡ φιλανθρωπία. Ἀλλ' οὐδὲν γίνεται πλέον· διὰ τοῦτο μείζων ἡ τιμωρία. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο γενέσθαι. Διὸ, παρακαλῶ, [a] κἂν νῦν ἀνανήψωμεν, ἔχωμεν τὴν γέενναν πρὸ ὀφθαλμῶν, ἐννοῶμεν τὰς εὐθύνας ἐκείνας τὰς ἀπαραιτήτους· ἵνα ταῦτα C λογιζόμενοι, καὶ τὴν κακίαν φύγωμεν, καὶ τὴν ἀρετὴν αἱρώμεθα, καὶ δυνηθῶμεν ἐπιτυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ.

[a] Sic Mss. omnes. Editi vero *κἂν ἐκ τοῦ νῦν ἀνανήψωμεν.*

HOMILIA III.

Cap. I. v. 9. *Qui pœnas dabunt in interitu æternas a facie Domini et a gloria virtutis ejus,* 10. *cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.*

1. Sunt multi homines qui bonam spem habent, non in eo quod abstineant a peccatis, sed in eo quod existiment gehennam non esse vehementem sicut dicitur, sed mitiorem quam eam cujus minæ intentantur, et esse temporaneam, non æternam, et de illa re multum philosophantur. Ego vero non solum quod non sit mitior quam cujus minæ intententur, sed multo vehementior, ex multis possum ostendere, et colligere ex ipsis verbis de gehenna. Cæterum nullum nunc agito sermonem de his : sufficit enim metus ex solis verbis conceptus, etiamsi eorum sententiam non explicaverimus. Quod autem non sit temporanea, audi Paulum nunc dicentem de iis qui Deum non norunt, neque credunt evangelio, quod pœnas da-

ΟΜΙΛΙΑ γ'.

Οἵτινες δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώνιον, ἀπὸ προσώπου Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, D ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν.

Εἰσὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἳ τὰς ἐλπίδας τὰς χρηστὰς οὐκ ἐν τῷ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπέχεσθαι ἔχουσιν, ἀλλ' ἐν τῷ νομίζειν τὴν γέενναν μὴ σφοδρὰν εἶναι, καθὼς λέγεται, ἀλλ' ἡμερωτέραν τῆς ἠπειλημένης, καὶ πρόσκαιρον, οὐκ αἰώνιον, καὶ πολλὰ περὶ τούτου φιλοσοφοῦσιν. Ἐγὼ μὲν οὖν οὐ μόνον ὅτι τῆς E ἠπειλημένης οὐκ ἔστιν ἡμερωτέρα, ἀλλ' ὅτι καὶ σφοδροτέρα πολλῷ, πολλαχόθεν ἔχω παραστῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῶν συλλογίσασθαι τῶν περὶ γεέννης ῥημάτων. Πλὴν ἀλλ' οὐδένα περὶ τούτων κινῶ λόγον νῦν· ἀρκεῖ γὰρ ὁ καὶ ἀπὸ ψιλῶν ῥημάτων φόβος, κἂν μὴ τὸν νοῦν αὐτῶν ἀναπτύξωμεν. Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι πρόσκαιρος, ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος νῦν περὶ τῶν μὴ εἰδότων τὸν Θεὸν, μηδὲ πιστευόντων ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὅτι δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώνιον. Τὸ αἰώνιον οὖν

πῶς πρόσκαιρον; Ἀπὸ προσώπου, φησὶ, τοῦ Κυρίου. F Τί ἐστι τοῦτο; Τὸ εὔκολον ἐνταῦθα βούλεται εἰπεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ μέγα ἐφύσων τότε πλουτοῦντες, οὐ δεῖ, φησὶν, πολλῆς ἐργωδίας, ἀλλ' ἀρκεῖ παραγενέσθαι μόνον καὶ ὀφθῆναι τὸν Θεὸν, καὶ πάντες ἐν κολάσει καὶ τιμωρίᾳ γίνονται. Ἡ παρουσία αὐτοῦ τοῖς μὲν φῶς ἔσται, τοῖς δὲ τιμωρία. Καὶ ἀπὸ τῆς δόξης, 523 φησὶ, τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν A τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασι. Τί λέγεις; Θεὸς ἐνδοξάζεται; Ναὶ, Ἐν πᾶσι, φησὶ, τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Πῶς; Ὅταν γὰρ ἴδωσιν οἱ μέγα φυσῶντες τοὺς μαστιζομένους ὑπ' αὐτῶν, τοὺς καταφρονουμένους, τοὺς καταγελωμένους, τούτους ἐγγὺς ὄντας αὐτοῦ, δόξα αὐτοῦ γίνεται· μᾶλλον δὲ τοῦτο δόξα ἐστὶ καὶ αὐτῶν καὶ αὐτοῦ· αὐτοῦ μὲν, ὅτι αὐτοὺς οὐκ ἐγκατέλιπεν, ἀλλὰ λαμπροὺς ἀπέδειξεν· αὐτῶν δὲ, ὅτι τοσαύτης κατηξιώθησαν τιμῆς. Ὥσπερ B γὰρ πλοῦτος αὐτοῦ ἐστι τὸ εἶναι πιστοὺς, οὕτω καὶ δόξα αὐτοῦ ἐστι τὸ εἶναι τοὺς μέλλοντας ἀπολαύειν αὐτοῦ τῶν ἀγαθῶν. Δόξα ἐστὶ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἔχειν οἷς τῆς εὐεργεσίας μεταδῷ. Καὶ θαυμασθῆναι, φησὶν, ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασι. Τουτέστι, διὰ τῶν πιστευσάντων. Ἰδοὺ πάλιν τὸ, ἐν, διά ἐστί. Δι' ἐκείνων γὰρ θαυμαστὸς [a] ἀποδείκνυται. Ὅταν γὰρ τοὺς οἰκτροὺς καὶ ταλαιπώρους καὶ μυρία παθόντας δεινὰ, καὶ πιστεύσαντας, εἰς τοσαύτην ἄγῃ λαμπρότητα, δείκνυται αὐτοῦ ἡ ἰσχὺς τότε, ὅτι εἰ καὶ ἐνταῦθα δοκοῦσιν ἐγ- C καταλελεῖφθαι, ἀλλ' ὅμως ἐκεῖ πολλῆς ἀπολαύουσι δόξης· τότε μάλιστα πᾶσα ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ δείκνυται καὶ ἡ ἰσχύς. Καὶ πῶς, ἄκουε· ἐπάγει γὰρ, Ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε περὶ ὑμῶν. Τουτέστιν ὅταν παράγωνται εἰς μέσον οἱ μυρία παθόντες δεινὰ, ὥστε ἐκστῆναι τῆς πίστεως, καὶ μὴ ἐνδόντες, ἀλλὰ πιστοὶ μείναντες, [b] δοξάζεται ὁ Θεός· τότε δείκνυται καὶ τούτων ἡ δόξα. Ἐπεὶ τοίνυν πολλοὶ τὴν πίστιν ὑποκρίνονται, μὴ μακάριζε μηδένα D πρὸ τελευτῆς· καὶ γὰρ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ δείκνυνται οἱ πιστεύσαντες. Εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα, φησὶ, πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει. Ἵνα ἀξιώσῃ, φησὶν, ὑμᾶς τῆς κλήσεως, δεικνὺς ὅτι πολλοὶ καὶ ἀπεβλήθησαν. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγε, Καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης. Ἐπεὶ καὶ ὁ τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια ἐνδεδυμένος ἐκλήθη, ἀλλ' οὐκ ἔμεινεν ἐν τῇ κλήσει· διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον γέγονεν ἀπόβλητος τῆς E κλήσεως τῆς εἰς τὸν νυμφῶνα. Ἐπεὶ καὶ αἱ πέντε παρθένοι ἐκλήθησαν· ἐγείρεσθε, φησὶν, ὁ νυμφίος ἔρ-

bunt, exitium æternum. Quod autem est æternum, quomodo temporale? *A facie,* inquit, *Domini.* Quid hoc est? Facilitatem quamdam vult indicare. Quia enim tunc ob divitias altum sapiebant; Magno, inquit, non opus est negotio, sed sufficit ut adsit tantum Deus et visus fuerit, et sunt omnes in pœna et supplicio. Ejus præsentia aliis quidem erit lux, aliis vero supplicium. *Et a gloria,* inquit, *virtutis ejus, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.* Quid dicis? Deusne glorificatur? Certe, *In omnibus,* inquit, *sanctis suis.* Quomodo? Quando enim, inquit, ii qui altum sapiunt, viderint eos qui ab ipsis flagellantur, qui despiciuntur, qui irridentur, esse prope ipsum, tunc apparet ejus gloria; vel potius et eorum et ejus gloria: ejus quidem, quod eos non reliquerit, sed præclaros reddiderit et illustres; eorum autem, quod tanto dignati sint honore. Ut enim illi ejus sunt divitiæ, quod sint fideles: ita etiam ejus est gloria, quod illi bonis ejus sint potituri. Gloria boni est habere quos suis ornet beneficiis. *Et admirabilis,* inquit, *fieri in omnibus qui crediderunt.* Hoc est, per eos qui crediderunt. Ecce rursus, *in,* idem est quod, *per*: per illos enim redditur admirabilis. Quando enim eos qui miseri erant et abjecti, ac mala passi innumerabilia crediderant, ad tantum deducit splendorem; ejus virtus tunc ostenditur, quod, etiamsi hic videantur derelicti, sed tamen magna illic fruuntur gloria: tunc maxime ostenditur omnis Dei gloria et virtus. Quomodo autem, audi; subjungitur enim: *Quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo.* 11. *In quo etiam oramus semper pro vobis.* Hoc est: Quando adducti fuerint in medium qui mala passi sunt innumera ut a fide desciscerent, et non cesserunt, sed crediderunt, glorificatur Deus: tunc ostenditur etiam horum gloria. Quia igitur multi fidem simulant, ante mortem neminem beatum dixeris: nam in illo die ostenduntur qui crediderunt. *In quo etiam oramus,* inquit, *semper pro vobis: ut vos dignetur vocatione sua Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis suæ et opus fidei in virtute. Ut dignetur,* inquit, *vos vocatione*; ostendens multos rejectos fuisse. Propterea subjunxit, *Et impleat omnem voluntatem bonitatis suæ.* Nam is quoque qui sordidis erat indutus vestibus fuit vocatus, sed non man-

[a] Codex unus ἐπιδείκνυται.

[b] [Dunæus τότε δοξάζεται.]

sit in vocatione; imo propterea magis ejectus fuit a vocatione in thalamum sponsi. Nam quinque etiam virgines fuerunt vocatæ: Surgite, in- Matth. 25. 6. quit, sponsus venit; et paratæ erant, sed non sunt ingressæ. Significans ergo quamnam dicit vocationem, subjunxit: *Et impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, et opus fidei in virtute.* Hanc quærimus vocationem, inquit. Vide quomodo sensim eos cohibet et comprimit. Ne enim efferantur laudum exsuperatione, ut qui res magnas gesserint, pigrique et ignavi evadant, ostendit eis adhuc aliquid deesse, quamdiu fuerint in hac vita: quod etiam ad Hebræos scribens Hebr. 12. 4. dicebat: *Nondum ad sanguinem usque restitistis, adversus peccatum decertantes. Omnem,* inquit, *voluntatem;* hoc est, beneplacitum, et quod satisfacit certumque est ac statutum. Ac si diceret, Ut fiat quod Deo certum est et in quo acquiescit, ut nihil vobis desit, ut sitis ita ut vult. *Et opus fidei in virtute.* Quid hoc est? Tolerantia persequutionum. Ne dissolvamur, inquit, nec deficiamus. 12. *Ut glorificetur nomen Domini Jesu Christi in vobis, et vos in illo, secundum gratiam Dei nostri et Domini Jesu Christi.*

χεται· καὶ παρεσκευάσαντο, ἀλλ' οὐκ εἰσῆλθον. Δηλῶν οὖν ποίαν κλῆσιν λέγει, ἐπήγαγε· Καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει. Ταύτην ζητοῦμεν τὴν κλῆσιν, φησίν. Ὅρα πῶς ἠρέμα αὐτοὺς καταστέλλει. Ἵνα γὰρ μὴ τῇ τῶν ἐγκωμίων ὑπερβολῇ χαυνωθῶσιν, ὡς μεγάλα κατωρθωκότες, καὶ ῥᾴθυμοι γένωνται, δείκνυσιν ὅτι ἔτι αὐ- F τοῖς λείπει, ἕως ἂν ὦσιν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ· ὅπερ καὶ Ἑβραίοις γράφων ἔλεγεν· Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι. Εἰς πᾶσαν, φησὶν, εὐδοκίαν· τουτέστιν, ἀρέσκειαν, πεῖσμα, πληροφορίαν· ὡσεὶ ἔλεγεν, ἵνα τὸ πεῖσμα τοῦ 524 A Θεοῦ γένηται, ἵνα μηδὲν ὑμῖν λείπῃ, ἵνα ὡς βούλεται οὕτως ἦτε. Καὶ ἔργον, φησὶ, πίστεως ἐν δυνάμει. Τί ἐστι τοῦτο; Ἡ ὑπομονὴ τῶν διωγμῶν· ἵνα μὴ ἐκλυώμεθα, φησίν. Ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

2. Vide: dixit illic gloriam, dixit hic quoque: dixit quod ipsi quoque glorificantur, ut et glorientur: dixit, quod est longe amplius, quod Deum quoque glorificant: dixit quod recipient illam gloriam: sed et hic quoque dicit: nam dum glorificatur dominus, servi quoque glorificantur. Nam qui dominum glorificant, multo magis ipsi glorificantur, et hoc ipso, et absque illo. Gloria enim est afflictio, quæ propter Christum suscipitur; et ubique eam rem vocat gloriam: et quo magis aliquid turpe et ignominiosum passi fuerimus, eo sumus clariores. Deinde ostendens quod hoc ipsum quoque est Dei, dicit, *Secundum gratiam Dei nostri et Domini Jesu Christi.* Hanc gratiam ipse nobis dedit, ut glorificetur in nobis, et nos glorificet in ipso. Quomodo glorificatur in nobis? Quoniam nihil ei præferimus. Quomodo glorificatur in ipso? Quoniam ab ipso accepimus virtutem, ut non cedamus malis quæ inferuntur. Nam quando tentatio acciderit, simul et Deus glorificatur, et nos: ipsum enim glorificant quod nos sic corroborarit; nos admirantur, quod nos ita comparaverimus ut simus digni. Hæc autem omnia fiunt a Dei gratia.

Cap. II. 1. *Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi et nostræ congregationis in ipsum,* 2. *ut non cito moveamini a*

Ὅρα· εἶπεν ἐκεῖ δόξαν, εἶπε καὶ ἐνταῦθα· εἶπεν ὅτι αὐτοὶ δοξάζονται, ὥστε καὶ καυχᾶσθαι· εἶπεν δ πολλῷ πλέον ἦν, ὅτι καὶ τὸν Θεὸν δοξάζουσιν· εἶπεν B ὅτι ἀπολήψονται τὴν δόξαν ἐκείνην· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθά φησι· τοῦ γὰρ δεσπότου δοξαζομένου, καὶ οἱ δοῦλοι δοξάζονται. Οἱ γὰρ τὸν δεσπότην δοξάζοντες, πολλῷ μᾶλλον αὐτοὶ δοξάζονται, καὶ τούτῳ αὐτῷ, καὶ χωρὶς τούτου. Δόξα γάρ ἐστιν ἡ θλῖψις ἡ διὰ Χριστὸν, καὶ πανταχοῦ δόξαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ· καὶ ὅσῳ ἂν ἄτιμόν τι πάθωμεν, τοσούτῳ μᾶλλον γινόμεθα λαμπροί. Εἶτα πάλιν δεικνὺς ὅτι καὶ τοῦτο αὐτὸ τοῦ Θεοῦ ἐστι, φησὶ, Κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· τουτέστι, ταύτην τὴν χάριν ἡμῖν C αὐτὸς ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ἵνα δοξάζηται ἐν ἡμῖν, καὶ δοξάζῃ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ. Πῶς δοξάζεται ἐν ἡμῖν; Ὅτι οὐδὲν αὐτοῦ προτιμῶμεν. Πῶς δοξαζόμεθα ἐν αὐτῷ; Ὅτι δύναμιν εἰλήφαμεν παρ' αὐτοῦ ὥστε μηδὲ ἐνδιδόναι τοῖς ἐπαγομένοις δεινοῖς. Ὁμοῦ γὰρ ὅταν πειρασμὸς συμβῇ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάζεται, καὶ ἡμεῖς· αὐτὸν μὲν γὰρ δοξάζουσιν, ὅτι οὕτως ἡμᾶς ἐνεύρωσεν· ἡμᾶς δὲ θαυμάζουσιν, ὅτι ἀξίους ἑαυτοὺς παρεσκευάσαμεν. Πάντα δὲ ταῦτα ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ D γίνεται. Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοός. Πότε μὲν ἔσται ἀνάστασις, οὐκ εἴρηκεν· ὅτι δὲ νῦν οὐκ ἔσται, εἴρηκε. Καὶ ἡμῶν,

φησίν, ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν. Οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο. Ὁρᾷς πῶς καὶ ἡ παραίνεσις πάλιν μετ' ἐγκωμίου καὶ προτροπῆς, τῷ πάντως μεθ' ἡμῶν αὐτῶν φαίνεσθαι τὸν Κύριον καὶ τοὺς ἁγίους πάντας; Περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἐνταῦθα διαλέγεται, καὶ περὶ τῆς ἐπισυναγωγῆς τῆς ἡμῶν· ὁμοῦ γὰρ ταῦτα ἔσται. E Ἐπαίρει τὴν διάνοιαν αὐτῶν· εἰς τὸ μὴ σαλεύεσθαι, φησὶ, ταχέως ὑμᾶς. Μήτε θροεῖσθε, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῆς, ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου. Ἐνταῦθα δοκεῖ μοι αἰνίττεσθαι περιιέναι τινὰς ἐπιστολὴν πλάσαντας δῆθεν ἀπὸ τοῦ Παύλου, καὶ ταύτην ἐπιδεικνυμένους λέγειν, ὡς ἄρα ἐφέστηκε τοῦ Κυρίου ἡ ἡμέρα, ἵνα πολλοὺς ἐντεῦθεν πλανήσωσιν. Ὥστε οὖν μὴ ἀπατηθῆναι, ἀσφαλίζεται αὐτοὺς ὁ Παῦλος, δι' ὧν γράφει καί φησι· Μὴ θροεῖσθε, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου. F Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· κἂν τις πνεῦμα προφητείας ἔχων τοῦτο εἴπῃ, μὴ πιστεύσητε. Ὅτε γὰρ ἤμην πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα εἶπον ὑμῖν· ὥστε οὐ δεῖ μεταπείθεσθαι, ἀφ' ὧν ἐδιδάχθητε. Ἢ διὰ πνεύματος. Τοὺς ψευδοπροφήτας οὕτω καλεῖ πνεύ- 525 A ματι ἀκαθάρτῳ λαλοῦντας, ἅπερ ἐλάλουν. Βουλόμενοι γὰρ οὗτοι μᾶλλον πιστεύεσθαι, οὐ μόνον διὰ πιθανολογίας ἐπεχείρουν ἀπατᾷν· τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει εἰπὼν, Μήτε διὰ λόγου· ἀλλὰ καὶ πεπλασμένην ἐπιστολὴν ἐπεδείκνυον ὡς ἀπὸ τοῦ Παύλου, τὸ αὐτὸ τοῦτο δηλοῦσαν. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸ ἐμφαίνων ἐπήγαγε, τὸ, Μήτε δι' ἐπιστολῆς, ὡς δι' ἡμῶν. Πανταχόθεν τοίνυν αὐτοὺς ἀσφαλισάμενος, οὕτω τὴν οἰκείαν γνώμην ἐκτίθεται, καὶ λέγει· Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς B ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὡς Θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός. Περὶ τοῦ ἀντιχρίστου ἐνταῦθα διαλέγεται, καὶ μεγάλα ἀποκαλύπτει μυστήρια. Τί ἐστιν Ἡ ἀποστασία; Αὐτὸν καλεῖ τὸν ἀντίχριστον ἀποστασίαν, ὡς πολλοὺς μέλλοντα ἀπολλύναι καὶ ἀφιστᾷν· Ὥστε, φησὶ, σκανδαλισθῆναι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Καὶ ἄνθρωπον ἁμαρτίας αὐτὸν καλεῖ· μυρία γὰρ ἐργάσεται καὶ παρασκευάσει ἑτέρους ἐργάσασθαι δεινά. Υἱὸν δὲ τῆς C ἀπωλείας φησὶν αὐτὸν διὰ τὸ καὶ αὐτὸν ἀπόλλυσθαι. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; ἆρα ὁ σατανᾶς; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἄνθρωπός τις πᾶσαν αὐτοῦ δεχόμενος τὴν ἐνέργειαν· Καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος, φησὶν, ὁ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα. Οὐ γὰρ εἰς εἰδωλολατρείαν ἄξει ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀντίθεός τις ἔσται, καὶ πάντας καταλύσει τοὺς θεοὺς, καὶ κελεύσει προσκυνεῖν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ καθεσθήσεται εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, οὐ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις μόνον,

sensu vestro. Quando futura sit resurrectio, non dixit; quod autem nunc non erit, dixit. *Nostræ*, inquit, *congregationis in ipsum.* Non est hoc quoque parvum. Vides quomodo fit etiam suasio cum laude et adhortatione, quod omnino nobiscum ipse appareat, et sancti omnes? Loquitur hic de Christi adventu et de nostra congregatione: hæc enim simul erunt. Erigit mentem eorum, ut non cito, inquit, labetis et vacilletis. *Neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, ut per nos missam, quasi instet dies Domini.* Hic innuere videtur fuisse quosdam, qui fictam et ementitam ut Pauli epistolam gestaverint, eamque ostendentes dicerent, quod instaret dies Domini, ut inde multos in errorem inducerent. Ne igitur errarent, sed sibi caverent, confirmat Paulus per ea quæ dicit et scribit: *Ne terreamini neque per spiritum, neque per sermonem.* Quod autem ait, ita habet: Etiamsi aliquis spiritum prophetiæ habens hoc dicat, ne credideritis. Quando enim eram apud vos, hæc dixi vobis: adeo ut minime deceat ab eorum fide recedere quæ docti fuistis. *Neque per spiritum.* Pseudoprophetas sic appellat spiritu immundo afflante loquentes quæcumque proferebant. Isti enim fidem dictis suis conciliare volentes, non solum persuadendi ratione conabantur in errorem inducere; hoc quippe ostendit, cum ait, *Neque per sermonem;* verum etiam fictam, quasi esset Pauli, epistolam ostendebant, hoc ipsum quod prætendebant exprimentem. Quocirca idipsum ostendens subjunxit, *Neque per epistolam, tamquam per nos.* Undequaque igitur eos confirmans sic sententiam suam exponit et ait: 3. *Ne quis vos seducat ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius proditionis,* 4. *qui adversatur et extollitur, supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus.* De Antichristo hic disserit, et magna aperit mysteria. Quid est *Discessio?* Antichristum vocat discessionem, ut qui multos sit perditurus, et ut deficiant, inducturus: *Adeo ut scandalizentur*, inquit, *si fieri potest, etiam electi.* Vocat autem eum hominem peccati: faciet enim innumerabilia, et procurabit ut alii faciant terribilia. Dicit autem eum filium perditionis, quod ipse quoque pereat. Quis est autem iste? numquid satanas? Nequaquam: sed homo quidam suscipiens omnem ejus operationem. *Et revelatus fuerit homo*, inquit, *qui extollitur*

Matth. 24. 24.

Antichristus quis futurus sit.

[b] λάβουρον videtur error esse pro λάβαρον. Alter Codex λάβουρον [sic] habet; in altero hæc, τὸ λεγόμενον τῇ συνηθείᾳ λάβουρον, desunt.

Deus. Sed gratias illi ago, inquit, quia me tali ministerio dignatus est : hoc enim signum est quod me fidelem existimaverit. Sicut enim in domo œconomus non solum gratiam habet hero quod sibi fidem habuerit; sed etiam hoc gratiæ signum ducit, quod se aliis fideliorem esse arbitretur : ita et hic dicendum. Deinde considera quomodo extollat misericordiam et benignitatem Dei, cum priorem suam vitam exponit : *Qui prius blasphemus fui*, inquit, *et persequutor et contumeliosus*. Et cum de Judæis loquitur, qui adhuc in-
Rom. 10. 2. creduli erant, parcius verba facit : *Testificor enim illis*, inquit, *quod zelum Dei habent, sed non secundum scientiam ;* se autem vocat blasphemum, persequutorem et contumeliosum. Viden' quam se demittat, quam non sit sui amans, quam humilem possideat animum? Non satis fuit illi quod se dixerit blasphemum et persequutorem, sed etiam id amplificavit. Neque enim in me solo scelus sistebam, inquit, neque satis erat mihi quod blasphemarem ; sed etiam eos qui pie agere vellent persequebar. Magna blasphemiæ insania est. *Sed misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.*

οἰκονόμος χάριν ἔχει τῷ δεσπότῃ, ἀλλὰ καὶ τὸ σημεῖον τίθησι τοῦτο, ὅτι αὐτὸν τῶν ἄλλων ἡγεῖται πιστότερον· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐνταῦθα. Εἶτα σκόπει πῶς ἐπαίρει τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν, τὸν πρότερον αὐτοῦ βίον ἐξηγούμενος.
B Τὸν πρότερον ὄντα, φησὶ, βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν. Καὶ ὅταν μὲν περὶ Ἰουδαίων διαλέγηται τῶν ἔτι ἀπίστων, μεθ' ὑποστολῆς κέχρηται τῷ λόγῳ· Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, φησὶν, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν· περὶ δὲ ἑαυτοῦ φησι, Βλάσφημον ὄντα καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν. Ὁρᾷς τὴν καταφορὰν αὐτοῦ, πῶς οὐκ ἔστι φίλαυτος, πῶς συνεσταλμένην κέκτηται τὴν διάνοιαν; Οὐκ ἤρκει εἰπεῖν, Βλάσφημον ὄντα καὶ διώκτην, ἀλλ' ὅτι καὶ μετ'
C ἐπιτάσεως τοῦτο ἔπραττε. Οὐ μόνον γὰρ, φησὶ, μέχρις ἐμοῦ ἵστων τὸ φαῦλον, οὐδὲ ἠρκούμην αὐτὸς βλασφημῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς βουλομένους εὐσεβεῖν ἐδίωκον. Πολλὴ τῆς βλασφημίας ἡ μανία. Ἀλλ' ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ.

2. Cur ergo alii quoque Judæi non misericordiam consequuti sunt? Quia non ex ignorantia, sed et scientes et rem notam habentes illa fecerunt. Et ut id accurate discas, audi evangelistam di-
Joan. 12 42. 43. centem : *Multi ex Pharisæis et Judæis credebant quidem, non confitebantur autem. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam glo-*
Ib. 5. 44. et 9. 22. *riam Dei.* Et iterum Christus dicit : *Quomodo potestis credere, gloriam ad invicem inquirentes ;* et rursum, *Hæc dixerunt*, inquit, *parentes*
et 12. 19. *cæci propter Judæos ne extra synagogam fierent.* Ipsi quoque Judæi rursus dicebant, *Videtis quia nihil proficimus ? ecce mundus totus post illum vadit.* Ubique enim illos dominandi ambi-
Luc. 5. 21. tio movebat. Atqui illi ipsi dicebant, *Nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus :* statimque, quod signum Dei esse dixerant, ille fecit. Non erat ergo id ex ignorantia. Ubinam vero tunc Paulus erat? Fortasse dixerit quispiam, ad pedes Gamalielis, qui nihil commune habebat cum seditiosis illis turbis : Gamaliel autem talis vir erat, qui ambitionis causa nihil ageret. Quomodo ergo postea Paulus cum turbis invenitur? Videbat ille dogma augeri et obtinere, omnesque fere ipsi obtemperare. Christo enim vivente aliquando ipsum, aliquando doctores adibant : cum autem penitus se-

Τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ ἄλλοι Ἰουδαῖοι οὐκ ἠλεήθησαν; Ὅτι οὐκ ἐξ ἀγνοίας, ἀλλὰ καὶ εἰδότες καὶ σφόδρα ἐπιστάμενοι ἔπραττον ἅπερ ἔπραττον. Καὶ ἵνα μάθῃς ἀκριβῶς, ἄκουε τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος, ὅτι Πολλοὶ ἐκ τῶν Φαρισαίων καὶ Ἰουδαίων ἐπίστευον
D μὲν, οὐχ ὡμολόγουν δέ. Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον, ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάλιν ὁ Χριστός φησι· Πῶς δύνασθε πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες; καὶ πάλιν, Ταῦτα εἶπον, φησὶν, οἱ γονεῖς τοῦ τυφλοῦ διὰ τοὺς Ἰουδαίους, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται. Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Ἰουδαῖοι πάλιν ἔλεγον, Ὁρᾶτε ὅτι οὐδὲν ὠφελοῦμεν, ὅτι πᾶς ὁ κόσμος ὑπάγει ὀπίσω αὐτοῦ. Πανταχοῦ γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς φιλαρχίας πάθος ἠνώχλει. Καὶ μὴν αὐτοὶ εἶπον, ὅτι Οὐδεὶς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ
E μόνος ὁ Θεός· καὶ εὐθέως ἐποίησε τοῦτο, ὅπερ ἔφησαν εἶναι σημεῖον Θεοῦ. Οὐκ ἦν οὖν ταῦτα ἀγνοίας. Ποῦ δὲ ὁ Παῦλος ἦν τότε; Ἴσως ἄν τις εἴποι παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, οὐδὲν κοινὸν μετὰ τῶν ὄχλων ἔχων τῶν στασιαστῶν. Ὁ δὲ Γαμαλιὴλ ἀνήρ τις ἦν οὐ φιλαρχίας ἕνεκέν τι ποιῶν. Πῶς οὖν μετὰ ταῦτα εὑρίσκεται μετὰ τοῦ ὄχλου ὁ Παῦλος; Ἑώρα αὐξανόμενον τὸ δόγμα καὶ κρατοῦν λοιπὸν, καὶ πάντας αὐτοὺς πειθομένους. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ Χριστοῦ ποτὲ μὲν αὐτῷ συνήεσαν, ποτὲ δὲ τοῖς διδασκάλοις· ὅτε δὲ τέλεον [a] ἀπεσχοινίσθησαν, τότε λοιπὸν, οὐχ ὡς οἱ

[a] Alius ἀπεσχίσθησαν. [Sic Colb. 909. et marg. Sav. Supra Savil. legendum conjicit πάντας αὐτῷ πειθομένους.]

λοιποὶ φιλαρχίας ἕνεκεν ἔπραττεν ἅπερ ἔπραττεν, F ἀλλὰ ζήλου. Τίνος γὰρ ἕνεκεν εἰς Δαμασκὸν ἐπορεύετο; Λύμην τὸ πρᾶγμα ἐνόμιζε, καὶ ἐδεδοίκει μὴ 564 A πανταχοῦ διαδοθῇ τὸ κήρυγμα. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ τῆς προστασίας τῶν πολλῶν ἕνεκεν, ἀλλὰ φιλαρχίας χάριν πάντα ἔπραττον. Ὅρα γοῦν τί φασιν· Ἀροῦσιν ἡμῶν τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν. Ποῖος αὐτοὺς κατέσεισε φόβος; ἀνθρώπινος. Ἐκεῖνο δὲ ἄξιον ἐξετάσαι, πῶς ἀκριβὴς ὢν περὶ τὸν νόμον, οὐδὲν ἔγνω· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ λέγων· Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ. Πῶς οὖν οὐκ οἶδας ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ πατρῴου νόμου, παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ παιδευόμενος; ἀλλ' οἱ μὲν ἐν λίμναις καὶ ποταμοῖς διατρίβοντες καὶ τελῶναι προσέδραμον καὶ ἐδέξαντο, B σὺ δὲ διώκεις ὁ νομομαθής; Διὰ τοῦτο κατεγίνωσκεν ἑαυτοῦ, λέγων, Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος· διὰ τοῦτο τὴν ἄγνοιαν ὁμολογεῖ, ἣν ἡ ἀπιστία ἔτικτε· διὰ τοῦτό φησιν ἐλεηθῆναι. Τί ἐστι, Πιστόν με ἡγήσατο; Οὐδὲν τῶν δεσποτικῶν προεδίδου· πάντα αὐτοῦ ἔλεγεν εἶναι, καὶ τὰ ἴδια· οὐκ ἐσφετερίζετο τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀλλαχοῦ λέγοντος, Ἄνδρες, τί ἡμῖν προσέχετε; ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ὑμῖν ἐσμεν ἄνθρωποι. Τοῦτό ἐστι, Πιστόν C με ἡγήσατο. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα, φησίν· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί· καὶ πάλιν, Ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Δείκνυσιν ἑαυτὸν ἐκ τούτου τιμωρίας ἄξιον· ὁ γὰρ ἔλεος ἐπὶ τούτοις γίνεται. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ φησι· Πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν. Ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, φησὶν, ὑπερεπλεόνασε μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τί ἐστι τοῦτο; Ἵνα μὴ ἀκούσας, D Ἠλεήθην, τοσοῦτον μόνον νομίσῃς, Βλάσφημος, φησὶν, ἤμην καὶ διώκτης καὶ ὑβριστής· οὐκοῦν καὶ κολάσεως ἄξιος· ἀλλ' οὐκ ἐτιμωρήθην· ἠλεήθην γάρ. Ἆρ' οὖν τοῦτο μόνον, καὶ μέχρι τούτου ὁ ἔλεος τοῦ μὴ δοῦναι τιμωρίαν; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πολλὰ καὶ μεγάλα. Οὐ γὰρ τῆς ἐπηρτημένης ἡμᾶς δίκης μόνης ἀπήλλαξεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ δικαίους ἐποίησε καὶ υἱοὺς καὶ ἀδελφοὺς καὶ φίλους καὶ κληρονόμους καὶ συγκληρονόμους. Διὰ τοῦτό φησιν, Ὑπερεπλεόνασεν E ἡ χάρις, δηλῶν ὅτι ὑπερέβη καὶ τὸν ἔλεον τὰ δῶρα. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἐλεοῦντός ἐστιν, ἀλλὰ φιλοῦντος, καὶ σφόδρα ἀγαπῶντος. Εἰπὼν τοίνυν πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ, ὅτι βλάσφημον ὄντα καὶ ὑβριστὴν καὶ διώκτην ἠλέησε, καὶ ὅτι οὐ μέχρι τούτου ἔστη μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγάλων ἑτέρων

parati sunt, tunc non ambitione, ut cæteri, sed zelo motus illa agebat. Cur enim Damascum ibat? Perniciem quamdam doctrinam illam esse putabat, metuebatque ne prædicatio ubique extenderetur. Judæi autem non sic : non enim ut multis patrocinarentur, sed ambitionis causa omnia faciebant. Vide ergo quid dicant : *Tollent nostram* Joan. 11. *gentem et urbem.* Quinam illos timor incessebat? 48. humanus. Apposite autem quæratur, quomodo cum accurate legem nosset, nihil tamen sciret : ipse namque est qui dicit, *Quod ante promiserat* Rom. 1. 2. *per prophetas suos.* Quomodo ergo ignoras, cum paternæ legis æmulator sis, et ad pedes Ga- Act. 22. 3. melielis institutus fueris? sed ii qui in stagnis et fluviis versabantur, et publicani accurrerunt et susceperunt, tu vero legis peritus persequeris? Ideo seipsum damnat dicens, *Non sum dignus* 1. Cor. 15. *vocari apostolus :* ideo ignorantiam confitetur, 9. quam incredulitas pepererat : ideo ait se misericordiam consequutum esse. Quid sibi vult illud, *Fidelem me existimavit?* Nihil ex iis quæ Domini erant prodidit; omnia ipsius esse dicebat, etiamque sua propria; nec sibi tribuebat ea quæ ad Dei gloriam pertinerent. Audi enim illum alibi quoque dicentem : *Viri, quid nobis attenditis?* Act. 14. 14. *nos enim homines sumus similes vobis passibiles :* hoc est, *Fidelem me existimavit.* Et rursus alibi, *Abundantius illis omnibus laboravi* 1. Cor. 15. inquit, *non ego, sed gratia Dei mecum;* et rur- 10. sus, *Qui operatur in nobis et velle et perficere.* Philipp. 2. Hinc ostendit se supplicio dignum : misericordia 13. enim hujusmodi hominibus conceditur. Et rursus alibi ait : *Cæcitas ex parte in Israel contigit.* Rom. 11. *Sed gratia Dei,* inquit, *superabundavit cum* 25. *fide et dilectione, quæ est in Christo Jesu.* Quid est hoc? Ne audiens, *Misericordiam consequutus sum,* hoc tantum accipias, *Blasphemus,* inquit, *eram et persequutor et contumeliosus :* ergo et supplicio dignus; sed non pœnas dedi; nam misericordiam consequutus sum. An hoc solum, et eousque tantum misericordia processit ut supplicium non subires? Minime; sed alia multa et magna adjecta fuere : non solum enim ab imminenti pœna nos liberavit Deus, sed etiam justos effecit et filios et fratres et amicos et heredes et coheredes. Ideo ait, *Superabundavit gratia,* ostendens dona illa misericordiam superavisse. Hæc quippe non miserantis sunt, sed amantis et admodum diligentis. Cum ergo multa dixisset de benignitate Dei, quod sui blasphemi et contumeliosi et persequutoris misertus sit, et quod non hic substiterit, sed multis et magnis aliis digna-

tus sit; rursus nos confirmat contra infidelium dictum, quod liberum arbitrium tollatur, subjungens : *Cum fide et caritate, quæ est in Christo Jesu.* Id solum intulimus nos, inquit, credidimus quod nos salvos facere possit.

3. Diligamus ergo illum per Christum. Quid est illud, Per Christum? Quia Christus id nobis intulit, non lex. Viden' quorum nobis bonorum Christus auctor fuerit, quorum autem lex? Nec solum dixit, Abundavit gratia, sed, *Superabundavit* : vere enim superabundavit, quando mille suppliciis dignos, repente in adoptionem transtulit. Ecce rursus, *in*, idem significat quod, *per*. Non enim fide opus est tantum, sed etiam caritate : nam plurimi nunc sunt, qui credunt quidem Christum esse Deum, sed illum non diligunt, neque ea quæ sunt amantium faciunt. Quomodo enim fecerint, cum omnia ipsi præferant, pecunias, genesim, fatum, observationes, auguria, vaticinia? Cum autem ad contumeliam ejus vivamus, dic mihi, quæ dilectio? Si quis habet amicum, quem ardenti complectatur affectu, sic saltem Christum diligat; sic saltem amet eum, qui pro inimicis Filium suum dedit, cum nullis meritis nostris. Quid dico meritis nostris? cum magna fecissemus mala, et nefaria ausi fuissemus sine causa. Ille quidem post mille beneficia et curas neque sic nos abjecit; sed tunc Filium suum dedit, cum majora scelera patraveramus : nos autem postquam tanta consequuti eramus, postquam amici facti omnibus bonis per ipsum dignati sumus, ne tunc quidem ut amicum dileximus. Ecqua nobis erit spes? Forte exhorrescitis hæc audientes ; sed utinam ad opera ipsa exhorrescatis! Et quomodo, inquies, Deum non perinde atque amicos diligemus? Quomodo? ego id conabor ostendere; et precor ut nihil videar dicere nisi deliramenta; vereor autem, ne verba cum factis consentiant. Perpende autem : pro amicis, vere amicis, multi sæpe damna libenter perpessi sunt; pro Christo autem, non modo damna perpeti, sed etiam præsentibus contentus esse nemo sustinet : pro amico sæpe contumelias tulimus et inimicitias suscepimus; pro Christo autem nemo inimicitiam suscipit, sed, Licet frustra, inquiunt, ameris; frustra ne odio habeas. Amicum fame laborantem numquam contemnemus; Christum vero quotidie venientem non

Prestigiarum genera.

ἠξίωσε, πάλιν ἐκεῖνο ἀσφαλίζεται τὸ τῶν ἀπίστων, τὸ μὴ λέγειν ὅτι ἡ προαίρεσις ἀνήρηται· ἐπήγαγε γοῦν,
F Μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τοσοῦτον μόνον, φησὶν, ἡμεῖς εἰσηνέγκαμεν· ἐπιστεύσαμεν, ὅτι δύναται ἡμᾶς σῶσαι.

Ἀγαπήσωμεν τοίνυν αὐτὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ. Τί ἐστι, Διὰ τοῦ Χριστοῦ; Ὅτι αὐτὸς ἡμῖν τούτου πρόξενος γέγονεν, οὐχ ὁ νόμος. Ὁρᾷς τίνων μὲν ὁ
565 Χριστὸς αἴτιος ἡμῖν γέγονεν ἀγαθῶν, τίνων δὲ ὁ νό-
A μος; Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ἐπλεόνασεν ἡ χάρις, ἀλλ', Ὑπερεπλεόνασε. Καὶ γὰρ ὄντως ὑπερεπλεόνασε, τοὺς μυρίων κολάσεων ἀξίους, τούτους εἰς υἱοθεσίαν ἀγαγοῦσα ἐξαίφνης. Ἰδοὺ πάλιν τὸ, ἐν, διά ἐστιν· οὐ γὰρ πίστεως δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγάπης· ἐπεὶ πολλοὶ καὶ νῦν εἰσιν, ὅτι μέν ἐστιν ὁ Χριστὸς Θεὸς πιστεύοντες, οὐκ ἀγαπῶντες δὲ αὐτὸν, οὐδὲ τὰ τῶν φιλούντων πράσσοντες· πῶς γὰρ, ὅταν πάντα αὐτοῦ προτιμῶσι, χρήματα, γένεσιν, εἱμαρμένην, παρατήρησιν, κληδο-
B νισμοὺς, οἰωνισμούς; Ὅταν δὲ εἰς ὕβριν αὐτοῦ ζῶμεν, εἰπέ μοι, ποία ἀγάπη; Εἴ τις ἔχει φίλον θερμὸν καὶ διάπυρον, κἂν οὕτω φιλείτω τὸν Χριστόν· κἂν οὕτω φιλείτω τὸν ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ δεδωκότα, οὐδὲν ἡμῶν κατωρθωκότων. Τί λέγω, κατωρθωκότων; μεγάλα μὲν οὖν ἐργασαμένων κακὰ, καὶ τετολμηκότων ἀτόλμητα ἀντ' οὐδενός. Καὶ ὁ μὲν μετὰ τὰς μυρίας εὐεργεσίας καὶ κηδεμονίας οὐδὲ οὕτως ἔῤῥιψεν, ἀλλὰ τότε μάλιστα τὸν Υἱὸν ἔδωκεν, ὅτε μείζονα ἠδικήσαμεν· ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ τοσούτων τυχεῖν, μετὰ τὸ γενέσθαι φίλοι, μετὰ τὸ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀξιωθῆναι δι' αὐτοῦ, οὐδὲ ὡς φίλον ἠγαπή-
C σαμεν. Καὶ τίς ἡμῖν ἔσται ἐλπίς; Τάχα φρίττετε πρὸς τὸ ῥῆμα· ἀλλ' εἴθε πρὸς τὰ πράγματα. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐδὲ ὡς τοὺς φίλους οὕτω φιλήσομεν τὸν Θεόν; Πῶς; ἐγὼ πειράσομαι δεῖξαι· καὶ εὔχομαι μὲν μηδὲν δόξαι λέγειν, ἀλλὰ ληρεῖν, φοβοῦμαι δὲ μὴ κατὰ πραγμάτων ᾖ τὰ λεγόμενα ῥήματα. Σκόπει δέ· ὑπὲρ φίλων, τῶν ὄντως φίλων, πολλοὶ καὶ ζημιωθῆναι εἵλοντο πολλάκις· τοῦ δὲ Χριστοῦ ἕνεκεν οὐ μόνον ζημιωθῆναι, ἀλλὰ τοῖς οὖσιν ἀρκεῖσθαι οὐδεὶς ἀνέχεται. Ὑπὲρ φίλου πολλάκις καὶ ὑβρίσθημεν, καὶ ἔχθρας
D ἀνεδεξάμεθα· διὰ δὲ τὸν Χριστὸν οὐδεὶς ἔχθραν ἀναδέχεται, [a] ἀλλ' εἰκῇ, φησὶ, φιλοῦ· εἰκῇ μὴ μισοῦ. Τὸν φίλον λιμώττοντα οὐδέποτε περιοψόμεθα· τὸν δὲ Χριστὸν καθ' ἡμέραν ἡμῖν προσιόντα οὐχ ὑπέρ τινος μεγάλου, [b] ἀλλ' ὑπὲρ ἄρτου μόνου, οὐδὲ προσιέμεθα, καὶ ταῦτα ἐρευγόμενοι δυσωδίας, καὶ διασπώμενοι καὶ γαστριζόμενοι, καὶ τὸν χθεσινὸν οἶνον ἀποπνέοντες, καὶ τρυφῶντες, καὶ οἱ μὲν πόρναις διδόντες, οἱ

[a] Videtur proverbium illo tempore fuisse.

[b] Sic Colb. unus recte. [Sic quoque Comm. et Savil.] Alii *ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ ἄρτου μόνου*, male. [Imo bene, si proximum *οὐδὲ* omittitur.]

δὲ παρασίτοις, οἱ δὲ κόλαξιν, οἱ δὲ τέρασι καὶ μωροῖς καὶ νάννοις· καὶ γὰρ τὰ τῆς φύσεως ἁμαρτήματα ταῦτα φέρουσιν εἰς τέρψιν. Καὶ φίλοις τοῖς ὄντως φίλοις οὐδέποτε φθονοῦμεν, οὐδὲ δακνόμεθα τῇ τούτων εὐπραγίᾳ· ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦτο πάσχομεν· καὶ μείζονα ἴδοι τις ἂν τὴν φιλίαν ἰσχύουσαν, ἢ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον. Καὶ γὰρ ὁ ὕπουλος καὶ ὁ φθονερὸς μᾶλλον τοῦ Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους αἰδεῖται. Πῶς, ἐγὼ λέγω· ὅτι τοῦ μὲν Θεοῦ ὁρῶντος τὰ κατὰ καρδίαν, οὐκ ἀφίσταται ἄνθρωπος δόλους ῥάπτων· ἂν δὲ ἄνθρωπον ἴδῃ ἄνθρωπος, ἀπόλωλε, καὶ ἐρυθριᾷ. Τί τοῦτο λέγω; πρὸς φίλον μὲν κακούμενον ἀπερχόμεθα, κἂν μικρόν τι ἀναβαλώμεθα, φοβούμεθα μὴ καταγνωσθῶμεν· τοῦ δὲ Χριστοῦ πολλάκις ἐν δεσμοῖς ἀποθανόντος, οὐδὲ ἐπεσκεψάμεθα. Καὶ πρὸς τοὺς φίλους δὲ τοὺς πιστοὺς, οὐκ ἐπειδὴ πιστοί εἰσιν, ἀπερχόμεθα, ἀλλ' ἐπειδὴ φίλοι.

Ὁρᾷς οὐδὲν φόβῳ Θεοῦ γινόμενον, οὐδὲ τῷ περὶ αὐτὸν φίλτρῳ, ἀλλὰ τὰ μὲν φιλίᾳ, τὰ δὲ συνηθείᾳ; Ὁρῶντες φίλον ἀποδημοῦντα, κλαίομεν, στένομεν, ἂν δὲ καὶ ἀποθανόντα ἴδωμεν, ὀλοφυρόμεθα, καίτοι γε εἰδότες ὅτι οὐ διαπαντὸς ἡμῶν διαστήσεται, ἀλλ' αὐτὸν ἐν τῇ ἀναστάσει ἀποληψόμεθα· τοῦ δὲ Χριστοῦ χωριζομένου ἡμῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, μᾶλλον δὲ τὸν Χριστὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπελαύνοντες ἀφ' ἡμῶν, οὐκ ἀλγοῦμεν, οὐδὲ δεινόν τι ποιεῖν νομίζομεν ἀδικοῦντες, λυποῦντες, παροξύνοντες, τὰ μὴ δοκοῦντα αὐτῷ πράσσοντες. Ἀλλ' οὔπω τοῦτο φρικτὸν, εἰ μηδὲ ὡς φίλῳ αὐτῷ κεχρήμεθα· ἐγὼ γὰρ δείξω, ὅτι καὶ ὡς ἐχθρῷ αὐτῷ χρώμεθα. Πῶς; Τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, φησὶν ὁ Παῦλος, ἔχθρα εἰς Θεόν. Ἡμεῖς δὲ τοῦτο μὲν ἀεὶ περιφέρομεν, τὸν δὲ Χριστὸν ἀεὶ βουλόμενον ἡμῖν ἐπιτρέχειν, καὶ πρὸς τὰς θύρας ἡμῶν ἐρχόμενον διώκομεν (αἱ γὰρ πονηραὶ πράξεις τοῦτο ἐργάζονται)· καὶ ποιοῦμεν αὐτὸν ὑβρίζεσθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, διὰ τὰς πλεονεξίας ἡμῶν, διὰ τὰς ἁρπαγάς. Δοξάζεταί τις εὐδοκιμῶν, καὶ τὰ αὐτοῦ φθεγγόμενος, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὠφελῶν; καὶ ἡμεῖς τούτῳ φθονοῦμεν, ὅτι τὰ τοῦ Θεοῦ ἐργάζεται· καὶ δοκοῦμεν μὲν φθονεῖν ἐκείνῳ, ὁ δὲ φθόνος διαβαίνει εἰς Χριστόν. Οὔ, φησὶν, ἀλλὰ βουλόμεθα οὐ δι' ἑτέρων, ἀλλὰ δι' ἡμῶν τὴν ὠφέλειαν γίνεσθαι. Οὐ διὰ τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς· ἐπεὶ εἰ διὰ τὸν Χριστὸν, ἀδιάφορον ἂν ἦν ἡμῖν τὸ καὶ δι' ἑτέρων, καὶ δι' ἡμῶν ταῦτα γίνεσθαι. Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις ἰατρὸς παῖδα ἔχων τυ-

E pro magnis rebus, sed pro pane tantum, ne admittimus quidem; idque dum ex crapula eructamus fœtida, distendimur, ventri indulgemus, hesternum quoque vinum spiramus, deliciamur; et alii quidem meretricibus largiuntur, alii parasitis, alii adulatoribus, monstris, fatuis et nanis : naturæ quippe defectus in suam convertunt voluptatem. Amicis, vere amicis, numquam invidemus, neque de illorum felicitate mordemur : circa Christum F autem hoc patimur, ac plus videas amicitiam illam valere, quam Dei timorem. Etenim simulator et invidus homines plus quam Deum veretur. 566 A Quomodo? ego dicam : quia cum Deus videat quæ in corde aguntur, homo dolos texere non desinit; si autem homo ille hominem videat, periit, erubescit. Quid hoc dico? amicum in afflictione versantem adimus; si vel tantillum differamus, timemus ne improbemur : Christum vero in vinculis sæpe morientem, ne invisimus quidem. Amicos autem fideles, non quia fideles sunt adimus, sed quia amici.

4. Viden' nihil ex Dei timore fieri, neque ex ejus amore, sed alia ex amicitia, alia ex consuetudine? Amicum videntes peregre proficiscentem, flemus, ingemiscimus; si vero mortuum videamus, plangimus, etiamsi sciamus eum a nobis non B perpetuo separatum iri, sed nos in resurrectione ipsum esse recuperaturos : cum vero Christus quotidie separetur a nobis; imo cum Christum quotidie depellamus, non dolemus, neque grave quidpiam nos facere putamus, dum injuste agimus, dum affligimus, irritamus, et quæ ipsi non placent facimus. Sed nondum ita horrenda res est, si illo non utimur ut amico; ego vero ostendam nos illo ut inimico uti. Quomodo? *Prudentia carnis*, inquit Paulus, *inimica est Dei*. Rom. 8. 7. C Nos autem hoc semper circumferimus; Christum vero qui semper ad nos vult accurrere, ad januas nostras venientem arcemus (mala enim opera hoc faciunt); ipsique contumelias quotidie inferri curamus per avaritiam et per rapinas nostras. Laudatur quispiam qui Christum prædicat et fama floret et Ecclesiæ utilis est? nos autem illi invidemus, quia quæ Dei sunt operatur : et videmur quidem illi invidere, sed invidia illa transit ad Christum. D Non, inquies, sed volumus utilitatem illam non per alios, sed per nos inferri. Non propter Christum, sed propter nos : nam si propter Christum, nihil interesset nobis utrum per alios an per nos hæc fierent. Dic enim mihi, si quis medicus filium habens in cæcitatis periculo versantem,

ipse medendi facultatem non haberet, alium vero inveniret qui curare posset, num illum repelleret? Nequaquam, sed fere sic illi loqueretur : Sive per me, sive per te curetur, nihil refert. Quare? Quia non quod sibi, sed quod filio conferre possit respicit. Ita et nos, si quæ Christum spectant attenderemus, diceremus : Sive per nos, sive per alium, quod utile est veniat : *Sive veritate, sive occasione,* inquit, *Christus annuntiatur.* Audi enim Moysem dicentem iis qui ipsum irritare volebant, quando Eldad et Modad prophetabant : *Noli pro me æmulari : quis dederit omnem populum Domini prophetas esse?* Hæc omnia ex gloriæ amore proficiscuntur. Ergo nonne hæc inimicorum et hostium sunt? Maledixit tibi quispiam? tu illum dilige. Et quomodo fieri potest? Potest et admodum potest, si velis. Quod si bene de te loquentem diligas, non tibi gratia est habenda ; non enim propter Dominum, sed propter laudem tuam id facis. Nocuit tibi quispiam? tu beneficium illi præsta : si autem beneficia pro beneficiis rependeris, nihil magni fecisti. Injurias et damna maxima passus es? contraria rependere stude. Ita, quæso, ita disponamus nostra; desinamus injuriam inferre et inimicos odio habere : ipse inimicos diligere jubet, et nos ipsum amantem persequimur. Absit, inquies. Sic omnes loquimur, sed non omnes id operibus exhibemus. Tanta est peccati caligo, ut quæ verbis non ferenda sunt, operibus sint ferenda. Absistamus vel sero tandem ab iis quæ nobis noxia et perniciosa sunt nostræ saluti, ut consequamur ea, quæ amicos consequi par est. *Volo* enim, inquit, *ut ubi ego sum, illic sint et discipuli mei, ut gloriam meam videant.* Quam utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Philipp. 1. 18.

Num. 11. 29.

Bona pro malis reddenda.

Joan. 17. 24.

φλοῦσθαι μέλλοντα, αὐτὸς μὲν [a] ἐξασθενήσει πρὸς τὴν ἰατρείαν, ἕτερον δὲ εὕροι δυνάμενον τοῦτο ἐργάζεσθαι, ἆρα ἂν ἀπήλασεν αὐτόν; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ μονονουχὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτόν· εἴτε διὰ σοῦ, εἴτε δι' ἐμοῦ, E τὰ τῆς ὠφελείας γινέσθω. Τί δήποτε; Ὅτι οὐ τὸ ἑαυτοῦ ὁρᾷ, ἀλλὰ τὸ τῷ παιδὶ συμφέρον. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, εἰ τὸ τοῦ Χριστοῦ ἑωρῶμεν, εἴπομεν ἄν, εἴτε δι' ἡμῶν, εἴτε δι' ἑτέρου τινὸς τὸ λυσιτελὲς γινέσθω· Εἴτε ἀληθείᾳ, εἴτε προφάσει, φησὶ, Χριστὸς καταγγέλλεται. Ἄκουε γὰρ τοῦ Μωϋσέως λέγοντος πρὸς τοὺς παροξῦναι αὐτὸν βουλομένους, ἡνίκα οἱ περὶ Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ προεφήτευον· Μὴ ζηλοῖς σὺ ἐμοί· καὶ τίς δῴη πάντα τὸν λαὸν Κυρίου προφήτας εἶναι; Ταῦτα δὲ πάντα ἀπὸ φιλοδοξίας γίνε- F ται. Ἆρα οὐκ ἐχθρῶν ταῦτα καὶ πολεμίων; Εἶπε σέ τις κακῶς; ἀγάπησον αὐτὸν σύ. Καὶ πῶς δυνατόν; Δυνατὸν, καὶ σφόδρα δυνατὸν, ἐὰν θέλῃς· ἂν δὲ καλῶς εἰπόντα φιλήσῃς, οὐκ ἔτι σοι χάρις· οὐ γὰρ διὰ τὸν Κύριον, ἀλλὰ διὰ τὴν εὐφημίαν τοῦτο πεποίηκας. Ἔβλαψέ σέ A τις; εὐεργέτησον· ἂν δὲ ὠφελήσαντα ὠφελήσῃς, οὐδὲν μέγα πεποίηκας. Ἠδικήθης καὶ ἐζημιώθης τὰ μεγάλα; τοῖς ἐναντίοις ἀμείψασθαι σπούδασον. Ναὶ, παρακαλῶ, οὕτω διοικῶμεν τὰ καθ' ἑαυτούς· παυσώμεθα τοῦ ἀδικεῖν καὶ μισεῖν τοὺς ἐχθρούς· αὐτὸς τοὺς ἐχθροὺς κελεύει φιλεῖν, ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτὸν φιλοῦντα διώκομεν. Μὴ γένοιτο, φησί. Τῷ ῥήματι τοῦτο πάντες φθεγγόμεθα, διὰ δὲ τῶν ἔργων οὐ πάντες. Τοσαύτη ἡ τῆς ἁμαρτίας σκότωσις, ὅτι ἅπερ οὐκ ἔστι λόγῳ φορητὰ, ταῦτα δι' ἔργων φορητά ἐστιν. Ἀποστῶμεν ὀψὲ γοῦν ποτε τῶν βλαπτόντων καὶ B λυμαινομένων ἡμῶν τὴν σωτηρίαν, ἵνα τύχωμεν ὧν τοὺς φίλους εἰκὸς τυχεῖν. Θέλω γὰρ, φησὶν, ἵν', ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὦσι καὶ οἱ μαθηταί μου, ἵνα τὴν δόξαν ὁρῶσι τὴν ἐμήν. Ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

a [Leg. ἐξασθενήσοι. Ita enim solent recentiores futuri optativo uti.]

ΟΜΙΛΙΑ δ'. C HOMILIA IV.

Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἅπασαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

D Οὕτω μεγάλαι εἰσὶν αἱ εὐεργεσίαι τοῦ Θεοῦ, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσαι προσδοκίαν καὶ ἐλπίδα, ὡς πολλαχοῦ καὶ ἀπιστεῖσθαι. Ἃ γὰρ μήτε ἐνενόησε, μήτε προσεδόκησε νοῦς ἀνθρώπινος, ταῦτα ἡμῖν ἐχαρίσατο. Διὰ τοῦτο καὶ πολὺν οἱ ἀπόστολοι λόγον ὑπὲρ τούτου ποιοῦνται, ὥστε πιστευθῆναι τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν παρασχεθέντα. [a] Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν μεγάλων ἀγαθῶν τοῦτο πάσχομεν, ἆρα μὴ ὄναρ ἐστίν; λέγοντες, τῷ ἀπιστεῖν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν. E Τί οὖν ἦν τὸ ἀπιστούμενον; Εἰ οἱ ἐχθροὶ, εἰ οἱ ἁμαρτωλοὶ, εἰ οἱ ἐν νόμῳ μὴ δικαιωθέντες μηδὲ δι' ἔργων, οὗτοι ἐξαίφνης διὰ πίστεως μόνης ἔμελλον τῶν πρωτείων τεύξεσθαι. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους περὶ τούτου διαλέγεται τοῦ κεφαλαίου, πολλὰ δὲ καὶ ἐνταῦθα. Πιστὸς, φησὶν, ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαῖοι τούτῳ μάλιστα ἐφείλκοντο, πείθει αὐτοὺς τῷ νόμῳ μὴ προσέχειν, ὡς οὐκ ἐνὸν δι' ἐκείνου F σωθῆναι πίστεως χωρίς. Πρὸς τοῦτο τοίνυν μάχεται. 568 A Ἄπιστον γὰρ εἶναι ἐδόκει, εἰ δὴ ἄνθρωπος πάντα τὸν ἔμπροσθεν καταδαπανήσας βίον εἰκῆ καὶ μάτην ἐν πονηραῖς πράξεσι καταναλώσας, ἔμελλε σώζεσθαι ὕστερον ἀπὸ πίστεως μόνης. Διὰ τοῦτό φησι, Πιστὸς ὁ λόγος. Ἀλλά τινες οὐκ ἠπίστουν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνεκάλουν, ὃ καὶ νῦν ποιοῦσιν Ἕλληνες λέγοντες, Ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά. Ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσαν λέγοντος, Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία ὑπερεξεπερίσσευσεν ἡ χάρις, διασύροντες τὰ ἡμέτερα ἐκεῖνοι ἔλεγον τοῦτο. Οὕτω καὶ ὅταν περὶ γεέννης B διαλεγώμεθα αὐτοῖς, καὶ ποῦ, φασὶ, ταῦτα ἄξια Θεοῦ, εἰ ἄνθρωπος μὲν τὸν οἰκέτην λαβὼν τὸν ἑαυτοῦ πολλὰ ἡμαρτηκότα, ἀφίησι καὶ συγγνώμης ἀξιοῖ· ὁ δὲ Θεὸς ἀθάνατα κολάζει; Καὶ ὅταν περὶ λουτροῦ

Cap. I. v. 15. *Fidelis sermo, et omni acceptione dignus, quoniam Christus Jesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.* 16. *Sed idcirco misericordiam consequutus sum, ut in me primo ostenderet Jesus Christus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.*

1. Adeo magna sunt beneficia Dei, et ita omnem humanam exspectationem et spem superant, ut ea sæpe vix credantur: nam quæ mens humana nec cogitavit, nec exspectavit, ea nobis ille largitus est. Ideoque apostoli multa ea de re loquuntur, ut credantur dona illa, quæ Deus nobis concessit. Ut enim in maximis bonis sic affici solemus, An somnium est? dicentes, quia vix credimus: sic etiam in Dei donis. Quid igitur erat illud quod vix credebatur? Quod inimici, quod peccatores, quod ii qui in lege justificati non fuerant, neque per opera; ii repente per solam fidem primas consequuturi essent. Plurima igitur et in Epistola ad Romanos, plurima hic quoque hac de re disserit. *Fidelis*, inquit, *sermo et omni acceptione dignus, quoniam Christus Jesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.* Quia enim Judæi hoc maxime alliciebantur, suadet eis ut ne legi attendant, quod per illam non possent sine fide salutem consequi. Adversus hoc igitur pugnat. Incredibile enim esse videbatur, quod vir qui totam priorem vitam frustra et in pravis operibus insumserat, ex sola fide postea salutem consequuturus esset. Ideo ait, *Fidelis sermo.* Verum quidam non modo non credebant, sed etiam criminabantur, ut nunc faciunt Græci dicentes: *Faciamus mala ut veniant bona.* (Rom. 3. 8. et 5. 20.) Quia enim audierant illum dicentem, *Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia;* illi traducentes nostra, ista dicebant. Sic etiam cum de gehenna ipsis verba facimus, Et quomodo, inquiunt, hæc digna sunt Deo, si quidem homo servum multa peccasse deprehensum venia dignatur, Deus autem immortaliter punit? Et cum de lavacro rur-

[a] Hanc variam lectionem affert Savilius, *καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν παρ' ἡμῖν μεγάλων πραγμάτων.*

sum loquimur et de remissione peccatorum per illud facta, Quomodo, inquiunt, hæc sunt digna Deo, ei qui innumera mala patrarit, peccata remittere? Viden' perversam mentem, quomodo ubique suam efferat contentionem? Atqui si remissio est mala, punitio est bona : si autem punitio non bona est, remissio est bona : secundum C eorum sententiam dico; secundum nostram enim utraque bona est; et quomodo, alio tempore ostendemus, neque enim in præsenti licet. Cum enim profundum sit, et multa opus habeat disquisitione, suo tempore id vestræ caritati proponendum erit : interim vero rem propositam persequamur. *Fidelis sermo*, inquit. Unde fidelis? Et a præcedentibus et a sequentibus. Vide quomodo rem prius disponat, et postquam disposuit, illam tra- D ctet. Nam cum dixit illum sui blasphemi et persequutoris misertum esse, hoc præparantis et disponentis erat. Neque tantum misertus est, inquit, sed etiam fidelem fecit : in tantum, inquit, fides neganda non est quod misertus sit. Nemo enim videns eum, qui in vinculis fuerat, in regia versari, dubitabit quin ille misericordiam sit consequutus : id quod in Paulo videre erat. A seipso enim argumentum exhibet, nec pudet eum se dicere peccatorem, sed et magis lætatur : ita enim maxime potest ostendere admirandam providentiam E Dei, quod tanta dignatus sit benignitate. Et quo-
Philipp. 3. 6. modo qui alibi de se dixerat, *Secundum justitiam, quæ in lege est, sine querela factus;* hic se peccatorem dicit, et peccatorum primum. Quia ad justitiam quam Deus operatus est, et quæ vere quæritur, peccatores erant qui in lege viverent :
Rom. 3.23. *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei.* Ideo non simpliciter dixit justitiam, sed, *Quæ in lege est.* Quemadmodum enim qui multum ar- F genti possidet, ex se quidem dives esse videtur; sed si sua comparentur cum regiis thesauris, admodum pauper est, et primus pauper : ita hic etiam, si cum angelis comparentur homines, pec- 560 catores sunt, etiamsi justi. Si autem Paulus, qui A justitiam legis operatus erat, primus peccator est, quis aliis justus vocetur? Non enim vitam criminatus suam ut lascivam hoc dixit; absit; sed justitiam illam cum hac comparans, nihil esse dicit; neque hoc tantum, sed etiam eos qui illam haberent, peccatores pronuntiat. *Sed propterea misericordiam consequutus sum*, inquit, *ut in me primo ostenderet Jesus Christus omnem patientiam ad infirmationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.*

πάλιν αὐτοῖς διαλεγώμεθα καὶ τῆς διὰ τούτου τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως, ποῦ ταῦτα, φασὶν, ἄξια Θεοῦ, τὸν μυρία ἐργασάμενον κακὰ ἀφιέναι τῶν ἁμαρτημάτων; Ὁρᾷς τὴν ἐνδιάστροφον γνώμην, πῶς πανταχοῦ τὴν οἰκείαν ἐνδείκνυται φιλονεικίαν; Καὶ μὴν εἰ ἡ ἄφεσις κακὸν, καλὸν ἡ κόλασις· εἰ δὲ ἡ κόλασις οὐ καλὸν, ἡ ἄφεσις καλόν· κατὰ τὸν ἐκείνων φημὶ λόγον· κατὰ γὰρ τὸν ἡμέτερον ἀμφότερα καλά· καὶ πῶς, ἐν ἑτέρῳ δείξομεν καιρῷ· οὐ γὰρ τοῦ παρόντος ἂν εἴη· βαθὺν γὰρ ὄντα καὶ πολλῆς δεόμενον τῆς ἐπεξεργασίας, ἐν καιρῷ δεῖ τοῦτον προθεῖναι ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης· τέως δὲ τῶν προκειμένων ἐχώμεθα. Πιστὸς, φησὶν, ὁ λόγος. Πόθεν πιστός; Καὶ ἀπὸ τῶν προαγόντων, καὶ ἀπὸ τῶν μετὰ ταῦτα. Ὅρα πῶς καὶ προκατασκευάζει, καὶ μετὰ τὸ κατασκευάσαι αὐτῷ ἐνδιατρίβει. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι Βλάσφημον ὄντα καὶ διώκτην ἠλέησε, τοῦτο κατασκευάζοντος ἦν. Καὶ οὐκ ἠλέησε, φησὶ, μόνον, ἀλλὰ καὶ πιστὸν ἐποίησε· τοσοῦτον οὐ χρὴ, φησὶν, ἀπιστεῖν ὅτι ἠλέησεν. Οὐδεὶς γὰρ ὁρῶν τὸν δεσμώτην ἐν βασιλείοις στρεφόμενον, ὅτι ἠλεήθη ἀμφιβάλλει ποτέ· ὅπερ ἐπὶ τοῦ Παύλου ἦν ἰδεῖν. Ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ ποιεῖται τὸ σημεῖον, καὶ οὐκ αἰσχύνεται καλῶν ἑαυτὸν ἁμαρτωλὸν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον εὐφραίνεται· οὕτω γὰρ μάλιστα δύναται δεῖξαι τὸ μέγα τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας θαῦμα, καὶ ὅτι φιλανθρωπίας ἠξιώθη τοσαύτης. Καὶ πῶς ἀλλαχοῦ λέγων περὶ ἑαυτοῦ, Κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος, ἐνταῦθά φησιν ἁμαρτωλὸν εἶναι, καὶ πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν; Ὅτι πρὸς τὴν δικαιοσύνην, ἣν ὁ Θεὸς εἰργάσατο, καὶ τὴν ὄντως ζητουμένην, ἁμαρτωλοὶ καὶ οἱ ἐν τῷ νόμῳ· Πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς εἶπε δικαιοσύνην, ἀλλὰ Τὴν ἐν νόμῳ. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀργύριον πολὺ κεκτημένος καθ' ἑαυτὸν μὲν πλούσιος φαίνεται, κατὰ δὲ τὴν σύγκρισιν τῶν θησαυρῶν τῶν βασιλικῶν σφόδρα πένης, καὶ πρῶτος πένης· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, πρὸς τοὺς ἀγγέλους κρινόμενοι, ἁμαρτωλοὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ εἰ δίκαιοι. Εἰ δὲ Παῦλος ὁ τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην ἐργασάμενος πρῶτος ἁμαρτωλὸς, τίς ἄρα τῶν ἄλλων δίκαιος ἂν κληθείη; Οὐ γὰρ διαβάλλων αὐτοῦ τὸν βίον ὡς ἀσελγῆ, τοῦτό φησι, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν δικαιοσύνην ἐκείνην πρὸς ταύτην συγκρίνων, τὸ μηδὲν εἶναι δείκνυσιν· οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλοὺς τοὺς ἔχοντας αὐτὴν ἀποφαίνει. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, φησὶν, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν εἰς αὐτὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Ὁρᾷς πῶς πάλιν ταπεινοῖ καὶ καταστέλλει ἑαυτὸν, ἑτέραν εὐτελεστέραν λέγων αἰτίαν; Τὸ μὲν γὰρ B δι' ἄγνοιαν λέγειν ἐλεηθῆναι, οὐ σφόδρα δείκνυσιν ἁμαρτωλὸν τὸν ἐλεούμενον, οὐδὲ ἄγαν κατεγνωσμένον· τὸ δὲ διὰ τοῦτο ἐλεηθῆναι, ἵνα μηδεὶς ἀπαγορεύῃ λοιπὸν τῶν ἡμαρτηκότων, ἀλλὰ θαῤῥῇ ὅτι καὶ αὐτὸς τῶν αὐτῶν τεύξεται, [a] σφόδρα μέγα καὶ μεθ' ὑπερβολῆς. Ὥστε φθεγξάμενος, Πρῶτός εἰμι ἐγὼ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ βλάσφημος καὶ διώκτης καὶ ὑβριστὴς, καὶ, Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, καὶ ὅσα εἴρηκεν, ὅμως οὐδὲν οὕτω ταπεινὸν ἐφθέγξατο. Καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος δὲ τοῦτο σαφὲς ἔσται. C Ἔστω γὰρ πόλις πολυάνθρωπος πάντας τοὺς πολίτας ἔχουσα φαύλους, τοὺς μὲν ἧττον, τοὺς δὲ μᾶλλον, πάντας μέντοι κατεγνωσμένους· εἷς δέ τις ἐν τοῖς πολλοῖς ἐκείνοις πάντων μᾶλλον ἔστω κολάσεως καὶ τιμωρίας ἄξιος, καὶ πᾶν ἐπελθὼν εἶδος κακίας· ἂν τοίνυν λέγῃ τις, ὅτι πᾶσιν ἀφεῖναι βούλεται ὁ βασιλεὺς, οὐχ οὕτω πιστεύσουσι τῷ λόγῳ, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν πάντων φαυλότερον αὐτῶν τούτου τυχόντα· οὐκ ἔστι γὰρ λοιπὸν ἀμφισβήτησις. Τοῦτο καὶ Παῦλός φησιν, ὅτι βουλόμενος ὁ Θεὸς πληροφορῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, D ὅτι πάντα αὐτοῖς ἀφίησι, τὸν πάντων ἁμαρτωλότερον εἵλετο. Οὐ γὰρ ἂν, ἐμοῦ τυχόντος συγχωρήσεως, φησὶ, περὶ τῶν ἄλλων ἀμφισβητήσειέ τις· ὡς ἂν εἰ ἔλεγέ τις καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ, ἐὰν δὲ τῷδε ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ, οὐδένα τῶν ἄλλων κολάσει. Καὶ δείκνυσι διὰ τούτου οὐδὲ ἄξιον ἑαυτὸν ὄντα συγχωρήσεως, ἀλλὰ διὰ τὴν εἰς ἑτέρους σωτηρίαν ταύτης πρότερον ἀπολαύσαντα. Μηδεὶς τοίνυν ἀμφιβαλλέτω, φησὶ, περὶ σωτηρίας, ὁπότε ἐγὼ ἐσώθην. Καὶ ὅρα τοῦ μακαρίου τούτου τὴν ταπεινοφροσύνην. Οὐκ ἔφη, ἵνα E ἐνδείξηται ἐν ἐμοὶ τὴν μακροθυμίαν, ἀλλὰ, Τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· μᾶλλον ἐμοῦ ἐπ' ἄλλῳ οὐκ ἔχει μακροθυμῆσαι, οὐδὲ εὑρεῖν οὕτως ἁμαρτωλὸν, παντὸς δεόμενον αὐτοῦ τοῦ ἐλέους, πάσης τῆς μακροθυμίας, οὐ μέρους, καθάπερ οἱ ἐπὶ μέρους ἁμαρτάνοντες. Πρὸς ὑποτύπωσιν, φησὶ, τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον, τουτέστι, πρὸς παράκλησιν, πρὸς προτροπήν. Ἐπειδὴ δὲ μέγα τι περὶ τοῦ Υἱοῦ ἐφθέγξατο, καὶ ὅτι τοσαύτην ἀγάπην ἐνεδείξατο, ἵνα μή τις νομίσῃ ταύτης F ἀπεστερῆσθαι τὸν Πατέρα, ἀναφέρει καὶ αὐτῷ δόξαν ἐπάγων, καί φησι· Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ὑπὲρ δὴ τούτων, φησὶν, 570 οὐ τὸν Υἱὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα δοξάζομεν. A Ἐρώμεθα οὖν τοὺς αἱρετικούς· ἰδοὺ, Μόνῳ Θεῷ, εἴ-

2. Vides quomodo rursus se humiliet et deprimat, alia etiam leviore adjecta causa? Nam quod ignorantiæ veniam se consequutum esse dicat, non admodum peccatorem declarat eum qui veniam impetravit, nec valde damnandum: quod autem dicit se misericordiam consequutum, ut nullus deinceps peccator desperet, sed confidat se eadem consequuturum esse; magnum valde atque ingens est. Itaque cum dixit, *Primus sum peccatorum, et blasphemus, persequutor et contumeliosus*, et, *Non sum dignus vocari apostolus*, et cætera; nihil tamen adeo humile loquutus est: id quod exemplo perspicuum fiet. Sit quædam civitas populosa, cives habens omnes improbos, alios plus, alios minus, omnes tamen reprobos: quidam autem inter illos sit omnibus dignior pœna et supplicio, qui omne nequitiæ genus exercuerit: si quis ergo dixerit velle regem omnibus veniam dare, non tam facile credent, donec viderint omnium improbissimum veniam consequutum: nulla enim postea dubitatio superit. Hoc et Paulus dicit, quod nempe volens Deus homines certiores facere, quod omnia illis condonet, eum qui plus quam omnes peccata obnoxius erat delegit. Me namque veniam consequuto, de aliis nemo dubitaverit; ac si quis ex consuetudine diceret: Si huic ignoverit Deus, nullum aliorum puniet. Hincque ostendit se quoque indignum venia fuisse, sed propter aliorum salutem se prius illam consequutum fuisse. Nemo igitur de salute dubitet, inquit, quando ego salutem sum consequutus. Et vide sancti hujus humilitatem. Non dixit, Ut ostenderet in me patientiam, sed, *Omnem patientiam*; ac si diceret: In nullo alio plus quam in me patientia opus habuit, neque invenit adeo peccatorem, qui omni misericordia, omni patientia indigeret, non parte tantum, sicut ii qui in parte tantum peccaverunt. *Ad informationem*, inquit, *illorum, qui credituri sunt ei in vitam æternam*; hoc est, ad exhortationem, ad incitamentum. Quoniam autem magnum quidpiam de Filio loquutus est, et quoniam tantam dilectionem exhibuit; ne quis putaret, ab ea privari Patrem, etiam ipsi gloriam refert et ait: 17. *Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli sapienti Deo honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Pro his, inquit, non modo Filium, sed etiam Patrem glorificamus.

1. Cor. 15. 9.

Pauli humilitas.

[a] [*Totus locus in Ms. legitur sic:* σφόδρα τοῦτο θαυμαστόν. καὶ ἄλλα γοῦν μεθ' ὑπερβολῆς εὐτελῆ φθεγξάμενος (ἐσχάτης γὰρ εὐτελείας τὸ λέγειν ἑαυτὸν πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστὴν, καὶ ὅτι οὐκ εἰμὶ ἱκ. κ. ἀπ.), ὅμως οὐδὲν οὕτω ταπ. εἴρηκεν. κ. τ. λ. Savil. Plane sic Colb.]

Interrogemus ergo hæreticos. Ecce *Soli Deo* dixit, de Patre loquens : ergone Filius non est Deus? et, *Soli incorruptibili ;* ergone Filius non incorruptibilis? et quod ipse postea dat nobis, ipse non habet? Etiam, inquiunt, et Deus et incorruptibilis est, sed non talis qualis Pater. Quid dicis? non talis, et minoris substantiæ est? ergo et minoris incorruptionis erit. Quid autem est major et minor incorruptio? incorruptio enim nihil aliud est quam non corrumpi. Gloria quidem major et gloria minor est, incorruptio autem major et minor nusquam, sicut nec sanitas minor et major : aut corrumpi quidpiam oportet, aut omnino non corrumpi. Quid ergo, inquit? nosne similiter incorruptibiles erimus? Absit : nullo modo. Quare? Quia ipse ex natura illud habet ; nobis autem id datum concessumque est. Ergone etiam in Filio res sic habet? Nequaquam ; sed et ipse natura talis est. In quo ergo est differentia? Quia ille quidem, inquit, a nemine factus est talis ; Filius autem a Patre habet. Et nos hoc confitemur, neque negamus quod Filius ex Patre incorruptibiliter natus sit. Ideo, inquiunt, Patrem glorificamus, quod talem ipsum genuerit. Viden' quod tunc maxime glorificetur pater, cum filius magna peregerit? ad ipsum enim omnia quæ filii sunt referuntur. Igitur cum et potentem genuerit, et talem qualis ipse est, [non] magis gloria filii est quam patris, cum sibi ipsi sufficientem, cum haud infirmum. Illud vero,
Hebr. 1. 2. *Regi sæculorum*, etiam de Filio dictum est, *Per quem fecit et sæcula*. Idipsum est hic quoque. Apud nos quidem utraque res distincta est, formatio nempe et creatio ; et alius quidem construit, operatur, laborat ; alius vero imperat. Quare? Quia qui construit minor est. Illic vero minime : non alterius est dominatio, nec alterius creatio. Neque enim cum audio, *Per quem fecit et sæcula*, aufero a Patre formationem ; neque cum audio Patrem esse Regem sæculorum, a Filio dominatum aufero : hæc quippe et huic et illi communia sunt, utraque in ambobus sunt. Creavit Pater, quod formatorem Filium genuerit : regnat Filius, quod Dominus sit creaturarum. Neque enim pro mercede operatur, ut apud nos fit, neque alteri obediens ut nos, sed per propriam bonitatem et hominum amorem. Quid autem? Filius visus est aliquando? Nemo id dicere possit. Quid ergo sibi vult illud,

ρηκε περὶ Πατρὸς λέγων· ἆρα οὐ Θεὸς ὁ Υἱός; καὶ, Μόνῳ ἀφθάρτῳ· ἆρα οὐκ ἄφθαρτος ὁ Υἱός; καὶ ὃ δίδωσιν ἡμῖν μετὰ ταῦτα, αὐτὸς οὐκ ἔχει; Ναὶ, φησὶ, καὶ Θεὸς, καὶ ἄφθαρτος, ἀλλ' οὐ τοιοῦτος, οἷος ὁ Πατήρ. Τί φῄς; οὐ τοιοῦτος, καὶ ἐλάττονος οὐσίας ἐστίν; οὐκοῦν καὶ ἀφθαρσίας ἐλάττονος. Τί δέ ἐστι, μείζων καὶ ἥττων ἀφθαρσία; ἡ γὰρ ἀφθαρσία οὐδὲν B ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὸ μὴ διαφθείρεσθαι. Δόξα μὲν γὰρ μείζων καὶ ἥττων ἐστὶν, ἀφθαρσία δὲ μείζων καὶ ἥττων οὐκ ἔστιν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ὑγεία ἥττων καὶ πλείων· ἢ γὰρ φθείρεσθαί τι δεῖ, ἢ μηδ' ὅλως. Τί οὖν, φησίν; ἡμεῖς καὶ ἄφθαρτοι ὡσαύτως; Μὴ γένοιτο· οὐδαμῶς. Διὰ τί; Ὅτι αὐτὸς μὲν φύσει τοῦτο ἔχει, ἡμεῖς δὲ ἐπεισάκτως. Ἆρ' οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ οὕτως; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς φύσει. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἡ διαφορά; Ὅτι αὐτὸς μὲν, φησὶ, παρ' οὐδενὸς ἐγένετο τοιοῦτος, ὁ δὲ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρός. C Καὶ ἡμεῖς τοῦτο ὁμολογοῦμεν· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἀρνούμεθα, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἀφθάρτως γεγέννηται. Ὑπὲρ τούτων, φησὶ, τὸν Πατέρα δοξάζομεν, ὅτι τοιοῦτον αὐτὸν ἐγέννησεν. Ὁρᾷς ὅτι τότε μάλιστα δοξάζεται ὁ πατὴρ, ὅταν μεγάλα ᾖ κατωρθωκὼς ὁ παῖς; εἰς αὐτὸν γὰρ ἀναφέρεται τὰ τοῦ υἱοῦ. Οὐκοῦν, ὅταν δυνατὸν ᾖ γεγεννηκὼς, καὶ τοιοῦτον οἷον αὐτὸς, ἡ δόξα [a] τοῦ υἱοῦ μᾶλλόν ἐστιν ἢ τοῦ πατρὸς, ὅταν αὐτάρκη, ὅταν ἑαυτῷ ἀρκοῦντα, ὅταν μὴ ἀσθενῆ. Τῷ δὲ, Βασιλεῖ τῶν αἰώνων, καὶ περὶ τοῦ D Υἱοῦ εἴρηται, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. Τὸ αὐτό ἐστιν ἐνταῦθα. Παρὰ μὲν γὰρ ἡμῖν διῄρηται ἀμφότερα, ἡ δημιουργία, λέγω, καὶ ἡ κτίσις, καὶ ἕτερος μὲν κατασκευάζει καὶ ποιεῖται καὶ ταλαιπωρεῖ, ἕτερος δὲ κρατεῖ. Διὰ τί; Ὅτι ὁ κατασκευάζων ἐλάττων ἐστίν. Ἐκεῖ δὲ οὐδαμῶς· οὐχ ἑτέρου μὲν ἡ δεσποτεία, ἑτέρου δὲ ἡ δημιουργία. Οὐδὲ γὰρ, ἐπειδὰν ἀκούσω, Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, ἀφαιρῶ τὸν Πατέρα τὸ δημιουργικόν· οὔτε δὲ ὅταν ἀκούσω, ὁ Πατὴρ βασιλεὺς τῶν αἰώνων, τὸν Υἱὸν ἀφαιρῶ E τὴν δεσποτείαν· κοινὰ γὰρ καὶ ἐκείνου καὶ τούτου ταῦτα· ἀμφότερα γὰρ ἑκατέροις ἐστίν. Ἔκτισεν ὁ Πατὴρ τῷ δημιουργὸν Υἱὸν γεγεννηκέναι· βασιλεύει ὁ Υἱὸς τῷ Κύριος εἶναι τῶν κτισμάτων. Οὐ γὰρ μισθοῦ ἐργάζεται, καθάπερ οἱ παρ' ἡμῖν, οὐδὲ ἑτέρῳ ὑπακούων, καθάπερ οὗτοι, ἀλλὰ δι' οἰκείαν ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν. Τί δέ; ὁ Υἱὸς ὡράθη ποτέ; Οὐκ ἄν τις ἔχοι λέγειν. Τί οὖν ἐστιν, Ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ; τί δὲ ὅταν λέγῃ, Οὐδὲ γάρ ἐστιν F ὄνομα ἕτερον, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς; καὶ πάλιν, Οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία; Τιμὴ καὶ δόξα, φησὶν, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Τιμὴ καὶ δόξα

[a] [Fort. οὐ τοῦ υἱοῦ. Mox Dunæus τὸ δὲ, τῷ βασιλεῖ, recte.]

οὐ διὰ ῥημάτων γίνεται. Ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτὸς οὐ διὰ ῥημάτων ἡμᾶς ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων 571 καὶ δι' ἔργων, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτὸν τιμήσωμεν καὶ A διὰ πραγμάτων καὶ δι' ἔργων. Καίτοι αὕτη μὲν ἡ τιμὴ ἡμῶν ἅπτεται, ἐκείνη δὲ αὐτοῦ οὐδαμῶς· οὐ γὰρ δεῖται τῆς παρ' ἡμῶν, ἡμεῖς δὲ τῆς παρ' αὐτοῦ δεόμεθα.

Incorruptibili, invisibili, soli sapienti Deo? quid vero sibi vult quando dicit, *Neque enim* [illegible] *est nomen aliud, in quo nos salvari oportet?* et rursus, *Non est in alio aliquo salus? Honor et gloria*, inquit, *in sæcula. Amen.* Honor et gloria non verbis redditur. Quoniam igitur et ipse non verbis nos honoravit, sed rebus et operibus : sic et nos illum honoremus per facta et opera. Quamquam hic honor nos tangit, illum autem minime : neque enim indiget ille honore nostro, nos autem ejus honore indigemus.

Ὥστε κἂν τιμήσωμεν αὐτὸν, πάλιν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐτιμήσαμεν. Ὥσπερ γὰρ ὁ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξας, ἵνα τὸ ἡλιακὸν ἴδῃ φῶς, ἑαυτὸν πάλιν ὤνησε, θαυμάζων τὸ κάλλος τοῦ ἄστρου, οὐκ ἐκείνῳ τι κεχάρισται· οὐ γὰρ λαμπρότερον αὐτὸ πεποίηκεν, ἀλλὰ μένει τὸ αὐτό· οὕτω, καὶ πολλῷ μᾶλλον, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ· ὁ θαυ- B μάζων τὸν Θεὸν καὶ τιμῶν, ἑαυτὸν ἔσωσε, καὶ ὠφέλησεν ὠφέλειαν μεγίστην. Πῶς; Ὅτι τὴν ἀρετὴν [a] μετέρχεται, παρ' αὐτοῦ δοξάζεται· Τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με, φησὶ, δοξάσω. Πῶς οὖν αὐτὸς δοξάζεται, φησὶν, ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἡμετέρας οὐδὲν ἀπολαύων; Ὥσπερ οὖν καὶ πεινῆν λέγεται καὶ διψῆν· πάντα γὰρ οἰκειοῦται τὰ ἡμέτερα, ἵνα κἂν οὕτως ἡμᾶς ἐφελκύσηται, καὶ τὰς τιμὰς καὶ τὰς ὕβρεις, ἵνα κἂν οὕτω φοβηθῶμεν· καὶ οὐδ' οὕτως ἐφελκόμεθα. Δοξάσωμεν δὴ τὸν Θεὸν, ἄρωμεν τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι καὶ ἐν τῷ πνεύματι ἡμῶν. Καὶ πῶς τις ἐν τῷ σώματι δο- C ξάζει, φησί; πῶς δὲ ἐν τῷ πνεύματι; Πνεῦμα ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν λέγει, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σώματος. Πῶς οὖν τις δοξάζει ἐν τῷ σώματι; πῶς δὲ ἐν τῇ ψυχῇ; Ἐν σώματι δοξάζει ὁ μὴ πορνεύων, ὁ μὴ μεθυσκόμενος, ὁ μὴ γαστριζόμενος, ὁ μὴ καλλωπιζόμενος, ὁ τοσαύτην αὐτοῦ ποιούμενος πρόνοιαν, ὅσον πρὸς ὑγείαν ἀρκεῖν μόνον, ὁ μὴ μοιχεύων, ἡ μὴ μυριζομένη, ἡ μὴ χρώματι διαγράφουσα τὸ πρόσωπον, ἡ ἀρκουμένη τῇ πλάσει τοῦ Θεοῦ, καὶ μηδὲν ἐπιτεχνωμένη. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, προσάγεις τὰ παρὰ σαυ- D τῆς τῇ ἀπηρτισμένῃ παρὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργίᾳ; οὐχ αὐτάρκης σοι γέγονεν ἡ διάπλασις; ὡς βελτίων τοίνυν τεχνῖτις [b] ἐπιχειρεῖς ῥυθμίσαι τὸ ἔργον; Οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τοῦτο καλλωπίζῃ, καὶ ὑβρίζεις τὸν δημιουργὸν, ἵνα μυρίους ἐραστὰς ἐπισπάσῃ. Καὶ τί πάθω, φησίν; οὐδὲ γὰρ ἐγὼ βούλομαι, ἀλλὰ διὰ τὸν ἄνδρα ταῦτα ποιεῖν ἀναγκάζομαι. Οὐκ ἔνι μὴ βουλομένην ἐρᾶσθαι. Καλήν σε ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἵνα θαυμάζηται καὶ ἐπὶ τούτῳ, οὐχ ἵνα ὑβρίζηται· μὴ τού- E τοις αὐτὸν ἀμείβου τοῖς δώροις, ἀλλὰ σωφροσύνῃ καὶ

3. Itaque si honoremus illum, nos etiam honoramus. Ut enim qui oculos aperuit ut solarem lucem videat, sibi ipsi prodest, dum astri pulchritudinem miratur, neque illi aliquid gratiæ confert; neque enim splendidiorem illam efficit, sed manet ut erat : sic, et multo magis, qui Deum miratur et honorat, sibi salutem et utilitatem magnam parat. Quomodo? Quia virtutem adiens ab ipso glorificatur : nam *Glorificantes me*, inquit, *glorificabo*. Quomodo igitur ipse glorificatur, inquies, si gloria a nobis collata non fruitur? Eodem modo quo esurire dicitur et sitire : nostra enim omnia propria sibi facit, ut vel sic nos attrahat; honores simul et contumelias, ut vel sic timeamus; neque sic tamen attrahimur. Glorificemus ergo Deum : extollamus Deum et in corpore et in spiritu nostro. Et quomodo quis in corpore glorificat, inquies, quomodo in spiritu? Hic spiritum dicit animam, ad differentiam corporis. Quomodo ergo quis glorificat in corpore? quomodo in anima? In corpore glorificat, qui non fornicatur, qui non ebriatur, qui ventri non indulget, qui non studet ornatui, qui id tantum curat, quantum ad valetudinem dumtaxat satis sit, qui non mœchatur; quæ non unguentis perfunditur, quæ non coloribus vultum depingit, quæ Dei formatione contenta est et nihil adjicit. Cur ergo, quæso te, adjicis rei a Deo perfecte creatæ? non tibi sufficit illa formatio? ut melior igitur opifex opus decorare tentas? Non est hoc certe; sed ideo ornaris, et Conditorem contumelia afficis, ut innumeros amatores attrahas. Et quid faciam? inquies : neque enim ego volo, sed propter virum id facere compellor. Adamari non solet quæ non vult. Te formosam Deus fecit, ut etiam in hoc admirationi haberetur, non ut contumelia afficeretur : ne ipsi hujusmodi dona retri-

1. Reg. 2. 30.

Deus quomodo glorificandus.

[a] [Colb. et marg. Savil. ... χόμενος. Vulgatum ut recte se habeat leg. ἐπεὶ.... μετέρχεται.]

[b] [*Ponendum* ex marg. Savil. ἐπιχειρεῖς. Dunæus. Sic etiam Colb. Legebatur ἐπιχειρῇ.]

buas, sed continentiam et honestatem. Formosam te Deus fecit, ut tibi certamina de honestate augeret. Non par res est, eam quæ amabilis est castitatem servare, et eam quæ a nullo appetitur. Au-
Gen. 39. 6. dis quid dicit Scriptura de Josepho? *Erat*, inquit, *speciosus et decorus aspectu*. Quid nos juvat audire Josephum fuisse pulchrum? Ut ejus pulchritudinem magis admiremur et honestatem. Te formosam Deus fecit? cur te deformem facis? Sicut enim si quis aureæ statuæ lutum illinat: ita sunt illæ quæ fucum adhibent: terram tibi infers partim rubicundam, partim candidam. Verum quæ deformes sunt, inquies, id jure faciunt. Qua de causa, dic mihi? ut deformitatem obtegant? Sed id frustra faciunt. Quandonam, quæso, id quod naturale est ab eo quod studio et arte conficitur superatur? Quid vero omnino deformitas mœrori est, si probro careat? Audi enim sapien-
Eccli. 11. 2. tem quemdam dicentem: *Ne vituperes virum in aspectu suo, neque laudaveris virum in specie sua*. Deum igitur magis admirare artificem optimum, non autem illum; non enim illius est opus. Quod enim, quæso, lucrum ex forma? Nullum, sed plures contentiones, majores molestiæ, pericula, suspiciones. Eam enim quæ non tali decore fulget, nemo suspectam habebit: illa vero formosa, nisi magna honestate et modestia utatur, statim in malam famam incidet; et vir ejus in suspicione deget cum illa: qua re quid molestius dici possit? nec tantam ex forma et specie ejus percipiet voluptatem, quantum ex zelotypia mœrorem. Voluptas enim ex consuetudine marcescit, dum uxor lasciviæ, dissolutionis, libidinis notam accipit, atque mens vana et admodum arrogans evadit: hæc quippe omnia pulchritudo secum trahit. In ea autem quæ formosa non est, hujusmodi impedimenta non reperias. Neque enim adsunt canes irruentes; sed illa veluti agna in quiete pascitur, lupo nullo turbante vel insiliente, assidente pastore. Nihil damni infertur, si altera formosa, altera non talis fuerit; sed multum damni infertur, si altera fornicetur, etsi non formosa, altera vero maligna sit. Dic enim mihi, quænam est virtus oculorum? an quod molles, versatiles, rotundi et cærulei sint, an quod acuti ac penetrantes? Ego hoc postremum dixerim, atque hoc exemplo liquidum:

κοσμιότητι. Καλήν σε ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἵνα σοι τοὺς τῆς κοσμιότητος ἄθλους αὐξήσῃ. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐπέραστον οὖσαν σωφρονεῖν, καὶ ὑπ' οὐδενὸς γενομένην περιμάχητον. Ἀκούεις τί φησιν ἡ Γραφὴ περὶ τοῦ Ἰωσήφ; ὅτι Ἦν ὡραῖος καὶ καλὸς τῇ ὄψει; τί ἡμᾶς τοῦτο ἀκούοντας ὠφελεῖ, ὅτι καλὸς ἦν Ἰωσήφ; Ἵνα μᾶλλον αὐτοῦ τὸ κάλλος θαυμάζωμεν καὶ τὴν κοσμιότητα. Ἐποίησέ σε καλὴν ὁ Θεός; τί τοίνυν κατασκευάζεις ἄμορφον σαυτήν; Ὥσπερ γὰρ ἄν εἴ τις
F χρυσῷ ἀνδριάντι ἐπιχρίσειε πηλὸν βορβόρου, οὕτως εἰσὶν αἱ τοῖς ἐπιτρίμμασι κεχρημέναι· [c] γῆν καταπάσσεις σαυτὴν τὴν μὲν φοινικῆν, τὴν δὲ λευκήν. Ἀλλ' αἱ ἄμορφοι, φησὶν, εἰκότως τοῦτο πράττουσι.
572 Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; ἵνα τὴν ἀμορφίαν κρύψωσιν;
A Ἀλλὰ ἀνόνητα πονοῦσι. Πότε γὰρ, εἰπέ μοι, τὸ φυσικὸν ὑπὸ τοῦ[a] τεχνικοῦ καὶ ἐπιτετηδευμένου νικᾶται; Τί δὲ ὅλως ἡ ἀμορφία λυπεῖ, ὅταν ψόγον μὴ ἔχῃ; Ἄκουε γὰρ σοφοῦ τινος λέγοντος, Μὴ βδελύξῃ ἄνδρα ἐν ὁράσει αὐτοῦ, μηδὲ αἰνέσῃς ἄνδρα ἐν τῷ κάλλει αὐτοῦ· μᾶλλον μὲν οὖν Θεὸν θαύμασον τὸν ἀριστοτέχνην, ἐκεῖνον δὲ μηκέτι· οὐ γὰρ αὐτοῦ κατόρθωμα τὸ γενόμενον. Ποῖον γὰρ κέρδος ἀπὸ κάλλους, εἰπέ μοι; Οὐδὲν, [b] ἀλλ' ἀγῶνες πλείους, μείζονες ἐπήρειαι, καὶ οἱ κίνδυνοι καὶ αἱ ὑποψίαι. Τὴν μὲν
B γὰρ οὐ τοιαύτην οὐδ' ἂν ὑποπτεύσειέ τις· ἐκείνη δὲ, ἂν μὴ πολλῇ τῇ κοσμιότητι καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ᾖ κεχρημένη, εὐθέως δέξεται δόξαν πονηράν· καὶ ὁ ἀνὴρ δὲ μεθ' ὑποψίας συνοικεῖ, οὗ τί γένοιτ' ἂν χαλεπώτερον; οὐ τοσαύτην ἀπὸ τῆς θέας κτώμενος τὴν ἡδονὴν, ὅσον ἀπὸ τῆς ὑπονοίας καρποῦται τὴν λύπην. Ἐκείνη μὲν γὰρ τῇ συνηθείᾳ μαραίνεται, βλακείας, διαχύσεως, ἀσελγείας δόξαν λαμβανούσης [*] αὐτῆς, τῆς ψυχῆς βαναύσου γινομένης, ἀπονοίας πολλῆς πληρουμένης· πρὸς ταῦτα γὰρ πάντα μᾶλλον ἡ εὐμορ-
μεν, οἱ μὲν οὐδὲ ἐροῦσιν, οἱ δὲ εἰδότες ἐροῦσι τὴν ὑπόθεσιν, εἰς ἣν εἰρήκαμεν μόνον, ὅτι ὡμίλησεν εἰς τὸ μὴ δεῖν μνησικακεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπερεύχεσθαι, εἶτα ἀφέντες εἰπεῖν τὰ λεχθέντα πάντα· οὐ γὰρ οἷόν τε μεμνῆσθαι· οἱ δὲ μικρῶν μέμνηνται, [a] ἀλλ' ἐνίων. Διὸ παρακαλῶ, εἰ μηδὲν κερδαίνετε ἐκ τῶν λεγομένων, μηδὲ προσέχειν τῇ ἀκροάσει. Τί γὰρ τὸ ὄφελος; μεῖζον τὸ κρίμα γίνεται, χαλεπωτέρα ἡ τιμωρία, ὅτι μετὰ μυρίας παραινέσεις τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένομεν. Διὰ τοῦτο εὐχὴν ἡμῖν ὥρισεν ὁ Θεὸς, ἵνα μηδὲν βιωτικὸν μηδὲ ἀνθρώπινον αἰτῶμεν. Ἴστε δὴ οἱ πιστοὶ τίνα δεῖ εὔχεσθαι, πῶς πᾶσα κοινή ἐστιν ἡ εὐχή. Ἀλλ' οὐκ εἴρηται, φησὶν, ὑπὲρ τῶν ἀπίστων εὔχεσθαι ἐκεῖ. Ἐπειδὴ μὴ ἴστε τῆς εὐχῆς τὴν δύναμιν, μηδὲ τὸ βάθος καὶ τὸν θησαυρὸν αὐτῆς ἐπιγινώσκετε· εἰ γάρ τις αὐτὴν ἀναπτύξειεν, εὑρήσει καὶ τοῦτο κείμενον ἐν αὐτῇ. Ὅταν γὰρ λέγῃ ὁ εὐχόμενος, Γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο αἰνίττεται. Πῶς; Ὅτι ἐν οὐρανῷ οὐδεὶς ἄπιστος, οὐδεὶς προσκρούων. Εἰ τοίνυν περὶ τῶν πιστῶν μόνων ἦν, οὐκ εἶχε λόγον τὸ λεγόμενον. Εἰ γὰρ οἱ πιστοὶ ἔμελλον τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, οἱ δὲ ἄπιστοι οὐχὶ, οὐκέτι ὡς ἐν οὐρανῷ τὸ θέλημα αὐτοῦ ἦν, ἀλλὰ τί; Ὥσπερ ἐν οὐρανῷ, φησὶν, οὐδεὶς πονηρὸς, οὕτω μηδὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἔστω· ἀλλὰ πάντας, φησὶν, εἰς τὸν φόβον ἕλκυσον τὸν σαυτοῦ, πάντας ἀγγέλους ποίησον τοὺς ἀνθρώπους, κἂν ἐχθροὶ ἡμῶν ὦσι, κἂν πολέμιοι. Οὐχ ὁρᾷς πόσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὁ Θεὸς βλασφημεῖται; πόσα ὑβρίζεται καὶ παρὰ τῶν ἀπίστων, καὶ παρὰ τῶν πιστῶν, καὶ διὰ ῥημάτων, καὶ διὰ πραγμάτων; Τί οὖν, ἔσβεσε διὰ τοῦτο τὸν ἥλιον; ἐκοίμισε τὴν σελήνην; κατέρραξε τὸν οὐρανόν; ἀνετάραξε τὴν γῆν; ἐξήρανε τὴν θάλασσαν; ἠφάνισε τῶν ὑδάτων τὰς πηγὰς, συνέχεε τὸν ἀέρα; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον· ἀνατέλλει τὸν ἥλιον, βρέχει τὸν ὑετὸν, δίδωσι καρποὺς, δίδωσι τροφὰς ἐτησίους τοῖς βλασφήμοις, τοῖς ἀνοήτοις, τοῖς μιαροῖς, τοῖς διώκταις, οὐ μίαν ἡμέραν οὐδὲ δευτέραν οὐδὲ τρίτην, ἀλλὰ πάντα τὸν βίον. Τοῦτον μίμησαι καὶ σὺ, τοῦτον ζήλωσον κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην. Οὐ δύνασαι τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι; μὴ κακηγορήσῃς. Οὐ δύνασαι ὑετὸν δοῦναι; Μὴ λοιδορήσῃς. Οὐ δύνασαι θρέψαι; μὴ παροινήσῃς. Ἀρκεῖ ταῦτα παρὰ σοῦ δῶρα· παρὰ τοῦ Θεοῦ δι' ἔργων γίνεται εἰς τοὺς ἐχθροὺς ἡ εὐεργεσία· σὺ κἂν διὰ λόγων ποίησον, ὑπέρευξαι τοῦ ἐχθροῦ· οὕτως ἔσῃ ὅμοιος τῷ Πατρί σου τῷ ἐν οὐρανοῖς. Μυριάκις ὑπὲρ τούτων διελέχθημεν, καὶ διαλεγόμενοι οὐ παυόμεθα· μόνον γινέσθω τι πλέον. Ἡμεῖς οὐ ναρκῶμεν οὐδὲ ἀποκάμνομεν, ἡμεῖς οὐ περικακοῦμεν λέγοντες· μό-

E quam rem tractaverimus, alii ne respondent quidem, alii gnari dicent argumentum quod tractavimus, quod non oporteat injuriarum reminisci, imo etiam pro inimicis orare; deinde quæ dicta fuere omnia omittent: neque enim meminisse possunt: alii autem pauca sed quædam tamen memoria retineant. Ideo obsecro, si nihil ex dictis lucramini, ne dictis attendatis. Quæ enim hinc utilitas? majus crimen erit, gravius supplicium, F quia post mille monita in iisdem manemus. Ideo nobis Deus orationem constituit, ut nihil mundanum vel humanum petamus. Scitis vero, fideles, quænam petere in oratione oporteat, et quo- A modo omnis oratio communis sit. At non dictum fuit, inquies, quod pro infidelibus sit illic orandum. Quia nescitis orationis vim, neque altitudinem nec thesaurum illius cognoscitis: si quis enim eam diligenter scrutetur, hoc etiam in illa inveniet. Cum enim precando dicitur, *Fiat voluntas tua sicut in cælo et in terra*, nihil aliud quam illud subindicatur. Quomodo? Quia in cælo nullus infidelis est, nullus qui offendat. Si ergo id de fidelibus tantum intelligendum esset, dictum non B esset rationi consentaneum. Nam si fideles voluntatem ejus facturi essent, infideles vero minime, voluntas ejus non sicut in cælo in terra fieret, sed quid? Sicut in cælo, inquit, nemo malus est; sic neque in terra sit: sed omnes, inquit, ad tui timorem attrahe, omnes homines angelos facito, etiamsi inimici hostesque sint. Non vides quantum quotidie Deus blasphemetur? quantum contumelia afficiatur et ab infidelibus et a fidelibus, et per verba et per res ipsas? Quid ergo? an propterea solem exstinxit? an lunæ cursum sustulit? an cælum dirupit? an terram concussit? an mare C exsiccavit? an fontes aquarum sustulit an aerem confudit? Nequaquam: imo contra, solem oriri curat, pluviam demittit, fructus dat et annuos cibos blasphemis, insensatis, exsecrandis, persequutoribus; non uno die, non secundo, non tertio, sed per totam vitam. Hunc et tu imitare, hunc secundum humanas vires æmulare. Non potes ut sol oriatur curare? a maledictis abstine. Non potes pluviam dare? ne contumeliam inferas. D Non potes alimenta dare? ne violentus sis. Hæc tua dona sufficiunt: a Deo autem per opera exhibentur collata inimicis beneficia: tu per verba saltem exhibe, pro inimico precare: sic eris similis Patri tuo qui in cælis est. De his millies dis-

Pro inimicis precandum.

[a] [Colb. καὶ ἐνίων.]

seruimus, et disserendi finem non facimus : aliquid plus saltem eveniat. Nos non torpescimus, nec defatigamur, nec molestia dicendo afficimur: vos saltem audiendo ne molestia affici videamini. Videtur autem quis molestia affici, cum dicta non exsequitur : qui enim exsequitur, libenter et sæpe vult illa audire, ut qui non molestia afficiatur, sed laudetur. Itaque non aliunde molestia accidit, quam quod dicta ad opus non exeant : hinc efficitur ut orator oneri sit. Si quis, verbi gratia, eleemosynam faciat, deindeque alius de eleemosyna loquatur, non modo non torpescit audiens, sed lætatur, cum audit opera sua prædicari et celebrari. Ita nos quoque, quia nihil commune habemus cum injuriarum oblivione, neque illud bonum opus exsequimur, ideo verba hujusmodi videmur moleste ferre : si autem rem exsequeremur, verba illa non molestiam crearent. Si ergo vultis nos non molestos vobis esse, sic facite : operibus rem exhibete. Numquam cessabimus de his vos alloqui, donec illa exsequamini. Ex affectu enim maxime et sollicitudine hoc facimus; insuperque quia nobis periculum impendet. Tubicinem namque, etiamsi nemo ad bellum exeat, tuba canere oportet, officiumque suum implere. Non igitur ut majus vobis supplicium paremus id facimus, sed ut, quantum in nobis est, vos eximamus. Ad hæc vestra etiam nos caritas detinet : nam viscera nostra discerpuntur, et angore afficimur, si quid hujusmodi contingat. Sed absit. Non sumtibus opus est ad id quod dicimus, non pecuniæ impendendæ, non est longa peregrinatione opus; voluntate solum, verbo et voluntate est opus. Custodiamus os nostrum, januam ac vectem apponamus, ut nihil quod Deo displiceat loquamur. Pro nobis agimus, non pro quibus precamur. Hoc semper cogitemus, quod qui inimicum benedicit, seipsum benedicat, et qui maledicit, seipsum maledicat, et qui pro inimico precatur, pro se precetur, non pro illo. Si sic nos geramus, poterimus insigne illud opus peragere et promissa bona consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

νον ὑμεῖς μὴ ἀκούοντες δόξητε ἐνοχλεῖσθαι. Δοκεῖ δέ τις ἐνοχλεῖσθαι, ὅταν μὴ ποιῇ τὰ λεγόμενα· ὁ γὰρ ποιῶν, συνεχῶς βούλεται τὰ αὐτὰ ἀκούειν, ὥσπερ οὐκ ἐνοχλούμενος, ἀλλ' ἐγκωμιαζόμενος. Ὥστε οὐδαμόθεν ἄλλοθεν τοῦτο γίνεται, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν τὰ
E λεγόμενα· ἐκεῖθεν καὶ ὁ λέγων φορτικός ἐστιν. Ἐάν τις ἐλεημοσύνην, εἰπέ μοι, ποιῇ, εἶτα ἄλλος περὶ ἐλεημοσύνης διαλέγηται, οὐ μόνον οὐκ [a] ἀποκναίει πρὸς τὴν ἀκρόασιν, ἀλλὰ καὶ γάννυται, ἀκούων τῶν οἰκείων κατορθωμάτων λεγομένων καὶ ἀνακηρυττομένων. Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὴ οὐδὲν πρὸς ἀνεξικακίαν ἔχομεν κοινὸν, οὐδὲ κατώρθωται ἡμῖν τοῦτο, διὰ τοῦτο δοκοῦμεν εἶναι καὶ πρὸς τὰ ῥήματα δυσχερεῖς· εἰ δὲ τὰ πράγματα ἦν, οὐκ ἂν λόγος ἡμᾶς ἐλύπησεν. Εἰ τοίνυν μὴ βούλεσθε ἡμᾶς φορτικοὺς εἶναι
F μηδὲ ἐπαχθεῖς, οὕτω ποιήσατε, δι' ἔργων ἐπιδείξασθε τὸ πρᾶγμα· ὡς οὐδέποτε παυσόμεθα ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ὑμῖν διαλεγόμενοι, ἕως ἂν κατορθωθῇ ἐν ὑμῖν. Μά-
583 λιστα μὲν γὰρ καὶ κηδεμονίᾳ καὶ φιλοστοργίᾳ τῇ πρὸς
A ὑμᾶς τοῦτο πράττομεν· ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὸν ἐπικείμενον ἡμῖν κίνδυνον. Τὸν γὰρ σαλπίζοντα, κἂν μηδεὶς εἰς πόλεμον ἐξίῃ, σαλπίζειν δεῖ, τὸ αὐτοῦ πληροῦντα. Οὐ τοίνυν μείζονα ὑμῖν τὴν κόλασιν ἐργάσασθαι βουλόμενοι, τοῦτο πράττομεν, ἀλλὰ τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἀποδύσασθαι. Μετὰ δὲ τούτου, καὶ ἡ ὑμετέρα ἡμᾶς ἀγάπη κατέχει· [b] ἀποσπώμεθα γὰρ τὰ σπλάγχνα καὶ δακνόμεθα, εἴ τι τοιοῦτο συμβαίη. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Οὐκ ἔστι δαπάνης, ὅπερ εἴπομεν νῦν, οὐκ ἔστιν ἐπι-
B ζημίας χρημάτων, οὐκ ἔστιν ὁδοῦ μακρᾶς· θελῆσαι δεῖ μόνον, ῥῆμά ἐστι, προαίρεσίς ἐστι. Φυλάττωμεν ἡμῶν τὸ στόμα, θύραν καὶ μοχλὸν ἐπιθῶμεν, ἵνα μηδὲν τῶν μὴ δοκούντων τῷ Θεῷ φθεγγώμεθα. Ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν γίνεται τοῦτο, οὐχ ὑπὲρ ὧν εὐχόμεθα. Τοῦτο ἀεὶ λογιζώμεθα, ὅτι καὶ ὁ εὐλογῶν τὸν ἐχθρὸν, ἑαυτὸν εὐλογεῖ, καὶ ὁ καταρώμενος, ἑαυτὸν καταρᾶται, καὶ ὁ εὐχόμενος ὑπὲρ τοῦ ἐχθροῦ, ὑπὲρ ἑαυτοῦ εὔχεται, οὐχ ὑπὲρ ἐκείνου. Ἂν οὕτω ταῦτα ποιῶμεν, δυνησόμεθα τὸ κατόρθωμα τοῦτο εἰς ἔργον ἀγαγεῖν,
C καὶ τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

a [*Leg.* ἀποκνεῖ, *vel* ἀποκναίεται. Dunæus.]

b [Colb. σπώμεθα.]

ΟΜΙΛΙΑ ζ΄.

Ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

Εἰ τοὺς κοινοὺς βούλεται λύεσθαι πολέμους καὶ τὰς μάχας καὶ τὰς ταραχὰς, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὲρ βασιλέων καὶ ὑπὲρ ἀρχόντων παρακαλεῖ τὸν ἱερωμένον εὐχὰς ποιεῖσθαι, πολλῷ μᾶλλον καὶ τοὺς ἰδιώτας τοῦτο χρὴ ποιεῖν. Τῶν πολέμων γάρ ἐστιν εἴδη τρία τὰ χαλεπώτερα· εἷς μὲν οὗτος ὁ κοινὸς, ὅταν οἱ παρ' ἡμῖν στρατιῶται πολεμῶνται παρὰ βαρβάρων· δεύτερος, ὅταν, καὶ εἰρήνης οὔσης, ἡμεῖς πρὸς ἀλλήλους πολεμῶμεν· τρίτος, ὅταν ἕκαστος πρὸς ἑαυτὸν πολεμῇ. Οὗτος δὴ καὶ πάντων ἐστὶ χαλεπώτατος. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ παρὰ τῶν βαρβάρων οὐδὲν μέγα ἡμᾶς βλάψαι δυνήσεται· τί γὰρ, εἰπέ μοι; ἔσφαξε καὶ ἀνεῖλεν, ἀλλ' οὐδὲν τὴν ψυχὴν ἐλυμήνατο. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ δεύτερος, ἐὰν μὴ βουλώμεθα, βλάψαι τι ἡμᾶς δυνήσεται. Κἂν γὰρ ἕτεροι πρὸς ἡμᾶς πολεμῶσιν, ἔξεστιν ἡμῖν εἶναι εἰρηνικοῖς· ἄκουε γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος, Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με, ἐνδιέβαλόν με, ἐγὼ δὲ προσηυχόμην· καὶ πάλιν, Μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην ἤμην εἰρηνικός· καὶ πάλιν, Ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς, ἐπολέμουν με δωρεάν. Τὸν δὲ τρίτον οὐκ ἔνι ἀκινδύνως διαφυγεῖν. Ὅταν γὰρ ἡμῖν διαστασιάζῃ τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχὴν, καὶ χαλεπὰς ἐπιθυμίας ἐγείρῃ, καὶ τὰς ἡδονὰς ὁπλίζῃ τῶν σωμάτων, τῆς ὀργῆς, τοῦ φθόνου, οὐκ ἔνι, μὴ τοῦ πολέμου τούτου λυθέντος, ἐπιτυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, ἀλλ' ἀνάγκη τὸν μὴ καταστέλλοντα ταύτην τὴν ταραχὴν, πεσεῖν καὶ τραύματα λαβεῖν, ἐκεῖνον τὸν θάνατον τίκτοντα τὸν ἐν τῇ γεέννῃ. Δεῖ τοίνυν ἡμῖν καθ' ἑκάστην ἡμέραν μερίμνης καὶ φροντίδος πολλῆς, ὥστε μήτε ἐγείρεσθαι ἐν ἡμῖν τοῦτον τὸν πόλεμον, μήτε διεγερθέντα μένειν, ἀλλὰ καταστέλλεσθαι καὶ κοιμίζεσθαι. Τί γὰρ ἂν ὄφελος γένοιτο, ὅταν ἡ μὲν οἰκουμένη βαθείας ἀπολαύῃ εἰρήνης, σὺ δὲ πρὸς ἑαυτὸν πολεμῇς; Ταύτην δεῖ τὴν εἰρήνην ἔχειν· ἂν ταύτην ἔχωμεν, οὐδὲν ἡμᾶς τῶν ἔξωθεν βλάψαι δυνήσεται. Συντελεῖ δὲ πρὸς ταύτην οὐ μικρὸν καὶ ἡ κοινὴ εἰρήνη· διὰ τοῦτό φησιν, Ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν. Εἰ δέ τις, ἡσυχίας οὔσης, ταράττεται, σφόδρα ἄθλιός ἐστιν. Ὁρᾷς ὅτι ταύτην λέγει τὴν εἰρήνην, ἥν ἐγώ φημι τὴν τρίτην; Διὰ τοῦτο εἰπὼν, Ἵνα ἤρεμον καὶ

HOMILIA VII.

Cap. II. v. 2. *Ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate.* 3. *Hoc enim bonum et acceptum est coram Salvatore nostro Deo,* 4. *qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.* D

1. Si vult communia bella dissolvi et pugnas perturbationesque, et ideo sacerdotem hortatur ut preces fundat pro regibus et principibus, multo magis privatos quoque id oportet facere. E Bellorum quippe sunt tria genera graviora : est bellum commune, cum milites nostri a barbaris impetuntur : secundum bellum est, cum, etiam pacis tempore, nos invicem impugnamus : tertium cum unusquisque adversum se bella gerit. Hoc autem est omnium gravissimum. Illud enim barbarorum bellum, non admodum nobis nocere poterit : quid enim, quæso, facient illi? jugulabunt, occident, sed animam non labefactabunt. F Sed neque secundum bellum damnum afferre poterit, nobis nolentibus. Etiamsi enim alii nos bello impetant, nobis licet in pace degere : audi enim prophetam dicentem : *Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi; ego autem orabam;* et rursus, *Cum iis qui oderunt pacem eram* 584 A *pacificus;* et iterum, *Cum loquebar illis, impugnabant me gratis.* Tertium vero bellum sine periculo effugere non possumus. Cum enim corpus nostrum adversus animam dissidet, gravesque cupiditates excitat, et corporis voluptates armat, iram, invidiam; si hoc bellum non solvatur, non possumus promissa consequi bona, sed necesse est eum qui hunc tumultum non comprimit, cadere et illa accipere vulnera, quæ pariunt mortem in gehenna. Nobis ergo quotidie opus est cura et sollicitudine multa, ne in nobis hujusmodi bellum excitetur; B vel si excitatum est, ne maneat, sed comprimatur et sedetur. Quid enim juvat, si orbis totus profunda pace fruatur, dum tu adversus teipsum bellum geris? Hanc habere pacem oportet : si illa fruamur, nihil externum nobis nocere poterit : ad hanc vero non parum confert pax communis : ideo ait : *Ut quietam et tranquillam vitam agamus.* Si quis autem, dum tranquillitas est, perturbatur, admodum est infelix. Viden' illum de hac loqui pace, quam

Psal. 108. 4. et 119. 7. et 108. 3.

Pax quænam vera sit.

ego tertiam dico? Ideo cum dixisset, *Ut quietam et tranquillam vitam agamus*, non hic stetit, sed addidit, *In omni pietate et castitate.* In pietate autem et castitate aliquis esse non potest, nisi pax illa constituta sit. Cum enim ratiocinia et quæstiones fidem nostram perturbant, quæ pax? cum spiritus libidinis, quæ pax? Ne enim existimes illum de hac loqui vita, quam omnes homines agunt; cum dixisset, *Ut quietam et tranquillam vitam agamus*, subjungit, *In omni pietate et castitate.* Possunt enim quietam et tranquillam vitam agere gentiles; et impudici, et qui in deliciis volutantur, inveneris qui hanc vitam agant. Ut igitur discas illum non hanc vitam dicere, adjicit, *In omni pietate et castitate.* Illa enim vita insidias habet et pugnas, et anima quotidie vulneratur a perturbationibus cogitationum. Quod autem hanc vitam indicare velit, palam est ex additamento; palam item est ex eo quod non simpliciter, In pietate, dixerit, sed addita hac voce, *In omni.* Hoc enim dicens, videtur non solum in dogmatibus vitam requirere, sed etiam illam quæ per vitæ genus firmatur: nam in utraque re pietas quærenda est. Quæ enim utilitas, si ii qui in fide pie sentiunt, vita et operibus impii sint? Quodque hæc vita possit ex operibus impia fieri, audi beatum illum alibi dicen-
Tit. 1. 16. tem: *Confitentur verbis se nosse Deum, factis*
1. Tim. 5. 8. *autem negant;* et rursus, *Fidem abnegavit,*
1. Cor. 5. 11. *et est infideli deterior;* iterumque, *Si quis frater appellatus fuerit fornicator, aut avarus, quod est idolorum servitus, aut idololatra, hu-*
1. Joan. 2. 9. *jusmodi non honorat Deum;* et rursum, *Qui fratrem suum odit, ignorat Deum.* Viden' quot sint impietatis modi. Ideo ait, *In omni pietate et castitate.* Inhonestus enim est non modo fornicator, sed etiam avarus inhonestus dicatur et intemperans: hæc enim cupiditas est, non minus quam concupiscentia corporum. Qui ergo illam non castigat, intemperans dicitur: quod enim concupiscentiam non castigent, intemperantes vocantur. Itaque iracundum etiam intemperantem dixerim, et invidum, et pecuniæ amantem, et dolosum, et omnem in peccato versantem, et intemperantem et inhonestum et impudicum appellarim. *Hoc enim bonum et acceptum est*, inquit, *in conspectu Salvatoris nostri Dei. Hoc* quid est? Precari pro omnibus: hoc acceptum est Deo, hoc ille vult: nam *Vult omnes hominet salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.*

2. Imitare Deum. Si vult omnes homines salvos

C ἡσύχιον βίον διάγωμεν, οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλὰ προσέθηκεν, Ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Ἐν δὲ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι εἶναι οὐκ ἔνι, μὴ τῆς εἰρήνης ἐκείνης κατορθωθείσης. Ὅταν γὰρ λογισμοὶ ζητητικοὶ ταράσσωσιν ἡμῶν τὴν πίστιν, ποία εἰρήνη; ὅταν ἀσελγείας πνεύματα, ποία εἰρήνη; Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς ὅτι τοῦτον ἁπλῶς λέγει τὸν βίον, ὃν πάντες ζῶσιν ἄνθρωποι, εἰπὼν, Ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν, ἐπάγει, Ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι· ἐπειδὴ ἔνεστι τὸν ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγειν
D καὶ Ἕλληνας, καὶ ἀκολάστους καὶ σπαταλῶντας καὶ τρυφῶντας εὕροις ἂν τοῦτον τὸν βίον ζῶντας. Ἵνα οὖν μάθῃς ὅτι οὐ τοῦτόν φησι, προστίθησι τὸ, Ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Ἐκεῖνος γὰρ ὁ βίος ἐπιβουλὰς ἔχει καὶ μάχας, τῆς ψυχῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν τιτρωσκομένης ὑπὸ τῶν θορύβων τῶν ἐν τοῖς λογισμοῖς. Ὅτι δὲ τὸν βίον τοῦτον δηλοῦν βούλεται, δῆλον μὲν ἀπὸ τῆς ἐπαγωγῆς, δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ ἁπλῶς ἐν εὐσεβείᾳ εἰπεῖν, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τοῦ, Πάσῃ. Τοῦτο γὰρ εἰπὼν, ἔοικεν οὐ τὴν ἀπὸ τῶν δο-
E γμάτων μόνον ἀπαιτεῖν πολιτείαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βίου ἀσφαλιζομένην· καὶ γὰρ ἐν ἀμφοτέροις τὴν εὐσέβειαν δεῖ ζητεῖν. Τί γὰρ ὄφελος ἐν τῇ πίστει εὐσεβοῦντας διὰ τοῦ βίου ἀσεβεῖν; Ὅτι γὰρ ἔστι διὰ τοῦ βίου ἀσεβεῖν, ἄκουε τοῦ μακαρίου τούτου πάλιν ἀλλαχοῦ λέγοντος· Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται· καὶ πάλιν, Τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων· καὶ πάλιν, Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλο-
F λάτρης, ὁ τοιοῦτος οὐ τιμᾷ τὸν Θεόν· καὶ πάλιν, Ὁ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, τὸν Θεὸν ἀγνοεῖ. Ὁρᾷς πόσοι ἀσεβείας τρόποι; Διὰ τοῦτό φησιν, Ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Ἄσεμνος γὰρ οὐκ ἔστιν ὁ
585 πόρνος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ πλεονέκτης ἄσεμνος ἂν λέ-
A γοιτο καὶ ἀκόλαστος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐπιθυμία οὐχ ἥττων τῆς τῶν σωμάτων. Ὁ τοίνυν μὴ κολάζων αὐτὴν, ἀκόλαστος λέγεται· διὰ γὰρ τὸ μὴ κολάζειν τὴν ἐπιθυμίαν ἀκόλαστοι λέγονται. Ὥστε καὶ τὸν ὀργίλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμι ἔγωγε, καὶ τὸν βάσκανον, καὶ τὸν φιλάργυρον, καὶ τὸν ὕπουλον, καὶ πάντα τὸν ἐν ἁμαρτίᾳ ὄντα, ἀκόλαστον εἶναι καὶ ἄσεμνον καὶ ἀσελγῆ. Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀποδεκτὸν, φησὶν, ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ. Ποῖον τοῦτο; Τὸ εὔχεσθαι ὑπὲρ πάντων· τοῦτο ἀποδέχεται ὁ Θεὸς,
B τοῦτο θέλει· Πάντας γὰρ ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, φησὶ, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

Μιμοῦ τὸν Θεόν. Εἰ πάντας ἀνθρώπους θέλει σω-

θῆναι, εἰκότως ὑπὲρ ἁπάντων δεῖ εὔχεσθαι· εἰ πάντας αὐτὸς ἠθέλησε σωθῆναι, θέλε καὶ σύ· εἰ δὲ θέλεις, εὔχου· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶ τὸ εὔχεσθαι. Ὁρᾷς πῶς πανταχόθεν τὴν ψυχὴν ἔπεισεν, ὥστε καὶ ὑπὲρ Ἑλλήνων εὔχεσθαι; Καὶ τὸ κέρδος δεικνὺς ὅσον ἐκ τούτου τίκτεται, Ἵνα ἤρεμον, φησὶ, καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν· καὶ τὸ πολλῷ τούτου μεῖζον, ὅτι καὶ τῷ Θεῷ τοῦτο δοκεῖ, καὶ ὅτι ὅμοιοι αὐτῷ κατὰ τοῦτο γινόμεθα, κατὰ τὸ τὰ αὐτὰ αὐτῷ θέλειν. Ἱκανὰ ταῦτα δυσωπῆσαι καὶ θηρίον. Μὴ τοίνυν φοβηθῇς ὑπὲρ Ἑλλήνων εὐχόμενος· καὶ αὐτὸς τοῦτο βούλεται· φοβήθητι τὸ κατεύξασθαι μόνον· τοῦτο γὰρ οὐ βούλεται. Εἰ δὲ ὑπὲρ Ἑλλήνων εὔχεσθαι χρὴ, καὶ ὑπὲρ αἱρετικῶν δῆλον ὅτι· ὑπὲρ γὰρ ἁπάντων ἀνθρώπων εὔχεσθαι δεῖ, οὐ διώκειν. Τοῦτο δὲ καὶ ἄλλως καλὸν ἀπὸ τοῦ τῆς αὐτῆς ἡμᾶς φύσεως κοινωνεῖν· καὶ ὁ Θεὸς δὲ ἐπαινεῖ καὶ ἀποδέχεται τὴν εὔνοιαν, τὴν φιλοστοργίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους. Εἰ τοίνυν αὐτὸς θέλει, φησὶ, δοῦναι ὁ Κύριος, τί δεῖ εὐχῶν τῶν παρ' ἐμοῦ; Πολὺ τοῦτο ἐκείνοις καὶ σοὶ συμβάλλεται, πρὸς ἀγάπην αὐτοὺς ἕλκει, σὲ πάλιν οὐκ ἀφίησιν ἐκτεθηριῶσθαι· ἱκανὰ δὲ ταῦτα πρὸς πίστιν ἐπισπάσασθαι. Πολλοὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων διὰ φιλονεικίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀπέστησαν τοῦ Θεοῦ. [a] Τοῦτο σωτηρίαν νῦν Θεοῦ καλεῖ, ὃς Πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, εἰπών· ἐπειδὴ καὶ αὕτη ὄντως ἐστὶν ἡ σωτηρία· ταύτης γὰρ χωρὶς οὐδὲν μέγα ἡ ἄλλη ἐστὶν, ἀλλ' ὄνομα σωτηρίας ἐστὶ καὶ προσηγορία μόνον. Καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, φησὶν, ἐλθεῖν. Ἀληθείας, ποίας; Τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως. Καὶ δὴ προλαβὼν εἶπε, παράγγελλε μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν· ἵνα δὲ μή τις ὡς ἐχθροῖς αὐτοῖς προσέχῃ, μηδὲ μάχας ἀπὸ τούτου πλέκῃ, φησί· Πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Εἶτα τοῦτο εἰπὼν, ἐπήγαγεν· Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Εἶπεν, Εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ οἰκουμένη ἐν ἀληθείᾳ. Εἶπε πάλιν, Εἷς γὰρ Θεὸς, δεικνὺς ὅτι οὐ πολλοὶ, καθὼς τινες νομίζουσιν. Εἶπεν, ὅτι καὶ μεσίτην καὶ Υἱὸν πέπομφε, δεικνὺς ὅτι σωθῆναι θέλει πάντας. Τί οὖν; ὁ Υἱὸς οὐ Θεός; Καὶ σφόδρα. Πῶς οὖν φησιν, Εἷς; Πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν εἰδώλων, οὐ πρὸς τὸν Υἱόν· περὶ γὰρ ἀληθείας καὶ πλάνης ἦν αὐτῷ ὁ λόγος. Ὁ δὲ μεσίτης ὀφείλει ἀμφοτέροις κοινωνεῖν, ὧν ἐστι μεσίτης· μεσίτου γὰρ τοῦτό ἐστι, τὸ ἑκατέρων ἐχόμενον, ὧν ἐστι μεσίτης, κοινωνεῖν· ἐὰν δὲ τοῦ μὲν ἑνὸς ἔχηται, τοῦ δὲ ἑνὸς ἀπεσχοινισμένος ᾖ, οὐκέτι μεσίτης ἐστίν. Εἰ τοίνυν μὴ ἔχεται τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως, οὐκ ἔστι μεσίτης, ἀλλ' ἀπεσχοίνισται. Ὥσπερ γὰρ

fieri, jure pro omnibus orandum est : si vult ille omnes salvos fieri, tu etiam velis : si vis autem, precare : nam volentium est precari. Viden' quomodo ex omni parte animæ suadeat, ut etiam pro gentilibus precetur? Et indicans quantum hinc obveniat lucrum, *Ut quietam*, inquit, *et tran-*
C *quillam vitam agamus :* et quod multo majus est, quod hoc Deo placeat, et quod in hoc similes illi evadamus, cum eadem quæ ipse velimus. Hæc possent vel feram flectere. Ne timeas ergo si pro gentilibus preceris; ipse quoque hoc vult : time tantum cum imprecaris; hoc enim ipse non vult. Quod si pro gentilibus precari oportet, palam est etiam pro hæreticis esse precandum; pro omnibus enim hominibus orandum est, neque illos persequi oportet. Hoc autem aliunde quoque bonum est,
D quod nempe illi ejusdem sint naturæ. Deus vero laudat et acceptam habet benevolentiam et amicitiam, quam in alterutrum habemus. Si ergo, inquies, Deus ipse dare vult, quid meis precibus est opus? Hoc multum et tibi et illis confert, ad dilectionem illos trahit, et non sinit ut ferarum more sæviant; hæc etiam possunt illos ad fidem attrahere. Multi enim homines quod inter se proterve contenderent, a Deo discesserunt. Hoc nunc Dei salutem appellat, qui *Vult*, inquit, *omnes ho-*
E *mines salvos fieri :* quia hæc est vere salus; sine hac enim nihil magnum alia salus est, sed solum salutis nomen habet. *Et ad agnitionem veritatis venire*, inquit. Cujus veritatis? Fidei in ipsum. Nam prius dixerat, Præcipe non aliter docere : ne vero quis ipsis ut inimicis attenderet, neve hinc rixas quæreret, dicit : *Vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.* His vero dictis subjunxit : 5. *Unus enim Deus,*
F *et unus mediator Dei et hominum.* Dixerat, *Ad agnitionem veritatis venire;* ostendens orbem in veritate non esse. Dixerat rursus, *Unus Deus*, ut ostenderet multos non esse, sicut quidam pu-
586 A tant. Dixerat se Filium suum misisse mediatorem, ut commonstraret se omnes velle salvos fieri. Quid ergo? an Filius non est Deus? Utique est. Quomodo ergo dicit, *Unus*? Ad differentiam idolorum, non ut Filium excludat : nam de veritate et de errore sermo illi erat. Mediator autem debet ea jungere et communia facere, quorum mediator est : si vero uni hæreat, ab altero autem separetur, jam non mediator, sed sejunctus est. Si ergo non
B consors est paternæ naturæ, non est mediator, sed

[a] [*Magis probo, quod in marg.* Savil. *legitur* σωτηρίαν δὲ νῦν ταύτην λέγει, [illegible] τὴν πίστιν. Dunæus]

separatus. Sicut enim humanæ naturæ junctus est, quia ad homines venit : ita et divinæ quoque est naturæ consors, quia a Deo venit : quoniam enim inter duas naturas medius est, ambarum naturarum oportuit illum esse participem. Quemadmodum enim medium loci cujuslibet utrique loco hæret : ita et duarum naturarum medium utriusque esse participem oportet. Ut ergo homo factus, ita et Deus erat. Homo enim mediator factus non fuisset; oportebat enim Deum alloqui : Deus quoque mediator non fuisset; neque enim suscepissent illum ii quorum mediator accederet.
1. Cor. 8. 6. Ut illi dixit, *Unus Deus Pater, et unus Dominus Jesus Christus* : ita et hic ait, *Unus* et *unus*, nec duos ponit. Quia enim de deorum multiplicitate disserebat, ne quis duorum numerum ad deorum multiplicitatem probandam raperet, *Unus* et *unus*, posuit. Viden' quomodo Scriptura cum magna cautione loquatur ? Unus enim et unus sunt duo ; sed non hoc dicemus, licet illud ratiocinium subjiciat. Hic non dicis, Unus et unus duo ; quod vero neque ratiocinium subjicit, id dicis, Si genuit, passus est. *Unus* enim, inquit, *Deus, unus et mediator Dei et hominum Jesus Christus*, 6. *qui dedit semet ipsum redemtionem pro omnibus, testimonium temporibus suis*. Numquid etiam, dic mihi, pro gentilibus ? Etiam : et Christus quidem pro gentilibus quoque mortuus est; tu vero pro illis orare non vis. Quomodo igitur, inquies, non crediderunt ? Quia noluerunt : suas ille tamen partes implevit : id passio testificatur, inquit. Venit enim ut testimonium perhiberet veritati Patris, et occisus est. Itaque non Pater tantum ipsi testificatur, sed
Joan. 5. 43. et 1. 18. et 17. 3. et 4. 24. etiam ipse Patri. *Ego* enim *veni in nomine Patris mei*, inquit; et rursum, *Deum nemo vidit umquam* ; iterumque, *Ut cognoscant te solum verum Deum* ; et rursum, *Spiritus est Deus*. Usque ad mortem igitur testimonium perhibuit. Illud autem, *Temporibus propriis*, id est, congruentibus. 7. *In quo positus sum ego prædicator et apostolus (veritatem dico, non mentior), doctor gentium in fide et veritate.*

τῆς τῶν ἀνθρώπων ἔχεται φύσεως, ἐπειδὴ πρὸς ἀνθρώπους ἤρχετο, οὕτω καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ παρὰ Θεοῦ ἤρχετο. Ἐπειδὴ γὰρ δύο φύσεων μέσος γέγονεν, ἐγγὺς τῶν δύο φύσεων αὐτὸν εἶναι δεῖ. Ὥσπερ γὰρ τὸ τόπου τινὸς μέσον ἑκατέρων ἐστὶ τῶν τόπων ἐγγὺς, οὕτω καὶ τὸ τῶν φύσεων μέσον ἑκατέρων ὀφείλει εἶναι τῶν φύσεων ἐγγύς. Ὥσπερ οὖν ἄνθρωπος γέγονεν, οὕτω καὶ Θεὸς ἦν. Ἄνθρωπος οὐκ ἂν
C ἐγένετο μεσίτης· ἔδει γὰρ καὶ τῷ Θεῷ διαλέγεσθαι· Θεὸς οὐκ ἂν ἐγένετο μεσίτης· οὐ γὰρ ἂν ἐδέξαντο αὐτὸν οἷς ἐμεσίτευσεν. Ὥσπερ ἐκεῖ φησιν, Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Εἷς καὶ εἷς. Οὐ τίθησι δύο· ἐπειδὴ γὰρ περὶ πολυθείας διελέγετο, ἵνα μή τις ἁρπάσῃ τῶν δύο τὸν ἀριθμὸν εἰς πολυθείαν, Εἷς καὶ εἷς τέθεικεν. Ὁρᾷς πῶς ἡ Γραφὴ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας κέχρηται τῷ λόγῳ; Τὸ γὰρ, εἷς καὶ εἷς, δύο· ἀλλ' οὐκ ἐροῦ-
D μεν τοῦτο, καίτοι τοῦ λογισμοῦ ὑποβάλλοντος. Ἐνταῦθα οὐ λέγεις, εἷς καὶ εἷς, δύο· ὅπερ δὲ οὐδὲ ὁ λογισμὸς ὑποβάλλει, τοῦτο λέγεις, εἰ ἐγέννησεν, ἔπαθεν. Εἷς γὰρ ὁ Θεὸς, φησὶν, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις. Τί οὖν; καὶ Ἑλλήνων, εἰπέ μοι; Ναί. Καὶ ὁ μὲν Χριστὸς καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ Ἑλλήνων, σὺ δὲ εὔξασθαι οὐκ ἀνέχῃ; Πῶς οὖν, φησὶν, οὐκ ἐπίστευσαν; Ὅτι οὐκ ἠθέλησαν· τὸ δὲ αὐτοῦ μέρος ἐγένετο· μαρτύ-
E ριον τὸ πάθος, φησίν. Ἦλθε γὰρ μαρτυρήσων, φησὶ, τῇ ἀληθείᾳ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐσφάγη. Ὥστε οὐχ ὁ Πατὴρ αὐτῷ μαρτυρεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τῷ Πατρί. Ἐγὼ γὰρ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, φησί· καὶ πάλιν, Τὸν Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· καὶ πάλιν, Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν· καὶ πάλιν, Πνεῦμα ὁ Θεός. Μέχρι θανάτου τοίνυν ἐμαρτύρησε. Τὸ δὲ, Καιροῖς ἰδίοις, τοῦτο ἔστι, τοῖς προσήκουσιν. Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ
F ἀπόστολος (ἀλήθειαν λέγω, οὐ ψεύδομαι), διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ.

2. Quia igitur Christus pro gentibus passus est, et ego doctor gentium constitutus sum, cur tu non precaris pro illis ? Recte hoc loco, postquam rem fide dignam esse dixit, illud, *In quo positus sum ego prædicator*, apposuit : in hac

Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἐθνῶν ἔπαθε, καὶ ἐγὼ διδάσκαλος ἐθνῶν ἀφωρίσθην, τίνος ἕνεκεν σὺ οὐκ εὔχῃ ὑπὲρ αὐτῶν; Καλῶς ἐνταῦθα τὸ ἑαυτοῦ
587 ἀξιόπιστον δεικνὺς, τὸ, Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ, φησὶ,
A τουτέστιν, ἀφωρίσθην· [a] πάνυ γὰρ ἐνάρχων πρὸς

[a] *Πάνυ γὰρ ἐνάρχων πρὸς τοῦτο οἱ ἀπόστολοι.* Sic habent omnes Editi, et mss. Codices. Significat autem Chrysostomus Paulum fuisse gentium doctorem et prædicatorem : cæteros autem apostolos ea in re, scilicet in gentium conversione, non multum operæ posuisse. Quod fortassis iis in regionibus, quæ in Actibus Apo-

τοῦτο οἱ ἀπόστολοι. Εἶτα ἐπήγαγε, Διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Ἐν πίστει πάλιν· ἀλλὰ μὴ νομίσῃς, ἐπειδὴ ἐν πίστει ἤκουσας, ὅτι ἀπάτη τὸ πρᾶγμά ἐστι· καὶ γὰρ, Ἐν ἀληθείᾳ, φησίν· εἰ δὲ ἀλήθεια, οὐκ ἔστι ψεῦδος. Ὁρᾷς τὴν χάριν ἐκτεταμένην; τοῖς γὰρ Ἰουδαίοις αἱ εὐχαὶ οὐχ ὑπὲρ τοιούτων ἐγίνοντο, νῦν δὲ ἡ χάρις ἐκτέταται. Διὰ τοῦτο καὶ διδάσκαλον ἐθνῶν ἑαυτὸν εἶπεν ἀφωρίσθαι, τὴν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης χυθεῖσαν αἰνιττόμενος χάριν. Ὁ δοὺς, φησὶν, ἑαυτὸν ἀντίλυτρον. Πῶς οὖν παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός; Ἆρα οὖν τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος γέγονεν. Ἀντίλυτρον, τί ἐστιν; Ἔμελλε τιμωρεῖσθαι αὐτούς· τοῦτο οὐκ ἐποίησεν· ἀπόλλυσθαι ἔμελλον· ἀλλ' ἀντ' ἐκείνων τὸν αὐτοῦ ἔδωκεν Υἱὸν, καὶ κήρυκας ἡμᾶς ἔπεμψεν, ὥστε κηρύττειν τὸν σταυρόν. Ἱκανὰ ταῦτα ἐπισπάσασθαι πάντας, καὶ τὴν ἀγάπην ἐνδείξασθαι τοῦ Χριστοῦ. Ὄντως γὰρ μεγάλα καὶ ἀνεκδιήγητα τὰ παρὰ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς ἐπιδεδειγμένα. Κατέθυσεν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, τῶν μισούντων, τῶν ἀποστρεφομένων αὐτόν. Ὃ οὐδὲ ὑπὲρ φίλων, οὐδὲ ὑπὲρ παίδων ποιήσειεν ἄν τις, οὐδὲ ὑπὲρ ἀδελφῶν, Δεσπότης ὑπὲρ δούλων ἐποίησε, δεσπότης οὐ τοιοῦτος, * οἷος οἱ δοῦλοι, ἀλλὰ Θεὸς ὑπὲρ ἀνθρώπων, καὶ ἀνθρώπων οὐδὲ εὐδοκιμούντων. Εἰ γὰρ εὐδοκιμηκότες ἦσαν, εἰ γὰρ εὐηρεστηκότες, οὐ τοσοῦτον ἦν θαυμαστόν· νῦν δὲ τοῦτό ἐστι τὸ πᾶσαν διάνοιαν ἐκπλῆττον, τὸ ὑπὲρ τοιούτων ἀχαρίστων καὶ ἀγνωμόνων ἀποθανεῖν. Ὃ γὰρ ἀπὸ ἀνθρώπων πρὸς ὁμοφύλους οὐ γίνεται, τοῦτο ἐγένετο ἀπὸ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς· καὶ τοσαύτης ἀπολαύσαντες ἀγάπης, ἀκκιζόμεθα ἔτι, καὶ οὐ φιλοῦμεν τὸν Χριστόν. Αὐτὸς κατέθυσεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν· ἡμεῖς δὲ αὐτὸν καὶ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς ἀποροῦντα περιορῶμεν, καὶ νοσοῦντα καὶ γυμνητεύοντα οὐκ ἐπισκεπτόμεθα. Πόσης ὀργῆς ταῦτα ἄξια, πόσης κολάσεως, πόσης γεέννης; Εἰ γὰρ μηδὲν ἕτερον, τοῦτο γοῦν αὐτὸ μόνον, ὅτι κατηξίωσε τὰ τῶν ἀνθρώπων πάθη οἰκειοῦσθαι, καὶ λέγειν ὅτι πεινῶ καὶ διψῶ, οὐχ ἱκανὸν ἦν πάντας προτρέψαι; Ἀλλ', ὦ τῆς τῶν χρημάτων τυραννίδος, μᾶλλον δὲ, ὦ τῆς τῶν ἑκόντι δεδουλωμένων αὐτοῖς μοχθηρίας· οὐκ ἐκεῖνα ἔχει μεγάλην τὴν ἰσχὺν, ἀλλ' ἡμεῖς σφόδρα ἐσμὲν ἔκλυτοι καὶ [b] δεδουλωμένοι, ἡμεῖς ταπεινοὶ καὶ γεώδεις, ἡμεῖς σαρκικοὶ, ἡμεῖς ἀνόητοι· οὐ γὰρ ἐκείνων μεγάλη ἡ ἰσχύς. Τί γὰρ δύναται, εἰπέ μοι; κωφά ἐστι καὶ ἀναίσθητα. Εἰ ὁ διάβολος οὐδέν ἐστιν, ὁ μιαρὸς δαίμων, ὁ οὕτω πονηρὸς καὶ πάντα κυκῶν, τὰ χρήματα τίνα ἔχει ἰσχύν;

enim re non multum operæ ponebant apostoli. Deinde subjunxit, *Doctor gentium in fide et veritate.* Rursum, *In fide;* sed ne putes, quia *In fide* audisti, rem esse fallaciam; nam *In veritate*, inquit. Si veritas est, non est mendacium. Vides gratiam diffusam? Judæis enim orationes non hac de causa fiebant; nunc autem gratia extensa est. Ideo se doctorem gentium dicit constitutum esse; per totum orbem diffusam subindicans gratiam. B *Qui dedit*, inquit, *seipsum redemtionem.* Quomodo igitur a Patre traditus est? Id ergo ex ejus benignitate factum. Quid est illud, *Redemtionem?* Illos puniturus erat, id autem non fecit: perituri erant, sed pro illis Filium suum dedit, et prædicatores nos misit, ut crucem prædicaremus. Satis hæc erant ut omnes attraherent, et dilectionem Christi ostenderent. Vere namque magna et inenarrabilia sunt, quæ a Deo pro nobis C facta sunt: seipsum immolavit pro inimicis, qui se oderant et aversabantur: quod nec pro amicis, pro filiis, pro fratribus quisquam faceret, hoc Dominus pro servis fecit; dominus non talis quales servi, sed Deus pro hominibus, et hominibus non conspicuis. Nam si conspicui, si accepti et grati fuissent, non tam mirabile esset: nunc vero, quod omnem percellat mentem, pro talibus, ingratis et improbis moritur. Quod enim homines pro contribulibus non faciunt, hoc Deus pro nobis fecit: et cum tanta fruamur dilectione, D adhuc torpescimus, nec Christum diligimus. Ipse seipsum pro nobis immolavit; nos vero necessario egentem cibo, despicimus, infirmumque ac nudum non visitamus. Quanta ira, quanto supplicio, quanta gehenna hæc digna sunt? Si enim nihil aliud, vel id solum quod humanas passiones assumere voluerit, ut diceret, Esurio et sitio, annon omnes ad se provocare debuit? At, o pecuniarum tyrannis! vel potius, o nequitia eorum qui sponte pecuniis serviunt! non illa ma- E gnam vim habet, sed nos valde sumus dejecti et subditi, nos viles et terreni, nos carnales, nos insensati: non enim illarum magna vis est. Quid enim, quæso te, possunt? stupidæ sunt et insensibiles. Si diabolus nihil est, exsecrandus dæmon, ita malignus, qui omnia miscet: pecuniæ quam vim habent? Si videas argentum, stannum esse puta. Sed non potes? Igitur quod verum est illud cogi-

Pecuniarum vilitas.

stolorum memorantur, a vero non multum abhorreat; in cæteris autem regionibus, secus.

* [*Fort.* οἷοι. Savil. *Leg.* οἷος ὁ δοῦλος *vel* δούλων. Dunæus.]

b Unus Codex διαλελυμένοι, et ita legit vetus Interpres. Utraque lectio quadrat.

ta, quod nempe terra sit, ut revera est. Sed neque hanc rationem suscipis? Cogita quod nos perimus, quod multi qui possidebant, nihil fere lucri inde retulerunt; quod multi qui de his gloriabantur et se ostentabant, cinis et pulvis evaserunt, et nunc pœnas dabunt extremas, iis qui in testa et in vitro versantur longe pauperiores facti; iis qui in fimo jacent, sæpe ii qui in lectis eburneis dormiunt miseriores. Sed illud oculum delectat? At multa alia magis illum delectare possunt: nam flores, aer purus, cœlum, sol multo magis oblectant. Habet quippe argentum sæpe rubiginem multam, unde plurimi nigrum ipsum esse declararunt, quod constat ex imaginibus, quæ nigræ evaserunt: in sole autem nihil nigrum est; in cœlo item, in astris. Longe major est in floribus delectatio, quam in illo colore. Non est ergo flos qui delectat, sed avaritia, injustitia: hoc delectat animas, non argentum. Ejice illam ex anima, et videbis, quod pretiosum esse videbatur cœna vilius esse: ejusmodi vitium elimina. Nam qui febri laborant, cum cœnum vident, illud quasi fontes exoptant; qui autem sani sunt, sæpe ne aquam quidem concupiscunt. Ejice morbum, et res ut se habent videbis. Et ut discas me non mentiri, multos ostendere possum, qui hoc fecerunt. Exstingue ignem, et videbis hæc floribus esse viliora. Pulchrum est aurum? sed ad eleemosynam pulchrum, ad juvandos pauperes pulchrum, non ad inutilem usum, ut intus jaceat, ut in terram defodiatur, ut manibus, pedibus, capiti circumponatur. Ad hoc inventum fuit, non ut imaginem Dei illo vinciamus, sed ut vinctos solvamus: ad hoc auro utere: vinctum solve, ne solutam animam vincias. Cur ergo, dic mihi, rem vilissimam omnibus præfers? num quia aurum est, non vinculum facit? an materia vinculum facit? Sive aurum sit, sive ferrum, idipsum est; imo aurum ferro gravius est. Sed quid rem levem reddit? Vana gloria, et quod mulier ab omnibus vincta conspiciatur, qua de re pudore suffundi oportuit. Quod autem hoc verum sit, liga et relinque in solitudine, ubi nullus sit qui videat; et tunc vinculum grave molestumque putabit. Timeamus dilecti, ne audiamus illa terribilia verba: *Ligatis manibus ac pedibus*. Cur hoc tibi fieri curas, mulier? nemo ex vinctorum numero manibus pedibusque vincitur. Cur caput vincis? annon sufficit manus et pedes vinciri? cur collum mille vinculis constringis? Mitto sollicitudinem hinc partam, timorem, angorem, litem cum viro ea de causa, si quando illis indi-

Eleemosyna commendatur.

Matth. 22. 13.

Ἐὰν ἴδῃς ἄργυρον, νόμισον εἶναι κασσίτερον. Ἀλλ' οὐ δύνασαι; Οὐκοῦν, ὅπερ ἐστὶν ἀληθὲς, τοῦτο νόμισον, ὅτι γῆ ἐστι· γῆ γάρ ἐστιν. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτον F δέχῃ τὸν λογισμόν; Ἐννόησον ὅτι ἀπολούμεθα καὶ 588 ἡμεῖς, ὅτι πολλοὶ τῶν κεκτημένων οὐδὲν σχεδὸν αὐ- A τῶν ἀπώναντο, ὅτι μυρίοι κομπάσαντες ἐν αὐτῷ, τέφρα ἐγένοντο καὶ κόνις, ὅτι καὶ νῦν δίκην τίνουσι τὴν ἐσχάτην, τῶν ἐν ὀστράκῳ καὶ ὑέλῳ διαιτηθέντων πολλῷ τυγχάνοντες πτωχότεροι, τῶν ἐν κοπρίᾳ πολλάκις οἱ ἐπὶ τῶν κλινῶν τῶν ἐλεφαντίνων ἀπορώτεροι. Ἀλλὰ τέρπει τὰς ὄψεις; Ἀλλὰ τούτων ἕτερα πολλὰ τέρπειν δύναται μᾶλλον. Καὶ γὰρ καὶ τὰ ἄνθη, καὶ ὁ ἀὴρ καθαρὸς ὢν, καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ ὁ ἥλιος πολλῷ μᾶλλον τέρπει. Οὗτος μὲν γὰρ καὶ ἰὸν ἔχει πολὺν, ὅθεν πολλοὶ καὶ μέλανα αὐτὸν εἶναι ἀπεφή- B ναντο· καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν ἐκμαγείων τῶν μελαινομένων· ἐν δὲ ἡλίῳ μέλαν οὐδὲν, ἐν οὐρανῷ, ἐν ἄστροις. Πολλὴ ἐν τούτοις τοῖς ἄνθεσιν ἡ ἀπόλαυσις, ἢ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρώματι. Οὐ τὸ ἄνθος τοίνυν ἐστὶ τὸ τέρπον, ἀλλ' ἡ πλεονεξία, ἡ ἀδικία· τοῦτο τέρπει τὰς ψυχὰς, οὐχ ὁ ἄργυρος. Ἔκβαλε ταύτην ἀπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ ὄψει πηλοῦ τὸ δοκοῦν εἶναι τίμιον ἀτιμότερον· ἔκβαλε τὸ πάθος· ἐπεὶ καὶ οἱ πυρέττοντες, κἂν βόρβορον ἴδωσιν, ὡς πηγὰς ἐπιποθοῦσιν· οἱ ὑγιαίνοντες δὲ ὡς χρὴ, οὐδὲ ὕδατος ἐπιθυμοῦσι πολ- C λάκις. Ἔκβαλε τὴν νόσον, καὶ ὄψει τὰ πράγματα ὡς ἔστι. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ ψεύδομαι, πολλοὺς ἔχω δεῖξαι τοῦτο πεποιηκότας. Σβέσον τὸ πῦρ, καὶ ὄψει ὅτι ἀνθέων ταῦτά ἐστιν εὐτελέστερα. Καλὸν τὸ χρυσίον; ἀλλ' εἰς ἐλεημοσύνην καλὸν, εἰς ἐπικουρίαν πενήτων καλὸν, οὐκ εἰς τὴν ἀνόνητον χρῆσιν, ἵνα ἔνδον ἀποκέηται, ἵνα εἰς γῆν κατορύττηται, ἵνα περὶ χεῖρας καὶ πόδας καὶ κεφαλὰς περικέηται. Διὰ τοῦτο εὑρέθη, οὐχ ἵνα τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καταδεσμῶμεν τούτῳ, ἀλλ' ἵνα λύωμεν τοὺς δεδεμένους· εἰς τοῦτο D κέχρησο τῷ χρυσῷ· λῦσον τὸν δεδεμένον, μὴ δήσῃς τὴν λελυμένην. Τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, τὴν οὐδαμινὴν πάντων προτίθῃς; μὴ γὰρ, ἐπειδὴ χρυσός ἐστιν, οὐκέτι δεσμὸν ποιεῖ; μὴ γὰρ ἡ ὕλη τὸν δεσμὸν ποιεῖ; Ἄν τε χρυσὸς ᾖ, ἄν τε σίδηρος, ταὐτόν ἐστι· καίτοι τοῦτο ἐκείνου καὶ βαρύτερον. Ἀλλὰ τί ποιεῖ κοῦφον τὸ πρᾶγμα; Ἡ κενοδοξία, καὶ τὸ παρὰ πάντων ὁρᾶσθαι δεδεμένην, ἐφ' ᾧ ἐχρῆν μᾶλλον αἰσχύνεσθαι. Ὅτι γὰρ τοῦτο ἀληθές ἐστι, κατάδησον, καὶ ἄφες ἐν ἐρημίᾳ, ἔνθα οὐδεὶς ὁ θεωρῶν, καὶ βαρύνεται E τὸν δεσμὸν καὶ ἐπαχθῆ νομίζει. Φοβηθῶμεν, ἀγαπητοὶ, μὴ ἀκούσωμεν ἐκεῖνα τὰ φοβερὰ ῥήματα, Δήσατε αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας. Τί ἤδη τοῦτο σαυτῇ ποιεῖς, γύναι; οὐδεὶς δεσμώτης χεῖρας καὶ πόδας δέδεται. Τί καὶ τὴν κεφαλὴν δεσμεῖς; οὐ γὰρ ἀρκεῖ χεῖρας καὶ πόδας; τί καὶ τὸν τράχηλον μυρίοις δεσμοῖς περιβάλλεις; Τὴν γὰρ ἀπὸ τούτων φροντίδα

παρίημι, τὸ δέος, τὴν ἀγωνίαν, τὴν μάχην τὴν ὑπὲρ αὐτῶν πρὸς τὸν ἄνδρα, εἴ ποτε αὐτῶν δεηθείη, τὸν θάνατον ὃν ὑπομένουσιν, εἴ ποτε ἐκπέσοι τι τούτων. Ταῦτα οὖν ἡδονὴ, εἰπέ μοι; Ἵνα ἕτερος τέρπῃ τὰς F ὄψεις, σαυτὴν καὶ δεσμοῖς καὶ φροντίσι καὶ κινδύνοις καὶ ἀηδίαις καὶ μάχαις καθημεριναῖς ὑποβάλλεις; ἆρ' οὐ πάσης κατηγορίας καὶ καταγνώσεως ἄξιον τοῦτο; Μὴ, παρακαλῶ, μὴ ταῦτα ποιῶμεν, ἀλλὰ 559 λύωμεν πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διαθρύπτωμεν A πεινῶντι τὸν ἄρτον· πάντα τὰ ἄλλα πράττωμεν, ἃ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῖν παῤῥησίαν προξενῆσαι δύναται, ἵνα τύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

geat, mortem quam sustinent, si quid horum excidat. Hæccine voluptas, dic mihi? Ut alius aspectu oblectetur, te vinculis, sollicitudinibus, periculis, molestiis, quotidianis rixis subjicis? annon hoc omni criminatione dignum est? Ne, quæso, ne hæc faciamus; sed omne iniquitatis vinculum solvamus; frangamus esurienti panem; alia omnia faciamus, quæ nobis fiduciam apud Deum parere possint, ut promissa bona consequamur, in Christo Jesu Domino nostro, quicum Patri simulque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ η'.

HOMILIA VIII.

Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ· ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν, δι' ἔργων ἀγαθῶν.

B Cap. II. v. 8. *Volo igitur viros orare in omni loco, extollentes sanctas manus absque ira et disceptatione.* 9. *Similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia et pudicitia seipsas ornare, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa;* 10. *sed, quod mulieres decet, pollicentes pietatem per bona opera.*

Ὅταν προσεύχησθε, φησὶν ὁ Χριστὸς, μὴ γίνεσθε C ὡς οἱ ὑποκριταὶ, ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὰς θύρας, πρόσευξαι τῷ Πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Τί οὖν ὁ Παῦλός φησι, Βούλομαι προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐναντίον ἐκείνοις τοῦτο, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συνᾷδον. Πῶς καὶ τίνι τρό- D πῳ; Δεῖ δὲ πρότερον εἰπεῖν, τί ἐστιν, Εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ τί δήποτε τοῦτο προστάττει, εἰ ἐν παντὶ τόπῳ δεῖ εὔχεσθαι, καὶ εἰ ἐν ἐκκλησίᾳ μὴ δεῖ εὔχεσθαι, καὶ εἰ ἐν ἄλλῳ μηδενὶ τῆς οἰκίας μέρει, ἀλλ' ἐν τῷ ταμείῳ μόνον. Τί οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; Τὸ ἀκενόδοξον δεικνὺς ἐνταῦθα ὁ Χριστός φησι, μὴ λάθρα ἁπλῶς, ἀλλὰ κεκρυμμένως τὰς εὐχὰς ποιοῦ. Ὥσπερ γὰρ λέγων, Μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου, οὐ περὶ χειρῶν διαλέγεται ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς πρὸς τὴν κενο-

1. *Cum oratis,* inquit, Christus, *nolite fieri sicut hypocritæ: amant enim in synogogis et in angulis platearum orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito; et ipse reddet tibi in manifesto.* Quid igitur Paulus dicit, *Volo viros orare in omni loco, extollentes sanctas manus absque ira et disceptatione?* Sed non est hoc contrarium illis, absit; imo valde consonat. Quomodo? Prius autem dicendum est, quid sit illud, *Intra in cubiculum tuum,* et cur hoc præcipiat, si sit orandum in omni loco, si in ecclesia orare non oporteat, et si in nulla alia domus parte liceat, nisi in cubiculo. Quid ergo sibi vult dictum illud? Inanem gloriam fugiendam esse docens Christus, dicit non simpliciter, Clam, sed, Occulte orationem emitte. Ut enim cum dicit, *Nesciat sinistra tua quid facit dextera tua,* non de manibus simpliciter loquitur, sed quam sit summe fugienda vana gloria declarat: ita in hoc

Matth. 6. 5. 6.

Ibid. 6. 3.

quoque loco hoc subindicat. Non igitur in loco quopiam orationem faciendam esse definivit, sed hoc unum tantum præcepit, fugiendam esse vanam gloriam. Paulus vero hæc dicit ad differentiam Judaicæ orationis : vide namque quid dicat : *In omni loco extollentes sanctas manus;* quod Judæis non licebat. Neque enim poterant ad Deum accedere alibi et immolare et cultum implere; sed undique ex toto orbe concurrentes, omnes purificationes in templo facere oportebat. His adversam admonitionem inducit; et a necessitate illa liberans, Non hujusmodi, inquit, nostra sunt, qualia Judaica. Sicut enim pro omnibus orationes facere jubet; nam Pro omnibus, inquit, Christus mortuus est, et, Pro omnibus hæc prædico : sic ubique bonum est orare; observatio autem nulla deinceps de loco sit, sed de modo orationis. Ubique ora, inquit; ubique sanctas manus extolle : hoc est quod quæritur. Quid sibi vult *Sanctas?* Puras : quid est, puras? Non aqua ablutas, sed ab avaritia, cædibus, rapinis, plagis mundatas. *Sine ira et disceptatione.* Quid hoc est? quis orans irascitur? Hoc est, sine injuriarum recordatione. Purus sit orantis animus, omni vitio liber : nemo inimicitias habens ad Deum accedat : nemo cum aversione et disceptatione. Quid est illud, *Sine disceptatione?* Audiamus. Non ergo dubitandum est, nos exauditum iri. *Quæcumque* enim, inquit, *credentes petieritis, accipietis;* et rursum, *Cum statis ad orandum, dimittite, si quid habetis contra aliquem.* Hoc est, *Sine ira et disceptatione.* Et quomodo, inquies, credere potero me consequuturum esse quod peto? Si nihil contrarium petas iis, quæ ipse dare paratus est, si nihil indignum Rege, si nihil sæculare, si omnia spiritualia, si absque ira accedas, si puras et sanctas habeas manus : sanctæ autem sunt illæ quæ eleemosynas erogant. Si sic accedas, voti compos eris. Nam *Si vos,* inquit, *cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester qui in cælis est.* Disceptationem hic vocat dubitationem. Similiter et mulieres volo, inquit, ad Deum accedere sine ira, sine disceptatione, sanctas manus habere, concupiscentias suas non sequi, non rapere, non avaras esse. Quid enim refert illam non rapere, si per virum suum illud efficiat? A mulieribus autem aliquid amplius petit Paulus. Quid illud est? *Cum verecundia,* inquit, *et pudicitia, in*

Orandum ubique.

Matth. 21. 22. Marc. 11. 25.

Matth. 7. 11.

E δοξίαν φυγῆς παρίστησιν, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τοῦτο αἰνίττεται. Οὐ τοίνυν εἰς τὸν τόπον περιώρισε τὴν εὐχὴν, ἀλλ' ἓν μόνον ἐπέταξε τὸ ἀκενόδοξον. Ὁ δὲ Παῦλος ταῦτά φησι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς Ἰουδαϊκῆς εὐχῆς· ὅρα γὰρ τί φησιν· Ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας· ὅπερ τοῖς Ἰουδαίοις θέμις οὐκ ἦν. Οὐδὲ γὰρ ἐξῆν τῷ Θεῷ προσιέναι ἀλλαχοῦ καὶ θύειν καὶ τὰς λατρείας ἐπιτελεῖν, ἀλλ' εἰς ἕνα τόπον τοὺς πανταχόθεν ἐκ τῆς οἰκουμένης συντρέχοντας ἅπαντα τὰ τῆς ἁγιστείας ἐν τῷ ναῷ ἐπιτελεῖν ἔδει. Τούτων ἀντίῤῥοπον F τὴν παραίνεσιν εἰσάγει, καὶ τῆς ἀνάγκης ἀπαλλάξας ἐκείνης, οὐκ ἔστι, φησὶ, τοιαῦτα τὰ ἡμέτερα, οἷα τὰ Ἰουδαϊκά. Ὥσπερ γὰρ ὑπὲρ πάντων τὰς εὐχὰς κε-
590 λεύει ποιεῖν· ὑπὲρ πάντων γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς ἀπέθανε,
A καὶ ὑπὲρ πάντων, φησὶ, ταῦτα κηρύττω· οὕτω καὶ πανταχοῦ καλὸν εὔχεσθαι· ἡ δὲ παρατήρησις λοιπὸν μὴ περὶ τόπον ἔστω, ἀλλὰ περὶ τὸν τρόπον τῆς εὐχῆς. Πανταχοῦ μὲν εὔχου, φησὶ, πανταχοῦ δὲ ὁσίους χεῖρας ἔπαιρε· τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον. Ὁσίους δὲ τί ἐστι; Καθαράς· καθαρὰς δὲ τί ἐστιν; Οὐχ ὕδατι νιπτομένας, ἀλλὰ πλεονεξίας, φόνων, ἁρπαγῆς, πληγῶν καθαράς. Χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Τί δὴ τοῦτό ἐστι; τίς δὲ εὐχόμενος ὀργίζεται; Τουτέστι, χωρὶς μνησικακίας. Καθαρὰ ἔστω τοῦ εὐχομένου ἡ διάνοια, B παντὸς πάθους ἀπηλλαγμένη· μηδεὶς μετὰ ἔχθρας προσίτω τῷ Θεῷ· μηδεὶς μετὰ ἀηδίας καὶ διαλογισμοῦ. Τί ἐστι, Χωρὶς διαλογισμοῦ; Ἐπακούσωμεν. Ἄρα οὐ δεῖ ὅλως ἀμφιβάλλειν ὅτι ἐπακουσθησόμεθα. Ὅσα γὰρ ἂν αἰτήσητε, φησὶ, πιστεύοντες, λήψεσθε· καὶ πάλιν, Ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε, εἴ τι ἔχετε κατά τινος. Τοῦτό ἐστι, Χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Καὶ πῶς, φησὶ, δυνήσομαι πιστεύειν, ὅτι ἐπιτεύξομαι τῆς αἰτήσεως; Ἂν μηδὲν ἐναντίον αἰτῇς, ὧν δοῦναί ἐστιν ἕτοιμος· ἂν μηδὲν ἀνάξιον τοῦ βασιλέως, ἂν μηδὲν βιωτικὸν, ἂν πάντα πνευματικὰ, ἂν χωρὶς ὀργῆς προσίῃς, ἂν κα- C θαρὰς ἔχων τὰς χεῖρας, ἂν ὁσίας· [a] ὅσιαί εἰσιν αἱ ἐλεημοσύνας ἐργαζόμεναι. Ἂν οὕτω προσίῃς, πάντως ἐπιτεύξῃ τῆς αἰτήσεως. Εἰ γὰρ ὑμεῖς, φησὶ, πονηροὶ ὄντες οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; Διαλογισμὸν τὴν ἀμφιβολίαν λέγει. Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας βούλομαι, φησὶ, Θεῷ προσιέναι χωρὶς ὀργῆς, χωρὶς διαλογισμοῦ, ὁσίους χεῖρας ἔχειν, μὴ ταῖς ἐπιθυμίαις ἐξακολουθεῖν ταῖς ἑαυτῶν, D μὴ ἁρπάζειν, μὴ πλεονεκτεῖν. Τί γὰρ, κἂν αὐτὴ μὴ ἁρπάζῃ, διὰ δὲ τοῦ ἀνδρὸς τοῦτο ἐργάζηται; Παρὰ δὲ τῶν γυναικῶν καὶ πλέον τι αἰτεῖ ὁ Παῦλος. Ποῖον δὴ τοῦτο; Τὸ μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης, φησὶν,

[a] [Leg. ὅσιαι δέ.]

ἐν καταστολῇ κοσμίᾳ κοσμεῖν ἑαυτὰς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν. Καταστολὴν τί φησι; Τουτέστι, τὴν ἀμπεχόνην πάντοθεν περιεστάλθαι καλῶς, κοσμίως, μὴ περιέργως· ἐκεῖνο γὰρ κόσμιον, τοῦτο δὲ ἄκοσμον. Τί λέγεις; προσέρχῃ δεομένη τοῦ Θεοῦ, καὶ περίκεισαι χρυσία καὶ ἐμπλέγματα; μὴ γὰρ χορεῦσαι ἦλθες; μὴ γὰρ γάμων E μεθέξουσα; μὴ γὰρ εἰς πομπὴν παρεγένου; Ἐκεῖ τὰ χρυσία, ἐκεῖ τὰ ἐμπλέγματα, ἐκεῖ τὰ πολυτελῆ ἱμάτια ἔχει καιρόν· νῦν δὲ οὐδενὸς χρεία τούτων. Ἦλθες παρακαλέσαι, δεηθῆναι ὑπὲρ ἁμαρτημάτων, ἐντευξομένη ὑπὲρ ὧν προσέκρουσας, αἰτουμένη τὸν Δεσπότην, ἵλεω καταστήσουσα αὐτόν· τί κοσμεῖς σαυτήν; Οὐκ ἔστι ταῦτα ἱκετευούσης τὰ σχήματα. Πῶς δύνασαι στενάξαι; πῶς δύνασαι δακρῦσαι; πῶς μετὰ ἐκτενείας εὔξασθαι, τοιοῦτον σχῆμα περικειμένη; Κἂν δακρύσῃς, γέλως ἔσται τὰ δάκρυα τοῖς ὁρῶσιν· οὐ F γὰρ χρυσοφορεῖν τὴν δακρύουσαν δεῖ· ἐπεὶ σκηνή ἐστι καὶ ὑπόκρισις. Πῶς γὰρ οὐ σκηνὴ, ὅταν ἀπ' αὐτῆς τῆς διανοίας, ἀφ' ἧς ἡ τοσαύτη πολυτέλεια καὶ φιλοτιμία ἐτέχθη, ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ δάκρυα προ- 591 A χέηται; Περίελε πᾶσαν ἐκείνην τὴν ὑπόκρισιν· Θεὸς οὐ παίζεται. Ταῦτα τῶν μίμων καὶ τῶν ὀρχηστῶν ἐστι τῶν ἐν ταῖς σκηναῖς διημερευόντων· γυναικὶ δὲ κοσμίᾳ οὐδὲν τούτων πρέπει. Μετὰ αἰδοῦς, φησὶ, καὶ σωφροσύνης.

Μὴ τοίνυν τὰς ἑταιριζομένας μιμοῦ· διὰ γὰρ τούτου τοῦ σχήματος ἐκεῖναι πολλοὺς ἐπισπῶνται τοὺς ἐραστὰς, κἀντεῦθεν πολλαὶ πονηρὰν ἔλαβον ὑποψίαν πολλάκις, καὶ οὐδὲν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἀπώναντο· πολλοὺς γὰρ διὰ τῆς δόξης ταύτης ἔβλαψαν. Ὥσπερ γὰρ ἡ πεπορνευμένη κἂν ἔχῃ σώφρονος δόξαν, οὐδὲν τῆς δόξης ἀπώνατο, τοῦ τὰ κρύψια δικάζοντος τότε B πάντα εἰς μέσον ἄγοντος· οὕτως οὐδὲ ἡ σώφρων, ἂν ἐπιτηδεύσῃ διὰ τοῦ σχήματος μοιχείας δόξαν λαβεῖν, ἀπώνατό τι τῆς σωφροσύνης· πολλοὶ γὰρ διὰ τῆς δόξης ταύτης ἐβλάβησαν. Τί οὖν ἐγὼ πάθω, φησὶν, ἂν ἕτερος ὑποπτεύσῃ; Σὺ δίδως τὴν ἀφορμὴν διὰ τοῦ σχήματος, διὰ τοῦ βλέμματος, διὰ τῶν κινημάτων. Διὰ τοῦτο πολὺς τῷ Παύλῳ ὁ λόγος τῆς ἀμφιάσεως, πολὺς τῆς αἰδοῦς. Εἰ δὲ ἃ πλούτου μόνον ἐστὶ τεκμήρια ταῦτα περιεῖλε, χρυσὸν, μαργαρίτας, ἱμάτια πολυτελῆ, πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον ἃ περιεργίας ἐστὶν, οἷον ἐπιτρίμματα, C ὑπογραφὰς ὀφθαλμῶν, διατεθρυμμένην βάδισιν, διακεκλασμένην φωνὴν, ὄμμα ὑγρὸν καὶ πάσης πορνείας γέμον, περίεργον ἀναβολὴν τοῦ φάρους, τοῦ χιτωνίσκου, ζώνην περιεργοτέραν, ὑποδήματα ἀπηρτισμένα; Ἅπαντα γὰρ ταῦτα διὰ τοῦ εἰπεῖν, Ἐν καταστολῇ κοσμίᾳ, ᾐνίξατο, καὶ διὰ τοῦ εἰπεῖν, Μετὰ αἰδοῦς· ταῦτα γὰρ ἀναιδείας ἐστὶ καὶ ἀσχημοσύνης. Ἀνάσχεσθέ μου, παρακαλῶ· γυμνότερον γὰρ ὁ λόγος τὴν

habitu ornato, non in tortis crinibus, aut auro aut margaritis, sed quod mulieres decet pollicentes pietatem per bona opera. Habitum quem dicit? Id est, tunicam undique honeste tegentem, decentem, sed non exquisitam: illud enim vere ornat; hoc vero contra. Quid dicis? Deum precatura accedis, et ornamentis aureis induta es? num ad choreas agendas venisti? num ad nuptias celebrandas, num ad pompam? Illic aurea, illic torti crines, illic magnifica vestimenta adhiberi solent: nunc autem iis nihil opus est. Venisti ad orandum et precandum, supplicatura pro peccatis et pro offensis tuis, rogatura Dominum ut propitium illum tibi reddas: cur teipsam ornas? Non sunt hæ vestes supplicantis. Quomodo potes ingemiscere? quomodo lacrymari? quomodo intente orare tali ornata vestimento? Si lacrymaris, risu dignæ videbuntur lacrymæ: non enim aurum gestare oportet lacrymantem; quippe hoc scenæ est et histrionicæ. Quomodo enim non scena fuerit, quando ab eo ipso animo, quo tanta magnificentia, tanta ambitio monstratur, etiam lacrymæ funduntur? Illam omnem histrionicam aufer: Deus non irridetur. Hæc mimorum et saltatorum sunt qui in scena versantur; honestam autem mulierem nulla hujusmodi decent. *Cum verecundia,* inquit, *et pudicitia.*

Nimius ornatus mulierum carpitur.

2. Ne itaque meretrices imiteris: hoc namque ornamento illæ multos amatores inescant: atque hinc sæpe multæ in malam suspicionem venerunt, nihilque ex ornatu lucratæ sunt, ac plurimis ea opinione nocuerunt. Quemadmodum enim impudica, etiamsi castæ famam habeat, nihil ex hac opinione lucratur, quando ille qui occulta judicat, tunc omnia in medium acturus est: ita etiam quæ casta est, si per vestimentorum ornatum studeat sibi impudicitiæ opinionem conciliare, ex castitate nihil lucrabitur; plurimis enim ex hac opinione damnum accidit. Quid ergo faciam, inquies, si alius id suspicetur? Tu occasionem illi das, ex habitu, ex obtutu, ex motibus. Ideo Paulus plurima dixit de vestitu, de pudore. Si vero quæ opum tantum indicia sunt sustulit, aurum, margaritas, magnifica vestimenta; quanto magis ea quæ arte curiose parantur, ut fucos, picturas oculorum, delicatum incessum, mollem vocem, aspectum lubricum, omni impudicitia plenum, curiosam amiculi formam et tunicæ, zonam artificiosiorem calceos studio compositos? Hæc quippe omnia subindicavit cum dixit, *In habitu ornato,* et, *Cum verecundia*: illa enim inverecundiæ et dedecoris plena sunt. Me, quæso, feratis, si nudis verbis

reprehensionem inferam, non ut feriam, neque ut mœrore afficiam, sed ut aliena a grege abscindam. Si connubio junctis, si deliciantibus, si divitibus hæc prohibet, multo magis iis, quæ virginitatem amplexæ sunt. Et quæ virgo, inquies, auro circumornatur? quænam tortis crinibus est? Tanta potest esse simplicis habitus curiositas, ut cultum illum longe superet. Potest enim fieri ut simplici vestitu major sit cultus, quam sit ille auro circumfulgens, quando admodum cærulea vestis fuerit, et cum accuratione multa ad pectus zona constricta fuerit, ut est illa saltantium in scena; ita ut neque multum inflata ad latus excedat, neque in tenuitatem contrahatur, sed medium teneat, multasque habeat in sinu rugas : quot sericis vestibus hæc non aptior fuerit ad inescandum? Quid vero, si calceus in nigro colore multum fulgeat, in acumen desinens, et picturarum decorem imitetur, ita ut neque extremum multum ascendat? quid vero, si faciem quidem non fuco oblinas, sed accuratissime abluas, et a fronte velamen obtendas facie longe candidius, deindeque superne palliolum imponas, ut candor cum nigro colore gratior videatur? Quid autem dixeris de oculorum innumeris circumversionibus? de cingulo, quod nunc quidem occultatur, nunc denudatur quo loco pectorale cingitur? nam et hoc sæpe denudant, ut cinguli concinnitas appareat, et palliolo toto circa caput rejecto. Manus autem tragœdorum more manicis concinne tegunt, ut videantur innatæ. Quid de gressu dixerimus, et de aliis concinnis gestibus, qui plus quam omne aurum possunt spectatores allicere? Timeamus, dilecti, ne audiamus et nos ea quæ propheta Hebræorum uxoribus dicebat, quæ hujusmodi exteriori cultui studebant : *Pro zona funiculo cingeris, et pro ornamento capitis tui calvitiem habebis.* Hæc itaque magis attrahunt, quam aurea ornamenta, et alia multa ad hoc excogitata, ut per aspectum spectatores capiant. Non parvum est illud peccatum, imo maximum, quod possit Deum ad iracundiam provocare, et totum virginitatis laborem pessumdare.

Virginum cultus vestium nimius.

Isai. 3. 24.

3. Christum habes sponsum; cur amatores homines attrahis? Ille tunc adulterii te damnabit.

ἔλεγχον προσάγει, οὐχ ἵνα πλήξῃ, οὐδ' ἵνα λυπήσῃ;
D ἀλλ' ἵνα τὸ ἀλλότριον τῆς ἀγέλης ἅπαν περιέλῃ. Εἰ ταῖς ἄνδρας ἐχούσαις, εἰ ταῖς τρυφώσαις, εἰ ταῖς πλουτούσαις ταῦτα ἀπαγορεύει, πολλῷ μᾶλλον ταῖς παρθενίαν ἀναδεδεγμέναις. Καὶ τίς, φησὶ, παρθένος χρυσία περιτίθεται; τίς δὲ ἐμπλέγματα; Τοσαύτη ἡ τοῦ λιτοῦ σχήματός ἐστι περιεργία, ὡς ταῦτα μηδὲν εἶναι πρὸς ἐκεῖνα. Ἔνεστι γὰρ καὶ δι' εὐτελῶν ἱματίων μᾶλλον καλλωπίζεσθαι τῶν τὰ χρυσία περικειμένων. Ὅταν γὰρ σφόδρα ᾖ κυανὸς ὁ χιτὼν, καὶ τῇ ζώνῃ συνεσταλμένος μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας περὶ τὸ στῆθος, καθάπερ τούτων τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὀρ-
E χουμένων, ὥστε μήτε εἰς πλάτος ἐκβαίνειν ἐξωγκωμένον, μήτε εἰς ἰσχνότητα συστέλλεσθαι, ἀλλ' ἀμφοτέρων εἶναι μέσον, καὶ πολλὰς ἔχειν περὶ τὰ στέρνα τὰς ῥυτίδας, πόσων σηρικῶν οὐχ ἱκανὸν τοῦτο δελεάσαι μᾶλλον; Τί δὲ, ὅταν τὸ ὑπόδημα ἐν τῷ μέλανι σφόδρα ἀποστίλβῃ δι' αὐτοῦ, λῆγον εἰς ὀξὺ, καὶ τὴν ἐν ταῖς ζωγραφίαις εὐφυΐαν ᾖ μιμούμενον, ὥστε μήτε τὸν ταρσὸν ἀνέχειν πολύ; τί δὲ, ὅταν τὴν ὄψιν ἐπιτρίμμασι μὲν μὴ καλλωπίζῃς, ἀπονίπτῃς δὲ μετὰ
F πολλῆς τῆς ἀκριβείας καὶ τῆς σχολῆς, καὶ διατείνῃς * μετὰ τοῦ μετώπου πολὺ τῆς ὄψεως λευκότερον τὸ κάλυμμα, εἶτα ἄνωθεν τὸ φάρος ἐπιτιθῇς, ὡς ἂν τῷ λευκῷ τὸ μέλαν ἐμπρέπῃ; Τί ἄν τις εἴποι περὶ τῶν
592 ὀφθαλμῶν τὰς μυρίας ἐκείνας περιστροφάς; [a] περὶ τῆς
A δέσεως, τῆς νῦν μὲν κρυπτομένης, νῦν δὲ γυμνουμένης ἐν τῇ δέσει τῆς περιστηθίδος; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο γυμνοῦσι πολλάκις, ὥστε τοῦ ζώσματος τὴν ἀκρίβειαν φαίνεσθαι, τοῦ φάρους παντὸς περὶ τὴν κεφαλὴν περιαγομένου. [b] Τὰς δὲ χεῖρας, καθάπερ οἱ τραγῳδοὶ, οὕτω μετὰ ἀκριβείας ἐνδιδύσκουσιν, ὥστε νομίζειν προσπεφυκέναι μᾶλλον αὐταῖς. Τί ἄν τις εἴποι τὴν βάδισιν, καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτηδεύματα παντὸς χρυσίου μᾶλλον δυνάμενα τοὺς θεωμένους ἑλεῖν; Φοβηθῶμεν, ἀγαπητοὶ, μὴ ἀκούσωμεν καὶ ἡμεῖς, ἅπερ ὁ
B προφήτης ἔλεγε ταῖς τῶν Ἑβραίων γυναιξὶ περὶ τὸν κόσμον τὸν ἔξωθεν ἠσχολημέναις· Ἀντὶ ζώνης σχοινίῳ ζώσῃ, καὶ ἀντὶ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς σου φαλάκρωμα ἕξεις. Ὥστε ταῦτα μᾶλλον ἐπαγωγὰ τῶν χρυσίων ἐστὶν, ὡς πολλῶν ἑτέρων καὶ πρὸς τοῦτο ἐπιτετηδευμένων, πρὸς τὸ ὁρᾶσθαι καὶ αἰχμαλωτίζειν τοὺς θεωμένους. Οὐκ ἔστι μικρὸν τὸ ἁμάρτημα, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα, ἱκανὸν παροξῦναι τὸν Θεὸν, ἱκανὸν παντὶ τῷ πόνῳ τῆς παρθενίας λυμήνασθαι.

Χριστὸν ἔχεις νυμφίον· τί ἐραστὰς ἀνθρώπους ἐπι-
C σπᾶσαι; Μοιχείας σε τότε κρινεῖ. Διὰ τί μὴ κοσμῇ τὸν

* [*Leg.* κατὰ τοῦ μ. Dunæus. Supra Interpres non expressit verba ὥστε μήτε τ. τ. ἀνέχειν πολύ. Dunæus aliquid intercidisse putat.]

a [Locus ut editur vix sanus est. In proximis multa aliter legerat Interpres.]

b [*Fort.* τὰς δὲ χειρίδας. Dunæus.]

κόσμον τὸν αὐτῷ ἀρέσκοντα, τὸν αὐτῷ φίλον, τὴν αἰδῶ, τὴν σωφροσύνην, τὴν κοσμιότητα, τὴν σώφρονα καταστολήν; αὕτη πορνική τίς ἐστι καὶ αἰσχρά. Οὐκέτι διαγινώσκομεν τὰς πόρνας καὶ τὰς παρθένους. Ὅρα εἰς πόσην ἀσχημοσύνην ἐξήγαγον ἑαυτάς. Ἀνεπιτήδευτον εἶναι χρὴ τὴν παρθένον, ἁπλῶς καὶ εἰκῇ διεσκευασμένην· ἡ δὲ μυρία ἐπιτηδεύει πρὸς τὴν φαινομένην διασκευήν. Παῦσαι τῆς μανίας, γύναι, ἐπὶ τὴν ψυχὴν μετάγαγε τὴν τοιαύτην σπουδὴν, ἐπὶ τὴν ἔσω ἐμπρέπειαν· αὐτὸς γὰρ ὁ κόσμος ὁ ἔξωθεν περικείμενος οὐκ ἀφίησι τὸν ἔνδον γενέσθαι καλόν. Ὁ περὶ τοῦτον ἠσχολημένος, τοῦ ἔνδον καταφρονεῖ, ὥσπερ ὁ τούτου καταφρονῶν, πᾶσαν τὴν σπουδὴν περὶ τὸν ἔνδον ἐνδείκνυται. Μή μοι εἴπῃς, οἴμοι, ἱμάτιον ἐκτετριμμένον φορῶ, ὑπόδημα εὐτελὲς, κάλυμμα οὐδαμινόν· ποῖος ταῦτα κόσμος; Μὴ ἀπάτα σαυτήν. Ἔνεστιν, ὅπερ ἔφην, διὰ τούτων μειζόνως καλλωπίζεσθαι, ἢ δι' ἐκείνων, * μάλιστα διὰ τῶν ἐκτετριμμένων ἱματίων, ἢ τῶν προσπεπλασμένων τῷ σώματι, καὶ ἐκτετυπωμένων καλῶς πρὸς τὸ σχῆμα τὸ ἀναιδὲς, καὶ στιλβόντων λαμπρόν. Ἐμοὶ ταῦτα λέγεις· τί δὲ τῷ Θεῷ ἐρεῖς τῷ τὴν διάνοιαν εἰδότι, μεθ' ἧς ταῦτα ποιεῖς; Ἀλλ' οὐχ ὥστε πορνεῦσαι ποιεῖς; Ἀλλὰ τί; ὥστε θαυμασθῆναι; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, οὐδὲ ἐρυθριᾷς ἐπὶ τούτοις βουλομένη θαυμάζεσθαι; Ἀλλ' ἁπλῶς, φησὶ, ταῦτα περίκειμαι, οὐδὲ ἐπὶ τούτῳ. Οἶδεν ὁ Θεὸς ἃ φθέγγῃ πρὸς ἡμᾶς. Μὴ γὰρ ἐμοὶ δίδως λόγον; Ἐκείνῳ τῷ παρόντι τοῖς γινομένοις, καὶ τότε ἐξετάζοντι ταῦτα, ἐκείνῳ ᾧ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα πάντα. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ταῦτα λέγομεν νῦν, ἵνα ὑμᾶς τῶν εὐθυνῶν ἐκείνων μὴ ποιήσωμεν ἐνόχους. Φοβηθῶμεν μὴ καὶ ὑμῖν ὀνειδίσῃ, ἃ διὰ τοῦ προφήτου ταῖς Ἰουδαίων γυναιξὶν, Ἦλθον ὀφθῆναί μοι θρυπτόμεναι καὶ τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι. Ἀνεδέξασθε ἀγῶνα μέγαν, ἔνθα ἀθλήσεως, οὐ καλλωπισμοῦ δεῖ, πυκτεύειν δεῖ, οὐ βλακεύειν. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς πυκτεύοντας, τοὺς ἀθλοῦντας; ἆρα βαδίσεως αὐτοῖς μέλει καὶ σχήματος; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφέντες, ἱμάτιον ἐλαίῳ διάβροχον ἀναβαλλόμενοι, πρὸς ἓν μόνον ὁρῶσι, τὸ πλῆξαι, καὶ μὴ πληγῆναι. Ἕστηκεν ὁ διάβολος τρίζων τοὺς ὀδόντας, πάντοθέν σε βουλόμενος καθελεῖν· σὺ δὲ μένεις ἀπησχολημένη περὶ τὸν κόσμον τοῦτον τὸν σατανικόν; Οὐδὲν βούλομαι λέγειν περὶ φωνῆς, πῶς πολλαὶ καὶ τοῦτο ἐπιτηδεύουσι, περὶ μύρων καὶ τῆς ἄλλης βλακείας. Διὰ ταῦτα γελῶσιν * ἡμᾶς αἱ κοσμικαί. Τὸ σεμνὸν τῆς παρθενίας ἀπόλωλεν· οὐδεὶς τιμᾷ παρθένον, ὡς τιμᾶν

Cur non ornaris ornatu qui ipsi placeat, pudore, castitate, honestate, modesto vestitu? hic quippe meretricius et turpis est. Jam meretrices a virginibus non discernimus. Vide in quantam turpitudinem se illæ conjecerint. Ornatu vacuam oportet esse virginem, simpliciter et utcumque vestitam: illa vero innumera excogitat ad exteriorem cultum. Finem facito insaniendi, o mulier, transfer curam illam ad animam et ad interiorem ornatum:
D ille namque ornatus exterior non sinit interiorem esse pulchrum. Qui hunc ornatum curat, interiorem negligit: sicut qui exteriorem despicit, totam curam ad interiorem transfert. Ne dixeris: Væ mihi, detritam vestem fero, viles calceos, velamen nullius pretii: qualis hic ornatus est? Ne teipsam decipias. Licet, ut dixi, per hæc melius ornari, quam per illa; magis per detritas vestes, quam per illas accurate concinnatas et ad impudicum habitum efformatas, et splendide nitentes.
E Mihi hæc loqueris: quid vero dices Deo, qui animum tuum novit, ex quo hoc facis? At non id facis ut forniceris? Sed quare? an ut admirationi habearis? nec te pudet, nec erubescis quod his velis admirationem movere? Sed simpliciter, inquies, sic vestior, et non ea de causa. Novit Deus ea quæ nobis loqueris. Num mihi rationem das? illi dabis, qui gestis omnibus præsens est, et tunc
F hæc examinabit, cui omnia nuda et aperta sunt. Ideo et nos hæc nunc dicimus, ne vos iis rationibus reddendis obnoxias faciamus. Timeamus ne illa vobis exprobret, quæ per prophetam Judæis mulieribus, *Ibant ut viderem lascivientes* Isai. 3. 16.
et pedibus simul ludentes. Suscepistis certamen
593 A magnum, ubi pugna, non ornatu opus est, pugnare oportet, non molliter agere. Non vides pugiles et concertantes? de incessu illis et ornatu cura est? Nullo modo; sed his missis omnibus, vestem sumentes oleo madidam, unum solum spectant, ut feriant, et non feriantur. Stat diabolus dentibus stridens, undique circumspectans ut te de medio tollat: tu vero manes de ornatu satanico sollicita? Nihil volo dicere de voce, quomodo multæ ei componendæ studeant, nihil de unguentis, cæteraque mollitie. Ideo nos irrident
B sæculares mulieres. Virginitatis honestas periit: nemo virginem honorat ut honorare par est: ipsæ namque id efficiunt ut despiciantur. Annon

* [Videtur hic aliquid corrupti subesse. Talem enim fere sententiam desideramus μάλιστα, vel μᾶλλον διὰ τῶν ἐκτ. ἱμ., καὶ προσπεπλασμένων.. ἀναιδὲς, ἢ τῶν στιλβ. λ.]

* [ὑμᾶς mavult Dunæus.]

oportebat eas, quasi de cælo delapsas, ita in Ecclesia Dei esse venerandas? nunc autem contemnuntur, illæque in causa sunt, non autem propter eas quæ sunt sapientiores. Cum enim viderit te, quæ crucifixa esse deberes, illa quæ virum habet et filios ac domui præest, plus quam ipsa mundum hunc affectare; quomodo non irridebit, quomodo non despiciet? Vides quantum studii? C
quantum sollicitudinis? per tenuitatem vestis vincis eam quæ magnifice vestitur, dum magis ornatui studes, quam ea quæ ornamentis aureis decoratur. Quæ te decerent non quæris; quæ te non decent, illa persequeris, cum oporteret te bona adire opera. Ideo sæcularibus ignobiliores virgines sunt: neque enim virginitate digna opera exhibent. Hæc diximus, non omnibus, imo vero omnibus: iis quæ in culpa sunt, ut resipiscant; innoxiis au- D
tem, ut illas emendare studeant. Sed videte et cavete ne hæc correctio ad opus deducatur. Non enim ut mœrore afficiamus hæc diximus, sed ut a culpa revocemus, ut in vobis gloriemur. Utinam autem omnes quæ Deo sunt placita faciamus, et ad gloriam Dei vivamus: ut promissa consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

χρή· ἑαυτὰς γὰρ ἀτιμάζεσθαι πεποιήκασιν. Οὐκ ἔδει, ὥσπερ ἐξ οὐρανοῦ παραγενομένας, οὕτως εἶναι περιβλέπτους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ; νῦν δὲ καταπεφρόνηνται δι' ἑαυτὰς, [a] οὐ διὰ τὰς φρονίμους. Ὅταν γὰρ ἴδῃ σε, τὴν ἐσταυρωμένην εἶναι ὀφείλουσαν, ἡ ἄνδρα ἔχουσα καὶ παιδία καὶ οἰκίας προεστῶσα, μᾶλλον αὐτῆς τὸν κόσμον τοῦτον διώκουσαν, πῶς οὐ καταγελάσεται; πῶς οὐ καταφρονήσει; Ὁρᾷς πόση ἡ σπουδή; πόση ἡ μελέτη; δι' εὐτελείας νικᾷς τὴν κοσμουμένην τὰ πολυτελῆ, μᾶλλον αὐτῆς καλλωπιζομένη τῆς τὰ χρυσία περικειμένης. Ἃ πρέπει σοι οὐ ζητεῖς, ἃ οὐ πρέπει σοι, ἐκεῖνα μετέρχῃ, δέον σὲ τὰ ἀγαθὰ ἔργα μετιέναι. Διὰ τοῦτο τῶν κοσμικῶν ἀτιμότεραι αἱ παρθένοι· οὐ γὰρ ἄξια τῆς παρθενίας τὰ ἔργα ἐπιδείκνυνται. Ταῦτα εἰρήκαμεν οὐ πρὸς πάσας, μᾶλλον δὲ πρὸς πάσας, τὰς μὲν ὑπευθύνους, ἵνα σωφρονῶσι, τὰς δὲ ἀνευθύνους, [b] ἵνα ἐκείνας σωφρονίζωσιν. Ἀλλ' ὁρᾶτε ὅπως μὴ εἰς ἔργον ἡ ἐπιτίμησις ἔλθῃ. Οὐ γὰρ ἵνα λυπήσωμεν, εἴπομεν, ἀλλ' ἵνα διορθωσώμεθα, ἵνα καυχησώμεθα ἐν ὑμῖν. Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα ποιεῖν, καὶ εἰς δόξαν αὐτοῦ ζῆν, ὥστε καὶ τῶν ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] [Malimus οὐ λέγω τὰς φρ. Interpres hæc prorsus omittit.]

[b] ἵνα ἐκείνας σωφρονίζωσιν. Horum loco hanc lectionem in margine affert Savilius, ἵνα ῥυθμίζειν ἐκείνας παρασκευάσωμεν ταῖς καθημεριναῖς ὁμιλίαις, ταῖς παραινέσεσιν.

HOMILIA IX.

534 A

Cap. II. v. 11. Mulier in silentio discat cum omni subjectione. 12. Mulieri autem docere non permitto, neque dominari viro, sed in silentio esse: 13. Adam enim primus formatus est, deinde Eva: 14. et Adam non est seductus, mulier autem seducta in B
prævaricatione fuit: 15. salvabitur autem per filiorum procreationem, si permanserint in fide et caritate et sanctificatione cum sobrietate.

1. Magnam a mulieribus verecundiam beatus Paulus exigit, multam honestatem. Ideo non modo usque ad habitum et usque ad amictum procedit, sed etiam usque ad vocem: et quid dicit? *Mulier in silentio discat.* Quid hoc est? Ne loquatur, inquit, in ecclesia mulier: quod etiam in

Mulierum in ecclesiis colloquia

ΟΜΙΛΙΑ Θ'.

Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, εἶτα Εὔα· καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε· σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

Πολλὴν ἀπαιτεῖ τὴν αἰδῶ παρὰ τῶν γυναικῶν ὁ μακάριος Παῦλος, πολλὴν τὴν κοσμιότητα. Διὰ τοῦτο οὐ μέχρι σχημάτων, οὐ μέχρι καταστολῆς πρόεισιν, ἀλλὰ καὶ μέχρι φωνῆς· καὶ τί φησι; Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω. Τί ἐστι τοῦτο; Μηδὲ φθεγγέσθω, φησὶν, ἐν ἐκκλησίᾳ γυνή· ὅπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κο-

ρινθίους ἐπιστολῇ γράφων ἔλεγεν· Αἰσχρὸν γάρ ἐστιν γυναιξὶν ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν. Τί δήποτε; Ὅτι ὁ νόμος αὐτὰς, φησὶν, ὑπέταξε. Καὶ πάλιν ἑτέρωθι, Εἰ δέ τι μανθάνειν ἐθέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν. Ἀλλὰ τότε μὲν αἱ γυναῖκες ἀπὸ τῆς τοιαύτης διδασκαλίας ἐσίγων· νυνὶ δὲ παρ' αὐταῖς πολὺς ὁ θόρυβος, πολλὴ ἡ κραυγὴ, πολλὴ ἡ διάλεξις, οὐδαμοῦ ἀλλαχοῦ τοσαύτη, ὅση ἐνταῦθα· πάσας διαλεγομένας ἴδοι τις ἂν, ὅσα οὔτε ἐν ἀγορᾷ, οὔτε ἐν βαλανείοις. Ὥσπερ γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο παραγινόμεναι, ἵνα ἄνεσιν ἔχωσιν, οὕτω περὶ τὴν τῶν ἀνονήτων διάλεξιν ἠσχόληνται ἅπασαι. Διὰ τοῦτο πάντα ἄνω καὶ κάτω γέγονε· καὶ οὐκ ἐννοοῦσιν, ὅτι οὐδὲ ἔστιν ἄλλως μαθεῖν τι τῶν χρησίμων μὴ ἡσυχαζούσας. Ὅταν γὰρ ἐπείγηται μὲν πρὸς τὴν διάλεξιν ὁ λόγος, μηδεὶς δὲ προσέχῃ τοῖς λεγομένοις, τί τὸ ὄφελος; Τοσοῦτον γὰρ αὐτὴν σιγηρὰν εἶναι δεῖ, φησὶν, ὡς μὴ μόνον περὶ βιωτικῶν, ἀλλὰ μηδὲ περὶ πνευματικῶν φθέγγεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ. Τοῦτο κόσμος, τοῦτο αἰδὼς, τοῦτο μᾶλλον αὐτὴν τῶν ἱματίων κοσμῆσαι δυνήσεται· ἂν οὕτως ἑαυτὴν περιστείλῃ, δυνήσεται καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκοσμίας τὰς εὐχὰς ποιεῖσθαι. Γυναικὶ δὲ οὐκ ἐπιτρέπω διδάσκειν. Οὐκ ἐπιτρέπω, φησί· ποίαν ἐνταῦθα τοῦτο ἔχει τὴν ἀκολουθίαν; Καὶ πολλήν. Περὶ ἡσυχίας διελέγετο, περὶ κοσμιότητος, περὶ αἰδοῦς· εἶπε ὅτι λαλεῖν αὐτὰς οὐ βούλομαι. Πάντοθεν τοίνυν βουλόμενος αὐτῶν περικόψαι τὴν ἀφορμὴν τῆς λαλιᾶς, μηδὲ διδασκέτωσαν, φησὶν, ἀλλὰ τὴν τῶν μαθητευομένων ἐχέτωσαν τάξιν· οὕτω γὰρ διὰ τῆς σιγῆς καὶ τὴν ὑποταγὴν δείξουσι. Λάλον γάρ πως τὸ γένος ἐστί· διὰ τοῦτο πάντοθεν αὐτὴν καταστέλλει. Ἀδὰμ γὰρ, φησὶ, πρῶτος ἐπλάσθη, εἶτα Εὔα· καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε. Τί οὖν ταῦτα πρὸς τὰς νῦν; Ναὶ, φησί· τῆς πλείονος ἀπέλαυσε τιμῆς τὸ τῶν ἀνδρῶν γένος· πρῶτον ἐπλάσθη. 595 Ἀλλαχοῦ δὲ καὶ τὸ μεῖζον ἔδειξεν, οὕτω λέγων· Οὐ γὰρ ἐπλάσθη ὁ ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλ' ἡ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα. Τί οὖν τοῦτο λέγει; Πολλαχόθεν βουλόμενος τὸν ἄνδρα πρωτεύειν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀπὸ τούτων ἐχέτω τὰ πρωτεῖα, φησὶ, δεύτερον δὲ ἀπὸ τῶν ἤδη γενομένων. Ἐδίδαξέ ποτε τὸν ἄνδρα, καὶ πάντα κατέστρεψε, καὶ τῇ παρακοῇ ὑπεύθυνον ἐποίησε. Διὰ τοῦτο αὐτὴν ὑπέταξεν ὁ Θεὸς, ἐπειδὴ τῇ ἀρχῇ, μᾶλλον δὲ τῇ ὁμοτιμίᾳ κακῶς ἐχρήσατο. Πρὸς τὸν ἄνδρα σου, φησὶν, ἡ ἀποστροφή σου. Πρὸ δὲ τούτου οὐκ εἴρητο τοῦτο. Πῶς δὲ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη; οὐκοῦν οὐ παρήκουσεν, εἴ γε οὐκ ἠπατήθη. Πρόσεχε ἀκριβῶς. Ἡ γυνή φησιν, Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με· ὁ δὲ Ἀδὰμ οὐ λέγει, ἡ γυνὴ ἠπάτησέ με, ἀλλ' ὅτι Αὕτη ἔδωκέ μοι, καὶ ἔφαγον. Οὐκ ἔστι δὲ ἴσον παρὰ τῆς ὁμοφύλου καὶ συγγενοῦς δέξασθαι τὴν ἀπά-

C Epistola ad Corinthios dicebat : *Turpe est enim mulieribus in ecclesia loqui.* Quare? Quia lex illas subjecit. Et rursus alibi : *Si quid autem discere volunt, domi viros suos interrogent.* Sed tunc quidem mulieres præcepto huic obedientes, tacebant : nunc autem apud illas est ingens tumultus, multus clamor, colloquia plurima, nusquam tanta quanta hic : omnes illas colloquentes videris, quanta neque in foro, neque in balneis. Ac si enim illa D ipsa de causa huc venissent, ut licentiam haberent, ita de inutilibus omnes colloquuntur. Idcirco omnia sus deque versa sunt : neque cogitant, se nec posse utile quidquam ediscere, nisi quiescant. Cum enim ad loquendum parati sumus, et nemo dictis attendit, quid utilitatis? Adeo illam, inquit, oportet silentio studere, ut non modo de sæcularibus, sed neque de spiritualibus in ecclesia loquatur. Hoc ornamentum ejus est, hæc verecundia magis illam ornare poterit, quam veE stimenta : si ita seipsam contineat, poterit etiam admodum decenter orationes fundere. *Mulieri autem docere non permitto*, inquit. Quænam hic habetur consequentia? Multa. De silentio loquutus est, de honestate, de verecundia : dixit, Illas loqui nolo. Omnem igitur illis adimere volens loquendi occasionem, Ne doceant, inquit, sed discentium ordinem servent : ita enim per silentium subjectionem ostendit. Loquax enim est hic sexus : ideo undique illum comprimit. *Adam* enim, inquit, *primus formatus est, deinde Eva :* F *et Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.* Quid igitur hæc ad nostri temporis mulieres? Plurimum, inquit : virorum genus majore potitus est honore; primum formatus est vir. Alibi quoque majorem esse A ostendit, ita dicens : *Neque enim propter mulierem factus est vir, sed mulier propter virum.* Cur autem hoc dicit? Ut ex multis primatum viro tribuat. Primo quidem hinc primatum habeat, inquit; secundo ab iis quæ gesta sunt. Docuit illa aliquando virum, et omnia subvertit, atque illum inobedientiæ fecit obnoxium. Ideo illam subdidit Deus, quia imperio, imo potius paritate male usa est : *Ad virum tuum*, inquit, *con-*B *versio tua.* Antea autem hoc dictum non fuerat. Quomodo Adam non est seductus? ergo inobediens non fuit, siquidem seductus non est. Attende diligenter : ait mulier, *Serpens decepit me :* Adam vero non dixit, Mulier seduxit me, sed, Illa *Mihi dedit, et comedi.* Par autem res non est a contribuli et cognata decipi et a bestia, quæ

Mulieres in ecclesia loquentes improbantur.
1. Cor. 14. 35.
1. Cor. 11. 9.
Gen. 3. 16.
Ibid. 3. 18.

subdita erat homini : illud igitur vere seductio est. Ad comparationem ergo mulieris dicit eum seductum non fuisse, quia illa a subdito et subjecto, hic autem a libera deceptus fuerat. Rursus

Gen. 3. 6. non de Adamo dictum est, *Vidit lignum quod bonum esset ad comedendum ;* sed de muliere, et quod comederit, et dederit viro. Itaque hic non concupiscentia captus prævaricatus est, sed simpliciter mulieri obtemperans. Docuit semel mulier, et omnia subverit : ideoque ait, *Ne doceat.* Quid ergo ad cæteras mulieres, si illa id fecerit? Ad cæteras certe spectat : sexus enim est infirmus et levis. Alioquin de toto hic sexu sermo est : non enim dixit, Eva autem seducta; sed, *Mulier*, quod communis sexus magis, quam illius nomen est. Quid ergo? totus sexus propter illam

Rom. 5. 14. in prævaricatione fuit? Ut de Adam dixit, *In similitudine prævaricationis Adæ, qui est forma futuri :* ita et hic muliebris sexus prævaricatus est, non virilis. Quid ergo? salutem ultra non habet? Habet, inquit. Quamnam? Per filios : neque enim de Eva dicebat, *Si permanserint in fide et caritate et sanctificatione cum sobrietate.* In qua fide, in qua caritate, in qua sanctificatione cum sobrietate? Ac si diceret, Ne sitis mœstæ, mulieres, quod sexus vester criminationi sit obnoxius : dedit vobis Deus aliam salutis occasionem, educationem filiorum ; ita ut non modo per vos ipsas, sed etiam per alios salutem nancisci possitis. Vide quot quæstiones circa eamdem rem surgant. *Mulier seducta,* inquit, *in prævaricatione fuit.* Quænam? Eva. Hæc igitur salvabitur per filiorum procreationem? Non hoc dicit, sed quod totus femininus sexus salutem sit consecuturus. Ipsa vero annon in prævaricatione fuit? Etiam fuit; sed prævaricata quidem est Eva, sexus autem femineus salvabitur per filiorum procreationem. Cur autem non per propriam virtutem? num ille cæteras ab hoc excludit? quid ergo ad virgines? quid ad steriles? quid ad viduas, quæ priusquam parerent viros amiserunt? ergone perierunt? an spem nullam habent? atqui virgines maxime omnium claræ probatæque sunt. Quid ergo sibi vult?

2. Quidam dicunt, quod sicut totum sexum subjecit propter ea quæ primæ mulieri acciderant (Quia enim Eva secunda formata fuerat et subjecta erat, totus etiam sexus subjectus esto, inquit) : ita igitur, quoniam prævaricata est, totus etiam sexus in prævaricatione fuit. At illud ratione caret : illic enim totum ex dono Dei manavit, hic vero ex peccato mulieris. Hoc ergo

την, καὶ παρὰ θηρίου, τοῦ δούλου, τοῦ ὑποτεταγμένου· ὥστε ἐκεῖνο ἀπάτης ἐστί. Πρὸς οὖν τὴν σύγκρισιν τῆς γυναικός φησιν αὐτὸν μὴ ἠπατῆσθαι, ὅτι ἐκείνη μὲν ὑπὸ τοῦ δούλου καὶ ὑποτεταγμένου, οὗτος

C δὲ ὑπὸ τῆς ἐλευθέρας. Πάλιν δὲ οὐ περὶ τοῦ Ἀδὰμ εἴρηται, ὅτι Εἶδε τὸ ξύλον ὅτι καλὸν εἰς βρῶσιν, ἀλλὰ περὶ τῆς γυναικὸς, καὶ ὅτι ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς· ὥστε οὗτος οὐκ ἐπιθυμίᾳ ἁλοὺς παρέβη, ἀλλὰ τῇ γυναικὶ πεισθεὶς ἁπλῶς. Ἐδίδαξεν ἅπαξ ἡ γυνὴ, καὶ πάντα κατέστρεψε· διὰ τοῦτό φησι, Μὴ διδασκέτω. Τί οὖν πρὸς τὰς λοιπὰς, εἰ ἐκείνη τοῦτο ἔπαθε; Καὶ πάνυ· τὸ γὰρ γένος ἀσθενὲς καὶ κοῦφον. Ἄλλως δὲ, περὶ τῆς φύσεως ἐνταῦθα πάσης

D λέγεται· οὐ γὰρ εἶπεν, ἡ δὲ Εὔα ἀπατηθεῖσα, ἀλλ', Ἡ γυνὴ, ὅπερ ἐστὶν ὄνομα τοῦ κοινοῦ γένους μᾶλλον ἢ ἐκείνης. Τί οὖν, πᾶσα ἡ φύσις ἐν παραβάσει γέγονε δι' ἐκείνης; Ὥσπερ περὶ τοῦ Ἀδάμ φησιν, ὅτι Ἐν ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ γυναικεῖον γένος παρέβη, οὐ τὸ ἀνδρεῖον. Τί οὖν; οὐκ ἔχει σωτηρίαν; Ναὶ, φησί. Ποίαν δὴ ταύτην; Τὴν διὰ τῶν τέκνων·

E οὐ γὰρ δὴ περὶ τῆς Εὔας ἔλεγεν· Ἐὰν μείνωσιν ἐν τῇ πίστει καὶ τῇ ἀγάπῃ καὶ τῷ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης. Ποίᾳ πίστει; ποίᾳ ἀγάπῃ; ποίῳ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης; Ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· μὴ κατηφεῖς ἔστε αἱ γυναῖκες, ὅτι τὸ γένος ὑμῶν διαβέβληται· ἔδωκεν ὑμῖν ὁ Θεὸς καὶ ἑτέραν ἀφορμὴν σωτηρίας, τὴν παιδοτροφίαν· ὥστε μὴ μόνον δι' ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέρων σώζεσθαι. Ὅρα πόσα κατὰ ταὐτὸν ζητήματα τίκτεται. Ἡ γυνὴ ἀπατηθεῖσα, φησὶν, ἐν παραβάσει

F γέγονε. Τίς; Ἡ Εὔα. Αὐτὴ οὖν σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας; Οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλ' ὅτι ἡ φύσις ἡ γυναικεία σωθήσεται. Αὐτὴ δὴ οὐκ ἐν παραβάσει γέγονε; Ναὶ, γέγονεν, ἀλλὰ παρέβη μὲν ἡ Εὔα, σωθήσεται δὲ τὸ γυναικεῖον γένος διὰ τῆς τεκνογονίας. Διὰ τί γὰρ μὴ καὶ διὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς; μὴ γὰρ

596 ἐκείνη τοῦτο ταῖς ἄλλαις ἐξέκλεισε; τί οὖν πρὸς τὰς

A παρθένους; τί δὲ πρὸς τὰς στείρας; τί δὲ πρὸς τὰς χήρας τὰς πρὶν ἢ τεκεῖν τοὺς ἄνδρας ἀποβαλούσας; ἀπολώλασιν; ἐλπίδα οὐκ ἔχουσι; καὶ μὴν αἱ παρθένοι εἰσὶν αἱ μάλιστα εὐδοκιμοῦσαι. Τί ποτε οὖν βούλεται εἰπεῖν;

Τινές φασιν, ὅτι ὥσπερ τὸ πᾶν γένος ὑπέταξεν ἀπὸ τῆς διαπλάσεως διὰ τῶν εἰς τὴν πρώτην γενομένων γυναῖκα (ἐπειδὴ γὰρ ἡ Εὔα δευτέρα ἐπλάσθη καὶ ὑπετάγη, καὶ τὸ λοιπὸν γένος ὑποτασσέσθω, φησίν)· οὕτως ἄρα, ἐπειδὴ καὶ παρέβη, καὶ τὸ λοι-

B πὸν γένος γένονεν ἐν τῇ παραβάσει. Ἀλλ' οὐκ ἔχει λόγον· ἐκεῖ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς γέγονε τὸ πᾶν, ἐνταῦθα δὲ τῆς ἁμαρτίας τῆς γυναικός. Ὃ οὖν

λέγει, τουτό ἐστιν· ὅτι ὥσπερ πάντες ἀπέθανον ἄνθρωποι διὰ τοῦ ἑνὸς, ἐπειδὴ ὁ εἷς ἥμαρτεν, οὕτω καὶ πᾶν τὸ γυναικεῖον γένος παρέβη, ἐπειδὴ ἐν παραβάσει γέγονεν ἡ γυνή. Μηδὲν οὖν ἀλγείτω· ἔδωκεν αὐτῇ ὁ Θεὸς παραμυθίαν οὐ μικρὰν, τὸ τεκεῖν παιδία. Ἀλλὰ τουτο τῆς φύσεως, φησί. Καὶ ἐκεῖνο τῆς φύσεως· οὐ γὰρ μόνον τὸ τῆς φύσεως, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς παιδοτροφίας κεχάρισται. Ἐὰν ἐπιμείνωσι, φησὶ, τῇ πίστει καὶ τῇ ἀγάπῃ καὶ τῷ ἁγιασμῷ μετὰ σω-
C φροσύνης· τουτέστιν, [a] ἐὰν αὐτοὺς ἐν ἀγάπῃ μετὰ τὸ τεκεῖν καὶ ἁγνείᾳ διατηρήσωσιν. Ἐν τούτοις οὐ μικρὸν ἕξουσι τὸν ὑπὲρ τούτων μισθὸν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγαν, ὅτι ἀθλητὰς ἔθρεψαν τῷ Χριστῷ. Ἁγιασμὸν δὲ τὸν ὀρθὸν λέγει βίον, σωφροσύνην δὲ τὴν κοσμιότητα. Πιστὸς ὁ λόγος. Πρὸς τοῦτο εἴρηται, οὐ πρὸς τὸ, Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦτο ἀμφιβαλλόμενον ἦν, διὰ τοῦτο λέγει, Πιστὸς ὁ λόγος, ὅτι δυνήσονται πατέρες ἀπολαύειν τῆς τῶν παίδων ἀρετῆς, καὶ μητέρες, ὅταν αὐτοὺς ἐκθρέψωσι
D καλῶς. Τί οὖν, ἂν αὐτὴ μὲν ᾖ μοχθηρὰ καὶ μυρίων κακῶν γέμουσα; ἆρα ἀπὸ τῆς παιδοτροφίας ὠφεληθήσεται; οὐκ εἰκὸς δὲ μᾶλλον τοιούτους αὐτοὺς τρέφειν ὁμοίους αὐτῇ; Περὶ τῆς ἐναρέτου ταῦτά φησιν, οὐ τῆς τυχούσης, ὅτι πολὺν καὶ τούτου λήψεται μισθὸν καὶ ἀμοιβήν. Ἀκούσατε ταῦτα, πατέρες καὶ μητέρες, ὡς οὐκ ἄμισθος ὑμῖν ἔσται ἡ παιδοτροφία. Τοῦτο οὖν καὶ προϊών φησιν, Ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησε· μετὰ τῶν ἄλλων καὶ
E αὐτὸ τίθησιν. Οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μικρὸν τὸ τὰ δοθέντα παιδία παρὰ Θεοῦ, ταῦτα τῷ Θεῷ ἀνατιθέναι. Ἂν γὰρ τὴν κρηπῖδα καὶ τοὺς θεμελίους καλοὺς ἔχοιεν τῆς καταβολῆς, μέγαν ἕξουσι τὸν μισθόν· ὥσπερ οὖν ἀμελοῦντες, τὴν κόλασιν. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἠλεὶ διὰ τοὺς παῖδας ἀπώλετο τοὺς ἑαυτοῦ· ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς νουθετεῖν. Καὶ μὴν ἐνουθέτει· ἀλλ' οὐχ ὡς ἔδει, ἀλλὰ μὴ βουληθεὶς αὐτοὺς λυπῆσαι, καὶ αὐτοὺς καὶ ἑαυτὸν προσαπώλεσεν. Ἀκούσατε ταῦτα οἱ πατέρες· παι-
F δεύετε ὑμῶν τὰ τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιστροφῆς. Ἄγριον ἡ νεότης, πολλῶν δεομένη τῶν ἐπιστατούντων, διδασκάλων, παιδαγωγῶν, ἀκολούθων, τροφέων· ἀγαπητὸν γὰρ μετὰ τοσαῦτα κατασχεθῆναι αὐτήν. Καθάπερ τις ἵππος ἀδάμαστος, καθάπερ τι θηρίον ἀτίθασσον, τοιοῦτόν ἐστιν ἡ νεότης. Ἂν τοίνυν ἄνωθεν καὶ ἐκ πρώτης
597 A ἡλικίας ὅρους αὐτῇ πήξωμεν καλοὺς, οὐ δεησόμεθα πολλῶν μετὰ ταῦτα πόνων, ἀλλ' ἡ συνήθεια νόμος αὐτοῖς ἔσται λοιπόν. Μηδὲν ἐῶμεν αὐτοὺς τῶν ἡδέων καὶ βλαβερῶν ποιεῖν, μηδὲ ὡς παισὶ χαριζώμεθα· ἐν σωφροσύνῃ μάλιστα διατηρῶμεν αὐτούς· τοῦτο γὰρ

vult significare: Sicut omnes homines moriuntur propter unum, quia unus peccavit: sic et totus femininus sexus prævaricatus est, quia mulier in prævaricatione fuit. Nihil ergo doleat: dedit illi Deus consolationem non modicam, ut filios pareret. At hoc est naturæ, inquies. Et illud quoque naturæ: neque enim quod est naturæ tantum, sed etiam quod est liberorum educationis ipsi concessum est: *Si permanserint,* inquit, *in fide et caritate et sanctificatione cum sobrietate;* id est, si post partum se in caritate et castitate contineant. Non parvam pro his mercedem consequentur, sed maximam, quod athletas Christo nutrierint. Sanctificationem autem vocat rectam vitam, sobrietatem vero honestatem. 1. *Fidelis* Cap. III.
sermo. Hoc ad superiora refertur, non ad illud, *Si quis episcopatum desiderat.* Quia enim illa de re disceptabatur, ideo dicit, *Fidelis sermo,* quod scilicet poterunt patres filiorum virtute frui, necnon et matres, quando illos probe educaverint. Quid ergo, si illa sit improba et mille vitiis plena? num a filiorum educatione juvabitur? annon verisimile magis est illam secundum suos mores filios educaturam esse? De virtute prædita muliere hæc dicit, quæ præstet probitate, quod multam receptura sit mercedem et retributionem. Audite hæc patres et matres, quod filiorum educatio non mercede careat. Hoc etiam in sequentibus dicit, *Testimonium habens in bonis operibus,* si filios educavit: hoc etiam cum aliis ponit. 1. Tim. 5. 10.
Neque enim parva res est filios a Deo datos ipsi Deo consecrare. Nam si crepidinem et fundamenta bona structuræ jecerint, magnam habebunt mercedem; ut si negligentes fuerint, supplicium. Filii quomodo instituendi.
Nam Heli propter filios periit: oportebat enim illos commonefacere. Monuit tamen ille; sed non ut oportebat, sed cum nollet ipsis molestus esse, et illos et se perdidit. Hæc audite patres: instituite filios vestros in disciplina et admonitione Domini, cum diligentia magna. Res aspera et difficilis est juventus, multis egens institutoribus, doctoribus, pædagogis, asseclis, nutritoribus: vix enim post tantam curam juventutem continere possis. Juventus enim equo indomito et feræ intractabili similis est. Si ergo a principio, et a prima juventute terminos optimos ipsis ponamus, non multis postea laboribus egebimus; sed consuetudo lex ipsis postea erit. Ne sinamus eos aliquid eorum aggredi quæ jucunda

[a] [*Fort.* ἐὰν ἑαυτάς. Dunæus. Colb ἐὰν ἑαυτούς.]

simul et noxia sunt, neque hac in re illis ut filiis gratificemur : in castitate maxime conservemus illos : vitium enim oppositum maxime omnium juventutem perdit. Ad eam rem multis opus est nobis laboribus, maxima attentione. Cito illis uxores sumamus, ut pura et intacta corpora sponsæ excipiant : hi amores ardentiores sunt. Qui ante nuptias castus fuit, multo magis post nuptias erit : qui vero ante nuptias fornicari didicit, post nuptias etiam fornicabitur : nam *Viro*, inquit, I ... 23 *fornicatori omnis panis suavis est*. Ideo coronæ capitibus imponuntur, symbolum victoriæ, quod antea invicti, sic ad thalamum accedant, quia non superati sunt a libidine. Quod si a libidine captus, meretricibus sese dediderit, cur coronam capite gestat, cum superatus fuerit? Hæc illis monita et præcepta demus, terreamus, minas intentemus, modo id, modo aliud facientes. Magnum depositum habemus, filios nempe. Curam ergo eorum habeamus, nihil non agamus, ne illud nobis malignus ille auferat. Nunc autem a nobis contraria omnia præstantur. Ut ager sit optimus omnia facimus, et ut fideli viro tradamus : asinarium, mulionem, procuratorem et dispensatorem, qui sit optime affectus, quærimus : quod autem omnium nobis pretiosissimum est, ut filium alicui committamus, qui possit ejus castitatem tueri, id negligimus, quamquam is omnibus prædiis nobis carior esse debet : cætera enim omnia propter eum possidentur. Prædia illis danda curamus, ipsos autem minime. Viden' rei absurditatem? Primo filii animam excole, et hæc postea aderunt : nam si illius anima bona non sit, nihil ei pecuniæ proderunt : sin autem proba, nihil ex paupertate lædetur. Vis illum relinquere divitem? doce esse probum : ita enim rem familiarem augere poterit; et si non augeat, non in deteriori conditione erit, quam ii qui plurima possident. Si autem improbus fuerit, etiamsi innumera bona ipsi relinquas, non custodem reliquisti, sed miseriorem reddidisti, iis qui in extremam paupertatem devenere. Filiis enim non recte institutis, melior est paupertas, quam divitiæ. Paupertas enim illos vel invitos in virtute retinet; divitiæ vero ne volentes quidem temperantes esse sinunt, sed extrahunt, evertunt et in mille mala conjiciunt. Matres, filias vestras recte componite; facilis vobis est hujusmodi cura; vigilate, ut domi maneant : ante omnia autem ad pietatem illas instituite, et ut honestæ sint ac pecunias spernant, ne cultum et ornatum nimis curent. Sic illas nuptiis tradite. Si illas sic efformetis, non ipsas

πάντων πλέον τὴν νεότητα λυμαίνεται. Πρὸς τοῦτο πολλῶν ἡμῖν δεῖ τῶν ἀγώνων, πολλῆς τῆς προσοχῆς. Ταχέως αὐτοῖς γυναῖκας ἄγωμεν, ὥστε καθαρὰ αὐτῶν καὶ ἀνέπαφα τὰ σώματα δέχεσθαι τὴν νύμφην·
B οὗτοι οἱ ἔρωτες θερμότεροι. Ὁ πρὸ τοῦ γάμου σωφρονῶν, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὸν γάμον· ὁ δὲ μαθὼν πορνεύειν πρὸ τοῦ γάμου, καὶ μετὰ τὸν γάμον τοῦτο ποιήσει. Ἀνδρὶ γὰρ, φησὶ, πόρνῳ πᾶς ἄρτος ἡδύς. Διὰ τοῦτο στέφανοι ταῖς κεφαλαῖς ἐπιτίθενται, σύμβολον τῆς νίκης, ὅτι ἀήττητοι γενόμενοι, οὕτω προσέρχονται τῇ εὐνῇ, ὅτι μὴ κατηγωνίσθησαν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Εἰ δὲ ἁλοὺς ὑπὸ τῆς ἡδονῆς πόρναις ἑαυτὸν ἐκδῷ, τίνος ἕνεκεν λοιπὸν καὶ στέφανον ἔχει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἡττημένος; Ταῦτα αὐτοῖς παραινῶμεν, τού-
C τοις νουθετῶμεν, φοβῶμεν, ἀπειλῶμεν, νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο ποιοῦντες. Μεγάλην παρακαταθήκην ἔχομεν τὰ παιδία. Φροντίζωμεν τοίνυν αὐτῶν, καὶ πάντα ποιῶμεν, μὴ ὁ πονηρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἀφέληται. Νῦν δὲ πάντα ἀπεναντίας γίνεται παρ' ἡμῶν. Ὅπως μὲν γὰρ ἔσται τὸ χωρίον καλὸν, πάντα πράττομεν, καὶ ὅπως ἀνδρὶ πιστῷ τοῦτο ἐγχειρίσωμεν, καὶ ὀνηλάτην, καὶ ὀρεοκόμον, καὶ ἐπίτροπον, καὶ λογοθέτην εὐνούστατον ἐπιζητοῦμεν· ὃ δὲ πάντων ἡμῖν ἐστι τιμιώτερον, ὅπως τὸν υἱὸν ἐπιτρέψωμέν τινι τῷ δυναμένῳ αὐτοῦ τὴν σωφροσύνην διατηρῆσαι, οὐ σκοποῦ-
D μεν· καίτοι τοῦτο πάντων ἐστὶ τὸ κτῆμα τιμιώτερον, καὶ ἐκεῖνα διὰ τοῦτο γίνεται. Τῶν μὲν οὖν κτημάτων αὐτοῖς φροντίζομεν, αὐτῶν δὲ οὐκέτι. Ὁρᾷς τὴν ἀλογίαν; Ἄσκησον τοῦ παιδὸς τὴν ψυχὴν, κἀκεῖνα παρέσται λοιπόν· ταύτης μὲν γὰρ οὐκ οὔσης ἀγαθῆς, οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ τῶν χρημάτων· ταύτης δὲ κατωρθωμένης, οὐδὲν βλάβος ἀπὸ τῆς πενίας. Βούλει καταλιπεῖν αὐτὸν πλούσιον; δίδαξον αὐτὸν εἶναι χρηστόν· οὕτω γὰρ καὶ τὰ κτήματα συγκροτῆσαι δυνήσεται,
E καὶ ἐὰν μὴ κτήσηται, τῶν κεκτημένων οὐδὲν ἔλαττον διακείσεται. Ἂν δὲ πονηρὸς ᾖ, κἂν μυρία καταλίπῃς αὐτῷ, τὸν φύλακα οὐ κατέλιπες, ἀλλὰ τῶν εἰς ἔσχατον πενίας ἐληλακότων χείρονα ἐποίησας. Τοῖς γὰρ μὴ ῥυθμισθεῖσι τῶν παίδων καλῶς, βέλτιον πλούτου πενία. Ἐκείνη μὲν γὰρ καὶ ἄκοντας κατέχει ἐν ἀρετῇ· οὗτος δὲ οὐδὲ βουλομένους ἀφίησι σωφρονεῖν, ἀλλ' ἐξάγει καὶ καταστρέφει, καὶ μυρίοις ἐμβάλλει δει-
F νοῖς. Αἱ μητέρες τὰς θυγατέρας μάλιστα διανείμασθε· εὔκολος ὑμῖν ἡ φυλακὴ αὕτη· περισκοπεῖτε, ὥστε οἰκουροὺς εἶναι· πρὸ δὲ πάντων εὐλαβεῖς αὐτὰς εἶναι παιδεύετε, κοσμίας, χρημάτων καταφρονεῖν, ἀκαλλω-
598 πίστους μένειν. Οὕτω πρὸς τὸν γάμον ἐκδότε. Ἂν
A οὕτως αὐτὰς διαπλάττωμεν, οὐκ αὐτὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνδρα διασώσετε τὸν μέλλοντα αὐτὴν ἀγαγέσθαι· οὐ τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ τὰ παιδία· οὐ τὰ παιδία, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔγγονα. Τῆς γὰρ ῥίζης γενομένης καλῆς, οἱ κλάδοι ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐκταθήσονται,

καὶ πάντων τούτων λήψεσθε τὸν μισθόν. Ὡς οὖν οὐ μίαν ὠφελοῦντες ψυχὴν, ἀλλὰ πολλὰς διὰ τῆς μιᾶς, οὕτω πάντα πράττωμεν. Οὕτω γὰρ δεῖ ἐκ τῆς πατρικῆς οἰκίας ἐξιέναι πρὸς γάμον, καθάπερ ἀθλητὴν ἐκ παλαίστρας, πᾶσαν δι' ἀκριβείας ἔχουσαν τὴν ἐπιστήμην, καθάπερ ζύμην ὀφείλουσαν τὸ ὅλον φύραμα εἰς τὸ ἑαυτῆς μεταστῆσαι κάλλος. Καὶ οἱ παῖδες B πάλιν οὕτως ἔστωσαν αἰδέσιμοι, ὡς ἀπὸ τῆς κοσμιότητος καὶ τῆς σωφροσύνης μᾶλλον διαγινώσκεσθαι, ἵνα καὶ παρὰ ἀνθρώπων, καὶ παρὰ Θεοῦ πολὺν τὸν ἔπαινον ἔχωσι. Μαθέτωσαν γαστρὸς κρατεῖν, πολυτελείας ἀπέχεσθαι, οἰκονομικοί τινες εἶναι, φιλόστοργοι, μαθέτωσαν ἄρχεσθαι. Οὕτω γὰρ δυνήσονται πολὺν προξενῆσαι μισθὸν τοῖς γονεῦσιν· οὕτω πάντα ἔσται εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ εἰς σωτηρίαν ἡμετέραν, ἐν C Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tantum, sed etiam virum, qui illas ducturus est, servabitis; nec virum tantum, sed filios; nec filios solum, sed nepotes. Nam si radix sit bona, surculi quoque in melius proficient et extendentur, horumque omnium mercedem accipietis. Ut igitur non unius animæ utilitati prospicientes, sed multarum per unam: sic omnia faciamus. Ita enim oportet ex paterna domo ad nuptias pergere, ut athletam ex palæstra, omni scientia accuratissime instructam, quæ fermenti instar debet totam massam ad suam pulchritudinem reducere. Filii rursum ita verecundi sint, ut ex honestate et castitate magis cognoscantur, ut et apud homines et apud Deum laudem magnam consequantur. Discant imperare ventri, a nimiis sumtibus abstinere, œconomi sint, caritatem colant, discant imperio subjici. Ita enim magnam poterunt retribuere parentibus mercedem: omnia ita in gloriam Dei erunt et in salutem nostram, in Christo Jesu Domino nostro, quicum Patri simulque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ι'.

Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικὸν, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, D μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος.

HOMILIA X.

Cap. III. v. 1. *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* 2. *Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem,* 3. *non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed mansuetum, non litigantem, non avarum,* 4. *domui suæ bene præsidentem, filios habentem subditos cum omni castitate.*

Μέλλων κατιέναι εἰς τὸν περὶ τῆς ἐπισκοπῆς λόγον, E δείκνυσι καθάπαξ ὁποῖον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, οὐκ ἐν τάξει τῆς πρὸς τὸν Τιμόθεον αὐτὸ παραινέσεως ποιῶν, ἀλλ' ὡς πᾶσι διαλεγόμενος, καὶ δι' ἐκείνου πάντας ῥυθμίζων· καὶ τί φησιν; Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, οὐκ ἐγκαλῶ, φησί· προστασίας γὰρ ἔργον ἐστίν; εἴ τις ταύτην ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν, ὥστε μὴ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς αὐθεντίας ἐφίεσθαι μόνον, ἀλλὰ τῆς προστασίας, οὐκ ἐγκαλῶ· Καλοῦ γὰρ ἔργου ἐπιθυμεῖ, φησίν. Ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ἐπεθύμησε τοῦ πράγματος, ἀλλ' οὐ τῆς ἐξουσίας, καὶ οὕτως ἐπεθύμησεν, ὡς ἀκοῦσαι· Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; Εἴ τις οὕτως ἐπεθύμησεν, ἐπιθυμείτω· ἐπισκοπὴ γὰρ εἴρηται παρὰ τὸ ἐπισκοπεῖν F ἅπαντας. Δεῖ οὖν, φησὶ, τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον

1. De episcopatu loquuturus, ostendit qualis debeat esse episcopus, non quasi Timotheum moneat, sed ac si omnes alloquatur, et per illum omnes ad officium deducens: et quid ait? *Si quis episcopatum desiderat,* non improbo illum, inquit: providentiæ enim res est: si quis hoc desiderio tenetur, ita ut non imperium et auctoritatem cupiat tantum, sed præpositi officium, non improbo: *Bonum* enim *opus desiderat,* inquit. Nam Moyses illud appetiit, sed non potentiam; atque ita desideravit ut audiret: *Quis te constituit principem et judicem super nos?* Si quis ita desiderat, utique desideret: episcopatus enim dicitur, quod omnes dispiciat. *Oportet ergo*, inquit, *episcopum irreprehensibilem*

Exod. 2. 14.

esse, unius uxoris virum. Non ut legem ponat, ita loquitur, quasi hac una conditione id liceat, sed ut immodestiam impediat. Nam apud Judæos licebat secundas adire nuptias et duas habere simul uxores. *Honorabile* namque *est connubium.* Quidam vero putant hoc dici, quod unam habere uxorem deberet. *Irreprehensibilem.* Hac voce omnem virtutem indicat. Itaque si quis se peccatis obnoxium sciat, non recte facit si talem rem desideret, a qua per ipsa opera sese exclusit : hujusmodi enim hominem non imperare, sed imperari oportet. Imperantem enim omni luminari splendidiorem oportet esse, et vitam habere immaculatam, ita ut omnes ad eum respiciant, et ad ejus exemplum vitam suam componant. Hoc autem non sine causa Paulus facit, tali usus admonitione, sed quia ipse episcopos constituturus erat : qua de re etiam ad Titum scribens monita dabat : et quia verisimile erat multos fore qui idipsum desideraturi essent; ideo hæc dat præcepta. *Sobrium,* inquit, seu vigilem; id est perspicacem, mille oculis undique instructum, nec mentis oculis hebetem. Multa enim incidere possunt quæ non sinant clare videre res ut revera se habent : etenim mœrores, curæ, confusa rerum copia, multaque alia confluunt. Vigilem igitur illum esse oportet, qui non sua tantum curet, sed etiam ea quæ ad alios spectant : expergisci oportet ac spiritu fervere, ignemque spirare, ut ita dicam ; ac plus quam ducem exercitus die nocteque castra percurrentem vigilare, atque ministri officium implere, omniumque curam et sollicitudinem gerere. *Pudicum, ornatum, hospitalem.* Hæc quoniam in multis etiam subditis occurrunt (oportet enim illos in his præpositos suos æquare), ostendens quid episcopis præcipue competat, subjungit, *Doctorem :* hoc enim non a subdito expetitur, sed maxime omnium desideratur in eo, cui hoc officium creditum est. *Non vinolentum.* Non de ebrioso hic loquitur, sed de contumelioso et arrogante. *Non percussorem.* Non de percutiente manibus hic verba facit. Quid ergo sibi vult illud, *Non percussorem*? Quoniam sunt quidam qui fratrum conscientiam intempestive percutiunt, hos nunc subindicare mihi videtur. *Non turpis lucri cupidum, sed mansuetum, non litigantem, non avarum, domui suæ bene præsidentem, filios habentem subditos cum omni castitate.* Si ergo is qui

Hebr. 13. 4.

Tit. 1.

Episcopum qualem esse oporteat.

εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Οὐ νομοθετῶν τοῦτό φησιν, ὡς μὴ εἶναι ἐξὸν ἄνευ τούτου γίνεσθαι, ἀλλὰ τὴν
599 ἀμετρίαν κωλύων· ἐπειδὴ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων ἐξῆν καὶ
A δευτέροις ὁμιλεῖν γάμοις, καὶ δύο ἔχειν κατὰ ταὐτὸν γυναῖκας. Τίμιον γὰρ ὁ γάμος. Τινὲς δὲ, ἵνα μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ ᾖ, φασὶ τοῦτο εἰρῆσθαι. Ἀνεπίληπτον. Πᾶσαν εἶπεν ἀρετὴν, ἀνεπίληπτον εἰπών. Ὥστε εἴ τις σύνοιδεν ἑαυτῷ τινα ἁμαρτήματα, οὐ καλῶς ποιεῖ, πράγματος ἐπιθυμῶν, οὗ διὰ τῶν ἔργων ἑαυτὸν ἐξέβαλεν· οὐ γὰρ ἄρχειν, ἀλλὰ ἄρχεσθαι δεῖ τὸν τοιοῦτον. Τὸν γὰρ ἄρχοντα παντὸς λαμπτῆρος λαμπρότερον εἶναι δεῖ, καὶ βίον ἔχειν ἀκηλίδωτον, ὥστε
B πάντας πρὸς ἐκεῖνον ὁρᾷν, καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ βίον τὸν οἰκεῖον χαρακτηρίζειν. Ποιεῖ δὲ τοῦτο, οὐχ ἁπλῶς τοσαύτῃ κεχρημένος τῇ παραινέσει· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἔμελλεν ἐπισκόπους καθιστᾷν, ὅπερ καὶ Τίτῳ γράφων παρῄνει, καὶ ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν πολλοὺς τοῦ πράγματος ἐπιθυμεῖν, διὰ τοῦτο ταῦτα παρεγγυᾷ. Νηφάλιον, φησὶ, τουτέστιν, διορατικὸν, μυρίους ἔχοντα πάντοθεν ὀφθαλμοὺς, ὀξὺ βλέποντα, καὶ μὴ ἀμβλύνοντα τὸ τῆς διανοίας ὄμμα. Πολλὰ γάρ ἐστι τὰ συμ-
C πίπτοντα, καὶ οὐκ ἐῶντα ὁρᾷν καθαρῶς καὶ ὡς ἔχει τὰ πράγματα· καὶ γὰρ καὶ ἀθυμίαι καὶ φροντίδες καὶ πραγμάτων ὄχλος καὶ πολλὰ πάντοθεν ἐπιῤῥεῖ. Ἄγρυπνον τοίνυν αὐτὸν εἶναι χρὴ, οὐ τὰ ἑαυτοῦ μεριμνῶντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν λοιπῶν· διεγηγέρθαι χρὴ, καὶ ζεῖν τῷ πνεύματι, καὶ πῦρ πνέειν, ὡς εἰπεῖν, καὶ μᾶλλον στρατηγοῦ καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ τὸ στράτευμα περιιόντος κάμνειν καὶ διακονεῖσθαι, καὶ τὴν ὑπὲρ ἁπάντων ἔχειν φροντίδα καὶ
D μέριμναν. Σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον. Ταῦτα ἐπειδὴ καὶ τῶν ἀρχομένων ἔχουσιν οἱ πολλοί (δεῖ γὰρ καὶ αὐτοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα τοῖς ἄρχουσιν ἴσους εἶναι), δεικνὺς τὸ τῶν ἐπισκόπων ἐξαίρετον, ἐπήγαγε, Διδακτικόν· τοῦτο γὰρ οὐκέτι ὁ ἀρχόμενος ἀπαιτεῖται· μάλιστα δὲ τοῦτο πάντων προσεῖναι δεῖ τῷ ταύτην τὴν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένῳ. Μὴ πάροινον. Οὐ τὸν μέθυσον ἐνταῦθά φησιν, ἀλλὰ τὸν ὑβριστὴν, τὸν αὐθάδη. Μὴ πλήκτην. Οὐ τὸν μὴ πλήττοντά φησι ταῖς χερσί. Τί οὖν ἐστι, Μὴ πλήκτην; Ἐπειδή εἰσιν ἀκαί-
E ρως τινὲς πλήττοντες τῶν ἀδελφῶν τὴν συνείδησιν, τούτους νῦν αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ. [a] Μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος. Εἰ τοίνυν ὁ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, τὸν δὲ ἐπίσκοπον οὐ δεῖ τὰ τοῦ κόσμου μεριμνᾷν, πῶς φησι, Μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα; Τινὲς μὲν οὖν φασιν, ὅτι τὸν ἀπὸ γυναικὸς ἠνίξατο

[a] Hic in Editis desiderabantur verba, *μὴ αἰσχροκερδῆ*, quæ ex Mss. adjecta sunt.

[b] μένοντα ἐλεύθερον· εἰ δὲ μὴ τοῦτο εἴη, ἔνεστι γυναῖκα ἔχοντα, ὡς μὴ ἔχοντα, εἶναι. Τότε μὲν γὰρ καλῶς τοῦτο συνεχώρησεν, ὡς πρὸς τὴν τοῦ πράγματος φύσιν τὴν τότε οὖσαν. Ἔνεστι δὲ αὐτὸ μεταχειρίσασθαι καλῶς, εἴ τις βούλοιτο. Ὥσπερ γὰρ ὁ πλοῦτος δυσχερῶς εἰσάγει εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, πολλαχοῦ δὲ οἱ πλουτοῦντες εἰσῆλθον· οὕτω καὶ ὁ γάμος. Τί δὲ λέγεις, εἰπέ μοι; περὶ ἐπισκόπου διαλεγόμενος ἔλεγεν, ὅτι δεῖ αὐτὸν μὴ μέθυσον εἶναι, ἀλλὰ φιλόξενον, δέον τὰ μείζονα τούτων εἰπεῖν. Διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπεν ὅτι, δεῖ δὲ τὸν ἐπίσκοπον ἄγγελον εἶναι, μηδενὶ πάθει ἀνθρωπίνῳ ὑποκεῖσθαι; ἐκεῖνα τὰ μεγάλα, ἃ Χριστὸς εἶπεν, ἃ καὶ τοὺς ἀρχομένους ἔχειν δεῖ, ἐσταυρῶσθαι, καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ἀεὶ ἔχειν τὴν ψυχήν; ὃ καὶ ὁ Χριστὸς εἶπεν, Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· καὶ πάλιν, Ἐὰν μή τις ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσῃ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· ἀλλὰ μὴ πάροινον, φησί; Καλαὶ αἱ ἐλπίδες, εἰ περὶ τούτων ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος παραινεῖσθαι. Διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπες, δεῖ δὲ αὐτὸν ἤδη μεταστῆναι ἐκ τῆς γῆς; ἀλλὰ ἃ τοῖς κοσμικοῖς ἐπέταξας, ταῦτα τῷ ἐπισκόπῳ οὐκ ἐπιτάττεις. Τί δὲ ἐκείνοις, φησί; Νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ πάλιν, Ὁ δὲ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας· καὶ πάλιν, Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν· καὶ ὁ Χριστὸς πάλιν φησίν, Ἐὰν μή τις ἀποτάξηται αὐτοῦ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα οὐκ εἴρηκεν; Ὅτι τοιούτους ὀλίγους εὑρεθῆναι ἐνῆν, ἐπισκόπων δὲ ἔδει πολλῶν, καὶ καθ' ἑκάστην πόλιν τῶν προηγησομένων.

uxorem duxit, curat quæ sunt mundi, episco-
F pum autem non oportet mundana curare, quomodo dicit, *Unius uxoris virum*? Quidam dicunt hic subindicari eum qui ab uxore liber sit: alioquin autem licet illum uxorem habentem, qua-
600 si non haberet versari. Tunc enim hoc recte con-
A cessit pro more solito et ut tunc in usu erat. Potest vero aliquis rem probe peragere si velit. Ut enim divitiæ difficile inducunt in regnum cælorum, et tamen sæpe divites in illud intravere; id etiam de connubio dicendum. Quid autem, quæso, dicis? de episcopo loquens dicebat, non oportere illum esse ebriosum, sed hospitalem, cum oporteret sane majora dicere. Cur enim non dixit, Oportet episcopum esse angelum, nul-
B li humano affectui subditum? cur non illa magna quæ Christus dixit, quæ etiam subditos habere oportet, crucifixi nempe et in manibus semper animam habere? quod etiam Christus dixit: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus*; Joan. 10. 11.
et rursus, *Nisi quis tollat crucem meam et sequatur me, non est me dignus*; sed, *Non vinolentum*, inquit? Matth. 10. 38.
Præclara est spes, si de hujusmodi rebus debeat episcopus admoneri. Cur
C enim non dixisti, Oportet illum jam ex terra transferri? sed etiam quæ sæcularibus præcipis, illa episcopo non imperas. Quid enim sæcularibus dicis? *Mortificate membra vestra quæ* Col. 3. 5.
sunt super terram; et rursus, *Qui autem mortuus est, justificatus est a peccato*; ac rursum, Rom. 6. 7.
Qui Christi sunt, carnem crucifixerunt; ite- Gal. 5. 24.
rumque Christus, *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non est me dignus*. Luc. 14. 33.
Cur ergo hæc non dixit? Quia paucos hujusmodi reperire licebat: episcopis autem multis erat opus, qui singulis civitatibus præessent.

Ἐπεὶ οὖν ἐνεδρεύεσθαι ἔμελλε τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν, διὰ τοῦτο συμμεμετρημένην εἶπεν ἀρετήν, οὐκ ἐκείνην τὴν ἄνω, τὴν ὑψηλήν· τὸ γὰρ νηφάλιον εἶναι καὶ κόσμιον καὶ σώφρονα πολλῶν ἦν. Τέκνα ἔχοντα, φησὶν, ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος. Δεῖ γὰρ οἴκοθεν παρέχεσθαι τὰ παραδείγματα. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν, ὅτι τὸν ἀλλότριον ὑποτάξει ὁ τὸν υἱὸν μὴ ὑποτάξας; Τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον. Τοῦτο καὶ οἱ ἔξωθέν φασιν, ὅτι ὁ οἰκονομικὸς καὶ πολιτικὸς ἂν γένοιτο ταχέως. Καὶ γὰρ τοῦτό ἐστιν ἡ Ἐκκλησία, ὡσανεὶ [b] μικρὰ οἰκία· καὶ ὥσπερ ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰσὶ παιδία, γυνή, οἰκέται, καὶ πάντων ὁ ἀνὴρ ἀνήρηται

2. Quia igitur futurum erat ut Ecclesiis insidiæ pararentur, ideo moderatam virtutem proposuit, non illam supernam, excelsam: nam sobrium
D esse, ornatum, pudicum, multorum erat. *Filios habentem*, inquit, *subditos cum omni castitate*. Oportebat enim domestica proponere exempla. Quis enim credet alienum subjecturum esse eum, qui suum non subditum habet? *Suæ domui bene præpositum*. Hoc et externi aiunt, eum qui rem domesticam bene tractet, publica cito negotia tractare posse. Est enim Ecclesia velut domus magna: ac sicut in domo sunt fi-

[b] [Hæc, *μένοντα ἐλεύθερον*, Savilius habet in margine. Ita τὸν ἄπο vel *ἀπὸ γυναικός* significabit *uxore orbatum*.]

[b] [*Procul dubio leg.* μεγάλη οἰκία. Dunæus.]

lii uxor et servi, et vir omnibus imperat : sic et in Ecclesia nihil aliud habetur, quam filii, mulieres, famuli. Quod si is qui Ecclesiæ præest, imperii consortes habet ; in domo quoque vir consortem habet uxorem. At in Ecclesia de alimento viduarum et virginum curandum est ? In domo quoque vir habet famulos et filias alendos : alioquin etiam facilius est domum regere. Qui autem hæc recte non dispensavit, quomodo quæ ad Ecclesiam pertinent regere poterit ? Deinde postquam dixit, *Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit ?* 6. *Non neophytum*, inquit. Non ait juniorem, sed eum qui nuper
2. Viden' ut eum volebat etiam in hoc esse magnum et mirabilem? Ideo ita dixit, ostendens illum se adhuc opus habuisse. Quid est illud, *Ut profectus tuus manifestus sit in omnibus?* Non in vita solum, inquit, verum etiam in verbo doctrinæ. 1. *Seniorem ne increpaveris.* Cap. v. Num de presbyteri dignitate hic loquitur? Certe non puto, sed de quocumque seniore. Quid ergo, si opus habeat correctione? *Ne increpaveris,* inquit, sed ac si patrem adires peccantem, sic et illum alloquere. 2. *Anus ut matres, juvenes ut fratres, juvenculas ut sorores, in omni castitate.* Ex ipsa rei natura id molestum est, nempe redargui, maxime quando de seniore agitur; si autem per juniorem, triplex est temeritatis modus. Solatur ergo illud ex modo et ex lenitate. Potest enim quis sine molestia redarguere, si velit hac in re sese exercere: multa enim opus est prudentia; fieri tamen potest. *Juniores ut fratres,* inquit. Cur autem sic hortatur hoc loco? Ætatis rursus audaciam subindicans. Oportet igitur hic etiam monita mansuetudine lenire. *Juvenculas,* inquit, *ut sorores;* et addidit, *In omni castitate.* Ne mihi, inquit, coitus peccatum dixeris, sed ne suspicionem quidem dederis. Quia enim colloquia cum adolescentulis suspicionem difficile fugiunt, et oportet episcopum etiam illas alloqui; ideo addidit, *Cum omni castitate,* ostendens cum omni castitate oportere cum illis colloquia miscere. Quid, quæso, dicis? Timotheo hæc imperas? Etiam, inquit: per illum enim toti orbi loquor. Si autem Timotheo hæc præcipit, cogitent alii omnes qualem esse oporteat episcopum, ut nullum suspicioni det locum, neque umbram occasionis iis qui calumniari velint. 3. *Viduas honora, quæ vere viduæ sunt.* Cur nihil de virginitate disserit, nec dicit, Virgines honora? Quia, ut mihi videtur, tunc virgines non erant, vel ex virginitate exciderant. *Jam* enim, 1. Tim. 5. inquit, *quædam retro conversa sunt post satanam.* 15. *Viduas honora, quæ vere viduæ sunt,* inquit. Ergo fieri potest non habere quidem virum, nec viduam tamen esse. Sicut enim virgo

b [*Quid? Paulus egebat Timotheo? Pro certo leg.* ὅτι ἐδεῖτό τινος αὐτῷ ἔτι, *Multa adhuc ei propter adolescentiam deerant.* Dunæus. Recte se habet vulgata. Subjectum verbi Timotheus est, qui Paulo adhuc egebat.]

* [Frustra Dunæus medium substituere voluit ποιεῖσθαι.]

non ideo est virgo, quod non connubio juncta sit, sed multa alia habeat oportet, quod sit inculpata, quod assidua sit : ita et viduam non viri decessus tantum facit, sed patientia cum continentia, et omnis consortii privatio. Has viduas honorare præcipit, et jure merito : multo enim dignæ sunt honore, cum solæ sint, et viros non habeant qui sibi patrocinentur : quæ res videtur esse probro, et pravæ opinionis apud multos. Ideo vult Paulus illas a sacerdote multum honorari : nec ideo tantum, sed quia vidua honore digna est. 4. *Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discant primum domum suam regere, et mutuam vicem reddere parentibus.* Vide prudentiam Pauli, quomodo sæpe humanis rationibus moneat. Non enim hic magnum vel sublime quidpiam posuit, sed quod intellectu facile sit; *Et mutuam vicem,* inquit, *reddere parentibus.* Quomodo ? Pro educatione et incremento. Verbi gratia, multam tui curam habuerunt : decesserunt postea : non potuisti ipsis vicem reddere : neque enim illos genuisti, vel educasti : illam vicem redde nepotibus, per filios quod debes repende. *Discant,* inquit, *primum domui suæ cum pietate præesse.* Hic recte facta simplicius memorat : deinde ut magis excitet, subjunxit : *Hoc enim acceptum est coram Deo.* Quia autem dixerat, *Quæ vere viduæ sunt,* jam dicit quænam sit illa vere vidua. 5. *Quæ autem vere vidua est et desolata, sperat in Deum, et instat in obsecrationibus et orationibus nocte et die : 6. quæ autem in deliciis est, vivens mortua est.* Si qua, inquit, sæcularem non resumserit vitam in viduitate, hæc vere vidua est : quæ in Deum sperat ut oportet, quæ instat orationibus et perseverat nocte et die, hæc vidua est : non quod quæ filios habet non sit vidua ; hanc enim etiam laudat, si filios ut convenit educet ; sed si qua non habet filios, hoc est, si sit desolata. Deinde consolatur illam, quod filios non habeat, dicens hoc esse quod vere viduam reddat, quando non viri tantum, sed etiam filiorum solatio destituta fuerit : habet enim Deum vice omnium. Neque enim ideo inferior est quod non habeat filios ; sed hæc consolatio filiorum locum supplet. Hoc autem vult significare, Ne moleste feras, si audias, Oportet filios educare, ut quæ filios non habeas, ac si ideo minorem teneas dignitatem : vere vidua es : *Quæ autem in deliciis est, vivens mortua est.*

οὕτω καὶ χήραν οὐχ ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἐρημία ποιεῖ ἁπλῶς, ἀλλ' ἡ μετὰ σωφροσύνης ὑπομονὴ, ἡ ἐκ πάντων μόνωσις. Τὰς τοιαύτας χήρας τιμᾷν παραινεῖ, εἰκότως· πολλῆς γὰρ δέονται τιμῆς μεμονωμέναι· ἄνδρας οὐκ ἔχουσι τοὺς προστησομένους· τὸ πρᾶγμα ἐπονείδιστον εἶναι δοκεῖ καὶ δυσοιώνιστον παρὰ τοῖς πολλοῖς. Διὰ τοῦτο πολλῆς αὐτὴν βούλεται παρὰ τοῦ ἱερέως
E ἀπολαύειν τιμῆς· οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀξία ἐστίν. Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις. Ὅρα τοῦ Παύλου τὸ συνετὸν, πῶς πολλαχοῦ ἀπὸ ἀνθρωπίνων προτρέπει λογισμῶν. Οὐ γὰρ ἔθηκεν ἐνταῦθα μέγα τι καὶ ὑψηλὸν, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν εὐσυνείδητον· Καὶ ἀμοιβὰς, φησὶν, ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις. Πῶς; Τῆς ἀνατροφῆς, τῆς αὐξήσεως. Οἷον, ἀπήλαυσας πολλῆς
F τῆς ἐπιμελείας· ἀπῆλθον ἐκεῖνοι· οὐκ ἠδυνήθης αὐτοῖς ἀποδοῦναι τὴν ἀμοιβήν· οὐ γὰρ δὴ καὶ αὐτὴ ἐγέννησας αὐτοὺς, οὐδὲ ἀνέθρεψας· [a] ἐν τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ ἀμείβου, ἀπόδίδου τὸ ὀφείλημα διὰ τῶν παίδων. Μανθανέτωσαν, φησὶν, πρῶτον τὸν οἶκον ἴδιον
620 A εὐσεβεῖν. Ἐνταῦθα τὸ εὖ ποιεῖν φησιν ἁπλούστερον. Εἶτα ἵνα μᾶλλον ἐπάρῃ, ἐπήγαγε· Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ εἶπε, Τὰς ὄντως χήρας, λέγει τίς ἐστιν ἡ ὄντως χήρα. Ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας· ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκεν. Εἴ τις, φησὶ, μὴ κοσμικὸν ἐπανήρηται βίον, καὶ ἐν χηρείᾳ οὖσα, αὕτη ὄντως χήρα ἐστίν· ἡ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλπίζουσα ὡς χρὴ, ἡ δεήσει προσανέχουσα, καὶ προσ-
B καρτεροῦσα νυκτὸς καὶ ἡμέρας, αὕτη χήρα ἐστίν· οὐχ ὡς καὶ τῆς τέκνα ἐχούσης οὐχὶ χήρας οὔσης· καὶ γὰρ καὶ ἐκείνην θαυμάζει τὴν παιδοτροφοῦσαν, ὡς χρή· ἀλλ' εἴ τις τέκνα μὴ ἔχει, τουτέστιν, ἡ μεμονωμένη οὖσα. Εἶτα παραμυθεῖται αὐτὴν, ὡς οὐκ ἔχουσαν τέκνα, εἰπὼν, ὅτι τοῦτό ἐστι χήραν μάλιστα εἶναι, ὅταν μὴ τῆς παρὰ τοῦ ἀνδρὸς παραμυθίας, ἀλλὰ καὶ τῆς παρὰ τῶν τέκνων ἀπεστερημένη οὖσα τύχῃ· ἔχει γὰρ τὸν Θεὸν ἀντὶ πάντων. Οὐ γὰρ μὴ ἔχουσα
C τέκνα ἐλάττων ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ λεῖπον αὐτῇ διὰ τὴν τῶν παίδων ἀπουσίαν πληροῖ τῇ παραμυθίᾳ. Ὃ οὖν λέγει, τοιοῦτό ἐστι· μὴ ἄλγει, ἐὰν ἀκούσῃς, ὅτι δεῖ παιδοτροφεῖν, ὡς οὐκ ἔχουσα τέκνα, ὡς ἐκ τούτου ἐλαττουμένου σοι τοῦ ἀξιώματος· ὄντως εἶ χήρα· Ἡ χήρα δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκεν.

[a] [Colb. ἐν τοῖς ἐγγόνοις. Sed alterum defenditur ipso Pauli versiculo.]

Ἐπειδὴ γὰρ πολλαὶ τέκνα ἔχουσαι [a] τὴν χηρείαν αἱροῦνται, οὐχ ἵνα τοῦ βίου τὰς ἀφορμὰς περικόψωσιν, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτὰς ἐξάψωσιν, ἵνα μετὰ πλείονος αὐθεντίας ἅπαντα πράττωσι, καὶ κοσμικαῖς μᾶλλον ἐκδοῖεν ἑαυτὰς ἐπιθυμίαις, διὰ τοῦτό φησιν, Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε. Τί λέγεις; καὶ χήρα γυνὴ οὐκ ὀφείλει σπαταλᾷν; Οὔ, φησίν. Εἰ τοίνυν καὶ τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς φύσεως ἀσθενούσης οὐδὲ οὕτως ἀναγκαία ἡ σπατάλη, ἀλλὰ θανάτου γίνεται πρόξενος, θανάτου τοῦ αἰωνίου, τί ἂν εἴποιεν ἄνδρες σπαταλῶντες; Εἰκότως δέ φησιν, Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκεν. Ἀλλ' ἵνα μάθῃς, φέρε ἴδωμεν τί τῶν ζώντων ἔργον ἐστὶ, καὶ τί τῶν τεθνηκότων, καὶ ποῦ τάξομεν ταύτην. Οἱ ζῶντες τὰ τῆς ζωῆς ἐνεργοῦσι, τῆς μελλούσης, τῆς ὄντως ζωῆς. Τίνα δέ ἐστι τῆς μελλούσης ζωῆς, περὶ ἣν ἡμᾶς ἠσχολῆσθαι προσήκει τὸν ἅπαντα χρόνον, ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Δεῦτε, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με. Οἱ ζῶντες οὐχὶ τούτῳ διεστήκασι τῶν νεκρῶν μόνον, τῷ τὸν ἥλιον ὁρᾷν, καὶ πνεῖν τὸν ἀέρα· οὐ τούτῳ φαμὲν, ἀλλὰ τῷ ἀγαθόν τι ποιεῖν· ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο προσῇ, τῶν τεθνεώτων οὐδὲν κρείττονες ἔσονται. Καὶ ἵνα μάθῃς, ἄκουε πῶς ἔστι καὶ ἀποθανόντα ζῇν. Ὁ Θεὸς, φησὶν, οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Ἀλλὰ τοῦτο, φησὶν, αἴνιγμα πάλιν. Οὐκοῦν ἀμφότερα ἐπιλυσώμεθα. Τέθνηκέ τις ζῶν, ὅταν ἐν σπατάλῃ διάγῃ. Πῶς; Τῇ γαστρὶ ζῇ μόνῃ, ταῖς δὲ ἄλλαις αἰσθήσεσιν οὐδαμῶς· οἷόν πως, οὐχ ὁρᾷ ἃ χρὴ ὁρᾷν, οὐκ ἀκούει ἃ χρὴ ἀκούειν, οὐ φθέγγεται ἃ δεῖ φθέγγεσθαι, οὐδὲ τὰ τῶν ζώντων ἐνεργεῖ· ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ τεταμένος ἐπὶ τῆς κλίνης τοὺς ὀφθαλμοὺς μύσας, καὶ τὰ ὄμματα συνειλημμένος, τῶν ὄντων οὐδενὸς ἐπαισθάνεται, οὕτω καὶ οὗτος· μᾶλλον δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πολλῷ χεῖρον. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ τῶν ἀγαθῶν ὁμοίως, καὶ τῶν κακῶν ἀνεπαισθήτως ἔχει· οὗτος δὲ ἐκείνων αἰσθάνεται μόνων, τῶν κακῶν λέγω, πρὸς δὲ τὰ ἀγαθὰ τῷ κειμένῳ ὁμοίως ἐστὶν ἀκίνητος. Οὕτω μὲν οὖν καὶ τέθνηκεν. Οὐδὲν γὰρ αὐτὸν κινεῖ τῶν τῆς μελλούσης ζωῆς, ἀλλὰ καθάπερ εἰς κατάδυσίν τινα σκοτεινὴν καὶ ζοφώδη, καὶ ἄντρον πολλῆς ἀκαθαρσίας γέμον, λαβοῦσα εἰς τοὺς οἰκείους αὐτὸν κόλπους ἡ μέθη, διαπαντὸς ἐν σκότῳ ποιεῖ διατρίβειν, ὥσπερ τοὺς τεθνεῶτας. Ὅταν γὰρ τὸν πάντα χρόνον τὸν μὲν ἀριστῶν, τὸν δὲ μεθύων διατελῇ, οὐχὶ ἐν σκότῳ ἐστίν; οὐχὶ νεκρός ἐστι; Καὶ πρὸς αὐτὴν δὲ τὴν ἕω, ἣν δοκεῖ νήφειν, οὐκ ἔχει νῆψιν κα-

3. Quia enim multæ filios habentes viduitatem eligunt, non ut sæcularis vitæ occasiones amputent, sed ut illis magis se dedant, ac cum majori auctoritate omnia faciant, et mundanas cupiditates magis sequantur; D ideo ait: *Quæ autem in deliciis est, vivens mortua est.* Quid dicis? vidua mulier non debet in deliciis esse? Non, inquit. Si itaque ætas et natura infirmior non modo non opus habent deliciis, sed etiam eæ mortem præmaturent, eamque mortem æternam, quid dixerint viri in deliciis versantes? Et merito ait: *Quæ autem in deliciis est, vivens mortua est.* Sed ut id discas, videamus quid sit vivorum opus, et quid mortuorum, et ubi hanc statuere debeamus. E Viventes curant ea quæ spectant ad futuram vitam, quæ vere vita est. Quidnam vero sit futura vita, circa quam omnem omni tempore sollicitudinem nos impendere convenit, audi Christum dicentem: *Venite, hereditate accipite præparatum vobis regnum a constitutione mundi: esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere.* (Matth. 25. 34. 35.) Viventes non eo solum a mortuis differunt, quod solem videant et aerem spirent; non hoc dicimus; sed quod bo- F num quid faciant: nam si hoc non præstent, nihil sunt mortuis meliores. Et ut hoc discas, audi 621 A quomodo possit fieri, ut qui mortuus est vivat: *Deus, inquit, non mortuorum, sed vivorum est.* (Ib. 22. 32.) Sed hoc, inquit, ænigma est. Igitur utrumque solvamus. Mortuus est aliquis vivens, cum in deliciis agit. Quomodo? Ventri solummodo vivit, aliis autem sensibus non utitur: verbi causa, non videt quæ videnda sunt, non audit quæ audienda, non loquitur quæ loqui oporteret, neque viventium opera edit; sed sicut ille in lecto extensus, clausis oculis, nihil omnino sentit: ita et hic de quo loquimur; imo multo deterius. Ille namque neque bona neque mala sensu percipit; hic vero B mala tantum sentit, quantum ad bona autem, jacenti similis est et immotus: atque ita mortuus ille est. Nihil enim movet illum futura vita; sed tamquam in cuniculum quemdam obscurum et tenebrosum, et in antrum immunditia omni plenum, sic in sinu suo receptum deducens ebrietas, in tenebris semper detinet, velut mortuos. Cum enim totum tempus vel in prandiis vel in temulentia insumserit, annon in tenebris est? annon mortuus est? Et ne matutinis quidem horis, cum jejunus

[a] Duo Mss, τὴν χηρείαν ἀρνοῦνται. Editi αἱροῦνται, et sic legit vetus Interpres Latinus. Licet autem hæc contraria videantur, eodem tamen redit sententia.

esse videtur, vere jejunus est, tum quod vespertinum vinum nondum absumserit ac digesserit, tum quod futuri desiderio teneatur, et quod in matutino et meridie semper in comessationibus degat, et totam noctem et matutini plurimam partem in profundo somno agat. Hunccine, quæso, cum viventibus numerabimus? Quis porro descripserit tempestatem illam quæ a voluptate excitatur, tum in animam, tum in corpora influentem? Quemadmodum enim frequens nubium densitas non sinit radium solis effulgere : sic voluptatis et vini vapores cerebrum quasi scopulum impetentes, densamque illic nubem sistentes, rationalem vim non sinunt ultra pergere, in caligine multa ebrium detinentes. Quantam tunc putas esse intus tempestatem, in eo qui talia patitur? quantum tumultum? Quemadmodum enim cum inundatio accidit, et aqua officinarum atria superat, eos qui intus sunt turbatos conspicimus, et cados, amphoras, spongias et alia multa adhibere et excogitare, ut illam exhauriant, ne fundamenta commoveat, et vasa omnia inutilia reddat : ita et cum anima voluptate nimia redundat, intus ratiocinia turbantur; et cum non possint id quod congestum est evacuare, cumque aliud rursum ingeratur, ingens excitatur tempestas. Ne mihi respicias in vultum lætum et hilarem, sed quæ intus sunt scrutare, et videbis illa multo mœrore plena : ac si liceret eductam inde animam corporeis oculis conspicere, videres deliciantis animam demissam, mœstam, tristem, attenuatam. Quanto magis enim corpus impinguatur, tanto magis anima attenuatur et infirmior efficitur; et quanto magis illud fovetur, tanto magis illa obruitur et sepelitur. Et sicut in oculorum pupilla, si exterius impositæ tuniculæ sint densiores, non potest cernendi vis penetrare et conspicere, radio a densitate depulso, et hinc sæpe tenebræ oriuntur : ita cum corpus frequentius incrassatur, multa densitate circumcluditur. At mortui, inquies, corrumpuntur et putrescunt, multaque sanies inde fluit. Ita etiam in deliciante observes; fluxus, phlegma, mucorem, singultus, vomitus, eructationes : cætera enim, quæ turpia sunt, prætermitto. Tanta quippe est voluptatis tyrannis, ut ea sustinere cogat, quæ dicere non audemus.

Voluptas mundana quanta mala secum afferat.

θαρὰν τῷ μήπω τὸν ἑσπερινὸν ἤδη κεκενῶσθαι οἶ- C νον καὶ ἀπηντλῆσθαι, καὶ τοῦ μέλλοντος σφόδρα τῇ ἐπιθυμίᾳ κατέχεσθαι, καὶ τῷ δείλης καὶ μεσημβρίας ἐν κώμοις διάγειν, καὶ πᾶσαν τὴν νύκτα ἐν ὕπνῳ βαθεῖ, καὶ τοῦ ὄρθρου τὸ πλέον. Τοῦτον οὖν, εἰπέ μοι, μετὰ τῶν ζώντων ἀριθμήσομεν; Τί ἄν τις εἴποι τὸν πολὺν χειμῶνα τὸν ἀπὸ τῆς τρυφῆς, τὸν εἰς τὴν ψυχὴν, τὸν εἰς τὰ σώματα εἰσρεόμενον; Καθάπερ γὰρ ἡ συνεχὴς συννέφεια καὶ διηνεκὴς οὐκ ἀφίησι τὴν ἀκτῖνα διαλάμψαι ποτέ· οὕτως οἱ τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ οἴνου ἀτμοὶ, καθάπερ τινὰ σκόπελον τὸν ἐγκέφα- D λον [a] ἀπολαβόντες, καὶ πυκνὸν ἐκεῖ στήσαντες νέφος, τὸ λογικὸν οὐκ ἀφιᾶσιν ἐκταθῆναί ποτε, ἐν πολλῇ σκοτομήνῃ κατέχοντες τὸν μεθύοντα. Πόσον οἴει λοιπὸν ἔνδον εἶναι τὸν χειμῶνα τοῦ ταῦτα παθόντος; πόσον τὸν θόρυβον; Καθάπερ γὰρ πλημμύρας γενομένης, καὶ τοῦ ὕδατος τῶν ἐργαστηρίων τὰ πρόθυρα ὑπερπηδήσαντος, τοὺς ἐνοικοῦντας ὁρῶμεν ἀεὶ θορυβουμένους, καὶ καδίσκους καὶ ἀμφορέας καὶ σπόγγους, καὶ ἕτερα πολλὰ ἐπινοοῦντας, ὥστε ἀπαντλῆσαι, ἵνα μὴ καὶ τοὺς θεμελίους διασήψῃ, καὶ τὰ σκεύη ἅπαντα ἄχρηστα ἐργάσηται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ, ὅταν ὑπέραν- E τλος γένηται τῇ πολλῇ τρυφῇ, θορυβοῦνται μὲν ἔνδον οἱ λογισμοὶ, τὸ δὲ ἤδη συναχθὲν οὐκέτι κενῶσαι * ἰσχύοντες, τῷ πάλιν ἕτερον ἐπεισελθεῖν πολὺς ὁ χειμὼν τίκτεται. Μὴ γάρ μοι τὸ πρόσωπον ἴδῃς φαιδρὸν καὶ σεσηρὸς, ἀλλὰ τὰ ἔνδον ἐξέτασον, καὶ πολλῆς ὄψει γέμοντα τῆς κατηφείας· καὶ εἴ γε ἐνῆν τὴν ψυχὴν [b] ἐκβαλόντα τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς ὑποβαλεῖν, εἶδες ἂν τὴν τοῦ σπαταλῶντος κατηφῆ, στυγνὴν, F ὀδυνηρὰν, κατισχνωμένην. Ὅσῳ γὰρ ἂν τὸ σῶμα λιπαίνηται καὶ παχύνηται, τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνη κατισχνοῦται καὶ ἀσθενεστέρα γίνεται· καὶ ὅσῳ ἂν ἐκεῖνο θάλπηται, τοσούτῳ μᾶλλον αὕτη θάπτεται. Καὶ καθάπερ ἐπὶ τῆς κόρης τῶν ὀφθαλμῶν ἂν μὲν τοὺς ἔξω- 622 A θεν ἐπικειμένους χιτωνίσκους ἔχῃ παχεῖς, οὐκ ἰσχύει τὸ διορατικὸν ἀφεῖναι καὶ ἀτενίσαι, τῆς ἀκτῖνος ἐκκρουομένης ὑπὸ τῆς παχύτητος, καὶ σκότος γίνεται πολλάκις· οὕτω καὶ τὸ σῶμα, ἐπειδὰν λιπαίνηται συνεχῶς, πολλὴν εἰκὸς τὴν παχύτητα περικεῖσθαι. Ἀλλ' οἱ τεθνεῶτες, φησὶ, σήπονται καὶ διαφθείρονται, καὶ πολὺς ἀπ' αὐτῶν ἰχὼρ διαῤῥεῖ. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς σπαταλώσης ἐστὶν ἰδεῖν, τὸ ῥεῦμα, τὸ φλέγμα, κόρυζα, λὺγξ, ἔμετοι, ἐρυγαί· τὰ γὰρ ἄλλα, ἃ καὶ αἰσχρὸν εἰπεῖν, παρίημι. Τοσαύτη γὰρ τῆς τρυφῆς ἡ τυραννὶς, ὅτι ἃ μηδὲ εἰπεῖν ἀνεχόμεθα, ταῦτα ποιεῖ αὐτὰς ὑπομένειν.

[a] [*Puto rectius* ἐπιλαβόντες. ἀπολαμβάνειν *est* intercludere, excludere, seducere. Dunæus. Nihil mutandum.]

* [Notandum anacoluthi genus (ἰσχύοντες pro ἰσχυόντων) rarum quidem in Chrysostomo, quamquam apud alios omnes frequentissimis exemplis constet.]

[b] [Fort. ἐκλαβόντα,.... ὑποβαλεῖν, *animam protractam oculis submittere.*]

Ἔτι οὖν ἐρωτᾷς, πῶς διαῤῥεῖ τὸ σῶμα πάντοθεν; B Ἀλλ' ἐσθίει καὶ πίνει; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ζωῆς ἀνθρωπίνης τεκμήριον, ἐπεὶ καὶ τὰ ἄλογα ἐσθίει καὶ πίνει. Νεκρᾶς τοίνυν τῆς ψυχῆς κειμένης, τί τὸ ὄφελος τῆς βρώσεως καὶ τῆς πόσεως; Ὥσπερ γὰρ τοῦ σώματος κειμένου νεκροῦ, εὐανθὲς ἱμάτιον περιβεβλημένον οὐδὲν ὀνίνησιν, οὕτω καὶ σῶμα περικείμενον εὐανθὲς νεκρᾷ ψυχῇ οὐδὲν ὠφελεῖ. Ὅταν γὰρ ἀεὶ περὶ μαγείρων, περὶ τραπεζοποιῶν, περὶ σιτοποιῶν ὁ λόγος αὐτῇ γίνηται, καὶ μηδὲν εὐσεβὲς φθέγγηται, C οὐχὶ τέθνηκε; Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ἴδωμεν. Οἱ ἔξωθέν φασι ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· ἡμεῖς δὲ μὴ ἀπ' ἐκείνων τὸν ὅρον θώμεθα, ἀλλὰ πόθεν; Ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς. Ποῦ τοίνυν ἡ Γραφὴ ὅρον ἐξέθετο ἀνθρώπου; Ἄκουε λεγούσης αὐτῆς· Ἦν ἄνθρωπος δίκαιος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. Τοῦτο ἄνθρωπος. Καὶ πάλιν ἕτερός φησι· Μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων. Τοὺς δὲ μὴ τοιούτους, κἂν νοῦ μετέχωσι, κἂν μυριάκις ἐπιστήμης D ὦσι δεκτικοὶ, οὐκ οἶδεν ἡ Γραφὴ λέγειν ἀνθρώπους, ἀλλὰ κύνας, καὶ ἵππους, καὶ ἔχεις, καὶ ὄφεις, καὶ ἀλώπεκας, καὶ λύκους, καὶ εἴ τι τούτων ἀτιμότερον τῶν θηρίων. Εἰ τοίνυν τοῦτο ἄνθρωπος, ὁ σπαταλῶν οὐκ ἄνθρωπος· πῶς γὰρ, ὁ μηδὲν τούτων φροντίζων; οὐ γὰρ ἔνι σπατάλην ὁμοῦ καὶ νῆψιν συνελθεῖν· ταῦτα ἀλλήλων ἐστὶν ἀναιρετικά. Τοῦτο καὶ οἱ ἔξωθέν φασιν, ὅτι

* παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Οἶδε καὶ ἀψύχους ἀνθρώπους ἡ Γραφὴ καλεῖν· Οὐ E μὴ μείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. Καίτοι γε καὶ ψυχὴν εἶχον, ἀλλὰ ἐπειδὴ νεκρὰν αὐτὴν περιέφερον, σάρκας αὐτοὺς εἶπεν. Ὥσπερ γὰρ περὶ τῶν ἐναρέτων, κἂν ἔχωσι σῶμα, ὅμως φαμὲν, ὅλος ψυχή ἐστιν, ὅλος πνεῦμά ἐστιν, οὕτω καὶ περὶ τῶν οὐ τοιούτων τὰ ἐναντία. Οὕτω καὶ Παῦλος ἔλεγεν· Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἐπειδὴ μὴ τὰ τῆς σαρκὸς ἐπετέλουν. Οὕτως οἱ σπαταλῶντες οὐκ εἰσὶν ἐν ψυχῇ, οὐδὲ ἐν πνεύματι. Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε, φησίν. Ἀκούσατε αἱ F πάντα τὸν χρόνον ἐν κώμοις διατρίβουσαι καὶ μέθαις, αἱ τοὺς μὲν πένητας περιορῶσαι ὑπὸ λιμοῦ τηκομένους καὶ ἀποθνήσκοντας, διηνεκῶς δὲ ὑμεῖς ὑπὸ τῆς τρυφῆς ἀποθνήσκουσαι. Δύο γὰρ θανάτους ἐργάζεσθε, τὸν τῶν θλιβομένων, καὶ τὸν ὑμῶν αὐτῶν, 623 A ἀμφοτέρους ἐξ ἀμετρίας. Εἰ δὲ ἐκεράσατε τὴν ὑμετέραν πλησμονὴν ἐκείνῃ τῇ ἐνδείᾳ, δύο ζωὰς [a] ἂν εἰργάζεσθε. Τί διασπᾷς τὴν γαστέρα τὴν σὴν τῇ πλησμονῇ; τί κατατήκεις τὴν τοῦ πένητος ἐν ἐνδείᾳ;

4. Etiamnum interrogas, quomodo corpus undique diffluat? Verum comedit et bibit? At non est hoc humanæ vitæ signum, siquidem bruta quoque id faciunt. Cum ergo anima mortua jaceat, quænam cibi et potus utilitas? Ut enim corpore jacente, nihil juvat florida vestis qua amicitur: sic nec corpore florido amicta anima mortua juvatur. Cum enim semper de coquis, de mensariis, de pistoribus verba faciat, ac nihil pium loquatur, annon mortua est? Quid sit homo videamus. Externi dicunt esse animal rationale, mortale, rationis ac scientiæ capax: nos autem non ab illis definitionem mutuemur; sed unde? A divina Scriptura. Ubinam ergo Scriptura definitionem hominis posuit? Audi dicentem: *Erat homo justus, verax, pius, abstinens ab omni re mala.* (Job. 1. 1.) Hoc est homo. Alius iterum dicit: *Magnum quiddam homo, et pretiosus vir misericors.* (Prov. 20. 6. in Græco.) Eos vero qui tales non sunt, etsi mentis participes, quantumvis disciplinis instructos, non solet Scriptura homines appellare, sed canes, equos, viperas, serpentes, vulpes, lupos, et si quid in feris vilius sit. Si igitur hoc est homo, qui deliciis affluit homo non est: quomodo enim fuerit, qui nihil horum curat? non enim possunt simul deliciæ cum sobrietate concurrere: hæc enim se mutuo destruunt. Hoc etiam exteri dicunt: quod venter pinguis mentem subtilem non gignat. Solet etiam Scriptura homines inanimes dicere: *Non permanebit spiritus meus in his hominibus, eo quod carnes sint.* (Gen. 6. 3.) Atqui animam habebant; sed quia mortuam illam circumferebant, carnes ipsos vocabat. Ut enim de virtute præditis, licet corpus habeant, dicimus tamen, Totus ille anima est, totus spiritus est: sic contrarium proferimus de iis qui tales non sunt. Sic et Paulus dicebat: *Vos non estis in carne,* (Rom. 8. 9.) quia carnis opera non faciebant. Sic et deliciis incumbentes non sunt in anima, nec in spiritu. *Quæ autem in deliciis est, vivens mortua est,* inquit. Audite quæ tempus omne in comessationibus et ebrietatibus absumitis, quæ pauperes fame tabescentes et morientes despicitis, cum vos perpetuo in voluptate moriamini. Duas quippe mortes perpetratis, eorum qui affliguntur, et vestram quoque; utramque quia modum nullum servatis. Si autem redundantiam vestram illorum indigentiæ misceretis, vitas duas conservaretis. Cur ventrem tuum satietate distendis? cur ventrem pauperis attenuas indigentia? Hunc ultra

* [Senarius antiquus ab Apostolio quoque servatus, Proverb. cent. 5, 97.]

a [ἂν inseruimus ex Colb.]

modum impinguas; illum ultra mensuram extenuas. Cogita quid sint cibi, in quæ mutentur, quid efficiantur. Annon hæc vel audiens indignaris? cur ergo studes illa semper accumulare? Nihil aliud est illud deliciarum additamentum, quam stercorum incrementum. Habet enim natura mensuram, et quod superabundat jam alimentum non est, sed pernicies, et stercus abundantius. Nutri corpus, ne eneces. Ideo alimentum vocatur, non ut perdamus corpus, sed ut alamus : ideo etiam, ut puto, alimentum ad hoc secernitur, ut ne deliciarum simus amatores. Nisi illud ita se haberet, nec deliciæ inutiles essent, nec corpori nocerent, numquam cessaremus nos invicem devorare. Nam si quantum vellemus venter excipiens conficeret et corpori mitteret, innumera videres bella et pugnas. Si enim nunc, cum alia in stercus secernuntur, alia in sanguinem et phlegma inutile et adulterinum, deliciis tamen incumbimus, et sæpe opes integras in mensa una consumimus; nisi talis esset deliciarum finis, quid non faceremus? Majori nos fœtore replemus, cum magis deliciamur, corpore undique instar utri defluente. Eructat sic quispiam, ut etiam vicinorum cerebrum hinc lædatur : vapores undique torti ex corpore emittuntur, quasi ex fornace, ardore intus putrescente. Quod si ii qui foris sunt ita indignantur, quid putas pati cerebrum intus, dum frequenter his vaporibus quatitur? quid ferventis sanguinis rivos, qui intercluditur? quid vasa illa, jecur et lien? quid illi sulci stercoris? Et quod gravius est, illis stercoris sulcis prospicimus, ut ne obstruantur, et ne stercora sursum mittant; atque ad hoc nihil non agimus contis impellentes, ac ligonibus trahentes : latrinas autem ventris nostri non expurgamus, sed obstruimus et oppilamus; et stercore ad superna ascendente, ubi rex ipse sedet, cerebrum dico, nos nihil curamus. Ideo non quasi regem habeamus ornatum, ita omnia agimus, sed ac si canem immundum haberemus. Ideo Deus procul illa membra posuit, ut nihil ex ipsis perniciei accipiat. At nos non sinimus, sed omnia immoderato usu corrumpimus. Quid vero quis dixerit de aliis malis? Obstrue canales latrinarum, et pestem videbis protinus grassari. Quod si fœtor ille extrinsecus invadens, pestem parit : is qui intrinsecus est, et undique obstructus angustia corporis, nec habens unde erumpat, annon morbos pariet innumeros et corpori et animæ? Quodque

Ταύτην πλέον τοῦ μέτρου καταπιαίνεις, ἐκείνην ὑπὲρ τὸ μέτρον ξηραίνεις. Ἐννόησον τίνα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν σιτίων, ποῦ μεταβάλλεται, καὶ τί γίνεται. Ἆρα οὐ δυσχεραίνεις καὶ πρὸς τὴν ἀκοήν; τί τοίνυν, ὥστε B πλείονα ἐκεῖνα ἀποθέσθαι, σπουδάζεις; Οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ τὸ πλέον τῆς τρυφῆς, ἢ κόπρου πλεονασμός. Ἔχει γὰρ ἡ φύσις μέτρα, καὶ τὸ πλέον ἐκείνων οὐκέτι γίνεται τροφὴ, ἀλλὰ λύμη καὶ κόπρος πλείων. Θρέψον τὸ σῶμα, μὴ ἀποκτείνῃς. Διὰ τοῦτο τροφὴ κέκληται, οὐχ ἵνα ἀπολλύωμεν αὐτὸ, ἀλλ' ἵνα τρέφωμεν· διὰ τοῦτο οἶμαι καὶ τὴν τροφὴν εἰς τοῦτο ἐκκρίνεσθαι, ἵνα μὴ τῆς τρυφῆς ὦμεν ἐρασταί· ὡς εἰ μὴ τοῦτο ἦν, μηδὲ εἰς ἄχρηστον ἦγε, μηδὲ ἐλυμαίνετο τῷ σώματι, οὐκ ἂν ἐπαυσάμεθα ἀλλήλους C καταπίνοντες. Εἰ γὰρ ὅσον ἐβουλόμεθα δεχομένη ἡ γαστὴρ τὸ πᾶν [d]εἰργάζετο, καὶ τῷ σώματι παρέπεμπε, μυρίους ἂν εἶδες πολέμους καὶ μάχας. Εἰ γὰρ καὶ νῦν τῶν μὲν εἰς κόπρον ἐκκρινομένων, τῶν δὲ εἰς αἷμα καὶ φλέγμα ἄχρηστον καὶ νόθον, ὅμως ἐγκείμεθα τῇ τρυφῇ, καὶ πολλάκις οὐσίας ὁλοκλήρους ἐν τραπέζῃ μιᾷ καταναλίσκομεν· εἰ μὴ τοιοῦτον ἦν τὸ τέλος τῆς τρυφῆς, τί οὐκ ἂν ἐπράξαμεν; Πλείονος δυσωδίας πληροῦμεν ἑαυτοὺς, ὅταν μᾶλλον τρυφήσωμεν, καθάπερ ἀσκοῦ τινος, τοῦ σώματος πάντοθεν διαῤῥέοντος. Ἐρεύγεταί τις τοιοῦτον, ὡς καὶ τὸν D ἐγκέφαλον λυμήνασθαι τῶν ἔξωθεν· ἀτμοὶ πάντοθεν ἀπὸ τοῦ σώματος ζοφώδεις προΐενται, καθάπερ ἀπὸ καμίνου τῆς θερμότητος σαπείσης ἔνδον. Εἰ δὲ οἱ ἔξωθεν οὕτω δυσχεραίνουσι, τί οἴει παθεῖν τὸν ἐγκέφαλον ἔνδον, πληττόμενον συνεχῶς ὑπὸ τῶν ἀτμῶν; τί δὲ τοὺς ὀχετοὺς τοῦ αἵματος ζέοντος καὶ ἐμφραττομένου; τί δὲ τὰς δεξαμενὰς ἐκείνας, τὸ ἧπαρ, τὸν σπλῆνα; τί δὲ αὐτὰς τὰς ἀμάρας τῆς κόπρου; Καὶ τὸ χαλεπὸν, ὅτι ταύτας μὲν τὰς ἀμάρας τῆς κόπρου προνοούμεθα, ὅπως μὴ ἐμφραγῶσι, καὶ τὴν κόπρον E εἰς τὰ ἄνω πέμψωσι, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτων πράττομεν, κοντοῖς ὠθοῦντες, μακέλλαις σύροντες· τὰς δὲ ἀμάρας τῆς ἡμετέρας γαστρὸς οὐ διακαθαίρομεν, ἀλλ' ἐμφράττομεν καὶ πιλοῦμεν· καὶ τῆς κόπρου ἀνιούσης ἄνω, ἔνθα ὁ βασιλεὺς αὐτὸς κάθηται, τὸν ἐγκέφαλον λέγω, οὐδεμίαν ποιούμεθα πρόνοιαν. Διά τοι τοῦτο οὐχ ὡς βασιλέα ἔχοντες κόσμιον, οὕτω πάντα πράττομεν, ἀλλ' ὡς κύνα τινὰ ἀκάθαρτον. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς πόῤῥω ἀπῴκισεν ἐκεῖνα τὰ μέλη, ὥστε μηδεμίαν ἐξ αὐτῶν δέχεσθαι λύμην. Ἀλλ' οὐκ ἐῶμεν F ἡμεῖς, ἀλλὰ πάντα διαφθείρομεν τῇ ἀμετρίᾳ. Τί δ' ἄν τις εἴποι τὰ ἄλλα κακά; Ἀπόφραξον τοὺς ὀχετοὺς τῶν ἀμαρῶν, καὶ ὄψει λοιμὸν εὐθέως τικτόμενον. Εἶτα ἡ μὲν ἔξωθεν προσπεσοῦσα δυσωδία λοιμὸν τί-

[d] [*Censeo leg.* κατειργάζετο. Dunæus.]

κτει, ἡ δὲ ἔνδον οὖσα, καὶ πάντοθεν ἐμπεφραγμένη 624
τῷ στεγανῷ τοῦ σώματος, καὶ μὴ ἔχουσα πόθεν δια- A
φορηθῆ, μυρίας οὐκ ἐργάζεται νόσους καὶ τῷ σώματι
καὶ τῇ ψυχῇ; Καὶ τὸ δεινὸν, ὅτι πρὸς μὲν τὸν Θεὸν
πολλοὶ δυσχεραίνουσι, τί ποτε τοῦτό ἐστι; λέγοντες·
κόπρον βαστάζειν ἡμᾶς ἐνομοθέτησεν· αὐτοὶ δὲ τὴν
κόπρον αὔξουσι. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς ἐνομοθέτησεν, ἵνα
κἂν οὕτω τῆς τρυφῆς ἀπαλλάξῃ, ἵνα κἂν οὕτω πείσῃ
μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς. Σὺ δὲ οὐδὲ οὕτως
ἀνέχῃ παύσασθαι τῆς τρυφῆς, ἀλλὰ μέχρι τοῦ φά-
ρυγγος, μέχρι τοῦ καιροῦ τῆς τραπέζης, μᾶλλον δὲ B
οὐδὲ μέχρι τότε τῆς ἡδονῆς παραμενούσης, ἐπιμένεις
τῇ τρυφῇ. Ἡ οὐχ ἅμα μὲν παρέδραμε τὴν γλῶτταν
καὶ τὸν αὐχένα, καὶ ἔσβεσται τὰ τῆς ἡδονῆς; Ἡ γὰρ
αἴσθησις ἐν τῇ γεύσει, μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι, ἀλλὰ
πολλὴ ἡ ἀηδία, ἢ μὴ κατεργαζομένου τοῦ στομάχου,
ἢ μετὰ πολλῆς τῆς δυσκολίας τοῦτο ποιοῦντος. Εἰκό-
τως ἄρα ἔλεγεν, Ἡ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκεν. Οὐ-
δὲν γὰρ οὐκ ἔστιν οὔτε ἀκοῦσαι, οὔτε εἰπεῖν τὴν σπα-
ταλῶσαν ψυχήν· μαλακὴ γίνεται, ἀγεννὴς, ἄνανδρος,
ἀνελευθέρα, δειλὴ, θρασύτητος, κολακείας, ἀμαθίας
πλήρης, θυμοῦ, ἀκροχολίας, πάντων τῶν κακῶν C
μεστὴ, τῶν δὲ ἐναντίων ἀγαθῶν ἔρημος. Διὰ τοῦτό
φησι· Καὶ ταῦτα παράγγελλε, ἵνα ἀνεπίληπτοι ὦσιν.
Ὁρᾷς ὅτι νομοθεσίας τὸ πρᾶγμά ἐστιν; Οὐ τῇ
προαιρέσει ἐπιτρέπει αὐτό· παράγγελλε, φησὶ, μὴ
τρυφᾷν, ὡς ὡμολογημένου ὄντος κακοῦ, ὡς οὐκ ἐνὸν
οὐδὲ ἐγχωροῦν τὸν τρυφῶντα μυστηρίων μετέχειν.
Καὶ ταῦτα παράγγελλε, ἵνα ἀνεπίληπτοι ὦσι, φησίν.
Ὁρᾷς ὅτι ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι κεῖται τὸ πρᾶγμα; Τὸ
γὰρ ἐν τῇ προαιρέσει ὂν, κἂν μὴ πραχθῇ, οὐδὲν
κωλύει ἀνεπίληπτον εἶναι. Οὐκοῦν τῷ Παύλῳ πειθό- D
μενοι καὶ ἡμεῖς παραγγέλλωμεν τὰς σπαταλώσας τῶν
χηρῶν ἐκτὸς εἶναι τοῦ καταλόγου τῶν χηρῶν. Εἰ γὰρ
στρατιώτης λουτροῖς καὶ θεάτροις προσανέχων καὶ
πραγματείαις, καθάπερ τις λειποτάκτης κρίνεται,
πολλῷ μᾶλλον αἱ χῆραι. Μὴ ζητῶμεν ἐνταῦθα τὴν
ἄνεσιν, ἵνα ἐκεῖ αὐτὴν εὕρωμεν· μὴ σπαταλῶμεν ἐν-
ταῦθα, ἵνα ἐκεῖ σπαταλήσωμεν τὴν ὄντως σπατάλην,
τὴν ὄντως τρυφὴν, τὴν οὐδὲν τίκτουσαν κακὸν, τὴν
μυρία ἀγαθὰ ἔχουσαν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπι- E
τυχεῖν, ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα
τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ,
καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

gravius est, adversus Deum multi indignantur,
A Quid hoc est? dicentes, stercus gestare nobis le-
ge statuit: ipsi vero stercus augent. Propterea
Deus rem sic statuit, ut sic a deliciis arceret, ut
suaderet ne sæcularibus nimis hæreremus. Tu ve-
ro ne sic quidem vis a deliciis temperare, sed ad
fauces usque, et usque ad mensæ tempus, imo
ne tamdiu quidem manet voluptas, et deliciando
perseveras. Annon statim atque linguam et fauces
præteriit, voluptas omnis exstincta est? Sensus
B enim in gustu est, et postea nihil, sed multa mo-
lestia, aut stomacho non officio fungente, aut cum
multa difficultate id præstante. Jure ergo dixit,
Quæ in deliciis est, vivens mortua est. Nihil
enim vel audire vel loqui potest anima quæ in
deliciis est: mollis efficitur, ignava, imbecilla,
illiberalis, timida, ferocia, adulatione et igno-
rantia plena, indignatione, segnitie, malis omni-
bus referta, contra vero bonis omnibus destituta.
Ideo ait: 7. *Et hoc præcipe ut irreprehensibi-
les sint.* Viden' rem esse lege præceptam? Id non
C arbitrio relinquit: Præcipe, ait, ut non in deli-
ciis versentur, quasi hoc vitium esse in confesso
sit; ita ut non liceat in deliciis versanti mysteriis
participare. *Et hoc præcipe,* inquit, *ut irrepre-
hensibiles sint.* Viden' rem in peccatorum nu-
mero censeri? Nam quod arbitrio cujusque re-
linquitur, etiamsi non fiat, non impedit quomi-
nus quis irreprehensibilis sit. Itaque nos etiam
Paulo obtemperantes præcipiamus ut viduæ, quæ
deliciis student, ex viduarum catalogo deleantur.
D Nam si miles qui lavacris, theatris, ac negotiatio-
nibus dat operam, velut desertor militiæ damna-
tur: multo magis id de viduis statuatur. Ne ergo
hic requiem quæramus, ut illic eam inveniamus:
ne hic deliciis operam demus, ut illic veras et
germanas delicias assequamur, quæ nihil mali
pariant, et innumera bona afferant: quæ utinam
nos omnes assequamur in Christo Jesu, quicum
Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor,
E nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIV.

CAP. V. v. 8. *Si quis autem suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior.*

1. Multi putant virtutem suam ad salutem
sibi satis esse, et si vitam suam recte disponant,
nihil sibi ad salutem deesse. Ii vero falluntur. Et
hoc quidem ostendit ille qui talentum unum suffoderat : neque enim illud imminutum obtulit,
sed totum et quale depositum sibi fuerat. Id ostendit hic quoque beatus Paulus, ita dicens : *Si quis
autem suorum curam non habet.* Curam hic
omnimodam dicit secundum animam et secundum
corpus : nam etiam hæc cura et providentia est.
Si quis suorum, maximeque propriorum, id est,
genere ad se pertinentium, *curam non habet, est
infideli,* inquit, *deterior.* Quod etiam dicit Isaias
Isai. 58. 7. prophetarum coryphæus : *Domesticos seminis
tui non despicies.* Qui enim genere propinquos et
cognatione junctos despiciat, quomodo erit erga
alios benevolus ? nonne vanam gloriam id omnes
esse dicent, si alios bonis afficiens, suos despiciat
neque illis parcat ? quid porro, si alios instituens,
hos in errore versantes despiciat, licet facilius et
æquius possit his advigilare? Id plane constat :
nonne enim dicent, Num humani sunt Christiani,
qui suos despiciunt? *Et est,* inquit, *infideli deterior.* Quare? Quia infidelis, etiamsi alienos, suos
tamen non despicit. Hoc autem vult significare :
et divinam et naturalem legem violat qui suos negligit. Si autem qui domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior, qui domesticos etiam injuste lædit, quo loco ponetur ?
ubi constituetur ? Quomodo autem fidem negavit?
Tit. 1. 16. *Deum,* inquit, *se nosse confitentur, factis autem negant.* Quid vero præcepit Deus in quem
creditur ? Domesticos seminis non despicere.
Quomodo autem credat is qui Deum negat ? Id
cogitemus quotquot pecuniis parcentes, domesticos contemnimus : idcirco Deus cognationis vincula excogitavit, ut plurimas haberemus nobis

ΟΜΙΛΙΑ ιδʹ.

Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

F Πολλοὶ νομίζουσιν ἀρκεῖν ἑαυτοῖς πρὸς σωτηρίαν
τὴν οἰκείαν ἀρετήν· κἂν τὰ κατὰ τὸν ἑαυτῶν βίον
καλῶς διάθωνται, μηδὲν αὐτοῖς ἔτι λείπειν πρὸς σω-
625 τηρίαν ἡγοῦνται. Οὐ μὴν ὀρθῶς οἴονται. Καὶ τοῦτο
A δείκνυσι μὲν καὶ ὁ τὸ τάλαντον κατορύξας τὸ ἕν·
οὐ γὰρ δὴ μειώσας αὐτὸ προσήνεγκεν, ἀλλ' ὁλόκλη-
ρον, καὶ τοιοῦτον, οἷον ὁ παρακαταθέμενος ἔδωκεν.
Δείκνυσι δὲ καὶ ἐνταῦθα ὁ μακάριος Παῦλος οὕτω λέ-
γων· Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων οὐ προνοεῖ. [a]Πρόνοιαν πᾶ-
σαν λέγει, τὴν κατὰ ψυχὴν, τὴν κατὰ σῶμα, ἐπεὶ
καὶ αὕτη πρόνοιά ἐστιν. Ὁ δὲ τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα
τῶν οἰκείων, τουτέστι, τῶν πρὸς γένος διαφερόντων,
μὴ προνοῶν, ἀπίστου, φησὶν, ἐστὶ χείρων. Ὃ λέγει
καὶ Ἡσαΐας [b]ὁ τῶν προφητῶν κορυφαῖος· Τοὺς οἰ-
B κείους τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει. Εἰ γάρ τις
τοὺς γένει προσήκοντας καὶ ἡνωμένους ὑπὸ ἀγχι-
στείας περιίδοι, πῶς ἔσται περὶ τοὺς ἄλλους φιλό-
στοργος; οὐχὶ κενοδοξίαν τὸ πρᾶγμα πάντες ἐροῦσιν,
ὅταν τοὺς ἀλλοτρίους εὖ ποιῶν, τῶν αὐτοῦ καταφρονῇ
καὶ μὴ φείδηται; τί δὲ, ὅταν ἄλλους κατηχῶν, τού-
τους ἐν πλάνῃ [c]περιορᾷ, καίτοι πλείονα ἔχων εὐκο-
λίαν καὶ μεῖζον δικαίωμα ἐν τῷ [d]εὖ ποιεῖν; Σφόδρα
γε· οὐ γὰρ ἐροῦσι, φιλόστοργοι οἱ Χριστιανοὶ οἱ τοὺς
ἑαυτῶν περιορῶντες; Καὶ ἔστι, φησὶν, ἀπίστου χεί-
ρων. Διὰ τί; Ὅτι ἐκεῖνος, εἰ καὶ μὴ τοὺς ἀλλο-
C τρίους, τούς γοῦν ἐγγὺς οὐ περιορᾷ. Ὃ δὲ λέγει,
τοῦτό ἐστι· καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον, καὶ τὸν τῆς
φύσεως ἀδικεῖ ὁ τῶν ἰδίων καταμελῶν. Εἰ δὲ ὁ μὴ
προνοῶν τῶν οἰκείων τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἀπί-
στου χείρων ἐστὶν, ὁ καὶ ἀδικῶν τοὺς οἰκείους, ποῦ
τετάξεται; μετὰ τίνος στήσεται; [e]Πῶς δὲ τὴν πίστιν
ἤρνηται; Θεὸν, φησὶν, ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ
ἔργοις ἀρνοῦνται. Τί δὲ ἐπέταξεν ὁ πιστευθεὶς Θεός;
Τοὺς οἰκείους τοῦ σπέρματος μὴ ὑπερορᾷν. Πῶς δὲ
D πιστεύει ἀρνησίθεος ὁ τοιοῦτος γεγονώς; Ἐννοήσωμεν
ὅσοι χρημάτων φειδόμενοι τῶν οἰκείων καταφρονοῦ-
μεν· ὁ Θεὸς διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἀπὸ τῆς συγγενείας

[a] [Colb. πρόνοιαν ποίαν λ.; Et infra ὁ γὰρ τῶν ἰδίων.]
[b] [Idem om. hæc, ὁ τῶν πρ. κορυφαῖος.]
[c] [Idem ἀφίησι.]
[d] [Idem paulo melius εὖ ποιεῖν; εὐθὺς γὰρ ἐροῦσιν οἱ Ἕλληνες· καλά γε· σφόδρα φιλόστοργοι οἱ Χρ. τοὺς ἑαυτῶν ὑπερορῶντες. καὶ καλῶς εἶπεν, ὅτι ἔστιν ἀπ. χ. πῶς; ἐκεῖνος γὰρ εἰ καὶ μή.]
[e] [Idem εἶτα εἰπὼν, ὅτι τὴν πίστιν ἤρνηται, ἑρμηνεύει λοιπὸν πῶς τοῦτο γίνεται, καί φησι· Θε..]

ἐπενόησεν ἕνωσιν, ἵνα πολλὰς ἔχωμεν ὑποθέσεις τοῦ ἀλλήλους εὖ ποιεῖν. Ὅταν τοίνυν, ὅπερ ὁ ἄπιστος ποιεῖ, σὺ μὴ ποιῇς, οὐχὶ ἤρνησαι τὴν πίστιν; Ἆρα οὐ τοῦτο πίστεως, τὸ ὁμολογίᾳ μόνον πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔργα ἐπιδείκνυσθαι ἄξια. [f] Καὶ καθ' ἕκαστόν ἐστι πιστεύειν, καὶ μὴ πιστεύειν. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ τρυφῆς διελέχθη καὶ σπατάλης, οὐ κατὰ τοῦτο μόνον, φησὶν, ἀπόλωλε, καθὸ τρυφᾷ, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς οἰκείους ἀναγκάζεται περιορᾷν. Εἰκότως τοῦτό φησιν· ἡ γὰρ E τῇ γαστρὶ ζῶσα, καὶ κατὰ τοῦτο ἀπόλωλε, τὴν πίστιν ἀρνουμένη. Πῶς δέ ἐστιν ἀπίστου χείρων; Ὅτι οὐχ ἴσον τὸν οἰκεῖον περιορᾷν, καὶ τὸν πόῤῥω· πῶς γάρ; ἀλλὰ μεῖζον ἐνταῦθα τὸ ἔγκλημα, τὸν γνώριμον ἢ τὸν ἀγνῶτα, τὸν φίλον ἢ τὸν οὐ φίλον περιορᾷν. Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνὴ, ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη. Εἶπε, Μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· εἶπεν, Ἡ F σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκεν· εἶπεν ὅτι, Τῶν οἰκείων εἰ μὴ προνοεῖ, ἀπίστου χείρων ἐστίν· εἶπεν ἅπερ μὴ ἔχουσα ἀναξιός ἐστι τοῦ καταλόγου τῶν χηρῶν· λέγει ἐνταῦθα τί δεῖ ἔχειν λοιπόν. Τί οὖν; ἀπὸ τῶν χρόνων αὐτὴν ἐγκρινοῦμεν; καὶ ποῖον τοῦτο κατόρθωμα; οὐ γὰρ 626 A αὐτῆς ἐστι τὸ ἑξήκοντα γεγονέναι ἐτῶν. Οὐχ ἀπὸ τῆς ἡλικίας, φησὶ, μόνον, ὡς ἂν εἰ καὶ ἐκείνην παρέλθοι τὴν ἡλικίαν, φησὶ, μὴ ἔχουσα τὰ ἔργα, μηδὲ τότε καταλεγέσθω. Τί δήποτε δὲ ὑπὲρ τῆς ἡλικίας ἀκριβολογεῖται, τὴν αἰτίαν ὕστερον τίθησιν, οὐ παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν εἰσενηνεγμένην τῶν χηρῶν· τέως δὲ τῶν ἑξῆς ἀκούσωμεν· Ἐν ἔργοις, φησὶ, καλοῖς μαρτυρουμένη. Ποίοις ἔργοις; Εἰ ἐτεκνοτρόφησεν. Οὐ μικρὸν ὄντως τὸ ἔργον τοῦτο, τὸ παιδοτροφεῖν. Τὸ παιδοτροφεῖν δὲ οὐ τοῦτό ἐστιν ἁπλῶς τὸ τρέφειν μόνον τοὺς παῖδας, ἀλλὰ καὶ τὸ τρέφειν ὡς δεῖ, καθά- B περ ἄνω φησίν· Ἐὰν ἐπιμείνωσι τῇ πίστει καὶ τῇ ἀγάπῃ καὶ τῷ ἁγιασμῷ. Ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ τῶν οἰκείων τὰς εὐεργεσίας τῶν ἀλλοτρίων προτίθησι; Πρῶτον γάρ φησιν, Εἰ ἐτεκνοτρόφησε, καὶ τότε, Εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε. Τί οὖν, ἂν πένης ᾖ; Οὐδὲ οὕτω τοῦ παιδοτροφεῖν, οὐδὲ τοῦ ξενοδοχεῖν, οὐδὲ τοῖς θλιβομένοις ἐπαρκεῖν ἀπεστέρηται. Οὐκ ἔστι τῆς τοὺς δύο ὀβολοὺς καταβαλούσης ἀπορωτέρα· κἂν πένης ᾖ, οἰκίαν ἔχει· οὐ γὰρ δὴ αἴ- C θριος μένει. Εἰ ἁγίων πόδας, φησὶν, ἔνιψεν. Οὐκ ἔστι τοῦτο δαπάνης. Εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησεν. [d] Οἷον ἐπίταγμα λέγει ἐνταῦθα; Τὴν σωματικὴν ὑπηρεσίαν εἰσφέρειν προτρέπεται· πρὸς γὰρ θεραπείαν

mutuo bene faciendi occasiones. Quando igitur tu neque id facis quod infidelis facit, nonne fidem negasti? Ergo non sola fidei confessione fides exhibetur, nisi digna opera compareant. Et in omni re credere licet et non credere. Postquam enim de deliciis verba fecit, non solum ideo periit, inquit, quod in deliciis versetur, sed etiam quod domesticos despicere cogatur. Jure ita loquitur : nam quæ ventri vivit, per hoc periit, et fidem negavit. Quomodo autem est infideli deterior? Quia non par res est domesticum et alienum aspernari : quomodo enim? sed major est culpa, notum quam ignotum, amicum quam non amicum, aspernari. 9. *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor,* 10. *in operibus bonis testimonium habens.* Dixerat, *Discant primum domum suam bene regere, et vices parentibus reddere;* dixerat, *Quæ in deliciis est, vivens mortua est;* dixerat, *Si domesticorum curam non habeat, sit infideli deterior;* dixerat quod si hæc non habeat, indigna sit catalogo viduarum : hic demum dicit, quid illam habere oporteat. Quid ergo? num ex annorum numero de illa judicabimus? et quænam hæc est virtus? neque enim illa effecit quod sit sexaginta annorum. Non ab ætate tantum, inquit; ita ut, si etiam illam ætatem supergrediatur, neque opera habeat, ne eligatur. Cur autem ætatem accurate designet, causam ille postea affert, non a seipso, sed ab ipsis viduis inductam. Interim vero sequentia audiamus : *In operibus bonis,* inquit, *testimonium habens.* Qualibus operibus? *Si filios educavit.* Non parvum id opus est filios educare. Filios autem educare, non est solum nutrire, sed ut par est id facere : sicut superius dixit : *Si permanserint in fide, in dilectione, in sanctificatione.* Viden' 1. Tim. 2. 15. quomodo ubique beneficia domesticis collata alienis præponat? Primo namque dixit, *Si filios educavit;* deinde, *Si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsequuta est.* Quid vero, si pauper illa sit? Ne sic quidem arcetur a filiis educandis, ab hospitibus suscipiendis, a tribulationem patientibus fovendis. Neque est illa pauperior ea quæ [illegible] officia. duos obolos injecit : etiamsi pauper sit, domum habet; non enim sub dio manet. *Si sanctorum pedes lavit,* inquit. Nihil hic impensæ est. *Si*

[f] [Hanc sententiam om. Colb.]

[d] [Leg. ποῖον.]

omne opus bonum subsequuta est. De quo præcepto hic agit? Corporale ministerium præcipit: nam ad ministerium maxime idoneæ sunt mulieres, ad lectum sternendum, quietem curandam.

2. Papæ! quantam accurationem a vidua postulat! tantam fere, quantam in episcopo desiderat. Illud enim, *Si omne opus bonum subsequuta est,* hoc indicat: quod etiamsi ipsa hoc exsequi non potuit, particeps tamen fuit, ministravit. Deliciis abscissis, providam eam esse vult, domesticam, et orationibus semper incumbere. Talis erat Anna. Vide quantam diligentiam postulet a vidua, majorem quam a virginibus ipsis: quamquam ab illis quoque magnam expetat accurationem, et summam virtu-
1. Cor. 7. 35. tem. Cum enim dicit, *Quod honestum est et quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi*, in summa virtutem omnem fere complectitur. Viden' non satis esse si vidua secundas non contrahat nuptias, sed multis aliis opus esse? Cur enim, quæso, hortatur ut secundas non contrahat nuptias? an quod rem improbaret? Nequaquam; hoc hæreticorum est; sed quod vellet eam postea spiritualibus incumbere, et ad virtutem se conferre: neque enim immundum est connubium, sed occupa-
1. Cor. 7. 5. tionibus plenum: nam cum dicit, *Ut vacent,* non ait, Ut purgentur. Multas enim revera occupationes connubium affert. Si ergo ideo non nuptias contrahis, ut timori Dei incumbas, neque tamen incumbis, nihil tibi hinc utilitatis, quod obsequium præstes hospitibus et sanctis. Si igitur hæc non feceris, a matrimonio quasi illud damnans abstinuisti. Sic etiam virgo, quæ non vere crucifixa est, nuptias repudiasse videbitur, quasi exsecrandas et impuras. Viden' quod hospitalitatem dicat, non bonum affectum simpliciter, sed diligentem, et cum hilaritate et alacritate conjunctum, qui ita rem suscipiat ac si ipsum Christum exciperet? Non enim vult hoc ministerium ancillis committi, sed ipsas illud præ-
Joan. 13. 14. stare: nam *Si ego*, inquit, *Magister lavi pedes vestros, multo magis vos debetis alter alterius pedes lavare.* Quantumvis enim sis opulenta, in quantavis dignitate et in generis nobilitate altum sapias, non tantum est intervallum, quantum inter Deum et discipulos. Si tamquam Christum excipis, nihil erubescas, imo potius de re illa gloriare: si vero non tamquam Christum

μάλιστα ἐπιτηδείως ἔχουσιν αἱ γυναῖκες, κλίνην στρῶσαι, ἀναπαῦσαι.

Βαβαὶ, πόσην ἀκρίβειαν ἀπαιτεῖ παρὰ τῆς χήρας, ὅσην σχεδὸν καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ τὴν ἐπισκοπὴν ἔχοντος. Τὸ γὰρ, Εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε,
D τοῦτο δηλοῦντός ἐστιν, ὅτι εἰ καὶ μὴ αὐτὴ αὐτὸ ἐργάσασθαι ἠδυνήθη, ἀλλ' ὅμως ἐκοινώνησεν, ὑπούργησε. Τὴν σπατάλην ἐκκόπτων, προνοητικὴν αὐτὴν εἶναι βούλεται, οἰκονομικὴν, εὐχαῖς διαπαντὸς προσκαρτερεῖν. Τοιαύτη ἦν ἡ Ἄννα. Ὅρα πόσην ἀπαιτεῖ τὴν ἀκρίβειαν παρὰ τῆς χήρας, ὅσην οὐδὲ παρὰ τῶν παρθένων· καὶ μὴν καὶ ἐκείνας πολλὴν ἀπήτησε τὴν ἀκρίβειαν, καὶ ἄκραν τὴν ἀρετήν. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, Εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως, ἐν κεφαλαίῳ πως περιλαμβάνει τὴν ἀρετὴν ἅπασαν.
E Ὁρᾷς ὅτι οὐ τὸ μὴ δευτέροις ὁμιλῆσαι γάμοις ἀρκεῖ δεῖξαι τὴν χήραν, ἀλλ' ἑτέρων δεῖ πολλῶν; Διὰ τί γὰρ, εἰπέ μοι, δευτέροις οὐχ ὁμιλῆσαι γάμοις προτρέπει; Ἆρα κατέγνω τοῦ πράγματος; Οὐδαμῶς· τοῦτο γὰρ αἱρετικῶν· ἀλλ' ἀπησχολῆσθαι βουλόμενος λοιπὸν αὐτὴν ἐν τοῖς πνευματικοῖς, καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν μετατάξασθαι· οὐ γὰρ ἀκαθαρσίας, ἀλλὰ ἀσχολίας ὁ γάμος· ἐπεὶ καὶ ὅταν λέγῃ, Ἵνα σχολάσωσιν, οὐ λέγει, ἵνα καθαρθῶσι. Πολλῆς γὰρ ἀσχολίας
F ὄντως ὁ γάμος αἴτιος. Εἰ τοίνυν διὰ τοῦτο μὴ [b] γαμῇ, ἵνα σχολάζῃς τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, μὴ σχολάζεις δὲ, οὐδέν σοι τοῦ πράγματος ὄφελος, ἵνα τὴν θεραπείαν πᾶσαν περὶ ξένους, περὶ ἁγίους ἐπιδείκνυσαι. Ὅταν
627 οὖν ταῦτα μὴ ποιῇς, ὡς τοῦ πράγματος καταγνοῦσα
A μᾶλλον ἀπέσχου τοῦ γάμου. Οὕτω καὶ ἡ παρθένος ἡ μὴ μετὰ ἀκριβείας ἐσταυρωμένη, τῷ τοῦ γάμου κατεγνωκέναι ὡς μιαροῦ καὶ ἀκαθάρτου, τοῦτον παρῃτήσατο. Ὁρᾷς ὅτι ξενοδοχίαν λέγει, οὐ τὴν ἁπλῶς φιλοφροσύνην, ἀλλὰ τὴν μετὰ σπουδῆς, τὴν μετὰ προαιρέσεως ἱλαρᾶς, τὴν μετὰ προθυμίας, τὴν οὕτω τὸ πρᾶγμα μετιοῦσαν, ὡς αὐτὸν δεχομένην τὸν Χριστόν; Οὐ γὰρ δὴ ταῖς θεραπαινίσι βούλεται τὴν εἰς τούτους θεραπείαν ἐπιτάττεσθαι, ἀλλ' αὐτὰς δι' ἑαυτῶν ταῦτα ποιεῖν· Εἰ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ἔνιψα τοὺς πόδας ὑμῶν ὁ διδάσκαλος, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς ὀφεί-
B λετε τοῦτο ποιεῖν ἀλλήλοις. Κἂν γὰρ μυριάκις ᾖ τις πλουτοῦσα, κἂν ἐν περιφανείᾳ τινὶ μεγίστῃ τυγχάνῃ οὖσα, καὶ ἐπὶ εὐγενείᾳ προγόνων μέγα φρονῇ, οὐκ ἔστι τοσοῦτον τὸ μέσον, ὅσον τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν μαθητῶν. Εἰ ὡς τὸν Χριστὸν δέχῃ, μηδὲν ἐπαισχυνθῇς, μᾶλλον δὲ καὶ σεμνύνου ἐπὶ τῷ πράγματι· εἰ δὲ μὴ ὡς τὸν Χριστὸν δέχῃ, μηδὲ δέξῃ. Ὁ δεχόμενος, φησὶν,

[b] [γαμῇ ex Colb. dedimus. Editi γαμεῖς.]

ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται. Ἐὰν μὴ οὕτω δέχῃ, οὐδὲ μισθὸν ἔχεις. Ἀνθρώπους παριόντας ὁδίτας, ὡς ἐνόμιζεν, ὁ Ἀβραὰμ ἐδέχετο, καὶ οὐ πάντα τοῖς οἰκέταις ἐπέτρεπεν C ἐξευτρεπίζειν τὰ πρὸς ὑποδοχὴν, ἀλλὰ τὸ πλέον τῆς διακονίας καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἔπραττε, καὶ τῇ γυναικὶ τὰ ἄλευρα φυρᾷν ἐπέταττε, καίτοι τριακοσίους δεκαοκτὼ ἔχων οἰκογενεῖς, ὧν εἰκὸς καὶ θεραπαινίδας εἶναι [a]· ἀλλ' αὐτὸς ἐβούλετο τὸν μισθὸν ἔχειν μετὰ τῆς γαμετῆς, οὐ τῆς δαπάνης μόνης, ἀλλὰ καὶ τῆς διακονίας. Οὕτω δεῖ φιλοξενίαν ἐπιδείκνυσθαι, δι' ἑαυτῶν πάντα πράττοντας, ἵν' ἡμεῖς ἁγιαζώμεθα, ἵν' αἱ χεῖρες αἱ ἡμέτεραι εὐλογῶνται. Καὶ πένησι διδῷς, μὴ ἀπαξιώσῃς διὰ σεαυτοῦ δοῦναι· οὐ γὰρ τῷ πένητι δίδως, ἀλλὰ τῷ Χριστῷ. Τίς δὲ οὕτως ἄθλιος, ὡς D ἀπαξιοῦν αὐτὸν τὴν χεῖρα ὀρέγειν τῷ Χριστῷ; Τοῦτο φιλοξενία, τοῦτο ὄντως διὰ τὸν Θεόν ἐστι ποιῆσαι. Ἂν δὲ μετὰ τύφου ἐπιτάττῃς, κἂν τῶν πρωτείων κελεύῃς ἀπολαύειν, οὐκ ἔστι φιλοξενία τὸ τοιοῦτον, οὐδὲ διὰ τὸν Θεόν ἐστι. Πολλῆς ὁ ξένος δεῖται τῆς θεραπείας, πολλῆς τῆς παρακλήσεως· ἀγαπητὸν γὰρ καὶ μετὰ τοσαῦτα τὸ μὴ ἐρυθριᾷν. Ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα φύσιν ἔχει τοιαύτην, ὥστε τὸν εὖ παθόντα αἰσχύνεσθαι, τῇ ὑπερβολῇ τῆς θεραπείας τὰ τῆς αἰσχύνης χρὴ περιαιρεῖν, καὶ δεικνύναι καὶ ῥήμασι καὶ πράγμασιν, ὅτι οὐκ εὖ ποιεῖ ὁ εὖ ποιῶν, ἀλλ' εὖ πάσχει E αὐτὸς καὶ εὐεργετεῖται μᾶλλον ἢ εὐεργετεῖ. Οὕτω πλεονάζεται τὸ γινόμενον ἀπὸ τῆς προαιρέσεως. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἡγούμενος ζημιοῦσθαι, πάντα ἀπώλεσεν, καὶ ὁ ἡγούμενος εὖ ποιεῖν πάντα ἀπώλεσεν, οὕτως ὁ ἡγούμενος εὖ πάσχειν, πλέον ἔλαβεν· Ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός. Ὥστε χάριν ὀφείλεις μᾶλλον τῷ πένητι τοῦ λαβεῖν. Εἰ μὴ γὰρ πένητες ἦσαν, οὐκ ἂν τὸ πολὺ τῶν ἁμαρτημάτων ὑπετέμου· ἰατροὶ τῶν τραυμάτων εἰσὶ τῶν σῶν· φάρμακά σοι παρέχουσι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας. Οὐχ οὕτως ἰατρὸς χεῖρας ἐκτείνων, F καὶ φάρμακον ἐπιτιθεὶς τὴν ἰατρείαν παρέχει, ὡς πένης χεῖρα ἐκτείνων καὶ τὰ παρὰ σοῦ λαμβάνων, ἐκμαγεῖον τῶν σῶν ἐστι κακῶν. Ἔδωκας τὸ ἀργύριον, συνεξῆλθε καὶ τὰ ἁμαρτήματα. Τοιοῦτοι καὶ οἱ ἱερεῖς· Ἁμαρτίας, φησὶ, λαοῦ μου φάγονται. Ὥστε μείζονα 628 A λαμβάνεις, ἢ δίδως, εὐεργετῇ μᾶλλον, ἢ εὐεργετεῖς· Θεῷ δανείζεις, οὐκ ἀνθρώποις, αὔξεις τὸν πλοῦτον, οὐ μειοῖς· μειοῖς δὲ, ἐὰν μὴ ἐλαττώσῃς, ἐὰν μὴ δῷς. Εἰ ἐξενοδόχησε, φησὶν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψε. Ποίων δὴ τούτων; Τῶν θλιβομένων, οὐχ ἁπλῶς ἁγίων· ἔνεστι γὰρ ἁγίους εἶναι, καὶ πολλῆς ἀπολαύειν θεραπείας παρὰ πάντων. Μὴ τούτους δίωκε τοὺς ἐν ἀφθονίᾳ B ὄντας, ἀλλὰ τοὺς ἐν θλίψει, τοὺς ἀγνῶτας, τοὺς οὐ

excipis, ne excipias omnino : nam ait, *Qui vos suscipit, me suscipit.* Si non ita suscipias, mercedem non habebis. Abraham viatores homines, ut ipse putabat, prætereuntes suscepit, nec ad eorum curam domesticis omnia facienda commisit, sed majorem ministerii partem ipse suscepit, et uxori farinam miscere imperavit, etsi trecentos decem et octo vernaculos habebat, inter quos ancillas fuisse verisimile est; sed ipse mercedem cum uxore habere cupiebat, non solum expensæ, sed etiam ministerii. Ita oportet hospitalitatem exhibere, per se omnia faciendo, ut nos sanctificemur, ut manus nostræ benedicantur. Etiamsi pauperi dederis, ne dedigneris per te dare; non enim pauperi das, sed Christo. Quis autem ita miser est, ut non dignetur ipse manum porrigere Christo? Hæc est vere hospitalitas, hoc est propter Deum facere. Quod si cum fastu imperes, etiamsi primas hospiti concedas, non est hoc hospitalitas, neque propter Deum hæc fit. Multo hospes ministerio opus habet, multa adhortatione; vix etiam vel sic poterit non erubescere. Quoniam natura ita se habet hæc res, ut qui bene afficitur, pudore suffundatur; ministerii exsuperantia pudorem tollere oportet, ac verbis simulque re ipsa ostendere, ipsum qui dat beneficium potius accipere, quam dare. Ita res ex hilari voluntate longe gratior efficitur. Sicut enim qui se putat damno affici, totum perdit; et qui se putat beneficium tribuere, omnia perdit : sic qui sibi bene fieri existimat amplius recipit : *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Itaque 2. Cor 9. 7. gratiam potius debes pauperi quod accipiat. Nam si pauperes non essent, peccatorum sarcinam difficile poneres : sunt illi vulnerum tuorum medici : medicamenta tibi præbent suas manus. Non ita medicus manum porrigens et medicamenta ministrans medicinam exercet, ut pauper manum porrigens et a te accipiens, mala tua aufert. Dedisti argentum, egressa sunt cum illo peccata. Hujusmodi sunt et sacerdotes : *Peccata*, inquit, *populi mei comedunt.* Osee 4. 8. Itaque majora accipis, quam das; beneficium magis accipis, quam confers : Deo fœneraris, non hominibus; divitias auges, non minuis; minuis autem si non minores reddas, si non dederis. *Si hospitio suscepit*, inquit, *si sanctorum pedes lavit.* Quorumnam? Eorum qui in ærumnis versantur, non simpliciter sanctorum : potest enim fieri ut sancti multo ab omni-

Matth. 10. 40.

[a] [πολλὰς addendum esse censet Dunæus.]

bus obsequio foveantur. Ne hos prosequaris qui in copia rerum sunt, sed eos qui in ærumnis, qui ignoti sunt. *Qui fecerit*, inquit, *uni ex his minimis, mihi fecit.*

Matth. 25. 45.

3. Ne des præsulibus Ecclesiæ ut distribuant: tu ipsa distribue, ut non impensæ solum, sed etiam ministerii mercedem habeas: propriis manibus largire: tu sulcum sere. Non est hic aratro opus, neque boves ut jungantur, neque tempus exspectandum, neque terra sulcanda, neque cum frigore certandum: tota hujusmodi sollicitudine vacuum est hoc semen. In cælum namque semina jacis, ubi non frigus, non hiems, non aliud quidpiam hujusmodi est: in animas semina jacis, ubi nemo quod seritur aufert, sed firmissime retinetur, ac cum magna cura et diligentia. Tu semina. Cur teipsum mercede privas? Magna merces est posse etiam aliena dispensare: non dandi solum merces est, sed etiam quæ data sunt recte dispensandi. Cur tu mercedem non accipis? quod enim hujus etiam rei merces sit, audi: Constituerunt, inquit, apostoli Stephanum ad ministerium viduarum. Sis tu dispensator bonorum tuorum: ipsa te benignitas ordinat et Dei timor. Est hoc etiam vana gloria vacuum, animas recreat, manus sanctificat, inflatum animum dejicit, philosophiam docet, alacriorem facit, hoc tibi benedictiones conciliat: recedit caput tuum plenum benedictionibus viduarum. Studiosior esto in orationibus, sanctos viros inquire, qui vere sancti sunt, qui in solitudinibus sedent, qui mendicare non possunt, qui Deum semper meditantur: longum iter suscipe, per teipsum eroga: multum enim, si dederis, emolumenti consequeris. Vides tabernaculum et diversorium? vides desertum? vides solitudinem? Sæpe ad pecunias dandum profectus, dedisti animam totam, detentus fuisti, et cum alio captivus effectus es, ac mundo peregrinus evasisti. Magna res est pauperes videre. *Melius est*, inquit, *ingredi in domum luctus, quam in domum risus.* Hic enim animus intumescit. Nam si tu similiter deliciis te dedere possis, habes incitamentum; si non possis, mœrore afficeris. In domo autem luctus nihil hujusmodi; sed si absint deliciæ, non doles; si adsint, teipsum reprimis. Vere domus luctus sunt monasteria, ubi cilicium et cinis, ubi solitudo, ubi nullus risus, nec sæcularium rerum tumultus, ubi jejunium, ubi humi cubatio, ubi pura sunt

Act. 6. 5.

Eccle. 7. 3.

Monachorum vita mirabilis.

B παρὰ πολλῶν γνωριζομένους. Ὃς ἐποίησεν ἑνὶ, φησὶ, τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποίησε.

Μὴ δῷς τοῖς προεστῶσι τῆς Ἐκκλησίας διανεῖμαι· σὺ διακόνησον αὐτὴ, ἵνα μὴ τοῦ ἀναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὑπηρετῆσαι ἔχῃς τὸν μισθόν· οἰκείαις χερσὶ δός· σὺ σπεῖρον τὴν αὔλακα. Οὐκ ἔνι ἄροτρον ἐνταῦθα πήξασθαι, οὐδὲ βοῦν ζεῦξαι, οὐδὲ καιρὸν ἀναμεῖναι, οὐδὲ γῆν ἀνατεμεῖν, οὐδὲ κρυμῷ παλαῖσαι· πάσης ταύτης τῆς περιεργασίας ἀπήλλακται οὗτος ὁ σπόρος. Εἰς γὰρ τὸν οὐρανὸν σπείρεις, ἔνθα οὐ κρυμὸς, οὐδὲ
C χειμὼν, οὐκ ἄλλο οὐδέν· εἰς ψυχὰς σπείρεις, ἔνθα οὐδεὶς τὸ βαλλόμενον αἴρει, ἀλλὰ κατέχεται σφοδρῶς, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. Σὺ σπεῖρον. Διὰ τί σαυτὸν ἀποστερεῖς τοῦ μισθοῦ; Μέγας μισθὸς τὸ δύνασθαι καὶ τὰ τῶν ἄλλων οἰκονομεῖν. Οὐ τοῦ δοῦναι μόνον μισθός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ καλῶς οἰκονομῆσαι τὰ διδόμενα. Διὰ τί μὴ σὺ λαμβάνεις τὸν μισθόν; ὅτι γὰρ καὶ τούτου ἐστὶ μισθὸς, ἄκουσον· Κατέστησαν, φησὶν, οἱ ἀπόστολοι τοὺς περὶ Στέφανον εἰς τὴν τῶν χηρῶν
D διακονίαν. Γενοῦ σὺ οἰκονόμος τῶν σαυτοῦ· αὐτή σε χειροτονεῖ ἡ φιλανθρωπία, ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος. Τοῦτο καὶ κενοδοξίας ἀπήλλακται, τοῦτο καὶ ψυχὰς ἀναπαύει, τοῦτο καὶ χεῖρας ἁγιάζει, τοῦτο καὶ φρόνημα κατασπᾷ, τοῦτο καὶ φιλοσοφίαν διδάσκει, τοῦτο προθυμότερον ἐργάζεται, τοῦτό σε τὰς εὐλογίας ποιεῖ λαβεῖν· ἄπεισιν ἡ κεφαλή σου δεχομένη πάσας τὰς παρὰ τῶν χηρῶν εὐλογίας. Προθυμότερος γενοῦ ἐν ταῖς εὐχαῖς, περιεργάζου καὶ ἁγίους ἄνδρας, τοὺς
E ὄντως ἁγίους, τοὺς ἐν ταῖς ἐρημίαις καθημένους, τοὺς οὐ δυναμένους ἐπαιτεῖν, τοὺς προσανέχοντας τῷ Θεῷ· βάδιζε μακρὰν ὁδὸν, δίδου διὰ σαυτοῦ· πολλὰ γάρ ἐστι δι' ἑαυτοῦ ὠφελῆσαι, ἐὰν δῷς. Ὁρᾷς σκηνὴν καὶ καταγώγιον; ὁρᾷς ἐρημίαν; ὁρᾷς μόνωσιν; Πολλάκις ἀπελθὼν δοῦναι χρήματα, ἔδωκας τὴν ψυχὴν ὁλόκληρον, καὶ κατεσχέθης, καὶ γέγονας συναιχμάλωτος ἐκείνου, συνεξενίτευσας τῷ κόσμῳ. Μέγα πρᾶγμα καὶ πένητας ὁρᾷν. Ἀγαθὸν, φησὶν, εἰσελθεῖν εἰς οἰκίαν πένθους, ἢ εἰς οἰκίαν γέλωτος. Ἐντεῦθεν ἡ ψυχὴ
F φλεγμαίνει. Ἂν μὲν γὰρ ἔχῃς ὁμοίως τρυφᾷν, προτροπὴν ἔλαβες εἰς σπατάλην· ἂν δὲ μὴ ἔχῃς, λύπην ἐδέξω. Εἰς δὲ τὴν οἰκίαν [a] τοῦ πένθους οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ κἂν μὴ ἔχῃς τρυφᾷν, οὐκ ἤλγησας, κἂν ἔχῃς, καταστέλλῃ. Ὄντως οἰκία πένθους τὰ μοναστήρια, ἔνθα σάκκος καὶ σποδὸς, ἔνθα μόνωσις, ἔνθα γέλως
629 οὐδεὶς, οὐδὲ βιωτικῶν πραγμάτων ὄχλος, ἔνθα νη-
A στεία, ἔνθα χαμευνία, πάντα καθαρὰ κνίσσης αἱ-

[a] [Opinor legendum [illegible]]

μάτων, θορύβου, ταραχῆς, πολυοχλίας. Λιμήν ἐστιν εὔδιος· Ὥσπερ λαμπτῆρές εἰσιν ἀφ' ὑψηλοῦ τοῖς πόρρωθεν ἐπιβαίνουσι φαίνοντες, ἐπὶ λιμένος καθήμενοι, καὶ πρὸς γαλήνην τὴν αὐτῶν ἅπαντας ἕλκοντες, οὐκ ἐῶντες γενέσθαι ναυάγια τοῖς εἰς αὐτοὺς ὁρῶσιν, οὐκ ἐῶντες ἐν σκότῳ διάγειν τοὺς ἐκεῖ βλέποντας. Ἄπιθι πρὸς αὐτοὺς, φιλοφρόνησον, πρόσιθι, ἅψαι ποδῶν ἁγίων· πολλῷ γὰρ ἐντιμότερον τῶν ἐκείνων ἅπτεσθαι ποδῶν, B ἢ τῆς ἑτέρων κεφαλῆς. Εἰπὲ γάρ μοι, εἰ ἀνδριάντων πόδας κατέχουσί τινες, ἐπειδὴ ὅλως τύπον ἔχουσι βασιλικὸν, σὺ τὸν αὐτὸν ἔχοντα τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ, οὐ καθέξεις ἀπὸ τῶν ποδῶν, καὶ σωθήσῃ; Ἅγιοί εἰσιν οἱ πόδες, κἂν εὐτελεῖς ὦσι· τῶν δὲ βεβήλων οὐδὲ ἡ κεφαλὴ τιμία· πόδες γὰρ ἁγίων μεγάλα ἴσχυσαν. Διόπερ καὶ κολάζουσιν, ὅταν ἐξ ἑαυτῶν τὸν κονιορτὸν ἐκτινάξωσιν. Ὅταν ἅγιος ᾖ παρ' ἡμῖν, μηδὲν ἐπαισχυνώμεθα * τῶν αὐτῶν. C Ἅγιοι δέ εἰσι πάντες, ὅσοι πίστιν ὀρθὴν μετὰ βίου ἔχουσι· κἂν σημεῖα μὴ ἐργάζωνται, κἂν δαίμονας μὴ ἐκβάλλωσιν, ἅγιοί εἰσιν. Ἄπιθι πρὸς τὰς τῶν ἁγίων σκηνάς· ὥσπερ ἀπὸ γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἔστιν εἰς μοναστήριον ἀνδρὸς ἁγίου καταφυγεῖν. Οὐχ ὁρᾷς ἐκεῖ ταῦτα ἅπερ ἐν τῇ οἰκίᾳ· πάντων καθαρὸς ὁ χορὸς ἐκεῖνος· σιγὴ καὶ ἡσυχία πολλή· τὸ ἐμὸν οὐκ ἔνι καὶ τὸ σὸν ἐκεῖ. Ἂν δὲ καὶ ἡμέραν μίαν μείνῃς, ἢ καὶ δευτέραν, τότε πλέον αἰσθήσῃ τῆς ἡδονῆς. Ἡμέρα γίνεται, μᾶλλον δὲ πρὸ ἡμέρας ἀλεκτρυὼν ἐφώνησε· [a] καὶ οὐκ ἔστιν, D ὥσπερ ἐπὶ τῆς οἰκίας, ῥέγχουσιν οἱ οἰκέται, αἱ θύραι κεκλεισμέναι, πάντες νεκροῖς ἐοίκασι καθεύδοντες, ὁ ὀρεοκόμος τοὺς κώδωνας σείει. Οὐδὲν τοιοῦτον ἐκεῖ, ἀλλ' εὐθέως ἅπαντες μετὰ εὐλαβείας τὸν ὕπνον ἀποθέμενοι διανίστανται, τοῦ προεστῶτος αὐτοὺς διεγείροντος, καὶ ἑστήκασι τὸν ἅγιον στησάμενοι χορὸν, καὶ τὰς χεῖρας εὐθέως ἀνατείναντες, τοὺς ἱεροὺς ᾄδουσιν ὕμνους. Οὐ γὰρ δὴ, ὥσπερ ἡμεῖς, πολλῶν ὡρῶν δέονται πρὸς τὸ τὸν ὕπνον ἀποτινάξασθαι καὶ τὴν καρηβαρίαν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἅμα διαναστάντες, καθήμεθα E ἐπὶ πολὺ διατεινόμενοι, πρὸς χρείαν ἀπερχόμεθα, εἶτα νιπτόμεθα τὴν ὄψιν, τὰς χεῖρας· μετὰ τοῦτο ὑποδήματα καὶ ἐνδύματα λαμβάνομεν, καὶ πολὺς ἀναλίσκεται καιρός.

Ἐκεῖ δὲ τοιοῦτον οὐδέν· οὐδεὶς οἰκέτην καλεῖ· ἕκαστος γὰρ ἀρκεῖ ἑαυτῷ· οὐ δεῖται ἱματίων πολλῶν, οὐ δεῖται τοῦ τὸν ὕπνον ἀποτινάξασθαι, ἀλλ' ἅμα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνέῳξε, καὶ τῷ πολὺν ἐγρηγορότι χρόνον προσέοικε τῆς νήψεως ἕνεκεν. Ὅταν γὰρ ἡ καρδία μὴ βαρηθεῖσα τοῖς σιτίοις βαπτίζηται κάτω, οὐ δεῖ- F

* [Fort. τῶν τοιούτων, vel recipiendum de sententia Dunæi ex marg. Savil. αὐτοῦ. Sic Interpres.]

[a] [Colb. καὶ οὐχ ὁρᾷς, ὥσπερ ἐπὶ τῆς οἰκίας βλέπειν ἐστί. In recepta scriptura aliquid post οἰκίας excidisse videtur, fort. ὅπου.]

omnia a nidore, a sanguine, a turbis, a tumultu, a perturbationibus. Portus est tranquillus : ceu luminaria sunt, e sublimi procul adventantibus lucentia : in portu sedentes, ad tranquillitatem suam omnes attrahunt, nec sinunt eos qui se respiciunt naufragia pati, nec permittunt eos in tenebris degere. Illos adi, amice excipe, accede, sacros pedes tange : multo enim honorabilius est illorum tangere pedes, quam aliorum capita. Dic enim mihi : si statuarum pedes quidam tangunt, quia formam referunt regiam ; tu ejus, qui Christum in se habet, pedes non tanges, ut salvus fias ? Sancti sunt pedes illi, etiamsi viles : profanum autem ne caput quidem venerandum est. Pedes sanctorum magna præstare possunt. Quapropter puniunt etiam cum pulverem excutiunt. Cum apud nos sancti quidam sunt, ne vereamur hæc facere. Sancti vero sunt omnes qui fidem vitamque rectam servant : etiamsi signa non faciant, etiamsi dæmonas non pellant, sancti sunt. Perge ad sanctorum tabernacula : quasi a terra in cælum, ita licet ad monasterium sancti viri confugere. Non vides illic ea quæ domi : omnino purus est ille chorus : silentium ibi quiesque multa : illic nec meum nec tuum est. Si vero istic etiam uno die vel biduo manseris, tunc majorem senties voluptatem. Dies advenit, imo ante diem gallus cantavit : neque ibi ut domi res se habet, ubi domestici stertunt, januæ clausæ sunt, omnes mortuis similes dormiunt, mulio tintinnabula quatit. Nihil ibi simile ; sed simul omnes cum pietate somnum deponentes surgunt, præsule illos concitante, stantque sacrum constituentes chorum, manusque statim extendentes, sacros hymnos canunt. Neque enim perinde atque nos multis horis opus habent ad excutiendum somnum et soporem. Nos enim simul atque surreximus, sedemus expandentes membra, ad consuetum usum pergimus, hinc faciem et manus lavamus : postea calceos et vestimenta accipimus, multumque temporis insumitur.

4. Illic nihil simile : nemo famulum vocat, quisque sibi sufficit, non opus habet vestimentis multis, nec alio qui somnum excutiat ; sed statim atque oculos aperuerit, ob sobrietatem similis videtur ei qui multo tempore vigilavit. Quando enim cor non cibis aggravatum et depressum est, non

multo opus habet tempore ad expergiscendum, sed statim evigilat. Manus semper puræ sunt, quia somnus recte ordinatur. Nemo stertentes vel flantes illic audit, neque per somnum motitantem se quempiam videt, vel nudatum; sed illi decentius quam ii qui vigilant dormiunt. Hoc autem totum ex animi disciplina oritur. Vere sancti illi sunt et in hominibus angeli. Nec mireris hæc audiens: magnus enim Dei timor non sinit eos in profundum somnum incidere, sed quasi in superficie sedens recreat eos tantum. Cum porro talis sit somnus, talia esse somnia, tales phantasias necesse est, non autem portentosa. Verum, ut dixi, gallus cantavit, et statim veniens præsul et pede jacentem pulsans, omnes excitat: neque enim nudos istic dormire fas est. Dehinc, postquam surrexere, stant hymnos canentes propheticos, cum multo suavi concentu et melodia. Non cithara, non fistulæ, non instrumentum aliud musicum talem emittit sonum, qualem istic audire est in profunda quiete et in solitudine canentibus sanctis illis. Hæc porro cantica utilia sunt et opportuna,
Psal. 133. 3. atque amore Dei plena. *In noctibus*, inquit, *extollite manus vestras ad Deum*; et rursus,
Isai. 26. 9. *Ex nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus, quia lux præcepta tua sunt in terra.* Cantica quoque Davidica multos lacrymarum fontes mo-
Psal. 6. 7. ventia. Cum enim canit dicens: *Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis mei stratum meum rigabo*;
Ib. 101. 10. et rursum, *Quia cinerem tamquam panem*
Ib. 8. 5. et 143. 4. et 48. 17. *manducabam*; et rursus, *Quid est homo, quod memor es ejus? Homo vanitati similis factus est; et dies mei sicut umbra declinaverunt*; et, *Ne timueris cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus*
Ib. 67. 7. et 118. 164. *ejus*; et iterum, *Qui habitare facit unius moris in domo*; et, *Septies in die laudem dixi ti-*
Ib. v. 62. *bi super judicia justitiæ tuæ*; iterumque, *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super*
Ib. 48. 16. et 22. 4. *judicia justitiæ tuæ*; et, *Deus liberabit animam meam de manu inferi*; et, *Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala,*
Ib. 90. 5 6. *quoniam tu mecum es*; et rursus, *Non timebo a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incur-*
Ib. 43. 22. *su et dæmonio meridiano*; et rursus, *Æstimati sumus sicut oves occisionis*; ardentem suam

ται πολλοῦ τοῦ καιροῦ πρὸς τὸ ἀνενεγκεῖν, ἀλλ' εὐθέως ἐστὶν ἐν νήψει· χεῖρες ἀεὶ καθαραί· καὶ γὰρ ὁ ὕπνος εὔτακτος· οὐδεὶς ἀκούει ῥεγχόντων ἐκεῖ, οὐδεὶς ἀσθμαινόντων, οὐδὲ ῥιπταζόμενον ὁρᾷ κατὰ τὸν ὕπνον, οὐδὲ γυμνούμενον, ἀλλὰ καθεύδουσι τῶν ἐγρηγορότων εὐσχημονέστερον κείμενοι. Τοῦτο δὲ ὅλον ἀπὸ τῆς εὐταξίας γίνεται τῆς ἐν τῇ ψυχῇ. Ὄντως
630 ἅγιοι οὗτοι, καὶ ἐν ἀνθρώποις ἄγγελοι. Καὶ μὴ θαυ-
A μάσῃς ἀκούων ταῦτα· ὁ γὰρ πολὺς φόβος ὁ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀφίησι πρὸς τὰ βάθη τοῦ ὕπνου κατελθεῖν, καὶ βαπτίσαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν, ἀλλ' ἐξ ἐπιπολῆς ἐπίκειται διαναπαύων αὐτοὺς μόνον. Τοιούτου δὲ αὐτοῖς ὄντος τοῦ ὕπνου, τοιαῦτα εἶναι αὐτῶν ἀνάγκη καὶ τὰ ὀνείρατα, οὐ φαντασιώδη, οὐδὲ τερατώδη. Ἀλλ', ὅπερ ἔφην, ἀλεκτρυὼν ἐφώνησε, καὶ εὐθέως ἐλθὼν ὁ προεστὼς, καὶ τῷ ποδὶ [a] τὸν κείμενον ἁπλῶς ὑπονύξας, πάντας ἀνέστησεν· οὐδὲ γὰρ γυμνοὺς ἐκεῖ καθεύδειν θέμις. Εἶτα διαναστάντες, εὐθέως ἑστήκασιν, ὕμνους ᾄδοντες προφητικοὺς μετὰ πολλῆς τῆς συμφωνίας,
B μετ' εὐρύθμων μελῶν. [b] Οὔτε κιθάρα, οὔτε σύριγγες, οὔτε οὐδὲν ἄλλο ὄργανον μουσικὸν τοιαύτην ἀφίησι φωνὴν, οἵαν ἐστὶν ἀκοῦσαι ἐν ἡσυχίᾳ βαθείᾳ, καὶ ἐν ἐρημίᾳ τῶν ἁγίων ᾀδόντων ἐκείνων. Καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ᾄσματα πρόσφορα, καὶ φιλίας γέμοντα τῆς πρὸς τὸν Θεόν. Ἐν ταῖς νυξὶ, φησὶν, ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ πάλιν, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ Θεὸς, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ τὰ ᾄσματα τὰ Δαυιδικὰ πολλὰς πηγὰς κινοῦντα δακρύων. Ὅταν γὰρ ᾄδῃ λέ-
C γων· Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω· καὶ πάλιν, ὅτι Σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἔφαγον· καὶ πάλιν, Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; Ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη, καὶ αἱ ἡμέραι ἡμῶν ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι· καὶ, Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, καὶ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ· καὶ πάλιν, Ὁ κατοικίζων μονοτρόπους ἐν οἴκῳ· καὶ, Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· καὶ πάλιν, Μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ
D τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· καὶ, Ὁ Θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου ἐκ χειρὸς ᾅδου· καὶ, Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ· καὶ πάλιν, Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπτώματος, καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ· καὶ πάλιν, Ἐλογίσθημεν, ὡς πρόβατα σφαγῆς· [c] τὴν εἰς

[a] [Colb. et marg. Savil. *τῶν κειμένων ἕκαστον.*]

[b] [Colb. *οὔτε κιθάρας οὔτε σύριγγος, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς ὀργάνου τοιαύτην ἀφιέντος φωνὴν, οἵαν.*]

[c] [Legendum fort. *τὴν εἰς θεὸν αὐτοῦ... ἐνδείκνυται.* Fieri tamen potest, ut scriptor inchoatæ constructionis *ὅταν γὰρ ᾄδῃ λέγων* immemor, ita clauserit orationem, ut Isaiam simul cum Davide illis verbis respiceret.]

Θεὸν αὐτῶν διάπυρον ἀγάπην ἐνδείκνυται. Ὅταν δὲ πάλιν μετὰ τῶν ἀγγέλων ᾄδωσι (καὶ γὰρ καὶ ἄγγελοι τότε ᾄδουσιν), Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγοντες, ἡμῶν χασμωμένων, κνωμένων, ῥεγχόντων, E ἢ καὶ ὑπτίων ἁπλῶς κειμένων, καὶ μυρίας λογιζομένων ἀπάτας· οἷόν ἐστιν ἐκείνους ἐν τούτῳ τὸ πᾶν τῆς νυκτὸς ἀναλίσκειν; Ἐπειδὰν δὲ ἡμέρα μέλλῃ γίνεσθαι, διαναπαύονται λοιπόν· καὶ ὅταν ἡμεῖς ἀρξώμεθα τῶν ἔργων, ἐκεῖνοι καιρὸν ἔχουσι τῆς ἀναπαύσεως. Ἡμέρας δὲ γενομένης, ἡμῶν μὲν ἕκαστος καλεῖ τὸν ἕτερον, τὸν λόγον ποιεῖ τῶν ἐξοδιαζομένων [d] [εἰ], εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλει, ἄρχοντι παρίσταται, τρέμει, δέδοικε τὰς εὐθύνας· ἕτερος ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἄλλος πρὸς τὸ ἐπιτήδευμα τὸ ἑαυτοῦ. Ἐκεῖνοι δὲ πάλιν εὐχὰς F ἑωθινὰς ἐπιτελέσαντες καὶ ὕμνους, πρὸς τὴν τῶν Γραφῶν ἀνάγνωσιν τρέπονται· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ βιβλία γράφειν μεμαθηκότες. Ἕκαστος οἴκημα ἀποτεταγμένον ἓν λαβὼν, ἡσυχίαν διαπαντὸς ἀσκεῖ, οὐδενὸς φλυαροῦντος, οὐδενὸς οὐδὲν λέγοντος. 631 A Εἶτα τρίτην, ἕκτην, ἐννάτην, καὶ τὰς ἑσπερινὰς εὐχὰς ἐπιτελοῦσι, καὶ εἰς τέσσαρα μέρη τὴν ἡμέραν διανείμαντες, καθ' ἕκαστον μέρος πληρούμενον, ψαλμῳδίαις, ὕμνοις γεραίρουσι τὸν Θεόν. Πάντων δὲ ἀριστώντων τῶν ἄλλων, γελώντων, παιζόντων, διαῤῥηγνυμένων ὑπὸ τῆς γαστριμαργίας, οὗτοι τοῖς ὕμνοις προσανέχουσιν. Οὐδαμοῦ τραπέζης καιρὸς, οὐδὲ τῶν αἰσθητῶν τούτων. Πάλιν μετὰ τὸ ἄριστον τῶν αὐτῶν ἔχονται, ὕπνῳ πρότερον ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες. Οἱ μὲν οὖν κοσμικοὶ καὶ τὴν ἡμέραν καθεύδουσιν· ἐκεῖνοι δὲ καὶ τὴν νύκτα ἐγρηγόρασιν. Ὄντως υἱοὶ φωτός εἰσιν. B Εἶτα ἐκεῖνοι τὸ πλέον ἀναλώσαντες ἐν τῷ ὕπνῳ τῆς ἡμέρας προΐασι βεβαρημένοι· οὗτοι δὲ ἔτι νήφουσιν, ἄσιτοι μένοντες ἕως ὀψὲ, καὶ τοῖς ὕμνοις προσανέχοντες. Ἑσπέρας δὲ πάλιν καταλαβούσης, οἱ μὲν εἰς λουτρὰ καὶ ἀνέσεις σπεύδουσιν· ἐκεῖνοι δὲ τῶν πόνων ἀπολύσαντες ἑαυτοὺς, τότε τῇ τραπέζῃ προσανέχουσιν, οὐκ οἰκετῶν πλῆθος ἐγείροντες, οὐδὲ περιτρέχοντες τὴν οἰκίαν, οὐδὲ θορυβοῦντες, οὐδὲ ὄψα πολλὰ παρατιθέμενοι, οὐδὲ κνίσσης γέμοντα, C ἀλλ' οἱ μὲν ἄρτον μόνον καὶ ἅλας, οἱ δὲ ἔλαιον προστιθέντες, ἕτεροι δὲ, ὅσοι ἀσθενέστεροί εἰσι, καὶ λαχάνων ἔχονται καὶ ὀσπρίων. Εἶτα μικρὸν καθίσαντες, μᾶλλον δὲ ὕμνοις τὸ πᾶν κατακλείσαντες, διαναπαύονται ἐπὶ στιβάδος ἕκαστος πρὸς ἀνάπαυσιν μόνον πεποιημένης, οὐ τρυφήν. Οὐκ ἔστι φόβος ἀρχόντων ἐκεῖ, οὐκ ἔστι δεσποτῶν ἀπόνοια, οὐκ ἔστι δούλων φόβος, οὐκ ἔστι γυναικῶν θόρυβος, οὐκ ἔστι παίδων ταραχὴ, οὐκ ἔστι κιβωτίων πλῆθος, οὐδὲ ἱματίων ἀπόθεσις περιττὴ, οὐ χρυσίον, οὐκ ἀργύριον· D οὐκ εἰσὶν ἐκεῖ φυλακαὶ καὶ προφυλακαί· οὐκ ἔστι ταμεῖον, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον οὐ-

erga Deum caritatem ostendit. Quando item cum angelis canunt (nam et angeli tunc canunt), *Laudate Dominum de cælis,* dicentes; nobis oscitantibus, prurientibus, stertentibus, supinis jacentibus, et fraudes innumeras cogitantibus: quantum illud est, ipsos in his totam noctem consumere! Paulo ante lucem demum quiescunt; et cum nos opera aggredimur, illi quietis tempus habent. Ubi vero dies illuxit, singuli nostrum alter alterum vocat, de impensis colloquia miscet, in forum se confert, magistratum adit, tremit timetque ne pœnæ repetantur; alius in scenam se confert, alius ad negotium suum. Illi vero postquam preces matutinas et hymnos compleverunt, ad lectionem Scripturarum se conferunt: sunt etiam qui libros scribere didicerunt. Singuli constitutum domicilium habentes, quiete semper agunt, nemine nugas proferente, nemine loquente. Deinde Tertiam, Sextam, Nonam, et vespertinas orationes persolvunt; et in quatuor partes totam diem dividentes, singulis in partibus psalmodia et hymnis Deum honorant; aliisque omnibus prandentibus, ridentibus, ludentibus, ciboque nimio sese dirumpentibus, hi hymnis dant operam. Nullum fere mensæ et sensilibus rebus tempus deputatur. Rursus post prandium eadem exercitia resumunt, postquam paulum somno se dederunt. Ac sæculares interdiu etiam dormiunt; illi vero et noctu vigilant. Vere filii lucis sunt. Deinde illi postquam magnam diei partem dormientes insumsere, gravati prodeunt: hi autem adhuc jejuni sunt, sine cibo ad vesperam usque persistentes, et hymnis operam dantes. Adveniente rursus vespera, illi quidem ad lavacra et requiem properant; hi vero a laboribus quiescentes ad mensam accumbunt, non famulorum turbam concitantes, neque per domum discurrentes, neque tumultuantes, neque apponentes obsonia multa, odore fragrantia; sed alii panem solum cum sale, alii oleum apponunt; alii vero qui infirmiores sunt, herbas et legumina habent. Deinde postquam paululum sederunt, hymnisque totum concluserunt, singuli quiescunt in stratis, ad quietem, non ad delicias adornatis. Nullus istic principum timor habetur, nulla dominorum arrogantia, non servorum metus, non mulierum tumultus, non parvulorum turbæ, non arcularum multitudo, non vestium superfluarum depositio, non aurum, non argentum: non istic custodiæ et prævіæ aliæ custodiæ sunt, non penus,

Ibid. 148. 2.

d [Inclusimus εἰ quod abest in Colb. Ex eodem paulo ante μέν inseruimus.]

non aliquid simile; sed plena omnia orationibus sunt, hymnis, spirituali fragrantia : nihil illic carnale. Furum incursiones non timent; nihil enim habent quod periculum subeat : non sunt pecuniæ, sed corpus solum et anima : si hanc auferant, non damnum, sed lucrum intulerunt :
Philipp. 1. 21. *Mihi enim vivere Christus est*, inquit, *et mori lucrum*. Omnibus illi se vinculis solverunt. Vere
Psal. 117. 15. *Vox exsultationis in tabernaculis justorum.*

5. Non illic ululatus umquam auditur, non gemitus : his molestiis vacuum est tectum illud, talis clamoris expers. Moriuntur etiam in illis; neque enim corpore immortales sunt; sed mortem non pro morte habent. Eos qui decesserunt cum hymnis efferunt : id vero non elationem illi vocant, sed propompam. Si nuntiatum fuerit talem vel talem esse mortuum, magnum gaudium, magna voluptas adest; imo vero nemo dicere ausit, Ille est mortuus; sed, Ille est consummatus. Deinde gratiarum actiones, gloria multa, lætitia, precantibus singulis ut talem et ipsi habeant finem, et sic ex certamine exeant, ut finem laborum et agonum inveniant, Christumque videant. Si quis infirmetur, non hinc lacrymæ, non luctus, sed rursus preces emittuntur : non medicorum manus, sed fides sæpe infirmum sanat. Si vero aliquando medicis sit opus, magna hic ostenditur philosophia, multa patientia : non adest uxor solutis crinibus, neque filii qui orbitatem nondum experti lamententur; non servi rogantes exspirantem herum, sibi securitatem aliquam tribuat; sed his omnibus libera anima, unum respicit solum, ut in extremo halitu Deo amica discedat. Si morbus accidat, non ab ingluvie, vel vinolentia gignitur; sed et ipsæ morborum causæ laude plenæ sunt, non culpa, ut istæ. Nam vel ex vigiliis, vel ex jejuniorum frequentia pariuntur, vel quid simile morbos efficit; ideoque facile curantur : satis enim est ad ægritudines depellendas, si temperent a labore nimio.

6. Dic igitur mihi, inquies, si sanctorum pedes aliquis lavit in ecclesia, an possint hic quoque tales inveniri. Possunt certe, omnino possunt : tantum peto, ne, quia illorum, monachorum nempe, vitam recensuimus, eos, qui in ecclesiis sunt, despiciamus. Multi sæpe tales in mediis ecclesiis sunt, sed latent. Non enim quia domos circumeunt et in forum vadunt, nec quia præ-

δέν· ἀλλὰ πάντα εὐχῆς γέμει, πάντα ὕμνων, πάντα εὐωδίας πνευματικῆς, οὐδὲν ἐκεῖ σαρκικόν. Λῃστῶν ἐφόδους οὐ δεδοίκασιν· οὐ γὰρ ἔχουσιν ὅτου ζημιωθῶσι· χρήματα οὐκ ἔστι, σῶμά ἐστι καὶ ψυχή· ἂν ταύτην ἀφέλωνται, οὐκ ἐζημίωσαν, ἀλλ' ὤνησαν. Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, φησὶ, Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Ἀπέλυσαν τῶν δεσμῶν ἑαυτοὺς πάντων. Ὄντως Φωνὴ ἀγαλλιάσεως ἐν σκηναῖς δικαίων.

E Οὐκ ἔστιν ἐκεῖ ὀλολυγῆς ἀκοῦσαί ποτε οὐδὲ κωκυτοῦ· καθαρὸς τούτων τῶν ἀηδιῶν ὁ ὄροφος, καθαρὸς τῆς κραυγῆς ταύτης. Ἀποθνήσκουσι μὲν γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς· οὐ γάρ εἰσιν ἀθάνατοι τὸ σῶμα· ἀλλ' οὐκ ἴσασι θάνατον τὸν θάνατον. Μεθ' ὕμνων προπέμπουσι τοὺς ἀπελθόντας· [a]προπομπὴν τὸ τοιοῦτον καλοῦσιν, οὐκ ἐκφοράν. Κἂν ἀπαγγελθῇ, ὅτι ὁ δεῖνα τετελεύτηκε, πολλὴ ἡ εὐφροσύνη, πολλὴ ἡ ἡδονή· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τολμᾷ τις εἰπεῖν, ὅτι ὁ δεῖνα τετελεύτηκεν, ἀλλ' ὁ δεῖ-
F να τετελείωται. Εἶτα εὐχαριστία, δόξα πολλὴ, εὐφροσύνη, ἑκάστου εὐχομένου τέλος τοιοῦτον λαβεῖν, οὕτω
632 τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐξελθεῖν, ἀναπαύσασθαι τῶν πόνων
A καὶ τῶν ἀγώνων, ἰδεῖν τὸν Χριστόν. [b]Κἂν ἀῤῥωστήσῃ, οὐ δάκρυα, οὐ θρῆνος, ἀλλ' εὐχαὶ πάλιν· οὐκ ἰατρῶν χεῖρες, ἀλλὰ πίστις μόνη πολλάκις ἀπήλλαξε τὸν ἄῤῥωστον. Εἰ δὲ καὶ ἰατρῶν δεηθείη, πολλὴ καὶ ἐνταῦθα ἡ φιλοσοφία, πολλὴ ἡ καρτερία· οὐ παρέστηκε γυνὴ λύουσα τὰς τρίχας, οὐδὲ παιδία τὴν οὐδέπω γενομένην ὀρφανίαν ἀποδυρόμενα, οὐδὲ οἰκέται παρακαλοῦντες τὸν ἀποπνέοντα μετὰ ἀσφαλείας αὐτούς τινι παρακαταθέσθαι· ἀλλὰ πάντων τούτων ἀπηλλαγμένη ἡ ψυχὴ, ἓν σκοπεῖ μόνον εἰς τὴν ἐσχάτην
B ἀναπνοὴν, ὅπως ἀπέλθῃ τῷ Θεῷ φίλη. Κἂν γένηται δὲ νόσος, οὐ γίνεται ἀπὸ γαστριμαργίας, οὐδὲ ἀπὸ καρηβαρίας, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ αἱ τῶν νόσων ὑποθέσεις ἐγκωμίων γέμουσιν, οὐχὶ κατηγορίας, ὡς αὗται· ἢ γὰρ ἀγρυπνίας, ἢ νηστείας ἐπίτασις, ἤ τι τῶν τοιούτων τὰς νόσους ἐργάζεται· ὅθεν καὶ εὐαπάλλακτοι γίνονται· ἀρκεῖ γὰρ μηκέτι καμόντας ὁμοίως πάντων ἀπηλλάχθαι τῶν δεινῶν.

Εἰπὲ οὖν μοι, φησὶν, εἰ ἁγίων τις πόδας ἔνιψεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰ ἔνεστι καὶ ἐνταῦθα τοιούτους εὑ-
C ρεῖν. Ἔνεστι, καὶ πάνυ ἔνεστι· μόνον μὴ, ἐπειδὴ ἐκείνων τὸν βίον διηγησάμεθα, τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καταφρονῶμεν. Πολλοὶ πολλάκις τοιοῦτοι καὶ ἐν μέσαις ταῖς ἐκκλησίαις εἰσὶν, ἀλλ' ἐν τῷ λανθάνοντι. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ οἰκίας περινοστοῦσι, μηδὲ ἐπειδὴ εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλουσι, μηδὲ ἐπειδὴ προΐστανται, καταφρο-

[a] Propompam in celebritatibus vocabant cœtum illum, qui pompam sive *processionem* præcedebat.

[b] [*Fort.* κἂν ἀῤῥ. τις. Dunæus.]

νῶμεν αὐτῶν. Καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ἐπέταξε· Κρίνατε γὰρ, φησὶν, ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν. Πολλαὶ τῆς ἀρετῆς αἱ ὁδοὶ, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν μαργαριτῶν πολλὴ ἡ διαφορὰ, καίτοι πάντες μαργαρῖται λέγονται, ἀλλ' ὁ μέν ἐστι λαμπρὸς καὶ στρογγύλος D πάντοθεν, ἕτερος δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔχει τὸ κάλλος, ἕτερον δέ. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὥσπερ ἀπό τινος τέχνης τὸ κοράλλιον ἐπιμήκη ἔχει τὴν γραμμὴν, καὶ τὰς γωνίας ἐκτετορευμένας, καὶ τοῦ λευκοῦ χρώματος ἕτερον ἐπιτερπέστερον, τὸ δὲ πράσινον πολὺ πάσης χλωρότητος ἐπιτερπέστερον· ἄλλος τοῦ αἵματος τὸ ἀνθηρὸν παρέχεται τῷ εὐανθεῖ, ἄλλος τῆς θαλάττης ἐστὶ κυανώτερος, ἄλλος τῆς ἁλουργίδος στιλβότερος· καὶ ἄλλα δὲ μυρία ἄν τις εὕροι τοῖς ἄνθεσιν ἁμιλλώμενα κατὰ τὸ ποικίλον, ἢ τοῖς τοῦ ἡλίου χρώμασιν E ἐξισούμενα· τοιοῦτοι δὴ καὶ οἱ ἅγιοι· οἱ μὲν ἑαυτοὺς ἀσκοῦσιν, οἱ δὲ καὶ τὰς ἐκκλησίας. Καλῶς ἄρα ἔλεγεν, Εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν. Ὥστε γὰρ πάντας ἐπᾶραι πρὸς μίμησιν, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν. Οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς ἐπιδράμωμεν τῷ πράγματι, ἵνα ἔχωμεν καυχᾶσθαι ἐκεῖ, ὅτι ἐνίψαμεν πόδας ἁγίων. Εἰ δὲ πόδας αὐτῶν νίπτειν δεῖ, πολλῷ μᾶλλον καὶ ἐκ χειρὸς ἐπιδιδόναι αὐτοῖς τὰ χρήματα, καὶ σπουδάζειν λανθάνειν. Μὴ γνώτω, φησὶν, ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου. Τί μυρίους παραF λαμβάνεις μάρτυρας; μηδὲ οἰκέτης ἰδέτω, εἰ δυνατὸν, μηδὲ γυνή. Πολλὰ τὰ σκάνδαλα τοῦ δολίου· πολλάκις ἡ μηδέποτε ἐμποδίσασα, τότε ἐμποδίζει ἢ ὑπὸ κενοδοξίας, ἢ ὑπὸ ἑτέρου τινός. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀβραὰμ, καίτοι θαυμαστὴν ἔχων γυναῖκα, τὸν υἱὸν μέλλων 633 A ἀναφέρειν, ἔκρυπτε, καίτοι γε οὐκ εἰδὼς τὸ ἐκβησόμενον, ἀλλὰ πεπεισμένος, ὅτι πάντως ἀναιρήσει. Τί οὖν ἔμελλε λέγειν, εἴ τις ἦν ἄνθρωπος τῶν πολλῶν; οὐκ ἂν εἶπε, τίς ἐστιν οὗτος ὁ ταῦτα διαπραττόμενος; οὐκ ἂν ἐπὶ ἀπηνείᾳ αὐτὸν διέβαλε καὶ ἀγροικίᾳ; Οὐδὲ ἰδεῖν κατηξιώθη τὸ παιδίον τὸ ἑαυτῆς ἡ γυνὴ, οὐδὲ ὑστέρας ἀκοῦσαι φωνῆς, οὐδὲ σπαῖρον θεάσασθαι, ἀλλ' ὥσπερ αἰχμάλωτον λαβὼν, οὕτως ἀπήγαγεν. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐνενόησεν ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, μεθύων τῷ πόθῳ. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἑώρα, ἀλλὰ τὸ προστατB τόμενον ὅπως ἐργάσαιτο, οὐδὲ παῖς ἦν ἐκεῖ, οὐδὲ γυνή· μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτὸς ᾔδει τὸ ἐκβησόμενον· οὕτω πάντοθεν ἐσπούδαζε καθαρὸν τὸ ἱερεῖον ἀναγαγεῖν, μὴ δάκρυσιν αὐτὸ, μὴ ἀντιλογίᾳ μολῦναι. Ὅρα δὲ μεθ' ὅσης ἡμερότητος ὁ Ἰσαὰκ ἐρωτᾷ, καὶ τί φησι πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ τὰ ξύλα καὶ τὸ πῦρ, ποῦ τὸ πρόβατον; Τί οὖν ὁ πατήρ; Ὁ Θεὸς ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον εἰς ὁλοκάρπωσιν, τέκνον. Λέγεται δὲ τοῦτο καὶ ὡς προφητεία, ὅτι τὸν Υἱὸν ὄψεται ἑαυτῷ Θεὸς εἰς ὁλοκάρπωσιν· καὶ ἅμα καὶ τότε ἐκβέβηκε. Τί καὶ αὐτὸν κρύπτεις, εἰπὲ, τὸν σφαγιασθησόμενον; Ναὶ, C φησὶ, δέδοικα μὴ ναρκήσῃ, δέδοικα μὴ ἀνάξιος ὀφθῇ.

sunt, despiciendi sunt. Hoc etiam Deus præcepit: nam ait, *Judicate pupillo, et defendite viduam.* Isai. 1. 17. Multæ sunt virtutis viæ, sicut et margaritarum multa sunt discrimina, etsi omnes margaritæ vocantur; sed alia quidem est splendens et undique rotunda, alia non tantam habet pulchritudinem, sed aliam. Quam illam? Sicut arte quadam corallium longam habet lineam, angulosque tornatos, aliumque colorem alio jucundiorem, prasinum vero est omni virore jucundius; alius vero color sanguinis floridum colorem præ se fert; alius mare cæruleo colore superat, alius purpura est fulgidior; innumeraque alia inveniri possint, quæ varietate cum floribus concertant, vel quæ solis ipsius coloribus paria sint: tales quoque sunt sancti: alii quidem seipsos exercent, alii ipsas etiam Ecclesias. Recte ergo dixit, *Si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit.* Ut enim omnes ad imitationem concitaret, ita dixit. Et nos igitur ad eam rem accurramus, ut ibi gloriari possimus, quia sanctorum pedes lavimus. Si autem pedes eorum lavare oportet, multo magis illis manu pecunias erogare, et ut lateamus studere. *Nesciat*, inquit, *sinistra tua quid facit dextera tua.* Matth. 6. 3. Cur mille adhibes testes? neque servus videat, si fieri potest, neque uxor. Multa sunt dolosi offendicula: sæpe quæ numquam impedimento fuit, tunc obsistet, vel ex vana gloria, vel alia de causa. Nam et Abraham, etiamsi mirabilem haberet uxorem, cum filium oblaturus esset, id ipsi occultavit, etsi quid eventurum esset ignorabat, cum omnino putaret se illum esse mactaturum. Quid ergo dixisset ex vulgo quispiam? nonne dixisset, Quis est hic, qui talia patrat? nonne illum summæ crudelitatis et feritatis accusasset? Non permissa est uxor filium videre, nec postremam ejus audire vocem, nec palpitantem aspicere, sed quasi captivum abduxit illum. At nihil horum cogitavit justus ille, quasi amore ebrius. Nihil enim aliud respiciebat, quam ut jussum exsequeretur; neque servus illic erat, neque uxor; imo vero neque ipse sciebat quid eventurum esset: sic ille studebat victimam omni ex parte puram offerre, illamque nec lacrymis nec contradictione fœdare. Vide autem cum quanta mansuetudine Isaac interroget, et quid illi dicat: *Ecce ligna et ignis, ubi est ovis?* Gen. 22. 7. 8. Quid ergo Pater? *Deus providebit sibi ovem in holocaustum, fili.* Hoc porro dicitur quasi prophetia, quod Filium Deus sibi provisurus sit in holocaustum; atque ita tunc contigit. Cur id occultas, dic mihi, illi qui immo-

landus est? Sane, inquit, vereor ne deficiat, timeo ne indignus videatur. Viden' quomodo omnia cum magna accuratione fecerit? Ergo apposite dixit Scriptura, *Nesciat sinistra tua quæ facit dextera tua.* (Matth. 6. 3.) Id est, etiamsi quempiam quasi proprium membrum habeamus, ne illi facile declaremus, nisi necessitas fuerit. Multa enim hinc gravia gignuntur : in vanam gloriam quis extollitur, impedimentum sæpe advenit. Quocirca nos ipsos si fieri potest lateamus, ut promissa bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Εἶδες πῶς μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας ἅπαντα ἔπραττεν; Ἄρα καλῶς εἶπεν ἡ Γραφὴ, Μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου· τουτέστι, κἂν ὡς οἰκεῖον μέλος ἔχωμέν τινα, μὴ σπουδάζωμεν αὐτῷ δεικνύναι, πλὴν εἰ μὴ ἀνάγκη εἴη. Πολλὰ γὰρ ἀπὸ τούτου γίνεται τὰ δεινά. Εἰς κενοδοξίαν τις αἴρεται, κώλυμα γίνεται πολλάκις. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἑαυτοὺς λανθάνωμεν, εἰ δυνατὸν, ἵνα τύχωμεν τῶν ἐπηγγελ- D μένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

HOMILIA XV.

ΟΜΙΛΙΑ ιε'.

Cap. V. v. 11. *Adolescentiores autem viduas devita : cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt,* 12. *habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* 13. *Simul autem otiosæ discunt circuire domos : non solum otiosæ, sed et nugaces et curiosæ, loquentes quæ non oportet.* 14. *Volo ergo juniores viduas nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia.* 15. *Jam enim quædam conversæ sunt retro satanam.*

Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρί- E μα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. Βούλομαι οὖν νεωτέρας χήρας γαμεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν. Ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ σατανᾶ.

1. Postquam de viduis multa verba fecit Paulus, et tempus ipsis definivit, dicens, *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum*, (1. Tim. 5. 9. 10.) et qualem esse debeat docuit dicendo, *Si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit ;* rursus hic dicit, *Adolescentiores autem viduas devita.* (De feminis viduis junioribus.) De virginibus autem, etsi majoris negotii res sit, nihil tale subindicat : et jure quidem. Quare? Quia ad majora nomen dederunt, et a majori animo hæc conditio profecta est. Illud igitur, *Si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit*, et similia omnia, propter assiduitatem posuit, et quia dixerat, *Quæ autem innupta est, cogitat quæ Domini sunt.* (1. Cor. 7. 34.) Quod si de ætate nihil disputat, ne mireris; illud enim ex hoc maxime patet. Alioquin vero ut dixi, illæ, ex majori animo virginitatem elegerant. Ad hæc autem in illis jam aliquot lapsus contigerant, et ipsæ talis ferendæ

F Πολὺν ὑπὲρ τῶν χηρῶν ὁ Παῦλος ποιησάμενος λόγον, καὶ χρόνον αὐτῶν διορίσας τῷ λέγειν, Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, καὶ τὴν ποιότητα διδάξας τῆς χήρας τῷ εἰπεῖν, Εἰ ἐτε- 634 κνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψε, A πάλιν ἐνταῦθά φησι· Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. Περὶ δὲ τῶν παρθένων, καίτοι γε πολὺ φορτικωτέρου τοῦ πράγματος ὄντος, οὐδὲν τοιοῦτον αἰνίττεται· εἰκότως. Διὰ τί; Ὅτι ἐπὶ μείζοσιν ἀπεγράψαντο, καὶ ἀπὸ μείζονος τῆς διανοίας ἐκεῖ τὸ ἔργον προέβη τοῦτο. Τὸ μὲν οὖν, Εἰ ἐξενοδόχησεν, Εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψε, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, διὰ τοῦ εὐπροσέδρου παρέστησε, καὶ τοῦ λέγειν, Ἡ δὲ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου. Εἰ δὲ χρόνων ἕνεκεν οὐδὲν ἀκριβολογεῖται, μὴ θαυμάσῃς· μάλιστα μὲν γὰρ ἀπὸ τούτου κἀκεῖνο δῆλον. Ἄλλως δὲ εἶπον, ὅτι ἀπὸ μείζονος διανοίας B ἐκεῖναι τὴν παρθενίαν εἵλοντο. Πρὸς δὲ τούτοις, ἐνταῦθα ἤδη πτώματα γέγονε, * καὶ αὗται παρεῖχον

* [Fort. καὶ αὐταί. Ante ἐνταῦθα Colb. inserit καί.]

τὴν ἀφορμὴν τῆς τοιαύτης νομοθεσίας· ἐκεῖ δὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἦν. Ὅτι γὰρ ἐξέπεσόν τινες ἤδη, ἀπὸ τούτου δῆλον, ἀπὸ τοῦ λέγειν, Ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι· καὶ πάλιν, Ἤδη γὰρ ἐξετράπησάν τινες ὀπίσω τοῦ σατανᾶ. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. Διὰ τί; Ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι. Τί ἐστιν, Ὅταν καταστρηνιάσωσιν; Ὅταν ἀκκισθῶσιν, ὅταν θρύπτωνται· καθάπερ ὅταν ἐπὶ ἀνδρός τις ἐπιεικοῦς λέγῃ, ἄφες αὐτήν, ὅτι ἑτέρου γέγονε. Δείκνυσι τοίνυν ὅτι καὶ τὴν χηρείαν ἁπλῶς εἵλοντο, οὐ κρίνασαι. Ἄρα καὶ ἡ χήρα τῷ Χριστῷ ἁρμόζεται ἐν τῇ χηρείᾳ· ἐγὼ γάρ, φησὶ, προστάτης τῶν χηρῶν, καὶ πατὴρ τῶν ὀρφανῶν. Δείκνυσιν ὅτι οὐδὲ τὴν χηρείαν ὀρθῶς αἱροῦνται, ἀλλὰ καταστρηνιῶσιν· ἀλλ' ὅμως φέρει. Καὶ μὴν ἀλλαχοῦ φησιν· Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. Ὅταν ὀνομασθῶσιν αὐτῷ, φησὶ, γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. Πίστιν τὴν συνθήκην λέγει, τὴν ἀλήθειαν· ὡσεὶ ἔλεγεν, ἐψεύσαντο αὐτὸν, ἠθέτησαν, παρέβησαν τὰς συνθήκας. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσιν. Οὐκ ἄρα ἀνδράσι μόνον ἐπιτάττει τὸ ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ καὶ γυναιξί· πᾶσαν γὰρ τὴν κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία. Οὐ τούτῳ, φησὶ, τῷ κρίματι μόνον εἰσὶν ὑπεύθυνοι, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἁμαρτήμασιν. Εἰ ἄρα ἀνάρμοστον γυναικὶ τὸ περιιέναι τὰς οἰκίας, πολλῷ μᾶλλον παρθένῳ. Οὐ μόνον δὲ, φησὶν, ἀργαὶ μανθάνουσιν, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. Βούλομαι οὖν νεωτέρας χήρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν. Τί οὖν συμβαίνει ὅταν καὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς μέριμνα ἀποστῇ, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ μὴ κατέχῃ; Εἰκότως ἀργαὶ, λάλοι, περίεργοι γίνονται. Ὁ γὰρ τὰ ἑαυτοῦ μὴ μεριμνῶν, τὰ ἑτέρου μεριμνήσει πάντως· ὥσπερ ὁ τὰ ἑαυτοῦ φροντίζων, τῶν ἑτέρων οὐδένα ποιήσεται λόγον, οὐδεμίαν ἕξει φροντίδα. Λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. Οὐδὲν οὕτως ἀνάρμοστον γυναικὶ, ὡς τὸ τὰ ἑτέρων περιεργάζεσθαι μάλιστα, οὐ μόνον δὲ γυναικὶ, ἀλλὰ καὶ ἀνδρί· ἀναισχυντίας γὰρ καὶ ἰταμότητος τεκμήριον τοῦτο μέγιστον. Βούλομαι οὖν. Ἐπειδὴ αὗται βούλονται, βούλομαι κἀγὼ νεωτέρας χήρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, οἰκουρεῖν· πολλῷ γὰρ τοῦ ποιεῖν ἐκεῖνα τοῦτο βέλτιον. Ἔδει μὲν οὖν τὰ τοῦ Θεοῦ μεριμνᾶν, ἔδει τὴν πίστιν φυλάττειν· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνα οὐ γίνεται, βέλτιον ταῦτα γενέσθαι, ἢ ἐκεῖνα· οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς ἀθετεῖται, οὔτε αὗται ταῦτα μανθάνουσι. Ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς χηρείας ἐκείνης οὐδὲν χρηστὸν ἔσται· ἀπὸ δὲ τοῦ γάμου τούτου πολλὰ ἀγαθά· ἐντεῦθεν τὸ κεχηνὸς καὶ ῥᾴθυμον τῆς διανοίας αὐτῆς ἐπιστρέψαι δυνήσεται. Καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶν, οὐκ εἶπεν, ἐπειδὴ χῆραι ἐξέπεσον, πολλῆς αὐτὰς ἐπιμελείας δεῖ ἀπολαύειν, ὥστε μὴ παθεῖν ἅπερ εἶπον, ἀλλ' ἐπέταξε γάμον; Ὅτι οὐ κεκώλυται, ὅτι

legis occasionem dederant: hic vero nihil hujusmodi erat. Quod enim jam aliquæ lapsæ fuissent, ex his verbis palam est: *Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt;* et rursus, *Jam enim quædam conversæ sunt retro satanam. Adolescentulas autem viduas devita.* Quare? *Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt.* Quid est illud, *Cum luxuriatæ fuerint?* Cum in lasciviam et in delicias sint lapsæ:
C ac si viro quispiam æqui amanti diceret: Dimitte illam; alterius enim fuit. Ostendit igitur illas viduitatem temere elegisse, non judicio utentes. Ergo vidua quoque Christo desponsatur in viduitate: Ego enim, inquit, protector viduarum et pater orphanorum. Ostendit illas viduitatem non recte eligere, sed luxuriari, illud tamen tolerat: quamquam alibi ait: *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* 2. Cor. 11. 2. Cum enim illi se
D devoverint, inquit, *Nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Fidem pactum dicit, veritatem; ac si diceret, Mentitæ sunt ei, despexerunt illum, pactum violarunt. *Simul autem otiosæ discunt.* Non itaque viris tantum præcipit ut operentur, sed etiam mulieribus: omnem enim malitiam docuit otiositas. Otiositas omnem malitiam docuit. Non huic tantum damnationi, inquit, sunt obnoxiæ, sed et aliis peccatis. Si ergo circuire domos mulieri non convenit, multo minus virgini. *Non*
E *solum autem*, inquit, *otiosæ discunt, sed et nugaces et curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo igitur juniores viduas nubere, filios procreare, matresfamilias esse.* Quid ergo contingit, cum et viri cura abest, et Dei cura non continet? Illæ profecto otiosæ fiunt, loquaces, curiosæ. Qui enim sua non curat, res aliorum utique curabit; sicut is qui de suis sollicitus est, res aliorum non curabit, nec eorum sollicitus erit. *Loquentes quæ non oportet.* Nihil minus mulieri convenit, quam res aliorum curiose inquirere; nec
F solum mulieri, sed etiam viro: impudentiæ enim et petulantiæ hoc signum est maximum. *Volo igitur.* Quia ipsæ volunt, volo et ego juniores
635 A viduas nubere, filios procreare, matres familias esse, domi residere: longe enim melius est hæc quam illa facere. Oportebat sane quæ Dei sunt curare, oportebat fidem servare: quia vero hæc non fiunt, melius est illa fieri, quam ista: neque enim sic Deus contemnitur, neque illæ talia discunt. A viduitate enim illa nihil boni erit; ab his vero nuptiis multa bona sequentur: hinc ille supinus animus, illa negligentia illarum converti poterit. Et cur, inquies, non

dixit, Quia viduæ lapsæ sunt, multam illarum curam haberi oportet, ut non patiantur ea quæ dixi; sed nuptias præcepit? Quia nuptiæ non prohibentur, quia in tuto ponunt: quamobrem subjungit: *Nullam dare occasionem adversario maledicti gratia. Jam enim quædam conversæ sunt retro satanam.* Cohibet ergo tales viduas, non quod velit non esse viduas juniores, sed quod nolit illas fornicarias esse, quod nolit esse otiosas et curiosas, loquentes quæ non oportet, quod nolit hinc diabolum occasionem arripere: nec obstitisset, nisi quid tale fuisset. 16. *Si quis autem vir aut mulier fidelis habet viduas, subministret illis, ut non gravetur Ecclesia, ut iis quæ vere viduæ sunt subministret.* Viden' quomodo iterum illas vere viduas dicat, quæ desertæ sunt, nullaque ex parte solatium habent? Ita enim res melius habebat. Duo quippe hinc maxima bona oriebantur: illæ occasionem accipiebant bene faciendi, et hæ congruenter alebantur, atque Ecclesia non gravabatur. Recte addidit, *Si quis fidelis*: ab infidelibus enim non oportebat fideles viduas enutriri, ne viderentur illis indigere. Et vide quam consolandi rationem teneat. Non dixit, Magnifice subministret, sed, *Subministret illis. Ut Ecclesia,* inquit, *iis quæ vere viduæ sunt subministret.* Ergo hujus quoque auxilii præstiti mercedem habet: non enim Ecclesiam solum juvat, sed etiam viduas illas, dum id agit ut illæ largius nutriantur. *Volo juniores*, quid? in deliciis esse? in lascivia? nihil horum, sed, *Nubere, filios procreare, matresfamilias esse.* Ne enim putares illum ad delicias illas hortari, subjunxit, *Nullam occasionem dare adversario maledicti gratia.* Oportebat enim illas esse rebus sæcularibus superiores: quia vero inferiores factæ sunt, hic saltem gradum sistant. 17. *Qui digne præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et*
Deut. 25. 4. *doctrina.* 18. *Dicit enim Scriptura, Non alli-*
Luc. 10. 7. *gabis os bovi trituranti; et, Dignus est operarius mercede sua.*

B ἐν ἀσφαλείᾳ καθίστησι· διὸ καὶ ἐπάγει· Μηδεμίαν διδόναι ἀφορμὴν τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν, μηδὲ λαβήν τινα. Ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ σατανᾶ. Κωλύει τοίνυν τὰς χήρας τὰς τοιαύτας, οὐ βουλόμενος μὴ εἶναι χήρας νεωτέρας, ἀλλὰ μὴ βουλόμενος μοιχαλίδας εἶναι, μὴ βουλόμενος ἀργὰς εἶναι καὶ περιέργους, λαλούσας τὰ μὴ δέοντα, μὴ βουλόμενος τὸν διάβολον ἀφορμὴν λαμβάνειν· ὡς εἰ μὴ τοιοῦτον ἐγίνετο, οὐκ ἂν ἐκώλυσεν. Εἰ δέ τις πιστὸς ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ Ἐκκλησία,
C ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκῇ. Ὁρᾷς πῶς πάλιν ὄντως χήρας λέγει ἐκείνας τὰς μεμονωμένας, τὰς οὐδαμόθεν ἐχούσας παραμυθίαν; Οὕτω γὰρ βέλτιον ἦν. Δύο γὰρ ἐγίνετο τὰ μέγιστα, * καὶ ἐκεῖναι ἀφορμὴν ἐλάμβανον τοῦ εὖ ποιεῖν, καὶ αὗται διετρέφοντο καλῶς, καὶ ἡ Ἐκκλησία οὐκ ἐβαρεῖτο. Καλῶς προσέθηκεν, Εἴ τις πιστός· παρὰ γὰρ τῶν ἀπίστων οὐκ ἔδει τὰς πιστὰς τρέφεσθαι, ἵνα μὴ δόξωσι δεῖσθαι αὐτῶν. Καὶ ὅρα πῶς παραμυθητικῶς. Οὐκ εἶπε, πολυτέ-
D λειάν τινα χορηγείτω, ἀλλ', Ἐπαρκείτω αὐταῖς.[a] Ἵνα ἡ Ἐκκλησία, φησὶ, ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκῇ. Ἄρα καὶ ταύτης τὸν μισθὸν αὕτη ἔχει τῆς βοηθείας· ἡ γὰρ βοηθοῦσα ταύτῃ, οὐ ταύτῃ βοηθεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκείναις, μετ' εὐρυχωρίας ἀφεῖσα αὐτὰς τρέφεσθαι. Βούλομαι νεωτέρας, τί; τρυφᾷν; ἀλλὰ σπαταλᾷν; οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ, Γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς αὐτὸν εἰς τρυφὴν αὐτὰς προτρέπειν, ἐπήγαγε· Μηδεμίαν διδόναι ἀφορμὴν τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν. Ἔδει μὲν γὰρ αὐτὰς εἶναι ἀνω-
E τέρας τῶν βιωτικῶν· ἐπειδὴ δὲ κατώτεραι γεγόνασι, κἂν ἐν αὐτοῖς στηκέτωσαν. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. Λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ, Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις· καὶ, Ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ.

2. Honorem hic obsequium dicit, et necessariorum subministrationem. Cum enim subjungit, *Non alligabis os bovi trituranti; et, Dignus est operarius mercede sua,* hoc significat. Ergo etiam cum dicit, *Viduas honora*, de necessario cibo loquitur, *Ut iis quæ vere viduæ sunt subministret,* inquit; et rursus, *Honora eas quæ*

Τιμὴν ἐνταῦθα τὴν θεραπείαν λέγει, τὴν τῶν ἀναγκαίων χορηγίαν. Τὸ γὰρ ἐπαγαγεῖν, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα, καὶ, Ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ
F αὐτοῦ, τοῦτο δηλοῖ. Ἄρα καὶ ὅταν λέγῃ, Χήρας τίμα, τοῦτο λέγει περὶ τῆς τῶν ἀναγκαίων τροφῆς, Ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ, φησί· καὶ πάλιν, Τίμα τὰς ὄντως χήρας· τουτέστι, τὰς ἐν πενίᾳ· ὅσῳ γὰρ

* [*Puto legendum* καὶ ἐκεῖναι. Dunæus.]

a [Inserit Colb. καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι. τίς οὖν αὕτη;]

ἂν τις ἐν πενίᾳ ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλόν ἐστι χήρα. Τίθησι τὸ τοῦ νόμου, τίθησι τὸ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφότερα συμφωνοῦντα. Ὁ μὲν γὰρ νόμος φησὶν, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Ὁρᾷς πῶς βούλεται κάμνειν τὸν διδάσκαλον; Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν, ἄλλος πόνος τοιοῦτος, ὡς ὁ ἐκείνου. Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν τοῦ νόμου· πῶς δὲ καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ τίθησιν; Ἄξιος γὰρ, φησὶν, ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. Μὴ τῷ μισθῷ τοίνυν προσέχωμεν μόνῳ, ἀλλὰ καὶ πῶς προσέταξε· φησὶ γὰρ, Ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν. Ὥστε εἴ τις τρυφᾷ καὶ ἀνίεται, οὐκ ἔστιν ἄξιος· εἰ μή τίς ἐστι βοῦς ἀλοῶν, καὶ πρὸς πνῖγος καὶ πρὸς ἀκάνθας τὸ ζυγὸς ἀνέχων ἕλκει, καὶ οὐ πρότερον ἀφίσταται, ἕως ταῖς ἀποθήκαις τοὺς καρποὺς εἰσκομίσει, οὐκ ἔστιν ἄξιος. Ἄρα δεῖ μετὰ ἀφθονίας ἐπιῤῥέειν τοῖς διδασκάλοις τὴν τῶν ἀναγκαίων χορηγίαν, ἵνα μὴ κάμνωσι μήτε ἐκλύωνται, μηδὲ περὶ τὰ μικρὰ σχολάζοντες τῶν μεγάλων ἀποστερῶσιν ἑαυτούς· ἵνα τὰ πνευματικὰ ἐργάζωνται, μηδένα τῶν βιωτικῶν ποιούμενοι λόγον. Τοιοῦτοι ἦσαν οἱ Λευῖται· οὐδὲν αὐτοῖς ἔμελε τῶν βιωτικῶν, ὅτι τοῖς λαϊκοῖς ἔμελε τῆς αὐτῶν προνοίας, καὶ νόμῳ ἐτέτακτο τὰ τῶν προσόδων, οἷον αἱ δεκάται, [a] τὰ ἀπὸ τῶν χρυσίων, αἱ ἀπαρχαὶ, αἱ εὐχαὶ, καὶ πολλὰ ἕτερα. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν εἰκότως ταῦτα ἐνομοθέτει, ἅτε τὰ παρόντα ζητοῦσιν· ἐγὼ δὲ πλέον οὐδὲν λέγω τοῦ δεῖν τοὺς προεστῶτας ἔχειν τροφὰς καὶ σκεπάσματα, ἵνα μὴ περιέλκωνται εἰς ταῦτα. Τί δέ ἐστι, Διπλῆς τιμῆς; Διπλῆς τῆς πρὸς τὰς χήρας, ἢ τῆς πρὸς τοὺς διακόνους, ἢ ἁπλῶς διπλῆς τιμῆς πολλῆς φησι. Μὴ τοῦτο τοίνυν μόνον σκοπῶμεν, ὅτι διπλῆς αὐτοὺς τιμῆς ἠξίωσεν, ἀλλ' ὅτι προσέθηκε, Τοὺς καλῶς προεστῶτας. Τί δέ ἐστι, Καλῶς προεστῶτας; Ἀκούσωμεν τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. Ἄρα τοῦτό ἐστι καλῶς προεστάναι, μηδενὸς φείδεσθαι τῆς ἐκείνων κηδεμονίας ἕνεκεν. Μάλιστα, φησὶν, οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ λέγοντες μὴ δεῖν λόγου, μηδὲ διδασκαλίας; ὅπου γε καὶ Τιμοθέῳ τοσαῦτα παραινεῖ λέγων, Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι· καὶ πάλιν, Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει· τοῦτο γὰρ ποιῶν καὶ σεαυτὸν σώσεις καὶ τοὺς ἀκούοντας. Καὶ τούτους μάλιστα πάντων τῶν ἄλλων τιμᾶσθαι βούλεται· καὶ τὴν αἰτίαν τίθησιν, ὅτι πολὺν πόνον ὑπομένουσι, φησίν. Εἰκότως. Ὅταν γὰρ ὁ μὲν ἕτερος μήτε ἀγρυπνῇ, μήτε φροντίζῃ, ἀλλὰ ἁπλῶς συνεδρεύῃ ἐν ἀδείᾳ καὶ ἀμεριμνίᾳ, ἐκεῖνος δὲ κόπτηται φροντίζων, μελετῶν, καὶ μάλιστα, ὅταν ἄπειρος ᾖ καὶ λόγων τῶν ἔξωθεν, πῶς οὐ δεῖ μάλιστα

636 A *vere viduæ sunt;* id est, quæ in paupertate: quanto magis enim in paupertate est, tanto magis est vidua. Ponit quæ legis sunt, ponit quæ Christi sunt; ambo consentiunt. Lex enim ait, *Non alligabis os bovi trituranti.* Viden' quomodo vult doctorem laborare? Non est enim, non est utique labor illi similis. Sed illud quidem legis est: quomodo autem Christi testimonium ponit? *Dignus est,* inquit, *operarius mercede sua.* Ne igitur mercedi tantum attendamus, sed etiam quomodo præceperit: ait enim, *Dignus est operarius cibo suo.* B Itaque si quis deliciis aut quieti se dederit, non est dignus: nisi quis sit bos triturans, et per æstum et spinas jugum sustinens traxerit, nec prius desierit quam fructus in horrea intulerit, non est dignus. Oportet ergo doctoribus necessaria abundanter ministrari, ut ne deficiant nec dissolvantur, nec parvis intenti, magnis seipsos privent: ut spiritualia operentur, et nullam sæcularium rerum curam habeant. C Tales erant Levitæ: nihil sæcularia curabant, quia laici ipsorum curam habebant, et lege ipsis reditus constituebantur, ut decimæ, tributa de auro primitiæ, preces, aliaque plurima. Sed illis quidem hæc merito lege statuebantur, utpote qui præsentia quærerent: ego autem dico præsules non plus habere oportere, quam victum et tegumenta, ut ne in hæc attrahantur. Quid est autem, *Duplici honore?* Duplici, vel ad viduas, vel ad diaconos; vel duplici honore, id est, multo. Ne hoc igitur solum attendamus quod illos duplici honore dignatus sit, sed quod addiderit, D *Qui bene præsunt.* Quid hoc sibi vult? Audiamus Christum dicentem: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus.* (Joan. 10. 11.) Hoc est ergo bene præesse, nulli rei parcere ad illorum curam gerendam. *Maxime,* inquit, *qui laborant in verbo et doctrina.* Ubi nunc sunt qui dicunt verbo et doctrina opus non esse? quandoquidem Timotheum de his admonet dicens, *Hæc meditare, in his esto;* (1. Tim. 4. 15. 16.) et rursus, *Attende lectioni, consolationi: hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos qui te audiunt.* E Et hos omnium maxime vult honorari; causamque apponit: Quia laborem multum, inquit, sustinent. Et jure quidem. Cum enim alius nec vigilet nec curet, sed locum teneat cum incuria et negligentia; ille vero sollicitus laboret meditans, curans, maxime si externorum sermonem ignoret: quo-

[a] [τὰ ἀπὸ τῶν χρυσίων inclusa apud Savil., absunt in Colb.]

modo non oporteat illum honore frui plus quam alios omnes, qui se tot laboribus dederit? Innumeris enim linguis expositus est: alius criminatur, alius laudat, alius dicteriis incessit, alius ejus memoriam et propositum lacerat; et magna fortitudine ad hæc ferenda opus habet. Magnum enim hoc est, magnum ad Ecclesiæ ædificationem, et multum confert si præsules doctrina polleant: si hoc non adsit, plurima in Ecclesiis pereunt. Ideo cum aliis, cum hospitalitate, cum mansuetudine, cum irreprehensibilitate hoc connumerat dicens, Doctorem. Etenim cur doctor vocatur? Etiam, inquies, ut vitæ exemplo philosophiam doceat. Itaque hæc superflua sunt, neque opus est verborum doctrina ad discipulorum profectum. Et cur Paulus dicit, *Maxime qui laborant in verbo et doctrina?* cum enim de dogmatibus disseritur, quam vim habet vitæ sanctitas? De quonam vero verbo loquitur? Non de tumido et fastu pleno, non de illo qui cum externa jactantia procedit, sed de verbo multam spiritus vim habente, prudentia et sensu pleno. Non ergo apparatu et eloquentia opus habet, sed sententiis; non docta compositione, sed mente. 19. *Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* An contra juniorem oportet sine testibus accusationem recipere? omnino contra quemcumque? annon oportet semper cum accuratione judicia fieri? Quid ergo sibi vult? Neque in aliis, inquit, sed maxime contra presbyterum. Presbyterum autem hic dicit, non dignitate, sed ætate, quia facilius peccant juniores, quam senes. Hinc autem palam res est, quia Timotheo Ecclesia concredita fuerat, imo tota fere gens Asiatica; ideoque de presbyteris cum illo loquitur. 20. *Peccantes coram omnibus argue, ut et cæteri timorem habeant.* Hoc est, non statim exscinde, sed cum multa accuratione omnia examina: quando autem aperte didiceris, vehementer invehe, ut alii resipiscant. Sicut enim temere damnare perniciosum est, sic manifesta peccata non punire, est viam parare aliis ut talia audeant. *Argue,* inquit, significans, non utcumque, sed acriter agendum esse: sic enim reliqui metum habebunt. Quomodo igitur ait Christus: *Vade, corripe illum inter te et ipsum solum,* si in te peccaverit? At illum quoque permittit in ecclesia redargui.

Matth. 18. 15

3. Quid ergo? annon majus scandalum est, si

ἐλευθέροις τὰ ἐναντία τούτων γίνεται· ἀλλήλους δάκνομεν, κατεσθίομεν, οὐ δεδοίκαμεν τὸν Δεσπότην, τὰ τῶν συνδούλων ἁρπάζομεν, κλέπτομεν, τύπτομεν, ὁρῶντος αὐτοῦ· τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ποιήσειεν οἰκέτης, B ἀλλὰ κἂν τύπτῃ, μὴ ὁρῶντος τοῦ δεσπότου, κἂν ὑβρίζῃ, μὴ ἀκούοντος· ἡμεῖς δὲ τοῦ Θεοῦ πάντα καὶ ὁρῶντος καὶ ἀκούοντος, τολμῶμεν. Φόβος ὁ τοῦ δεσπότου πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐκείνων διαπαντός· ἡμῶν δὲ οὗτος οὐδέποτε. Διὰ τοῦτο πάντα ἄνω καὶ κάτω γέγονε, πάντα συγκέχυται καὶ διέφθαρται· καὶ αὐτοὶ μὲν οὐδὲ εἰς νοῦν λαμβάνομεν τὰ ἡμαρτημένα ἡμῖν, τῶν δὲ οἰκετῶν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτανόντων μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα ἐξετάζομεν, καὶ τὰ μικρότατα. Ταῦτα λέγω, οὐχὶ τοὺς οἰκέτας ὑπτίους ποιῆσαι βουλόμενος, ἀλλὰ τὸ ἡμέτερον ὕπτιον ἐπιστρέψαι, τὸ C ῥάθυμον διεγεῖραι, ἵνα κἂν οὕτω δουλεύωμεν τῷ Θεῷ, ὡς ἡμῖν οἱ οἰκέται, οὕτω τῷ πεποιηκότι ἡμᾶς, ὡς ἡμῖν οἱ ὁμοούσιοι, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἔχοντες παρ' ἡμῶν. Ἐλεύθεροι τῇ φύσει καὶ οὗτοί εἰσιν· Ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων, καὶ τούτοις εἴρηται. Οὐκ ἔστιν αὕτη φύσεως ἡ δουλεία, ἀλλ' αἰτίας ἐστὶ καὶ περιστάσεως· ἀλλ' ὅμως πολλὴν ἡμῖν παρέχουσι τὴν τιμήν. Ἡμεῖς δὲ τούτοις μὲν μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐπιτιθέμεθα τῆς ἡμετέρας ἕνεκεν διακονίας· τῷ δὲ Θεῷ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν παρέχομεν μέρος, καὶ ταῦτα πάλιν εἰς ἡμᾶς στρεφομένης τῆς ὠφελείας. Ὅσῳ γὰρ D ἂν σπουδαιότερον δουλεύσωμεν τῷ Θεῷ, τοσούτῳ μᾶλλον ἑαυτοὺς ὀνήσομεν, καὶ αὐτοὶ μᾶλλον κερδανοῦμεν. Μὴ δὴ τοσαύτης ἀποστερήσωμεν ὠφελείας ἡμᾶς αὐτούς· ὁ μὲν γὰρ Θεὸς αὐτάρκης ἐστὶ καὶ ἀνενδεής, ἡ δὲ ἀμοιβὴ καὶ τὸ κέρδος πάλιν εἰς ἡμᾶς ἀνατρέχει. Ὡς οὖν οὐ τὸν Θεὸν θεραπεύοντες, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτούς, οὕτω διακείμεθα, παρακαλῶ, καὶ δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἵνα τύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς E τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

non audiente id facit : nos autem, Deo omnia et vidente et audiente, audemus. Heri metum semper illi ob oculos habent; nos Domini metum numquam. Ideo omnia sus deque vertuntur, omnia confunduntur et labefactantur : et nos de peccatis nostris ne cogitamus quidem; si servi vero nostri delinquant, accurate omnia vel minima examinamus. Hæc dico non ut domesticos supinos reddam, sed ut nostrum supinum animum convertam, ut negligentiam excitem; ut vel sic serviamus Domino, sicut famuli nobis serviunt; sic illi qui nos efformavit, ut nobis qui ejusdem sunt substantiæ, et cum nihil tale a nobis acceperint. Natura liberi ipsi quoque sunt : *Dominentur piscibus*, dictum est illis quoque. Non est hæc naturalis servitus, sed ex causa et occasione nata; tamenque magno nos honore prosequuntur. Nos autem his cum magna accuratione insistimus ministerii nostri gratia, Deo autem ne minimam quidem ministerii partem præbemus, cum tamen tota inde utilitas ad nos vertatur. Quanto enim studiosius Deo servierimus, tanto majora emolumenta referemus. Ne nos tanta utilitate privemus : Deus enim sibi sufficit, nulloque eget; merces autem et lucrum ad nos redit. Quasi ergo non Deo, sed nobis ipsis ministrantes, ita simus affecti, obsecro, et serviamus illi cum timore et tremore, ut promissa bona consequamur in Christo Jesu Domino nostro, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Gen. 1. 26.

HOMILIA XVII.

Cap. VI. v. 2. *Hæc doce et exhortare.* 3. *Si quis aliter docet, et non accedit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quæ secundum pietatem est doctrinæ,* 4. *inflatus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidia, contentio, blasphemiæ, suspiciones malæ,* 5. *conflictiones hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Discede autem ab hujusmodi.* 6. *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.* 7. *Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus.*

647
A

ΟΜΙΛΙΑ ιζ'.

Ταῦτα δίδασκε καὶ παρακάλει. Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι
B πονηραὶ, * διαπαρατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν. Ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων. Ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας. Οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον· δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.

1. Non solum auctoritate doctori opus est, sed etiam lenitate multa, sicut nec lenitate tantum, sed etiam auctoritate. Et hæc omnia docet beatus Pau-
1. Tim. 4 11. lus, modo dicens, *Præcipe ista et doce;* modo, *Hæc loquere et exhortare.* Si enim medici ægrotos exhortantur, non ut ipsi sanitatem assequantur, sed ut illos ab ægritudine liberent et jacentes erigant; multo magis sic agendum nobis erga discipulos, illosque adhortari oportet. Neque enim servus eorum
2. Cor. 4. 5. esse recusat beatus Paulus, cum dicit, *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Christum Jesum, nos autem servos vestros propter Jesum;* et
1. Cor. 3. 22. 23. rursus, *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo.* Et hanc libentissime subit servitutem: neque enim servitus est, sed ipsa libertate præ-
Joan. 8. 34. stantior. *Ille* namque, ait, *servus est, qui facit peccatum. Si quis aliter docet, et non accedit sanis sermonibus Domini Jesu Christi, et ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, inflatus est nihil sciens.* Non igitur scientia in superbiam extollit, sed potius ignorantia. Qui enim pietatis sermones scit, ille maxime modeste agere novit: qui sanos callet sermones, non infirmatur. Nam quod in corporibus tumor est, hoc in animabus arrogantia: sicut illic quod tumidum est non bene valere dicimus, ita et
Superbia ex ignorantia nascitur. hic arrogantes. Fieri ergo potest ut sciens quispiam, nihil sciat: qui enim nescit ea quæ oportet,

C Οὐκ αὐθεντίας δεῖ τῷ διδασκάλῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ προσηνείας πολλῆς, ὥσπερ οὐ προσηνείας μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐθεντίας. Καὶ ταῦτα πάντα διδάσκει ὁ μακάριος Παῦλος, ποτὲ μὲν λέγων, Παράγγελλε ταῦτα καὶ δίδασκε, ποτὲ δὲ, Ταῦτα δίδασκε καὶ παρακάλει. Εἰ γὰρ ἰατροὶ τοὺς κάμνοντας παρακαλοῦσιν, οὐχ ἵνα αὐτοὶ τῆς ὑγείας ἐπιτύχωσιν, ἀλλ' ἵνα ἐκείνους ἀπαλλάξωσι τῆς ἀσθενείας καὶ κειμένους ἀναστήσωσι· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τούτῳ πρὸς
D τοὺς διδασκομένους τῷ ἤθει κεχρῆσθαι χρὴ παρακαλοῦντας. Οὐδὲ γὰρ δοῦλος αὐτῶν εἶναι παραιτεῖται ὁ μακάριος Παῦλος, λέγων· Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, φησὶν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν· καὶ πάλιν, Πάντα ὑμῶν ἐστιν, εἴτε Παῦλος, εἴτε Ἀπολλώς. Καὶ δουλεύει τὴν δουλείαν ταύτην μετὰ προθυμίας· οὐ γάρ ἐστι δουλεία, ἀλλ' ἐλευθερίας βελτίων. Ἐκεῖνος γάρ ἐστι, φησὶ, δοῦλος ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν. Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ
E Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται μηδὲν ἐπιστάμενος. Οὐκ ἄρα ἐκ τοῦ εἰδέναι τὸ εἰς ἀπόνοιαν αἴρεσθαι συμβαίνει, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ εἰδέναι. Ὁ γὰρ εἰδὼς τοὺς κατ' εὐσέβειαν λόγους, οὗτος μάλιστα καὶ μετριάζειν οἶδεν· ὁ τοὺς ὑγιαίνοντας ἐπιστάμενος λόγους, οὐ νοσεῖ. Ὅπερ γὰρ ἐπὶ σωμάτων φλεγμονὴ, τοῦτο ἐν ταῖς ψυχαῖς ἀπόνοια· ὥσπερ ἐκεῖ τὸ φλεγμαῖνον οὐ φαμὲν ὑγιαίνειν, οὕτως οὐδὲ ἐνταῦθα τοὺς ἀλαζόνας. Ἄρα ἔστιν εἰδότα

* [Apud Paulum παραδιατριβαί. In Colb. παρα punctis notatum.]

τι μηδὲν εἰδέναι· ὁ γὰρ μὴ εἰδὼς ἅπερ εἰδέναι χρὴ, οὐδὲν οἶδε. Καὶ ὅτι ἐκ τοῦ μηδὲν εἰδέναι ὑπερηφανία F γίνεται, δῆλον ἐκεῖθεν· ὁ Χριστὸς ἐκένωσεν ἑαυτόν· ὁ τοῦτο τοίνυν εἰδὼς οὐ μέγα φρονήσει ποτέ· οὐδὲν γὰρ ἔχει ἄνθρωπος, εἰ μὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ· οὐκοῦν οὐ μέγα φρονήσει. Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; Αὐτὸς τοὺς πόδας ἔνιψε τῶν μαθητῶν. Ὁ τοῦτο εἰδὼς, πῶς ἐπαρθήσεται; 648 Διὰ τοῦτό φησιν, Ὅταν πάντα ποιήσητε, λέγετε ὅτι A ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν. Ὁ τελώνης ἀπὸ μόνης ταπεινοφροσύνης εὐδοκίμησεν, ὁ Φαρισαῖος ἐξ ἀλαζονείας ἀπώλετο. Ὁ τοίνυν τετυφωμένος οὐδὲν τούτων ἐπίσταται. Αὐτὸς πάλιν ὁ Χριστός φησιν· Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; Ἀλλὰ νοσῶν, φησὶ, περὶ ζητήσεις. Ἄρα νοσεῖν ἐστι τὸ ζητεῖν. Καὶ λογομαχίαι· εἰκότως. Ὅταν γὰρ ὑπὸ τῶν λογισμῶν ἡ ψυχὴ πυρέττῃ, ὅταν χειμάζηται, τότε ζητεῖ· ὅταν δὲ ἐν ὑγείᾳ ᾖ, τότε οὐ ζητεῖ, ἀλλὰ τὴν πίστιν δέχεται. Ἀπὸ δὲ ζητήσεως καὶ λογομαχίας B οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν. Ἃ γὰρ ἡ πίστις ἐπαγγέλλεται μόνη, ἡ ζήτησις ἐπειδὰν ἀναδέξηται, οὔτε δείκνυσιν, οὔτε συνιέναι ἀφίησιν. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις μύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς, βούλεται εὑρεῖν τι τῶν ζητουμένων, δυνήσεται, ἢ αὖ πάλιν, εἰ τούτων ἀνεῳγμένων, κατορύξας ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἀκτῖνα ἀποστραφεὶς, ἐκεῖ ζητοίη, δυνήσεταί τι εὑρεῖν. Οὕτω πίστεως χωρὶς οὐδὲν εὑρίσκεται, ἀλλὰ μάχας ἀνάγκη τίκτεσθαι. Ἐξ ὧν γίνονται βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραί. Τουτέστι, δόξαι καὶ δόγματα πονηρὰ ἀπὸ τῶν ζητήσεων. Τότε περὶ C Θεοῦ ἃ μὴ δεῖ ὑποπτεύομεν, ὅταν εἰς ζητήσεις ἐμπέσωμεν. Διαπαρατριβαί· τουτέστι, σχολὴ, ἢ διατριβή. Ἢ τοῦτό φησι, διαπαρατριβαί· καθάπερ τὰ ψωραλέα τῶν προβάτων παρατριβόμενα νόσου καὶ τὰ ὑγιαίνοντα ἐμπίπλησιν, οὕτω καὶ οὗτοι οἱ πονηροὶ ἄνδρες. Καὶ ἀπεστερημένων, φησὶ, τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν. Ὁρᾷς πόσα τίκτειν φησὶ τὰς λογομαχίας; αἰσχροκέρδειαν, ἄγνοιαν, ἀπόνοιαν· τὴν γὰρ ἀπόνοιαν ἡ ἄγνοια τίκτει. Ἀπὸ τούτων, φησὶν, ἀφίστασο. Οὐκ εἶπεν, ὁμόσε χώρει, D ἀλλ', Ἀφίστασο, τουτέστιν, ἐκτρέπου. Αἱρετικὸν γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπον μετὰ μίαν ἢ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ. Δείκνυσιν αὐτοὺς οὐκ ἀπὸ ἀγνοίας τοσοῦτον, ὅσον ἀπὸ ῥᾳθυμίας καὶ αὐτὴν τὴν ἄγνοιαν ἔχοντας. Ἀνθρώπους γὰρ χρημάτων ἕνεκεν μαχομένους πότε δυνήσῃ πεῖσαι; Ἄλλως οὐ πείσεις τοὺς τοιούτους, ἂν μὴ δῷς πάλιν, καὶ οὐδὲ οὕτως αὐτῶν τὴν ἐπιθυμίαν ἐμπλήσεις· Πλεονέκτου γὰρ ὀφθαλμὸς, φησὶν, οὐκ ἐμπίπλαται μερίδι. Δεῖ τοίνυν αὐτοὺς ἀδιορθώτως ἔχοντας ἐκτρέπεσθαι. Εἰ δὲ τῷ τοῦ μάχεσθαι πολλὴν ἔχοντι τὴν ἀνάγκην παραινεῖ μὴ ὁμόσε χωρεῖν μηδὲ E συμπλέκεσθαι, πολλῷ μᾶλλον τοῖς μαθητευομένοις ἡμῖν, τοῖς ἐν τάξει μαθητῶν οὖσιν. Εἰπὼν δὲ ὅτι νομίζουσι πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν, ἐπήγαγεν· Ἔστι

ille nihil scit. Quod autem ex ignorantia superbia nascatur, hinc liquet: Christus semetipsum exina- Philipp. 2. 8.
nivit: ergo qui hoc scit numquam altum sapiet: nihil quippe habet homo, nisi a Deo acceperit: ergo non altum sapiet. *Quid enim habes quod* 1. Cor. 4. 7.
non accepisti? Ille pedes lavit discipulorum. Qui hoc scit, quomodo extolletur? Ideo ait, *Cum omnia feceritis, dicite, Servi inutiles sumus.* Publicanus ex sola humilitate placuit, Pharisæus ex arrogantia periit. Qui igitur inflatus est, horum nihil novit. Ipse rursum Christus ait: *Si* Joan. 18. 23.
male loquutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, cur me cædis? Sed languens, inquit, *circa quæstiones.* Ergo languere est quærere. *Et verborum pugnas:* merito sane. Quando enim anima cogitationum febre ardet, quando tempestate jactatur, tunc quærit: cum autem in sanitate est, tunc non quærit, sed fidem accipit. Ex quæstione autem et verborum pugna nihil inveniri potest. Quæ enim fides sola pollicetur, quæstio cum susceperit, neque ostendit, neque intelligere sinit. Neque enim si quis clausis oculis quæsitum quidpiam invenire velit, id poterit; sive etiam si apertis oculis se suffodiat, et solarem radium aversus quærat, invenire non poterit. Sic sine fide nihil invenitur, sed necesse est pugnas inde nasci. *Ex quibus oriuntur blasphemiæ, suspiciones malæ.* Hoc est, opiniones et perversa dogmata ex quæstione pariuntur. Tunc de Deo quæ non oporteret suspicamur, cum in quæstiones incidimus. *Conflictationes;* id est, otium, vel confricationes. Aut hoc vult dicere: sicut scabiosæ oves, si cum aliis confricentur, etiam sanas morbo replent: sic et improbi viri. *Et qui veritate privati sunt,* inquit, *existimantes quæstum esse pietatem.* Viden' quanta parere dicat verborum pugnas? turpe lucrum, ignorantiam, arrogantiam: nam arrogantiam parit ignorantia. *Discede ab his*, inquit. Non dixit, Cum his congredere, sed, *Discede;* hoc est, Horum te pudeat. *Hæreticum* enim, inquit, *hominem, post* Tit. 3. 10.
unam aut alteram admonitionem devita. Ostendit eos non tam ex ignorantia, quam ex segnitie in ignorantia esse. Hominibus enim, qui pecuniæ causa pugnant, quando persuadere poteris? Alioquin illis non persuadebis, nisi rursum dederis; neque sic illorum cupiditatem explebis: *Avari* Eccli. 14. 9.
enim, inquit, oculus non impletur parte. Oportet igitur eos, utpote incorrrigibiles, aversari. Quod si ei, cui magna est pugnandi necessitas, suadet non cum hoste convenire, quanto magis nobis discipulis. Cum dixisset autem, illos existi-

mare pietatem esse quæstum, subjunxit: *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia;* non si pecunias habeat, sed si non habeat. Ne enim in tristitiam paupertatis causa incideret, excitat illum et erigit: Existimant, inquit, quæstum esse. Est utique, sed non sic, verum majori modo. Deinde cum prius illam dejecisset, tunc hanc erigit. Quod autem nihil sit hic quæstus, palam est eo quod hic maneat, nec cum nobis demigret et maneat. Undenam id probatur? Quoniam nihil habentes venimus in mundum, et nihil habentes discedimus: nuda enim natura venit, nuda discedit. Itaque non superfluis nobis est opus: si nihil intulimus, nihil habentes abibimus. 8. *Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti erimus.* Tot et talia comedenda sunt, quæ nutrire valeant; talia induenda qua tegere tantum valeant et nuditatem occultare, nihil superfluum sit: hoc autem vel vilis vestis facere potest. Deinde a præsentibus rebus monet: 9. *Qui autem volunt divites fieri,* inquit.

2. Non simpliciter dixit, Qui divites sunt; sed, *Qui volunt fieri.* Potest enim aliquis pecunias habens, illas recte dispensare, dum despicit, et pauperibus erogat. Non tales ergo viros improbat, sed cupidos. *Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli et desideria multa stulta et nociva, quæ mergunt homines.* Recte dixit, *Mergunt*, ita ut educi nequeant. *In interitum et perditionem.* 10. *Radix enim omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes, erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.* Ecce duo ponit; sed quod illis fortius videbatur, hoc postremum posuit, *Doloribus multis:* quod solus discere potest qui divitibus vicinus est, quam nempe doleant, quam sortem suam deplorent. 11. *Tu autem, o homo Dei.* Magna dignitas: omnes enim homines Dei sunt, sed proprie justi, non creationis ratione tantum, sed etiam familiaritatis. Si homo Dei es, inquit, ne quæras superflua, et quæ ad Deum non ducunt; sed *Hæc fuge, sectare autem justitiam.* Utrumque cum intentione. Non dicit, Discede, et adi; sed, *Fuge, et sectare justitiam*, ne habendi cupiditate tenearis. *Pietatem*, in dogmatibus; *fidem*, quæ contraria est quæstioni; *caritatem, patientiam, mansuetudinem.* 12. *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam.* Ecce mercedem. *Ad quam vocatus es, et confessus es bonam confessionem, in spe vitæ æternæ, coram multis testibus.* Hoc est, Ne te pudeat de

δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας, οὐχ ὅταν χρήματα ἔχῃ, ἀλλ' ὅταν μὴ ἔχῃ. Ἵνα γὰρ μὴ καταπέσῃ εἰς ἀθυμίαν διὰ τὴν πενίαν, ἀνίστησιν αὐτὸν καὶ ἀνορθοῖ· νομίζουσι, φησὶν, ὅτι πορισμός ἐστιν. Ἔστι μὲν γὰρ, ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μειζόνως. Εἶτα
F πρότερον καταβαλὼν ἐκείνην, τότε ταύτην ἐπαίρει. Ὅτι γὰρ οὐδέν ἐστιν ὁ πορισμὸς οὗτος, δῆλον ἐκ τοῦ μένειν ἐνταῦθα, μηδὲ συμμεθίστασθαι ἡμῖν, μηδὲ συναποδημεῖν. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ὅτι οὐδὲν ἔχοντες ἤλθομεν εἰς τὸν βίον· οὐκοῦν οὐδὲν ἀπελευσόμεθα ἔχοντες· γυμνὴ γὰρ παρεγένετο ἡ φύσις, γυμνὴ καὶ
649 A ἄπεισιν. Οὐ τοίνυν ἡμῖν δεῖ τῶν περιττῶν· εἰ μηδὲν εἰσηνέγκαμεν, μηδὲ ἔχοντες ἀπελευσόμεθα. Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. Τοσαῦτα ἐσθίειν χρὴ καὶ τοιαῦτα, ἃ θρέψαι ἀρκεῖ· τοιαῦτα ἀμφιέννυσθαι, ἃ σκεπάσαι μόνον ἡμᾶς ὀφείλει καὶ περιστεῖλαι τὴν γύμνωσιν, μηδὲν περιττόν· τοῦτο δὲ καὶ τὸ τυχὸν ποιῆσαι δύναται ἱμάτιον. Εἶτα ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα προτρέπει· Οἱ δὲ βουλόμενοι, φησὶ, πλουτεῖν.

B Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, οἱ πλουτοῦντες, ἀλλ', Οἱ βουλόμενοι. Ἔστι γάρ τινα καὶ χρήματα ἔχοντα καλῶς οἰκονομεῖν, καταφρονοῦντα αὐτῶν, καὶ εἰς πένητας διανέμοντα. Οὐκ ἄρα τοὺς τοιούτους, ἀλλὰ τοὺς ἐπιθυμοῦντας διαβάλλει. Οἱ δὲ βουλόμενοι, φησὶ, πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς καὶ ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους. Καλῶς εἶπε, Βυθίζουσιν, ὡς μηδὲ ἀνενεγκεῖν δύνασθαι. Εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν. Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, ἧς τινες ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ
C τῆς πίστεως, καὶ περιέπειραν ἑαυτοὺς ὀδύναις πολλαῖς. Ἰδοὺ δύο τίθησιν, ἀλλ' ὃ μᾶλλον αὐτοῖς ἰσχυρότερον εἶναι δοκεῖ, τοῦτο ἐνταῦθα ὕστερον τέθεικε, τὸ, Ὀδύναις πολλαῖς. Καὶ ταῦτα ἑτέρως οὐκ ἔστι μαθεῖν, ἢ τοῖς πλουσίοις παροικοῦντα, πόσα ἀποδύρονται, πόσα θρηνοῦσι. Σὺ δὲ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. Μέγα ἀξίωμα· πάντες μὲν γὰρ ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κυρίως οἱ δίκαιοι, οὐ κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τῆς οἰκειώσεως. Εἰ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, φησὶν, εἶ, μὴ ζήτει τὰ περιττὰ, καὶ
D οὐκ ἄγοντα πρὸς τὸν Θεόν· ἀλλὰ Ταῦτα φεῦγε, δίωκε δὲ δικαιοσύνην. Ἀμφότερα μετ' ἐπιτάσεως. Οὐκ εἶπεν, ἀφίστασο, καὶ πρόσιθι, ἀλλὰ, Φεῦγε, καὶ δίωκε δικαιοσύνην, ὥστε μὴ πλεονεκτεῖν. Εὐσέβειαν, τὴν τῶν δογμάτων· πίστιν, ἥπερ ἐστὶν ἐναντία τῇ ζητήσει· ἀγάπην, ὑπομονὴν, πραότητα. Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ἰδοὺ καὶ ὁ μισθός. Εἰς ἣν ἐκλήθης, καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἐπὶ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων. Τουτέστι, μὴ καταισχύνῃς τὴν

παῤῥησίαν ἐκείνην· τί ἀνόνητα κάμνεις; Ποῖον δὲ πειρασμὸν καὶ παγίδα φησὶν ὑπομένειν τοὺς βουλομένους πλουτεῖν; Τῆς γὰρ πίστεως αὐτοὺς ἀποπλανᾷ, κινδύνοις αὐτοὺς περιβάλλει, καὶ ἀτολμοτέρους ἐργάζεται. Καὶ ἐπιθυμίας ἀνοήτους, φησί. Πῶς γὰρ οὐχ ἀνόητος ἐπιθυμία, ὅταν μωροὺς ἔχωσιν, ὅταν νάνους, οὐ φιλανθρωπίας ἕνεκεν, ἀλλὰ τέρψεως; ὅταν ἰχθῦς ἀποκλείωσιν ἐν ταῖς αὐλαῖς, ὅταν θηρία τρέφωσιν, ὅταν περὶ κύνας ἠσχόληνται, ὅταν ἵππους κοσμῶσι, καὶ τῶν παίδων οὐχ ἧττον περὶ αὐτοὺς διακέωνται; Πάντα ταῦτα ἀνόητα καὶ περιττὰ, οὐδὲν ἀναγκαῖον, οὐδὲν χρήσιμον. Ἐπιθυμίας, φησὶν, ἀνοήτους καὶ βλαβεράς. Ποῖαι βλαβεραί; Ὅταν ἐρῶσιν ἔρωτας ἀτόπους, ὅταν τῶν τοῦ πλησίον [a] ἐφίενται, ὅταν τῇ τρυφῇ προσπαλαίωσιν, ὅταν μέθης ὀρέγωνται, ὅταν σφαγῆς καὶ τῆς ἑτέρων ἀπωλείας. Πολλοὶ δὲ ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐρώτων καὶ τυραννίδι ἐπέθεντο, καὶ ἀπώλοντο. Ὄντως ὁ τοιοῦτος κάμνει εἰς ἀνόνητα, μᾶλλον δὲ καὶ βλαβερά. Καὶ καλῶς εἶπεν, Ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως· οὐ γὰρ ἀφίησιν αὐτοὺς τὴν ὁδὸν ἰδεῖν ἀνθέλκουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς ἑαυτὴν ἡ φιλαργυρία, καὶ κατὰ μικρὸν ὑποκλέπτουσα. Καθάπερ γάρ τις εὐθεῖαν ὁδὸν βαδίζων, καὶ πρὸς ἕτερόν τι τὸν νοῦν ἐσχηκὼς, βαδίζει μὲν, οὐκ εἰδὼς δὲ παρέρχεται τὴν πόλιν πολλάκις ἐκείνην, εἰς ἣν ἔσπευδεν, ἑλκομένων αὐτῷ τῶν ποδῶν ἁπλῶς καὶ μάτην· τοιοῦτόν τι καὶ ἡ φιλαργυρία ἐστί. Καὶ περιέπειραν ἑαυτοὺς ὀδύναις πολλαῖς. Ὁρᾷς, τῷ Περιέπειραν τί ἠνίξατο; Ὃ δὲ βούλεται δηλοῦν διὰ τῆς ἐμφάσεως, τοῦτό ἐστιν· ἄκανθαί εἰσιν αἱ ἐπιθυμίαι, καὶ καθάπερ ἐν ἀκάνθαις, ὅθεν ἄν τις ἅψηται αὐτῶν, ᾕμαξε τὰς χεῖρας καὶ τραύματα ἐργάζεται· οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν τὸ αὐτὸ πείσεται ὁ ταύταις ἐμπεσὼν, καὶ τὴν ψυχὴν ἀλγηδόσι περιβαλεῖ. Πόσας ἔχουσι φροντίδας, πόσας ὀδύνας οἱ περιπαρέντες, εἰπέ μοι; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Διὰ τοῦτό φησι, Ταῦτα φεῦγε, δίωκε δὲ δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, ὑπομονὴν, πραότητα. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἀγάπης ἡ πραότης. Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα. Ἐνταῦθα αὐτοῦ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπαινεῖ· ὅτι μετὰ παῤῥησίας, φησὶν, ἐπὶ πάντων ὡμολόγησας. Ἀναμιμνήσκει δὲ καὶ τῆς κατηχήσεως αὐτόν· Ἐπιλαβοῦ, φησὶ, τῆς αἰωνίου ζωῆς. Οὐκ ἄρα ὁμολογίας χρεία μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπομονῆς, ὥστε διαπαντὸς ἐμμένειν τῇ ὁμολογίᾳ, καὶ ἀγῶνος σφοδροῦ καὶ μυρίων ἱδρώτων εἰκότως, ὥστε μὴ περιτραπῆναι· πολλὰ γὰρ τὰ σκάνδαλα, πολλὰ τὰ κωλύματα. Διὰ τοῦτο στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός. Πάντοθεν οὖν χρὴ [b] συνεστράφθαι, πάντοθεν χρὴ εὔζωνον εἶναι· μυρίαι πανταχόθεν φαί-

E *illa* fiducia : quid frustra laboras? Qualem tentationem et laqueum subire dicit eos qui divites esse volunt? Illos a fide errare curat, in pericula conjicit, minusque audaces reddit. *Et desideria stulta*, inquit. Quomodo non stultum desiderium fuerit, cum stultos habeant, cum nanos, non humanitatis, sed obsecrationis causa? cum pisces includant in aulis, cum feras nutriant, cum circa canes versentur, equos ornent, ac puerorum instar illorum affectu teneantur? Hæc omnia stulta sunt et superflua ; nihil necessarium, nihil utile.
F *Desideria*, inquit, *stulta et nociva*. Quænam autem nociva? Quando amoribus pravis student, quando quæ proximi sunt concupiscunt, et voluptati summe student, quando in ebrietatem se
650 conferunt, quando cædes et aliorum perniciem
A appetunt. Multi ex talibus amoribus tyrannidem invadendo perierunt. Revera qui talis est pro inutilibus laborat; imo vero pro noxiis. Et recte dixit, *Erraverunt a fide* : non enim sinit eos viam videre avaritia in se oculos attrahens, et sensim subducens. Ut enim aliquis in recta via incedens, et aliud in animo habens, pergit quidem, sed non advertens, præterit urbem illam ad quam ibat, pedibus temere ac frustra trahentibus : tale quid est avaritia. *Et inseruerunt se doloribus multis*. Viden' quid subindicet, *Et in-*
B *seruerunt se*? Hoc autem hac emphasi vult significare : spinæ sunt desideria illa ; et sicut si quis spinas tangat, manus illæ cruentant et vulnera faciunt : idipsum a cupiditate patitur qui in illam incidit, et animam doloribus afficit. Quot curas, quot dolores habent, qui se in illis inseruerunt, vix dici potest. Ideo dicit, *Hæc fuge, sectare justitiam, fidem, dilectionem, patientiam, mansuetudinem*. A caritate enim mansuetudo oritur. *Certa bonum certamen*. Hic ejus fiduciam et fortitudinem laudat : quia cum fiducia, inquit, in omnibus confessus est. In memoriam
C quoque ipsi revocat catechesin : *Apprehende*, inquit, *vitam æternam*. Non ergo confessione tantum opus est, sed etiam patientia, ita ut semper in confessione maneatur, etiamsi certamen magnum et multi sudores instent, ut non subvertantur : multa enim sunt scandala, multa impedimenta. Ideo arcta et angusta via est. Undique ergo munitum esse oportet, undique accinctum ad pugnam : undique enim innumeræ visuntur voluptates trahentes animæ oculos ; voluptates

[a] [Leg. ἐφίωνται.]

[b] [*Malim* συνεστάλθαι. Halesius.]

corporum, pecuniarum, deliciarum, pigritiæ, gloriæ, iræ, potentiæ, ambitionis: videnturque pulchrum aspectum offerre et amabiles esse, quæ possint allicere eos qui ipsas admirantur, qui veritatem non multum amant: hæc quippe severa est, et nihil voluptatis habet. Quare? Quia voluptatem omnem in futuro promittit: illæ vero jam offerunt honores, voluptates, quietem, non veram illam, sed fucatam. Si quis ergo illiberalis sit, mollis, ignavus, illis hærebit, missis omnibus pro virtute laboribus. Sic etiam in externis certaminibus, ei qui coronas non multum desiderat, licet statim conviviis et ebrietati se dedere: sic faciunt ignavi ac timidi pugiles: qui vero ad coronas respiciunt, innumeras ferunt plagas; spe namque futurorum aluntur et excitantur.

Avaritia radix malorum.

3. Fugiamus itaque radicem malorum, et illa omnia vitabimus. *Avaritia est radix*, Paulus loquutus est; imo Christus per Paulum. Videamus autem quomodo. Ipsa rerum experientia testatur. Quid enim mali per pecunias non invectum est? imo non per pecunias, sed per malam voluntatem eorum qui ipsis uti nesciunt? Nam licebat pecuniis recte uti, licebat regnum per illas possidere: nunc vero quæ data sunt in subsidium pauperum, ad liberationem peccatorum, ad gloriam et beneplacitum Dei, his utimur contra miseros pauperes, imo contra animam nostram et ad offensionem Dei. Illi enim pecuniam abstulit aliquis, et in paupertatem conjecit, se ipsum autem in mortem; huncque sic ille hic inopia attenuat, seque ipsum æterno supplicio parat. Num hæc paria sunt? Quid mali hæc non faciunt? annon hinc habendi cupiditates? annon rapinæ? annon gemitus, inimicitiæ, pugnæ, contentiones? annon usque ad mortuos manus extendunt? annon usque ad patres et fratres? annon leges naturæ, Dei præcepta et omnia subverterunt hac cupiditate concitati? annon tribunalia illorum causa sunt constituta? Tolle itaque pecuniarum amorem, et cessabit bellum, cessabunt pugnæ, inimicitiæ, lites et contentiones. Oporteret avaros tamquam perniciosos et lupos ex orbe pelli. Quemadmodum enim venti quidam vehementes et contrarii in tranquillum pelagus incidentes, ab imo illud to-

D νονται ἡδοναὶ ἕλκουσαι τῆς ψυχῆς τοὺς ὀφθαλμοὺς, αἱ τῶν σωμάτων, αἱ τῶν χρημάτων, αἱ τῆς τρυφῆς, αἱ τῆς ῥαθυμίας, αἱ τῆς δόξης, αἱ τῆς ὀργῆς, αἱ τῆς δυναστείας, αἱ τῆς φιλαρχίας, καὶ φαίνονται λαμπρὰς ὄψεις ἔχουσαι καὶ ἐπεράστους, ἱκανὰς ἐπισπάσασθαι τοὺς ἐπτοημένους, τοὺς μὴ σφόδρα τῆς ἀληθείας ἐρῶντας· αὕτη μὲν γὰρ ἀπεσκληκυῖά ἐστι, καὶ οὐδὲν ἐπιτερπὲς ἔχουσα. Τί δήποτε; Ὅτι πᾶσαν τὴν ἡδονὴν ἐν τῷ μέλλοντι ὑπισχνεῖται· ἐκεῖναι δὲ προτείνουσιν ἤδη τιμὰς, ἡδονὰς, ἀναπαύσεις οὐκ ἀληθεῖς, ἀλλ' ἐπικεχρωσμένας. Ἂν τοίνυν βάναυσος ᾖ
E τις καὶ μαλακὸς καὶ ἄνανδρος, ἐκείνων ἀνθέξεται, ἐκλυθεὶς πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς πόνους. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀγώνων τῶν ἔξωθεν τῷ μὲν μὴ σφόδρα ἐρῶντι τῶν στεφάνων, ἔξεστιν ἐκ πρώτης συμποσίοις καὶ μέθαις προσανέχειν· οὕτω γοῦν οἱ δειλοὶ καὶ ἄνανδροι τῶν πυκτευόντων ποιοῦσιν· οἱ δὲ πρὸς τὸν στέφανον ὁρῶντες, μυρίας αἴρουσι πληγάς· τῇ γὰρ ἐλπίδι τῶν μελλόντων τρέφονται καὶ διανίστανται.

Φύγωμεν τοίνυν τὴν ῥίζαν τῶν κακῶν, καὶ πάντα
F φευξόμεθα. Ἡ φιλαργυρία, φησὶν, ἐστὶ ῥίζα, Παῦλος ἐφθέγξατο, μᾶλλον δὲ ὁ Χριστὸς διὰ Παύλου. Ἴδωμεν δὲ τοῦτο πῶς. Καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων μαρτυρεῖ ἡ πεῖρα. Τί γὰρ κακὸν οὐ διὰ τὰ χρήματα, μᾶλλον δὲ οὐ διὰ τὰ χρήματα, ἀλλὰ διὰ τὴν κακὴν προαίρεσιν
651 A τῶν οὐκ εἰδότων αὐτοῖς κεχρῆσθαι; Ἐπεὶ ἐξῆν τοῖς χρήμασιν εἰς δέον κεχρῆσθαι, ἐξῆν καὶ βασιλείαν δι' αὐτῶν κληρονομεῖν· νυνὶ δὲ ἅπερ ἐδόθη εἰς ἐπικουρίαν τῶν πενήτων, εἰς παραμυθίαν τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν, εἰς εὐδοκίμησιν καὶ ἀρέσκειαν Θεοῦ, τούτοις κεχρήμεθα κατὰ τῶν ἀθλίων πενήτων, μᾶλλον δὲ κατὰ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, καὶ εἰς προσκρουσμὸν τοῦ Θεοῦ. Τὸν μὲν γὰρ χρήματα ἀφείλετό τις, καὶ πενίᾳ περιέβαλεν, ἑαυτὸν δὲ θανάτῳ· καὶ τοῦτον μὲν ἐνταῦθα τῇ πενίᾳ
B κατατήκει, ἑαυτὸν δὲ τῇ διηνεκεῖ τιμωρίᾳ. Ἆρα μὴ ἴσον ἐστί; Τί τοίνυν κακὸν οὐ διὰ ταῦτα; οὐχὶ πλεονεξίαι; οὐχ ἁρπαγαί; οὐκ ὀλοφυρμοί; οὐκ ἔχθραι; οὐ μάχαι; οὐ φιλονεικίαι; οὐχὶ μέχρι τῶν νεκρῶν τὰς χεῖρας ἐξέτειναν; οὐχὶ καὶ μέχρι πατέρων καὶ ἀδελφῶν; οὐχὶ φύσεως νόμους, καὶ Θεοῦ προστάγματα, καὶ πάντα ἁπλῶς [a] ἀνέστρεψαν, ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἐκείνης κατεχόμενοι; τὰ δικαστήρια οὐ τούτων ἕνεκεν; Ἄνελε τοίνυν τὴν φιλοχρηματίαν, καὶ πέπαυται πόλεμος, πέπαυται μάχη, πέπαυται ἔχθρα, πέπαυται ἔρις καὶ φιλονεικία. Ὥσπερ λυμεῶνας καὶ λύκους ἐλαύνεσθαι
C τοὺς τοιούτους ἐκ τῆς οἰκουμένης ἐχρῆν. Καθάπερ γὰρ ἄνεμοί τινες ἐναντίοι καὶ σφοδροὶ εἰς γαληνὸν ἐμπνέοντες πέλαγος ἐκ βάθρων αὐτὸ ἀναστρέφουσιν, ὡς

[a] [*Fort.* ἀνέτρεψαν. *Sic infra* ἐκ βάθρων αὐτὸ ἀνατρέπουσι. Dunæus. Non opus. Sub finem pag. τὴν οἰκουμένην ἀνέστρεψε, ubi marg. Savil ἀνέτρεψεν.]

καὶ τὴν βύθιον ἄμμον τοῖς ἄνω μίγνυσθαι κύμασιν· οὕτως οἱ φιλοχρήματοι πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιοῦσιν. Οὐδένα οἶδεν ὁ φιλοχρήματος φίλον· τί δὲ λέγω φίλον; οὐδὲ αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐπίσταται· ὑπὸ γὰρ τῆς ἐπιθυμίας ἐκείνης κατεχόμενος, μέμηνεν. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς Τιτᾶνας ξιφήρεις προϊόντας; Ἐκεῖν αμανίας ἐστὶν ὑπόκρισις. Οὗτοι δὲ οὐ τοιοῦτοι, ἀλλ' ἀληθῶς μαινόμενοι καὶ ἐξεστηκότες· κἂν ἀποδύσῃς αὐτῶν τὴν ψυχὴν, οὕτως εὑρήσεις ἐσκευασμένην, οὐχ ἓν ξίφος οὐδὲ δύο, ἀλλὰ μυρία κατέχουσαν, οὐδένα ἐπιγινώσκουσαν, ἀλλὰ κατὰ πάντων λυττῶσαν, πᾶσιν ἐπιπηδῶσαν καὶ ὑλακτοῦσαν κατὰ πάντων, οὐ κύνας σφάζουσαν, ἀλλὰ ψυχὰς ἀνθρώπων, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν αὐτὸν μεγάλα βλασφημοῦσαν. Ὑπὸ τούτων πάντα ἀνατέτραπται, πάντα διόλωλεν ἀπὸ τῆς τῶν χρημάτων μανίας. Τίνας γὰρ, τίνας αἰτιάσομαι, οὐκ οἶδα· οὕτως οὗτος ὁ λοιμὸς πάντας κατέχει, τοὺς μὲν ἐκ πλείονος, τοὺς δὲ ἐξ ἐλάττονος μοίρας, πάντας δὲ ὅμως. Καὶ καθάπερ πυρά τις εἰς ὕλην ἐμπεσοῦσα καταστρέφει πάντα καὶ ἐρημοῖ, οὕτω καὶ αὕτη τὴν οἰκουμένην ἀνέστρεψε· βασιλεῖς, ἄρχοντες, ἰδιῶται, πένητες, γυναῖκες, ἄνδρες, παῖδες ἐξ ἴσης πάντες κατέχονται τῷ κακῷ. Καθάπερ ζόφου τινὸς τὴν οἰκουμένην ἐπιπνέοντος, οὐδεὶς ἀνανήφει· ἀλλὰ κατηγορίαι μὲν μυρίαι κατὰ πλεονεξίας καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ γίνονται, διόρθωσις δὲ οὐδαμοῦ. Τί οὖν ἂν γένοιτο; πῶς σβέσομεν τὴν φλόγα; Ἔνεστι γὰρ, κἂν πρὸς αὐτὸν ἀρθῇ τὸν οὐρανόν· θελῆσαι δεῖ μόνον, καὶ πάντως περιεσόμεθα τῆς πυρᾶς. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ θέλειν ηὐξήθη, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ θέλειν καθαιρεθήσεται. Οὐχὶ ἡ προαίρεσις ἡ ἡμετέρα αὐτὴν ἐποίησεν; Οὐκοῦν δυνήσεται καὶ ἡ προαίρεσις σβέσαι· μόνον βουληθῶμεν. Πῶς δὲ τὸ θέλειν ἐγγενήσεται; Ἂν ἴδωμεν αὐτῆς τὸ μάταιον καὶ περιττόν· ὅτι ἐκεῖ ἡμῖν συναπελθεῖν οὐ δυνήσεται, ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἡμᾶς ἀφίησιν· ὅτι αὐτὴ μὲν ὧδε μένει, τὰ δὲ ἐξ αὐτῆς ἡμῖν τραύματα συναπέρχεται· ἂν ἴδωμεν, ὅτι πολὺς ἐκεῖ πλοῦτός ἐστιν· ἂν πρὸς ἐκεῖνον τοῦτον παραβάλωμεν, καὶ βορβόρου εὐτελέστερος φανεῖται· ἂν ἴδωμεν, ὅτι μυρίους ἔχει κινδύνους, ὅτι ἡδονὴν πρόσκαιρον, ὅτι ἡδονὴν ἀναμεμιγμένην ἀθυμίαις· ἂν ἐκεῖνον τὸν πλοῦτον καλῶς περισκεψώμεθα τὸν τῆς αἰωνίου ζωῆς, οὕτω δυνησόμεθα τούτου καταφρονεῖν· ἂν ἴδωμεν, ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς ὀνίνησιν, οὐ πρὸς δόξαν, οὐ πρὸς ὑγείαν, οὐ πρὸς ἄλλο οὐδὲν, ἀλλὰ τοὐναντίον καὶ βυθίζει εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν· ἂν μάθῃς ὅτι ἐνταῦθα πλουτεῖς καὶ πολλοὺς ἔχεις ὑπὸ σαυτὸν, ἐκεῖ δὲ ἀπελθὼν, ἔρημος ἀπελεύσῃ καὶ γυμνός. Ἂν ταῦτα ἐπᾴδωμεν συνεχῶς, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἀκούωμεν, ἴσως ἔσται τις ὑγεία, ἔσται τις ἀπαλλαγὴ τῆς κολάσεως ταύτης τῆς χαλεπῆς. Καλὸν ὁ μαργαρίτης; ἀλλ' ἐννόησον ὅτι ὕδωρ ἐστὶ θαλάττιον, ὅτι ἐν τοῖς κόλποις αὐτῆς τὸ πρότερον

tum subvertunt, ita ut arena profundior supernis fluctibus commisceatur: sic auri cupidi omnia sus deque vertunt. Nullum auri cupidus novit amicum: quid autem dico amicum? nec ipsum novit Deum; furit enim ab hac cupiditate detentus. Non videtis Titanas illos ferro instructos accedere? Sunt illa signum vesaniæ. Hi vero non D tales, sed vere furentes et insani: si illorum detegas animam, sic illam instructam videbis, non unum nec duos, sed innumeros tenentem gladios, nullum agnoscere, contra omnes furere, in omnes insilientem, adversus omnes latrantem, non canes, sed humanas animas necantem, et adversus cælum admodum blasphemantem. Ab his omnia subversa sunt, omnia ex divitiarum rabie perierunt. Nam quos accusem nescio: sic illa pestis omnes invadit, alios plus, alios minus, sed omnes pene. Et sicut E flamma vehemens in silvam incidens omnia pessumdat et desolatur: ita et illa orbem subvertit: reges, principes, privati, pauperes, mulieres, viri, pueri, omnes æque hoc detinentur malo velut caligine quadam in orbem effusa, nemo resipiscit; sed criminationes innumeræ et privatim et publice emittuntur, sed nulla usquam emendatio est. Quid ergo fieri possit? quomodo flammam exstinguemus? Potest enim exstingui, etiamsi ad cælum usque tollatur: velle solum oportet, et flammam superabimus. Ut enim ex voluntate aucta est, sic F ex voluntate tolletur. Annon voluntas nostra illam excitavit? Eamdem ergo exstinguere poterit; velimus tantum. Quomodo voluntas ad-652 erit? Si quam sit inanis et superflua videamus: A quod illæ nobiscum non possint in alteram vitam transire, quod etiam hic interdum nos deserant: quod ipsæ quidem hic maneant; sed vulnera ab iis illata nobiscum illo transeant: si videamus multas illic divitias esse: si enim has conferamus cum illis, cœno viliores videbuntur: si consideremus illas mille periculis esse obnoxias, voluptatem habere temporaneam, mœroribus mixtam: si illas æternæ vitæ divitias accurate contemplemur, sic has poterimus contemnere: si vi- B deamus quod nihil illæ nos juvent ad gloriam, ad sanitatem vel ad aliquid aliud, sed contra in exitium præcipitent: si discas te divitem hic esse et multos habere subditos; sed postquam illo migraveris, te desertum ac nudum fore. Si hæc frequenter proferamus, et ab aliis audiamus, fortassis erit sanitas mentis, et ab illo gravi supplicio liberabimur. Pulchra est margarita? sed cogita marinam esse aquam et in ejus sinu olim jacentem. Pulchrum est aurum et argentum? sed cogita illa

Avaritiæ mala.

fuisse et esse terram et cinerem. Pulchra sunt serica vestimenta? sed vermium sunt textura: opinio hæc humana est, non natura pulchritudinem habet. Nam quæ natura sunt pulchra, doctore non egent. Tu vero si videris nummum æneum deauratum, primo miraris aurum putans; cum autem periti fraudem te docuerint, cum fraude ipsa admiratio avolat. Viden' aurum non natura pulchritudinem habere, ut neque argentum? Nam si stannum videris, ut argentum miraris, ut æs pro auro habuisti, et opus est doctoribus ut quid æstimandum sit discatur. Ita non sufficiunt nobis oculi ad res cognoscendas. Flores autem non hujusmodi sunt, sed illis longe præstant. Si rosam videris, non opus habes doctore, sed per teipsum scis illam ab anemone distinguere; violas quoque et lilia aliosque flores. Nihil ergo aliud est illud, quam præjudicata opinio, et hoc est ille perniciosus morbus. Age, dic mihi, si Imperatori placeret legem ponere ut argentum esset pretiosius auro, annon continuo admirationem et amorem mutaretis? usque adeo ubique avaritiæ atque opinioni servimus. Et quod res ita se habeat, et ex raritate res quædam, et non ex natura æstimantur: sunt fructus apud nos viles, qui in Cappadocia sunt pretiosi; et ex iis qui apud nos in pretio sunt, quidam pretiosiores adhuc sunt in Serorum regione, unde nobis hæc vestimenta veniunt. In Arabia aromatum ferace, et in India ubi sunt lapides pretiosi, multa hujusmodi reperire est. Sic præjudicata opinio, sic existimatio humana sunt res hujusmodi; nec quicquam cum judicio facimus, sed temere omnia et casu. Resipiscamus igitur tandem ex hac temulentia: videamus quid vere bonum, quid natura bonum sit, pietatem nempe et justitiam, ut promissa bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri simulque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

C ἦν ἐῤῥιμμένος. Καλὸν τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον; ἀλλ' ἐννόησον, ὅτι γῆ καὶ σποδὸς καὶ ἦν καὶ ἔστι. Καλὰ τὰ σηρικὰ ἱμάτια; ἀλλὰ σκωλήκων ἐστὶν ὕφασμα· ὑπόληψίς ἐστι καὶ πρόληψις ἀνθρωπίνη, οὐκ ἐν τῇ φύσει τὸ κάλλος ἔχει. Τὰ γὰρ ἐν τῇ φύσει τὸ κάλλος ἔχοντα, οὐ δεῖται τῶν διδασκόντων. Σὺ δὲ ἂν ἴδῃς νόμισμα χαλκοῦν ἁπλῶς ἀνακεχρωσμένον χρυσῷ, πρῶτον μὲν θαυμάζεις, χρυσὸν αὐτὸν ὀνομάζων· ὅταν δὲ οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ τὴν ἀπάτην σε διδάξωσι, D συνεξῆλθε τὸ θαῦμα μετὰ τῆς ἀπάτης. Ὁρᾷς ὅτι οὐχ ἐν τῇ φύσει ἔχει τὸ καλόν; Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἄργυρος· καὶ γὰρ ἂν ἴδῃς κασσίτερον, θαυμάζεις ὡς ἄργυρον, ὥσπερ τὸν χαλκὸν ὡς χρυσόν· καὶ χρεία τῶν διδασκόντων ποῖα χρὴ θαυμάζειν. Οὕτως οὐκ ἀρκοῦσιν ἡμῖν οἱ ὀφθαλμοὶ πρὸς τὴν διάγνωσιν. Τὰ δὲ ἄνθη οὐ τοιαῦτα, ἀλλ' ἐκείνων βελτίω πολλῷ. Ῥόδον ἂν ἴδῃς, οὐ χρεία τῶν διδασκόντων, ἀλλ' οἶδας ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἀνεμώνην E διαιρεῖν καὶ ἴα· οὕτω καὶ κρίνα, καὶ ἕκαστον ἄνθος. Οὐδὲν οὖν ἕτερον ἢ πρόληψις τὸ γινόμενον. Καὶ ὅτι προλήψεώς ἐστι τὸ ὀλέθριον τοῦτο πάθος, φέρε, εἰπέ μοι, εἰ ἔδοξε τῷ βασιλεῖ τιμιώτερον νομοθετῆσαι τοῦ χρυσοῦ τὸ ἀργύριον, οὐ μετεθήκατε ἂν τὸ θαῦμα καὶ τὸ φίλτρον; οὕτω πανταχοῦ τῆς πλεονεξίας ἐσμὲν καὶ τῆς ὑπονοίας. Καὶ ὅτι οὕτως ἐστὶ, καὶ τῷ σπανίῳ τιμᾶται, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει· εἰσὶν καρποὶ παρ' ἡμῖν εὐτελεῖς, ἐν δὲ τῇ Καππαδοκῶν χώρᾳ τίμιοι, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν τιμίων πολυτελέστεροι πάλιν ἐν τῇ [a] Σηρῶν F χώρᾳ ἕτεροι, ὅθεν τὰ ἱμάτια ταῦτα. Ἐν δὲ τῇ ἀρωματοφόρῳ Ἀραβίᾳ καὶ Ἰνδίᾳ, ἔνθα εἰσὶν οἱ λίθοι, πολλὰ τοιαῦτά ἐστιν εὑρεῖν. Οὕτω πρόληψίς ἐστιν, οὕτως ὑπόνοιά ἐστιν ἀνθρωπίνη τὰ τοιαῦτα· καὶ οὐ653 δὲν κρίσει πράττομεν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν.
A Ἀνανήψωμεν τοίνυν ποτὲ ἐκ τῆς μέθης ταύτης· ἴδωμεν τὸ ὄντως καλὸν, τὸ φύσει καλὸν, τὴν εὐσέβειαν, τὴν δικαιοσύνην, ἵνα ἐπιτύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Serorum regio inter Sinas, ut aiunt, et Scythiam, unde sericorum usus advectus fuit.

ΟΜΙΛΙΑ ιη'.

Παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος B τὰ πάντα, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, C οὐδὲ ἰδεῖν δύναται· ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν.

Πάλιν τὸν Θεὸν μαρτύρεται, πρὸ μικροῦ τοῦτο ποιήσας, ὁμοῦ καὶ τὸν φόβον αὔξων καὶ ἀσφαλέστερον καθιστὰς τὸν μαθητὴν, καὶ δεικνὺς, ὡς οὐκ ἀνθρώπινα τὰ παραγγέλματα, ἵνα ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου λαμβάνων τὴν παραγγελίαν, ἵνα ἀεὶ τὸν μάρτυρα ἐν διανοίᾳ ἔχων ἀφ' οὗ ἤκουσε, κατασείηται τὴν διάνοιαν τῇ μνήμῃ. Παραγγέλλω σοι, φησὶν, D ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα. Ἐνταῦθα καὶ παράκλησίς ἐστι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τῆς ἀναστάσεως ὑπόμνησις. Καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, φησὶ, τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. Πάλιν ἀπὸ τοῦ διδασκάλου ἡ προτροπή. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· ὥσπερ ἐκεῖνος ἐποίησεν, οὕτω, φησὶ, καὶ ὑμᾶς χρὴ ποιεῖν. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐμαρτύρησεν, ἵνα κατ' ἴχνος αὐτοῦ βαίνωμεν τὴν καλὴν ὁμολογίαν· ὅπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ποιεῖ λέγων· Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ E τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικε· καὶ πάλιν, Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμνητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. Τοῦτο καὶ νῦν ποιεῖ πρὸς τὸν μαθητήν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, μὴ δείσῃς τὸν θάνατον· Θεοῦ γὰρ εἶ δοῦλος τοῦ τὰ πάντα δυναμένου ζωογονεῖν. Ποίαν δὲ λέγει καλὴν ὁμολογίαν; Ἣν ἀνερωτῶντος Πιλάτου, Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; Ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι F ἔφη. Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἦλθον μαρτυρῆσαι τῇ ἀληθείᾳ. Ἴδε οὗτοί μου ἤκουσαν. Ἢ οὖν διὰ τοῦτό φησιν, ἢ ὅτι εἶπεν, ἐρωτώμενος εἰ Υἱὸς Θεοῦ ἐστι, Σὺ λέγεις ὅτι Υἱὸς Θεοῦ εἰμι ἐγώ. Καὶ πολλὰ ἕτερα ἐμαρτύρησε καὶ 631 ὡμολόγησε. Τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον καὶ A ἀνεπίληπτον μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τουτέστι, μέχρι τῆς σῆς τελευτῆς,

HOMILIA XVIII.

Cap. VI. v. 13. *Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et Domino Jesu Christo, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem,* 14. *ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile usque in adventum Domini nostri Jesu Christi:* 15. *quem temporibus suis ostendet beatus et solus potens, Rex regum et Dominus dominantium,* 16. *qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, neque videre potest: cui honor et imperium æternum. Amen.*

1. Rursus Deum advocat testem, ut paulo antea, simul et metum augens et tutiorem reddens discipulum, ostendensque non humana esse præcepta, ut ab ipso Domino mandatum accipiens, semperque testem in mente habens cum a quo audierat, hac memoria animum commoveret. *Præcipio tibi*, inquit, *coram Deo qui vivificat omnia.* Hic et solatium est adversus pericula, et resurrectionis commemoratio. *Et Christo Jesu*, inquit, *qui testificatus est sub Pontio Pilato.* Rursum a magistro adhortationem incipit: hoc autem vult significare: Sicut ille fecit, inquit, ita et vos facere oportet. Ideo enim testificatus est, ut illum e vestigio sequamur in bona confessione: quod ipsum in Epistola ad Hebræos facit, dicens: *Intuentes ad fidei auctorem et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet;* ac rursum, *Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem; ut ne fatigemini animis vestris deficientes.* (Hebr. 12. 2. 3.) Ita et nunc se gerit erga discipulum: ac si diceret, Ne timeas mortem; Dei namque servus es, qui omnia vivificare potest. Quam vero dicit bonam confessionem? Quam interrogante Pilato, *Ergo Rex es tu?* dedit ille dicens, *Ego in hoc natus sum;* et rursum, *Ego veni ut testimonium perhibeam veritati.* (Joan. 18. 37.) Ecce hi me audierunt. Vel ideo sic loquitur; vel quia dixit, interrogatus an Filius Dei esset, *Tu dixisti, quia Filius Dei sum ego:* (Luc. 22. 70.) ac multa alia testificatus et confessus est. *Ut serves mandatum sine macula irreprehensibile usque in adventum Domini*

nostri Jesu Christi; hoc est, usque ad mortem, usque ad exitum. At non ita dixit, sed, *Usque in adventum*, ut magis illum excitaret. Quid est, *Ut serves mandatum sine macula?* Ut neque in dogmatibus neque in vitæ ratione aliquid maculæ contrahas. *Quem temporibus suis ostendet,* inquit, *beatus et solus potens, Rex regum et Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, lucemque habitat inaccessibilem.* De quonam hæc dicta sunt? an de Patre, an de Filio? Prorsus de Filio. *Quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens.* Et hæc rursus ad consolationem, ut ne miraretur vel timeret terrenos reges. *Temporibus suis;* hoc est, congruentibus, debitis; ut non ægre ferret, quod nondum venisset. Et undenam liquet illum ostensurum esse? Quod sit potens; solus enim est potens. Igitur ostendet ille beatus, et ipsa beatitudo. Hoc autem dixit, significans nihil ibi triste, nihil injucundum esse. Illud autem, *Solus*, dixit, vel ad differentiam hominum, vel quod ille sit ingenitus: quod etiam nos sæpe de hominibus dicimus, quos extollere volumus. *Qui solus habet immortalitatem*, inquit. Quid ergo? an Filius non habet? annon ipsa immortalitas est? quomodo, cum ejusdem sit cum Patre substantiæ? *Lucem inhabitans inaccessibilem*, inquit. Aliane lux ipse est, et alia illa in qua inhabitat? ergo loco circumscribitur? Absit. Non ut hoc cogitaremus, sed ut incomprehensibilem divinam naturam declararet, dixit illum lucem inaccessibilem habitare, sic de divinis loquens ut poterat. Viden' linguam cum aliquid magnum proferre vult, quam infirma sit? *Quem nullus hominum vidit, neque videre potest; cui honor et imperium æternum. Amen.* Congruenter hic et necessario de Deo loquutus est. Quia enim illum testem induxerat, multa de teste disserit, ut magis discipulum impellat. Hoc est, gloria ipsi: hoc tantum dicere possumus, hoc facere, non curiose inquirere quisnam sit. Si ergo imperium ejus æternum est, ne timeas; etiamsi nunc non fiat, semper honor ipsi, semper imperium. 17. *Divitibus in hoc sæculo præcipe non sublime sapere.* Pulchre dixit, *In hoc sæculo:* sunt enim etiam alii divites in futuro. Hæc porro monita dat, quod sciat nihil ita fastum, arrogantiam et superbiam gignere, ut opes. Deinde protinus illos deprimit dicens: *Neque sperare in incerto divitiarum.* Hinc enim arrogantia gigni-

μέχρι τῆς ἐξόδου. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ, Μέχρι τῆς ἐπιφανείας, εἶπεν, ἵνα μᾶλλον αὐτὸν διεγείρῃ. Τί ἐστι, Τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον; Μήτε δογμάτων ἕνεκεν, μήτε βίου, κηλῖδά τινα προστριψάμενον. Ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει, φησὶν, ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον. Περὶ τίνος ταῦτα εἴρηται; ἆρα περὶ τοῦ Πατρός; ἆρα περὶ τοῦ Υἱοῦ; Περὶ τοῦ Υἱοῦ πάντως. Ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης. Καὶ ταῦτα πάλιν εἰς παραμυθίαν, ἵνα μὴ θαυμάζῃ, * μὴ δεδοίκῃ τοὺς ἐνταῦθα βασιλεῖς. Καιροῖς ἰδίοις· τουτέστι, τοῖς προσήκουσι, τοῖς ὀφειλομένοις· ὥστε μὴ ἀσχάλλειν, ὅτι οὐδέπω γέγονε. Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι δείξει; Ἐκ τοῦ εἶναι δυνάστην· μόνος γάρ ἐστι δυνάστης. Οὐκοῦν δείξει ὁ μακάριος, ἡ αὐτομακαριότης. Τοῦτο δὲ λέγει δηλῶν ὅτι οὐδὲν ἐκεῖ λυπηρὸν, οὐδὲν ἀηδές. Τὸ δὲ, Μόνος, ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἀνθρώπων, ἢ διὰ τὸ ἀγέννητον εἴρηκεν· ὃ καὶ ἡμεῖς λέγομεν πολλάκις περὶ ἀνθρώπων, οὓς ἐξαιρεῖν βουλόμεθα. Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φησί. Τί οὖν; ὁ Υἱὸς οὐκ ἔχει; οὐκ αὐτοαθανασία ἐστί; καὶ πῶς, τῆς αὐτῆς ὢν οὐσίας τῷ Πατρί; Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, φησίν. Ἄλλο τὸ φῶς αὐτὸς, καὶ ἄλλο ὃ οἰκεῖ; οὐκοῦν καὶ τόπῳ ἐμπεριείληπται; Ἄπαγε. Οὐχ ἵνα τοῦτο νοήσωμεν, ἀλλ' ἵνα τὸ ἀκατάληπτον τῆς θείας φύσεως παραστήσῃ, φῶς οἰκεῖν αὐτὸν εἶπεν ἀπρόσιτον, οὕτω θεολογήσας ὡς ἦν αὐτῷ δυνατόν. Ὁρᾷς καὶ ὅταν μέγα τι φθέγξασθαι βουληθείη ἡ γλῶττα, πῶς ἐξασθενεῖ; Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, φησὶν, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται· ὥσπερ οὖν τὸν Υἱὸν οὔτε εἶδέ τις, οὔτε ἰδεῖν δύναται· ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν. Καλῶς ἐθεολόγησεν ἐνταῦθα, καὶ ἀναγκαίως. Ἐπειδὴ γὰρ μάρτυρα αὐτὸν ἤγαγε, πολλὰ περὶ τοῦ μάρτυρος διαλέγεται, ὥστε μᾶλλον τὸν μαθητὴν ἐντρέψαι. Τουτέστι, δόξα αὐτῷ· τοῦτο μόνον δυνάμεθα λέγειν, τοῦτο μόνον ποιεῖν, οὐ περιεργάζεσθαι τίς ἐστιν. Εἰ τοίνυν τὸ κράτος αὐτοῦ αἰώνιον, μὴ δείσῃς· κἂν νῦν μὴ γένηται, ἀεὶ τιμὴ αὐτῷ, ἀεὶ κράτος αὐτῷ. Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν. Καλῶς εἶπεν, Ἐν τῷ νῦν αἰῶνι· εἰσὶ γὰρ καὶ ἄλλοι πλούσιοι ἐν τῷ μέλλοντι. Ταῦτα δὲ παραινεῖ, εἰδὼς ὅτι οὐδὲν οὕτω τίκτει τῦφον καὶ ἀπόνοιαν καὶ ἀλαζονείαν, ὡς χρήματα. Εἶτα εὐθέως αὐτοὺς κατέσπακεν, εἰπών· Μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι. Ἀπὸ γὰρ τούτου ἡ ἀπόνοια· ὥς γε εἰς Θεὸν ἐλπίζων, οὐκ ἐπαίρεται. Τί ἐλπίζεις ἐπὶ τὸ ἀθρόον μεθιστάμενον; τοῦτο γὰρ ὁ πλοῦτος· καὶ πῶς εἰς ἐκεῖνον ἐλπίζεις ὑπὲρ οὗ

* [*Fort.* μηδὲ δεδοίκῃ. Dunæus.]

θαῤῥῆσαι οὐκ ἔστι; πῶς δὲ δυνήσονται μὴ ὑψηλοφρονεῖν, 775 φησίν; Ἂν ἴδωσιν ὅτι οὗτος ἄστατος, ἀβέβαιος· A ἂν ἴδωσιν ὅτι μείζων τοῦ πλούτου ἡ ἐλπὶς ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἂν ἴδωσιν ὅτι καὶ τούτου αὐτοῦ αἴτιος ὁ Θεός. Ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ, φησὶ, τῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν. Καλῶς εἶπε, Πάντα πλουσίως, τὰς ἐτησίους τροπὰς αἰνιττόμενος, τὸν ἀέρα, τὸ φῶς, τὸ ὕδωρ, τὰ ἄλλα πάντα. Ὁρᾷς πῶς πλουσίως παρέχει καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀφθονίας; Εἰ πλοῦτον ζητεῖς, ἐκεῖνον ζήτει τὸν μένοντα, τὸν βέβαιον, τὸν ἀπὸ τῶν ἔργων γινόμενον τῶν ἀγαθῶν. Τοῦτο καὶ αὐτὸς δηλῶν, Ἀγαθοεργεῖν, φησὶ, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς· τὸ B μὲν τῶν χρημάτων, τὸ δὲ τῆς ἀγάπης. Κοινωνικοὺς ὁμιλητικούς φησι, προσηνεῖς. Ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον. Ἐκεῖ οὐδὲν ἄδηλον· ἔνθα δὲ βέβαιος ὁ θεμέλιος, οὐδὲν ἄστατον, ἀλλὰ πάντα βέβαια, ἀκίνητα, πάγια, μόνιμα. Ἵνα ἐπιλάβωνται, φησὶ, τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ἡ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἔργων πρᾶξις τὴν ἐκείνης ἡμῖν ἀπόλαυσιν προξενῆσαι δύναται. Ὦ Τιμόθεε, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον. Μὴ μειώσῃς· οὐκ ἔστι σὰ, τὰ ἀλλότρια ἐνεπιστεύθης· μηδὲν ἐλαττώσῃς. Ἐκτρεπόμενος, φησὶ, τὰς βεβήλους κενοφωνίας καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώ- C σεως.

Καλῶς οὕτως εἶπεν. Ὅταν γὰρ πίστις μὴ ᾖ, γνῶσις οὐκ ἔστιν· ὅταν ἐκ τῶν οἰκείων λογισμῶν τίκτηταί τι, γνῶσις οὐκ ἔστιν. Ἢ τάχα τοῦτό φησι, διότι τινὲς ἑαυτοὺς ἐκάλουν τότε Γνωστικοὺς, ὡς πλέον τι τῶν ἄλλων εἰδότες. Ἥντινες ἐπαγελλόμενοι, φησὶ, περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. Ὁρᾷς πῶς πάλιν κελεύει μηδὲ ὁμόσε χωρεῖν πρὸς τοὺς τοιούτους; Ἐκτρεπόμενος, φησὶ, τὰς ἀντιθέσεις. Ἄρα εἰσὶν ἀντιθέσεις, πρὸς ἃς D οὐδὲ ἀποκρίνεσθαι χρή. Διὰ τί; Ὅτι τῆς πίστεως ἐκβάλλουσιν, ὅτι οὐκ ἀφιᾶσιν ἑστάναι βεβαίως οὐδὲ πεπηγέναι. Μὴ δὴ ταύτης ἐχώμεθα, ἀλλὰ τῆς πίστεως, τῆς πέτρας τῆς ἀῤῥαγοῦς. Οὔτε γὰρ ποταμοὶ, οὔτε ἄνεμοι προσπεσόντες δυνήσονταί τι λυμήνασθαι ἡμῖν· ἑστήκαμεν γὰρ ἐπὶ τῆς πέτρας ἀπαρασάλευτοι. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ βίου τούτου, ἂν ἐκεῖνον ἑλώμεθα τὸν ὄντως θεμέλιον, ἑστήκαμεν πάλιν οὐδὲν πάσχοντες δεινόν. Ὁ τὸν πλοῦτον αἱρούμενος ἐκεῖνον, οὐδὲν πείσεται δεινὸν, ὁ τὴν εὐδοκίμησιν, ὁ τὴν δόξαν, ὁ τὴν τιμὴν, ὁ τὴν ἡδονήν· πάντα ἐκεῖνα βέβαια, με- E ταβολὴ οὐδεμία· πάντα τὰ ἐνταῦθα ἀλλοιοῦται καὶ ὑπὸ τροπὴν κεῖται, πάντα μεταβάλλεται. Τί γὰρ βούλει; δόξαν; Οὐ συγκαταβήσεται, φησὶν, ἡ δόξα

tur: ut contra qui in Deo sperat, non extollitur. Quid in illam rem rem speras quæ repente transfertur? id quippe divitiæ sunt: et cur in illis spem ponis, quibus confidere non potes? Quomodo autem poterunt non altum sapere, inquies? Si videant has divitias esse instabiles, non firmas; si videant, quam omnes opes exsuperet firma spes in Deum, si intelligant harum quoque auctorem esse Deum. *Sed in Deo vivo,* inquit, *qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum.* Pulchre dixit, *Omnia abunde*, conversiones annuas subindicans, aerem, lucem, aquam, cætera omnia. Viden' quam affluenter et cum quanta copia præbeat? Si divitias quæris, illas quære manentes, firmas, quæ ex operibus bonis oriuntur. Hoc autem ille declarans, 18. *Benefacere,* inquit, *divitem fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare:* partim opes, partim caritatem. Communicare, affabiles esse, inquit, et mansuetos. 19. *Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum.* Illic nihil incertum est: ubi autem firmum est fundamentum, ibi nihil instabile, sed omnia firma, immota, inconcussa, perpetua. *Ut apprehendant,* inquit, *vitam æternam.* Bonorum enim operum exercitium ut ea perfruamur efficere potest. 20. *O Timothee, depositum custodi.* Ne imminuas illud: non sunt isthæc tua, aliena tibi credita sunt: ne minuas illa. *Devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiæ.*

2. Recte sic dixit. Ubi enim fides non est, ibi scientia non est: quando aliquid ex propriis cogitationibus gignitur, scientia non est. Vel fortassis hoc dicit, quia nonnulli se Gnosticos vocabant, sive scientes, quasi plus quam cæteri scirent. *Quam quidam promittentes*, inquit, *circa fidem exciderunt.* Vides quomodo rursus admoneat, ne cum illis congrediatur? *Devitans,* inquit, *oppositiones.* Sunt ergo oppositiones quibus ne respondere quidem oportet. Quare? Quia dejiciunt a fide, quia non sinunt firmiter fortiterque stare. Ne ergo huic scientiæ hæreamus, sed fidei, petræ firmæ et infractæ. Neque enim flumina, neque venti, si irruant, nobis malum inferre poterunt: stamus enim supra petram inconcussi. Ita in hac quoque vita, si illud verum fundamentum eligamus, stamus nihil mali patientes. Qui illas divitias eligit, nihil grave patietur; qui claritatem illam, qui gloriam, honorem et voluptatem illam sectatur, semper stabit: omnia illa firma sunt, nulla mutatio; præsentia autem cuncta variant et mutationi obnoxia sunt. Quid

Gnostici hæretici.

Fluxa rerum præsentium conditio. *Psal.* 48. 18.

declarat consubstantiales, non naturæ diversitatem: non enim hoc dicit, ut duas substantias inter se distinctas, sed ut duas personas ejusdem substantiæ intelligamus. Vide autem quomodo dicat, *Det illi Dominus*. Quid hoc? Non aliud quam misericordia. Quia enim ille misericordiam consequutus fuerat ab Onesiphoro, ut eamdem ille a Deo consequatur postulat. Si autem Onesiphorus, qui sese periculis exposuerat, ex misericordia salvus sit; multo magis nos. Terribiles namque sunt illæ rationes, terribiles et multa clementia opus habentes, ut non audiamus dictum illud tremendum: *Discedite, nescio vos*, *Matth.* 7.
qui operamini iniquitatem; ut non audiamus 23. et 25.
rursum illud tremendum: *Discedite, maledi-* 41.
cti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus; ut non audiant: *Chaos est inter nos* *Luc.* 16. 26.
et vos; ut non audiant illud horrore plenum: *Matth.* 22.
Tollite illum, et injicite in tenebras exterio- 13. et 25.
res; ut non audiant illud multum incutiens timorem, *Serve nequam et piger*. Horrendum quippe et terribile est tribunal illud: quamquam Deus mitis est et mansuetus. Deus enim misericordiarum et Deus consolationis vocatur, et ita bo- 2. *Cor.* 1. 3.
nus ut nemo alius, et benignus, clemens, multæ misericordiæ plenus, nec vult mortem peccatoris, *Ezech.* 18. 23.
sed ut convertatur et vivat. Unde ergo, unde fit ut dies illa tanto sit plena terrore? fluvius igneus ante thronum ejus trahitur, libri operum nostrorum aperti sunt, dies ille ut clibanus ardens est, angeli circumcurrunt, fornaces appositæ sunt multæ. Quomodo ergo clemens est? quomodo misericors? quomodo bonus? Benignus certe etiam sic, et hinc maxime clementiæ ejus magnitudo ostenditur. Ideo namque tantum nobis incutit timorem, ut his compulsi ad regni desiderium excitemur. Vide autem mihi quomodo non utcumque de Onesiphoro testificetur, sed dicat,

b [Malumus δεόμεθα.]

* [Recte Commel. ἐπιστρέψαι. Montf. cum Savil. ἐπιτρέψαι.]

Sæpe me refrigeravit : quasi athletam quemdam æstu et labore fatigatum, recreavit, inquit, et roboravit. *Et quanta Ephesi mihi ministravit, tu melius nosti.* Non solum Ephesi, inquit, sed etiam hic. Talem enim oportet esse eum qui vigilans et concitatus est; non semel vel bis vel ter operari debet, sed per totam vitam. Sicut enim corpus nostrum non semel nutritum, habet totius vitæ substantiam, sed quotidiano cibo opus habet : ita et in pietate quotidiano egemus bonorum operum auxilio. Multa enim nobis misericordia est opus : etenim propter peccata nostra clemens Deus illa omnia facit, cum nihil horum opus habeat, sed pro nobis omnia facit. Ideo enim omnia nobis exposuit et enarravit; nec solum narravit, sed etiam per opera fidem fecit. Fide namque dignus erat etiam ex solis verbis; sed ne quis hyperbolen vel minas tantum illa esse verba putaret, per opera etiam certitudinem addit. Quomodo? Et privatim et publice pœnas inducens. Atque ut ex ipsis rebus ediscas, modo Pharaonem punivit, modo diluvium aquarum et universum illud exitium induxit, aliquando etiam ignis supplicium. Et nunc quoque videmus improbos multos puniri et pœnas luere : quæ exempla sunt gehennæ.

3. Ne dormiamus enim, nec desidia torpeamus, nec verborum obliviscamur, per opera nos admonet et excitat, hic ostendens judicia, tribunalia, pœnas. Quod si apud homines tanta est justitiæ cura, apud Deum qui has leges constituit, nullane erit horum ratio? et quomodo hæc credi possint? Nam et domi et in foro ubique tribunalia videre est. Domi namque herus quotidie justitiam in servos exercet, et peccatorum rationem poscit, et partim punit, partim absolvit. In agris quoque villicus et uxor quotidie judicantur : in navi gubernator de vectoribus judicat, in exercitibus dux de militibus : et multa inveneris tribunalia; in artibus magister de discipulo. Privatim ergo et publice omnes alter de altero judicant; et nusquam juris rationem neglectam quis videat, sed ubique omnes rationes reddere. Ergone, cum hic justi perquisitio ubique fiat per urbes, per domos, et per singulos; illic, ubi justitia plena est dextera Dei, et justitia ejus sicut montes Dei, ibi nulla erit justitiæ ratio? Et quomodo Deus Judex justus, fortis et patiens, id suffert, nec pœnas exigit? Hic habes causam : patiens, inquit, est; sed exspectat ad pœniten-

Judicia Dei timenda.

Psal. 7. 12

ἀνέῤῥωσε. Καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις. Οὐ μόνον ἐν Ἐφέσῳ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα. Τοιοῦτον γὰρ δεῖ εἶναι τὸν νήφοντα καὶ διεγηγερμένον, οὐχ ἅπαξ ἐργάζεσθαι οὐδὲ δεύτερον οὐδὲ τρίτον, ἀλλὰ δι' ὅλης τῆς ζωῆς. Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα D τὸ ἡμέτερον οὐχ ἅπαξ τραφὲν ἔχει τῆς ὅλης ζωῆς τὴν ὑπόστασιν, ἀλλὰ δεῖται καὶ τῆς καθημερινῆς τροφῆς· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς εὐσεβείας καθ' ἑκάστην ἡμέραν δεόμεθα τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων βοηθείας. Πολλοῦ γὰρ ἡμῖν ἐλέου χρεία· διὰ γὰρ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἐκεῖνα πάντα ποιεῖ, οὐδὲν μὲν αὐτῶν δεόμενος, πάντα δὲ ποιῶν δι' ἡμᾶς. Διὰ γὰρ τοῦτο πάντα ἡμῖν ἐξεῖπε καὶ διηγήσατο, καὶ οὐ διηγήσατο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἔργων πιστοῦται. E Ἀξιόπιστος μὲν γὰρ ἦν καὶ ἀπὸ ῥημάτων μόνον· ἀλλ' ἵνα μή τις ὑπερβολῆς, μηδὲ ἀπειλῆς μόνης εἶναι νομίσῃ τὰ ῥήματα, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων πληροφορίαν προστίθησι. Πῶς; Καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τὰς τιμωρίας ἐπάγων. Καὶ ἵνα μάθῃς δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ποτὲ μὲν τὸν Φαραὼ ἐκόλασε, ποτὲ δὲ κατακλυσμὸν τῶν ὑδάτων ἐπήγαγε καὶ τὴν πανωλεθρίαν ἐκείνην, ποτὲ δὲ τὸν τοῦ πυρός. Καὶ νῦν δὲ ὁρῶμεν πολλοὺς κολαζομένους τῶν πονηρῶν, καὶ δί- F κην τιννύντας· ἅπερ ὑποδείγματα τῆς γεέννης ἐστίν.

Ἵνα γὰρ μὴ καθεύδωμεν, μηδὲ ῥαθυμῶμεν, μηδὲ ἐπιλανθανώμεθα τῶν ῥημάτων, διὰ τῶν ἔργων ἡμᾶς ὑπομιμνήσκει καὶ διεγείρει, ἐνταῦθα δεικνὺς κριτήρια, δικαστήρια, εὐθύνας. Εἶτα παρὰ ἀνθρώποις μὲν τοσαύτη τοῦ δικαίου ἐπιμέλεια, παρὰ δὲ Θεῷ τῷ καὶ ταῦτα νομοθετήσαντι οὐδεὶς τούτων λόγος; καὶ πῶς 676 A ἂν ἔχοι ταῦτα πίστιν; Καὶ γὰρ καὶ ἐν οἰκίᾳ καὶ ἐν ἀγορᾷ καὶ πανταχοῦ δικαστήριά ἐστιν ἰδεῖν. Ἐν οἰκίᾳ μὲν γὰρ ὁ δεσπότης δούλοις δικάζει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοὺς ἀπαιτεῖ εὐθύνας, καὶ τὰ μὲν κολάζει, τὰ δὲ ἀφίησιν. Ἐν ἀγροῖς πάλιν ὁ γεωργὸς καὶ ἡ γυνὴ δικάζεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ἐν πλοίοις ὁ κυβερνήτης δικάζει, ἐν στρατοπέδοις ὁ στρατηγὸς τοὺς στρατιώτας· [a] καὶ πολλὰ ἄν τις εὕροι δικαστήρια· ἐν τέχναις ὁ διδάσκαλος τῷ μαθητῇ. Καὶ ἰδίᾳ τοίνυν καὶ κοινῇ πάντες ἀλλήλοις δικάζουσι, καὶ οὐδαμοῦ τοῦ δικαίου τὸν λόγον παραμελούμενον ἴδοι τις ἄν, ἀλλὰ πάντας εὐθύνας διδόντας B πανταχοῦ. Εἶτα ἐνταῦθα μὲν οὕτω διέσπαρται καὶ κατὰ πόλιν καὶ κατὰ οἰκίας, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον ἡ τοῦ δικαίου ζήτησις, ἐκεῖ δὲ, ἔνθα δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ὡς ὄρη Θεοῦ, ἐκεῖ οὐδεὶς τοῦ δικαίου λόγος; Καὶ πῶς ὁ Θεὸς ὁ κριτὴς καὶ δίκαιος καὶ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος ἀνέ-

[a] [Præstat ordine mutato legere ἐν τέχναις ὁ διδ. τῷ μαθητῇ· καὶ πολλὰ κ. τ. λ.]

γεται, καὶ οὐκ ἀπαιτεῖ τὰς τιμωρίας; Ἐνταῦθα ἔχεις τὴν αἰτίαν· μακρόθυμος, φησὶν, ἐστὶ, μακροθυμεῖ δὲ εἰς μετάνοιάν σε ἕλκων· ἂν δὲ ἐπιμένῃς, Κατὰ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν. Εἰ δίκαιος τοίνυν ἐστὶ, τὸ κατ' ἀξίαν ἀποδίδωσι, καὶ οὐ περιορᾷ ἀτιμωρητὶ τοὺς πάσχοντας κακῶς· τοῦτο γὰρ δικαίου. Εἰ ἰσχυρὸς, καὶ μετὰ θάνατον ἀποδίδωσι, καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει· τοῦτο γὰρ ἰσχυροῦ. Εἰ δὲ μακρόθυμος ὢν ἀνέχεται, μὴ θορυβηθῶμεν, μηδὲ λέγωμεν, διὰ τί ἐνταῦθα οὐκ ἐπεξέρχεται; Εἰ γὰρ τοῦτο ἐγίνετο, προανήρπαστο ἂν τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, εἰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπῄτει δίκας ἡμᾶς τῶν πεπλημμελημένων. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἡμέρα ἁμαρτημάτων καθαρὰ, ἀλλ' ἢ μέγα, ἢ μικρόν τι προσκρούομεν. Ὥστε οὐδ' ἂν ἐφθάσαμεν οὐδὲ εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἕκαστος ἐλθεῖν, εἰ μὴ πολλὴ αὐτοῦ ἦν ἡ μακροθυμία καὶ ἡ ἀγαθότης, πολλὴν ἡμῖν παρέχουσα τὴν προθεσμίαν τῆς μετανοίας, ὥστε ἀποδύσασθαι τὰ πεπλημμελημένα. Ἕκαστος τοίνυν μετὰ συνειδότος ὀρθοῦ εἰσιὼν εἰς τὰ πεπραγμένα αὐτῷ, καὶ τὸν βίον αὐτοῦ πάντα εἰς μέσον ἀγαγὼν, ἐπισκοπείτω, εἰ μὴ μυρίων τιμωριῶν ἄξιος καὶ κολάσεών ἐστι· καὶ ὅταν ἀγανακτῇ, διὰ τί μὴ ὁ δεῖνα μυρία πράττων φαῦλα, δίκην δίδωσιν; ἐννοείτω τὰ ἑαυτοῦ, καὶ παύσει τὴν ἀγανάκτησιν. Ἐκεῖνα γὰρ μεγάλα φαίνεται, ἐπειδὴ ἐπὶ μεγάλοις γίνεται καὶ φανεροῖς· εἰ δὲ τὰ ἑαυτοῦ ἐξετάσειεν, ἴσως εὑρήσει πλείονα. Τὸ γὰρ ἁρπάζειν καὶ πλεονεκτεῖν ὅμοιόν ἐστιν, ἄν τε ἐπὶ χρυσίου, ἄν τε ἐπὶ ἀργυρίου γένηται· ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς διανοίας ἀμφότερα τίκτεται, καὶ ὁ τὸ μικρὸν ὑφελόμενος οὐ παραιτήσεται καὶ μέγα ὑφελέσθαι· εἰ δὲ μὴ πάρεστιν, οὐ παρ' ἐκεῖνον τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ πράγματος συντυχίαν. Ὁ τὸν πενέστερον ἀδικῶν πένης, οὐκ ἂν, εἴ γε ἐδύνατο, καὶ τὸν πλουτοῦντα παρεῖδεν, ἀλλὰ τῆς ἀσθενείας, οὐ τῆς ἐκείνου προαιρέσεως τὸ πρᾶγμα γίνεται λοιπόν. Ὁ δεῖνα ἄρχει, φησὶ, καὶ τὰ τῶν ἀρχομένων ἁρπάζει. Σὺ δὲ οὐχ ἁρπάζεις, εἰπέ μοι; Μὴ γάρ μοι εἴπῃς, ὅτι χρυσίου μὲν τάλαντα ἐκεῖνος, σὺ δὲ ὀβολοὺς δέκα· ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ οἱ μὲν ἔβαλον χρυσίον, ἡ δὲ δύο λεπτὰ, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἤνεγκεν ἐκείνων. Διὰ τί. Ἡ γὰρ προαίρεσις κρίνεται, καὶ οὐχ ἡ δόσις. Εἶτα ἐπὶ μὲν τῆς ἐλεημοσύνης ἀξιοῖς οὕτω δικάζειν τὸν Θεὸν, καὶ μηδὲν ἔλαττον διὰ τὴν πενίαν ἀποφέρεσθαι, εἰ δύο λεπτὰ καταβάλοις, τῶν μυρία τάλαντα καταθεμένων χρυσίου, ἐπὶ δὲ τῆς πλεονεξίας οὐχ οὕτω; καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον; Ὥσπερ ἐκείνη δύο λεπτὰ καταβαλοῦσα, ἀπὸ τῆς προαιρέσεως οὐδὲν ἔλαττον ἤνεγκεν, οὕτω καὶ σὺ δύο λεπτὰ ὑφελόμενος, οὐδὲν ἄμεινον ἐκείνων διάκεισαι, ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, μᾶλλον αὐτῶν πλεονεκτεῖς. Ὥσπερ γὰρ κἂν τὴν τοῦ βασιλέως τις

tiam te trahens: si autem perseveres, *Secundum duritiam tuam et impœnitens cor thesaurizas tibi iram.* (Rom. 2. 5.) Si ergo justus est, secundum meritum reddit, nec eos qui male patiuntur inultos sinit: hoc est enim justi munus. Si potens est, etiam
C post mortem reddit, et in resurrectione: hoc enim fortis judicis est. Si autem patiens cum sit differt, ne turbemur, nec dicamus, Cur hic non ulciscitur? Nam si ita fieret, jam sublatum esset genus hominum, si quotidie de peccatis pœnas repeteret a nobis. Nulla enim est, nulla est dies peccatis vacua, sed vel majus vel minus delictum admittimus. Itaque ne ad vigesimum quidem annum perveniremus, nisi multa ejus esset patientia et bonitas, quæ multum nobis spatium dat ad pœnitentiam, ut delicta deponamus. Unusquisque
D igitur cum recta conscientia gesta sua recensens, et vitam suam totam in medium adducens, consideret annon mille sit pœnis et suppliciis dignus: et cum indignatus dicit, Cur ille mille scelera perpetrans non dat pœnas? sua cogitet, et indignatio cessabit. Illa enim magna videntur, quia in magnis et notis rebus fiunt: si vero sua quis examinet, fortasse plura inveniet. Nam rapere et cupidum esse, idipsum est, sive aurum, sive argentum diripiatur: ex eodem quippe animo ambo pariuntur, et qui minora diripit, majora quoque
E diripere non dubitabit: quod si desit occasio, id non ex illo provenit, sed id fortuito contingit. Pauper qui pauperiorem lædit, divitem si posset, aggredi non dubitaret; sed ex imbecillitate, non ex arbitrio abstinet. Ille, inquies, princeps est, et subditorum bona rapit. Tu autem, quæso, annon rapis? Ne mihi dixeris, Ille auri talenta, tu vero obolos decem. Nam in eleemosyna alii aurum offerebant, illa vero duo minuta, nec minus quam illi attulit. Quare? Quia de voluntate, non de dono judicatur. Ergone cum de eleemosyna agitur,
F Deum vis ita judicare, ut nihil minus referas si duo minuta deponas, quam ii qui mille talenta auri deponunt; de avaritia vero et rapina non item? et quam hæc rationem habent? Sicut illa
677 A duo minuta deponens, ob voluntatem nihil minus retulit: ita et tu duos obolos rapiens, non minori conditione es quam illi, sed, si quid mirum dicere oporteat, plus quam illi avarus et rapax es. Sicut enim qui cum regis uxore, et qui cum pauperis et servi, mœchantur, similiter adulteri sunt, cum peccatum ex personarum diversitate non æstimetur, sed ex voluntate mœchi: ita et hic existimandum. Imo magis ego adulterum dixerim eum qui cum vili persona mœchatur, quam

qui cum regina. Illic enim divitiæ, forma et multa alia sunt quæ attrahant; hic vero nihil : itaque hic magis adulterus dicatur. Rursus illum magis ebriosum dixerim, qui viliore vino inebriatur : ita et magis rapacem censeo eum, qui ne minima quidem spernit. Qui enim multa et magna rapit, fortasse minora despicit; qui vero modica rapit, majora certe non contemneret. Itaque hic potius fur habeatur. Nam qui argentum non despicit, quomodo aurum despiciat? Itaque cum principes accusamus, nostra nobiscum reputemus, et inveniemus nos magis quam illos rapere et furari, si non ex re ipsa, sed ex voluntate judicium feramus; sic enim judicandum est. Dic enim mihi, si quis quæ pauperis erant, et alius quæ divitis erant, furatus in judicium adducatur, nonne ambo par supplicium luent? Quid vero? homicida nonne perinde est homicida, si mutilum et pauperem occidat, atque si divitem et formosum? Cum ergo dicemus, Ille alterius prædium rapuit, nostra cogitemus, et sic non alios condemnabimus, Deique mirabimur patientiam, nec indignabimur quod judicium in eos non feratur, et ipsi ad male operandum segniores evademus. Cum enim nos viderimus iisdem obnoxios culpis, non ita moleste feremus, sed peccandi finem faciemus, et futura bona consequemur in Christo Jesu Domino nostro, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

B μοιχεύσῃ γυναῖκα, κἂν τὴν τοῦ πένητος, κἂν τὴν τοῦ δούλου, ὁμοίως ἐστὶ μοιχὸς, οὐ τῇ διαφορᾷ τῶν προσώπων τοῦ ἁμαρτήματος κρινομένου, ἀλλὰ τῇ μοχθηρίᾳ τῆς τοῦ τολμήσαντος προαιρέσεως. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Καὶ μᾶλλον ἐγὼ μοιχὸν ἂν εἴποιμι τὸν εἰς τὴν τυχοῦσαν μοιχευόμενον, ἢ τὸν εἰς τὴν βασιλίδα αὐτήν· ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ πλοῦτος καὶ ἡ ὥρα καὶ πολλὰ ἕτερα ἦν τὰ ἐπισπώμενα, ἐνταῦθα δὲ οὐδέν· ὥστε μᾶλλον οὗτος ἂν εἴη μοιχός. Πάλιν, μέθυσον ἐκεῖνον ἂν εἴποιμι μᾶλλον τὸν τῷ φαύλῳ οἴνῳ προσκεχρημένον· οὕτω καὶ πλεονέκτην τὸν μηδὲ τῶν μικρῶν C καταφρονοῦντα. Ὁ μὲν γὰρ τὰ πολλὰ ἁρπάζων τῶν μικρῶν ἴσως καταφρονήσειεν ἄν· ὁ δὲ τὰ μικρὰ ὑφελόμενος, τῶν μεγάλων οὐδαμῶς· ὥστε μᾶλλον οὗτος κλέπτης ἐστίν. Ὁ γὰρ μὴ καταφρονῶν ἀργυρίου, πῶς ἂν χρυσίου καταφρονήσειεν; Ὥστε ὅταν τῶν ἀρχόντων κατηγορῶμεν, τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἀναλογισώμεθα, καὶ εὑρήσομεν μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ κλέπτοντας καὶ πλεονεκτοῦντας πλέον ἐκείνων, εἰ μὴ τῷ πράγματι, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει ταῦτα κρίνομεν, ὥσπερ D οὖν καὶ κρίνειν δίκαιον. Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις προσενεχθείη τὰ τοῦ πένητος λαβὼν, ἕτερος δὲ τὰ τοῦ πλουσίου, οὐχ ὁμοίαν ἀμφότεροι τίσουσι δίκην; Τί δέ; ὁ φονεὺς οὐχ ὁμοίως ἐστὶ φονεὺς, ἄν τε ἀνάπηρον καὶ πένητα, ἄν τε πλούσιον καὶ καλὸν ἀποκτείνῃ; Ὅταν οὖν εἴπωμεν, ὅτι ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸ χωρίον ἥρπασεν, ἐννοήσωμεν τὰ ἑαυτῶν, καὶ οὕτως οὔτε τοὺς ἄλλους κατακρινοῦμεν, καὶ τὸν Θεὸν θαυμασόμεθα τῆς μακροθυμίας, καὶ οὐκ ἀγανακτήσομεν, ὅτι ἡ κρίσις οὐκ ἔρχεται ἐπ' αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ ὀκνηρότεροι ἐσόμεθα πρὸς τὴν E τῶν κακῶν ἐργασίαν. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν τοῖς αὐτοῖς ὑπευθύνους ὄντας καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς, οὐκέτι ὁμοίως δυσχερανοῦμεν, ἀλλ' ἀποστησόμεθα τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἐπιτευξόμεθα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ μετὰ Πατρὸς καὶ ἁγίου Πνεύματος δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ δ'.

Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι. Σὺ οὖν κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. Νόει ἃ λέγω· δῴη γάρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι.

Φέρει μὲν ἐν θαλάσσῃ πολὺ τὸ θάρσος τῷ μαθητῇ τὸ τὸν διδάσκαλον ἐν ναυαγίῳ γενέσθαι καὶ διασωθῆναι· οὐ γὰρ ἡγήσεται λοιπὸν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀμαθίας συμπίπτειν τοὺς χειμῶνας, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως· τοῦτο δὲ εἰς ψυχαγωγίαν οὐ μικρόν. Φέρει δὲ καὶ ἐν πολέμοις τῷ ταξιάρχῃ προτροπὴν τὸ τὸν στρατηγὸν τρωθέντα ὁρᾷν, καὶ ἀνενεγκόντα πάλιν. Οὕτω δὴ καὶ τοῖς πιστοῖς φέρει τινὰ παραμυθίαν τὸ τὸν ἀπόστολον πολλὰ παθεῖν δεινὰ, καὶ ὑπ' οὐδενὸς τούτων καταμαλακισθῆναι· οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, τὰ αὐτοῦ πάθη διηγεῖτο. Ὁ γὰρ Τιμόθεος ἀκούων, ὅτι ὁ τοσαῦτα δυνάμενος καὶ πάσης τῆς οἰκουμένης κρατήσας, ἐν δεσμοῖς ἐστι καὶ ἐν θλίψεσι, καὶ οὐκ ἀσχάλλει οὐδὲ δυσχεραίνει ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐγκαταλειφθεὶς, εἰ καὶ αὐτὸς τὰ αὐτὰ ἔπαθεν, οὐκ ἂν ἡγήσατο ἀνθρωπίνης τὸ πρᾶγμα εἶναι ἀσθενείας, οὐδὲ διὰ τὸ μαθητὴς εἶναι καὶ ἐλάττων τοῦ Παύλου, ὅπου γε καὶ ὁ διδάσκαλος ταῦτα ἔπαθεν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν ταῦτα πάντα συμβεβηκέναι. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς [a] ταῦτα εἰργάσατο, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα διηγεῖται, ἵνα αὐτὸν ῥώσῃ καὶ ἀνακτήσηται. Ὅτι γοῦν τούτου ἕνεκεν τοῦτο ἐποίει, διηγησάμενος αὐτοῦ τὰς θλίψεις καὶ τοὺς πειρασμοὺς, ἐπήγαγε· Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τί λέγεις; κατέσεισας ἡμᾶς τῷ φόβῳ, εἶπες ὅτι δέδεσαι, ὅτι ἐν θλίψει εἶ, ὅτι πάντες σε ἀπεστράφησαν· καὶ ὥσπερ εἰρηκὼς, ὅτι οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, οὐδὲ ὑπό τινων ἐγκατελείφθης, οὕτως ἐπάγεις, Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ; Εἰκότως· ὅτι ταῦτά σε μᾶλλον ἐνεδυνάμωσεν, ἢ ἐκεῖνον. Εἰ γὰρ ἐγὼ Παῦ-

678 A

HOMILIA IV.

Cap. II. v. 1. *Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu,* 2. *et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.* 3. *Tu ergo collabora ut bonus miles Christi.* B 4. *Nemo militans se implicat negotiis sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* 5. *Nam et qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit.* 6. *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.* 7. *Intellige quæ dico; dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.*

1. Magnam fert discipulo in mari fiduciam, cum magister ejus in naufragio servatus est: non C enim deinceps putabit ex imperitia sua tempestates contingere, sed ex ipsa rerum natura: illud vero non modicum affert solatium. Fert etiam in bello tribuno incitamentum, cum videt ducem exercitus saucium evadere salvum. Ita etiam fidelibus id consolationi est, apostolum videre gravia multa patientem, neque tamen iis emollitum: neque enim, nisi ita res esset, Paulus ea quæ perpessus est enarraret. Timotheus enim audiens, cum qui tanta potuerat et totum orbem subegerat, in vinculis et ærumnis esse, nec rem vel ægre D vel indigne ferre, a suis derelictum; si et ipse eadem passus esset, eam rem non humanæ infirmitatis esse putasset, licet et discipulus et minor Paulo esset, quandoquidem et magister talia tolerasset, sed ex rei natura hæc omnia contigisse. Nam et ipse hæc fecerat, et ideo hæc enarrabat, ut illum corroboraret ac recrearet. Quod enim hoc ideo faciebat, postquam ærumnas et tentationes suas ipsi enarravit, subjungit: *Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Chri-* E *sto Jesu.* Quid dicis? Nos timore concussisti, dixisti te vinctum et in ærumnis esse, ab omnibus desertum fuisse; et ac si dixisses te nihil molestum esse passum, et a nullo desertum fuisse, ita resumis, *Tu ergo, fili mi, confortare?* Merito certe; quoniam ex his plus roboris accepisti, quam ipse Paulus. Si enim ego Paulus hæc pa-

[a] [In Savilio inclusa sunt verba, ταῦτα εἰργάσατο καί.]

tior, multo magis tu illa pati debes; si magister, multo magis discipulus. Et cum affectu magno monita dat, cum ait, *Fili;* neque id tantum, sed, *Fili mi.* Si filius es, inquit, patrem imitare; si filius es, ex iis quæ dixi corroborare; imo non ex dictis tantum, sed ex gratia Dei: nam *Confortare*, inquit, *in gratia, quæ est in Christo Jesu;* id est, per gratiam Christi. Ac si diceret, Sta firmiter, aciem nosti. Nam alibi quoque cum dicit,
Ephes. 6. 12. *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem*, non deterrens illos hoc dicit, sed excitans. Itaque sobrius esto, inquit, jejuna, gratiam Domini habeto tecum pugnantem et certantem; cum multa alacritate et constantia quæ tua sunt affer. *Et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus. Fidelibus*, non quæstiones et syllogismos moventibus: *Fidelibus*, quibusnam? Iis qui prædicationem non prodiderunt. *Quæ audisti,* non quæ conquisivisti: nam
Rom. 10. 17. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Quid est illud, *Per multos testes?* Ac si diceret, Non clam et in occulto audivisti, sed multis præsentibus, et cum fiducia. Non ait autem, Dic, sed, *Commenda,* veluti thesaurum, qui commendatur et in tuto deponitur. Rursus discipulum terret et a superioribus et ab inferioribus. Sed non fidelibus tantum illud, *Commenda,* dicit: quæ enim esset utilitas, si fidelis quidem ipse sit, aliis autem non possit doctrinam proferre? si ipse quidem fidem non prodiderit, neque tamen alios similes efficiat? Duo itaque magister habeat oportet, ut fidelis sit, et alios doceat. Ideo ait: *Qui idonei erunt et alios docere. Tu ergo labora ut bonus miles Jesu Christi.* Papæ! quanta dignitas militem esse Christi! Cogita terrenos reges, ut magnum quidpiam esse putent ii qui pro illis militant. Si ergo laborare est regii militis, non laborare non est militis. Itaque non oportet moleste ferre si labores; hoc enim militis est; sed si non labores, id indigne ferendum. *Nemo militans se implicat negotiis sæcularibus, ut ei placeat qui se probavit. Nam et qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit.* Hæc ad Timotheum quidem dicta dicuntur per illum omnibus et magistris et discipulis. Nemo igitur episcopatu præditus hæc audire dedignetur, sed indigne ferat, si non faciat. *Si quis pugnat,* inquit, *non coronatur, nisi legitime certaverit.* Quid sibi vult illud,

λος ταῦτα πάσχω, πολλῷ μᾶλλον σὺ ταῦτα φέρειν ὀφείλεις· εἰ ὁ διδάσκαλος, πολλῷ μᾶλλον ὁ μαθητής. Καὶ μετὰ πολλῆς τῆς φιλοστοργίας τὴν παραίνεσιν
I προσάγει, τέκνον αὐτὸν καλῶν, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ, Τέκνον ἐμόν. Εἰ τέκνον εἶ, φησὶ, τὸν πατέρα μιμοῦ· εἰ τέκνον εἶ, ἐνδυναμοῦ οἷς εἶπον· μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν διηγημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ
679 Θεοῦ· Ἐνδυναμοῦ γὰρ, φησὶν, ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν
A Χριστῷ Ἰησοῦ· τουτέστι, διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ. Τουτέστι, στῆθι γενναίως, οἶδας τὴν παράταξιν. Ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ λέγων, Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, οὐχὶ καταβάλλων αὐτοὺς λέγει, ἀλλὰ διεγείρων. Οὐκοῦν νῆφε, φησὶ, γρηγόρει, ἔχε τὴν χάριν τοῦ Κυρίου συμμαχοῦσαν καὶ συναγωνιζομένην, πολλῇ τῇ προθυμίᾳ καὶ τῇ προαιρέσει τὰ παρὰ σεαυτοῦ εἴσφερε. Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις. Πιστοῖς, οὐ ζητητικοῖς, οὐ συλλογιστικοῖς· Πιστοῖς· ποίοις; Τοῖς μὴ προδιδοῦσι τὸ
B κήρυγμα. Ἃ ἤκουσας, οὐχ ἃ συνεζήτησας· Ἡ πίστις γὰρ ἐξ ἀκοῆς, ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ. Τί ἐστι, Διὰ πολλῶν μαρτύρων; Ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, οὐ λάθρα ἤκουσας οὐδὲ κρυφῇ, ἀλλὰ πολλῶν παρόντων, μετὰ παῤῥησίας. Οὐκ εἶπεν, εἰπὲ, ἀλλὰ, Παράθου, καθάπερ ἐπὶ θησαυροῦ τὸ παρατιθέμενον ἐν ἀσφαλείᾳ παρακατατίθεται. Πάλιν φοβεῖ τὸν μαθητὴν καὶ ἀπὸ τῶν ἄνω καὶ ἀπὸ τῶν κάτω. Ἀλλ' οὐ πιστοῖς μόνον λέγει, Παράθου· τί γὰρ ὄφελος, ὅταν πιστὸς μὲν ᾖ, μὴ δύνηται δὲ εἰς ἑτέρους ἐξάγειν τὴν διδασκαλίαν; ὅταν
C αὐτὸς μὲν μὴ προδῷ τὴν πίστιν, ἑτέρους δὲ μὴ κατασκευάζῃ τοιούτους; Δύο τοίνυν ἔχειν χρὴ τὸν διδάσκαλον, καὶ πιστὸν εἶναι, καὶ διδακτικόν. Διὰ τοῦτό φησιν, Οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι. Σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. Βαβαὶ, πόσον τὸ ἀξίωμα, στρατιώτην εἶναι τοῦ Χριστοῦ. [a] Τοὺς βασιλεῖς ἐννόησον τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, πῶς μέγα τι εἶναι νομίζουσιν οἱ ὑπ' αὐτοὺς στρατευόμενοι. Εἰ τοίνυν τὸ κακοπαθεῖν βασιλικοῦ στρατιώτου, τὸ μὴ κακοπαθεῖν οὐκ ἔστι στρατιώτου. Ὥστε οὐ χρὴ
D δυσχεραίνειν, εἰ κακοπαθεῖς· τοῦτο γάρ ἐστι στρατιώτου· ἀλλὰ δυσχεραίνειν, εἰ μὴ κακοπαθοίης. Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Ταῦτα εἴρηται μὲν πρὸς Τιμόθεον, λέγεται δὲ πρὸς πάντα καὶ διδάσκαλον καὶ μαθητὴν δι' ἐκείνου. Μηδεὶς τοίνυν ἀπαξιούτω τῶν τὴν ἐπισκοπὴν ἐχόντων ταῦτα ἀκούων, ἀλλ' ἀπαξιούτω μὴ ταῦτα πράττων. Ἐὰν ἀθλῇ τις, φησὶν, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομί-

[a] [Verba τοὺς βασιλεῖς e Commel. et Savil. restituimus.]

E μως ἀθλήσῃ. Τί ἐστιν, Ἐὰν μὴ νομίμως; Οὐκ, ἐὰν εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσέλθῃ, ἀρκεῖ τοῦτο, οὐδὲ ἐὰν ἀλείψηται, οὐδὲ ἐὰν συμπλακῇ, ἀλλὰ ἂν μὴ πάντα τὸν τῆς ἀθλήσεως νόμον φυλάττῃ, καὶ τὸν ἐπὶ σιτίων, καὶ τὸν ἐπὶ σωφροσύνης καὶ σεμνότητος, καὶ τὸν ἐν παλαίστρᾳ, καὶ πάντα ἁπλῶς διέλθῃ τὰ τοῖς ἀθληταῖς προσήκοντα, οὐδέποτε στεφανοῦται. Καὶ ὅρα τοῦ Παύλου τὴν σοφίαν· ἀθλήσεως καὶ στρατιωτῶν ἐμνήσθη, τὸ μὲν, ὥστε ἕτοιμον εἶναι πρὸς σφαγὰς καὶ
F φόνους καὶ αἵματα, τὸ δὲ καρτερικὸν, ἵνα πάντα γενναίως φέρῃ, ἵνα διαπαντὸς ἐν ἀσκήσει ᾖ. Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν, φησὶ, δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. Εἶπεν ἀπὸ τῶν αὐτοῦ παραδειγμάτων, 680
A εἶπεν ἀπὸ τοῦ διδασκάλου· λέγει λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῶν κοινῇ συμβαινόντων, τῶν ἀθλητῶν, τῶν στρατιωτῶν· καὶ τίθησιν ἐκεῖ τὰ ἔπαθλα, τὸ μὲν, ἵνα Ἀρέσῃ τῷ στρατολογήσαντι· τὸ δὲ, Ἵνα στεφανωθῇ. Καὶ λέγει καὶ τρίτον ὑπόδειγμα, ὃ μάλιστα αὐτῷ ἁρμόζει· τὸ μὲν γὰρ τοῦ στρατιώτου καὶ τὸ τοῦ ἀθλητοῦ καὶ τοῖς ἀρχομένοις κατάλληλον, τὸ δὲ τοῦ γεωργοῦ λοιπὸν τῷ διδασκάλῳ. Μὴ ὡς στρατιώτης, μηδὲ ὡς ἀθλητὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς γεωργός [a]. Ὁ γεωργὸς οὐχ ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν καρπῶν τῆς γῆς· τουτέστιν, οὐ μικρὰν ἀμοιβὴν τῶν πόνων καρποῦται καὶ ὁ γεωργός.

B Ἐνταῦθα καὶ τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνενδεὲς δείκνυσι, καὶ τὴν ἀντίδοσιν τῆς διδασκαλίας, πρᾶγμα εἰπὼν κοινόν. Ὥσπερ, φησὶν, ὁ γεωργὸς οὐκ ἀνόνητα πονεῖ, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἀπολαύει τῶν πόνων τῶν οἰκείων, οὕτω καὶ τὸν διδάσκαλον εἰκός. Ἢ τοῦτο, ἢ περὶ τοῦ τιμᾶσθαι τοὺς διδασκάλους φησίν. Ἀλλ' οὐκ ἔχει λόγον· πῶς γὰρ οὐχ ἁπλῶς γεωργὸν εἶπεν, ἀλλὰ τὸν κοπιῶντα; οὐδὲ ἁπλῶς τὸν κάμνοντα, ἀλλὰ τὸν κοπτόμενον; Ἐνταῦθα καὶ πρὸς τὴν μέλλησιν ἵνα μη-
C δεὶς δυσχεραίνῃ, ἤδη, φησὶν, ἀπολαμβάνεις· ἢ ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ κόπῳ ἡ ἀντίδοσις. Ἐπεὶ οὖν τὰ παραδείγματα ἔθηκε τὸ τῶν στρατιωτῶν, καὶ ἀθλητῶν, καὶ γεωργῶν, καὶ πάντα ἁπλῶς αἰνιγματωδῶς, Οὐδεὶς, φησὶ, στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Καὶ εἰπὼν, Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν, ἐπήγαγε· Νόει ὃ λέγω· δώῃ γάρ σοι ὁ Θεὸς σύνεσιν ἐν πᾶσι. Τούτων γὰρ ἕνεκεν ταῦτα εἴρηται ἐν παροιμίᾳ καὶ παραβολῇ. Εἶτα πάλιν τὸ φιλόστοργον αὐτοῦ δεικνὺς, οὐ παύεται ἐπευχόμενος αὐτῷ, ἅτε ὡς
D ὑπὲρ γνησίου τέκνου δεδοικὼς, καί φησι· Μνημόνευε Χριστὸν Ἰησοῦν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος. Τίνος ἕνεκεν ἐνταῦθα

Nisi legitime? Non sufficit, si in certamen descendat, neque si ungatur, neque si congrediatur; sed nisi totam certaminis legem servaverit, et quæ cibum spectant, et quæ temperantiam et castitatem, et quæ de palæstra, et omnia demum quæ athletas exsequi convenit, numquam coronatur. Et vide Pauli sapientiam: certamen et milites memorat, tum ut ille promtus sit ad cædem et sanguinem, tum ut constanter et fortiter omnia ferat, ut semper in exercitatione sit. *Laborantem agricolam,* inquit, *oportet primum de fructibus percipere.* Dixerat de exemplis suis, dixerat de doctore; dicit demum de iis qui publici ordinis sunt, de athletis, de militibus: et illic præmia reponit, unum, *Ut ei placeat qui se elegit,* alterum, ut coronetur. Addit et tertium exemplar, quod maxime sibi competat: nam illud militis atque athletæ subditis competit; agricolæ autem exemplum magistro. Non tantum sicut miles sit vel athleta, sed etiam ut agricola. Agricola non sui tantum curam habet, sed etiam terræ fructuum; id est, non parvam laborum retributionem decerpit agricola.

2. Hic et Deum nullo egere ostendit, et retributionem doctrinæ esse, comparans exemplum vitæ vulgaris. Quemadmodum, inquit, agricola non frustra laborat, sed ante alios ipse laboribus fruitur suis, sic et doctorem par est. Vel hoc dicit, vel de honore magistris habito loquitur. Sed in ratione nixum non videtur: quomodo enim non simpliciter agricolam dixit, sed laborantem? nec modo laborantem, sed admodum laborantem? Hic etiam, ut nemo moram ægre ferat, inquit, Jam recipis: sive etiam, quod in ipso labore merces est. Postquam igitur exempla posuit militum, athletarum, agricolarum, et omnia ænigmatice, *Nemo,* inquit, *coronatur, nisi legitime certaverit.* Et postquam dixerat, *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere,* addidit: *Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.* Horum enim gratia hæc dicta sunt in proverbio et parabola. Deinde rursus affectum suum indicans, non desinit apprecari illi, nempe velut genuino filio metuens, et ait: *Memor esto Christum Jesum resurrexisse ex mortuis ex semine David se-*

[a] [Additur in marg. Savilii ὑπὲρ τῶν διδασκομένων πονῆται. Ellipsis verbi ἔστω aliquot alibi reperiuntur exempla.]

cundum evangelium meum, 9. in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans. Cur hic rem illam memorat? Maxime hæreticos impetens, simulque seipsum recreans et passionum lucrum ostendens: quia ipse quoque Doctor noster Christus per passionem mortem expugnavit. Hujus rei memento, inquit, et idoneam consolationem habebis. *Memor esto,* inquit, *Dominum Jesum Christum resurrexisse ex mortuis ex semine David.* Jam enim inde cœperant quidam œconomiam seu incarnationem evertere, pudore affecti de magnitudine benignitatis Dei. Talia quippe erant Dei erga nos beneficia, ut homines puderet illa Deo applicare, et non crederent, illum ita se demisisse. *Secundum evangelium meum,* inquit. In epistolis suis passim illud ponit, *Secundum evangelium meum*; vel quia ipsi obtemperare oportebat, vel quia alii erant diversa evangelizantes. *In quo laboro,* inquit, *usque ad vincula quasi male operans.* Rursum ex se consolationem affert, rursum adhortationem; et his ambobus auditorem inungit, si sciat laborem ipsum pertulisse, et non sine utilitate hoc fecisse. Sic enim lucrabitur; si secus faciat, lædetur. Quæ enim utilitas si ostendas doctorem laborare quidem, sed ad nullam utilitatem? verum illud mirabile est, si ad profectum, si ad utilitatem discipulorum. *Sed verbum Dei non est alligatum.* Id est; si sæculares milites essemus, inquit, vel si bellum sub sensum cadens duceremus, vim haberent illa vincula, quæ manus alligant: nunc vero tales nos fecit Deus, ut a nullo expugnari possimus. Vinciuntur enim manus, sed non lingua: nemo enim potest vincire linguam, nisi formido tantum et incredulitas; quæ si non adsint, etiamsi vincula injicias, prædicatio non ligatur. Exempli causa, si quis agricolam vinciat, sementem impedit; nam manu ille seminat: doctorem vero si vincias, verbum non impedivisti; nam lingua seminat ille, non manu. Vinculis ergo non subjicitur verbum nostrum: nobis enim vinctis, illud solutum est et currit. Quomodo, inquies? Ecce namque etiam vincti seminamus. Hoc dicitur ad incitandos eos qui soluti sunt: Si nos vincti prædicamus, multo magis vos qui soluti estis id oportet facere. Audisti me quasi male operantem hæc pati? ne ideo dejiciaris. Miraculum enim magnum est, cum vinctus solutorum instar agit; cum vinctus omnes superat, vincientes se debellat. Dei namque verbum est, non nostrum: humana autem vincula Dei verbum vincire non poterunt. Hæc patior propter electos. 10. *Ideo enim,* inquit, *omnia*

τούτου μέμνηται; Μάλιστα μὲν οὖν καὶ πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἀποτεινόμενος, ἅμα δὲ καὶ ἀνακτώμενος αὐτὸν, καὶ δεικνὺς τῶν παθημάτων τὸ κέρδος, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ὁ Χριστὸς διὰ πάθους τὸν θάνατον κατηγωνίσατο. Τοῦτο μνημόνευε, φησὶ, καὶ ἕξεις παράκλησιν ἱκανήν. Μνημόνευε, φησὶ, Χριστὸν
E Ἰησοῦν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαυΐδ. Ἤδη γὰρ ἐξ ἐκείνου ἤρξαντό τινες τὴν οἰκονομίαν ἀνατρέπειν, ἐπαισχυνόμενοι τῷ μεγέθει τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας. Τοιαῦτα γὰρ ἦν ἃ εὐηργέτησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὡς τοὺς ἀνθρώπους αἰσχύνεσθαι περιάπτειν αὐτὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἀπιστεῖν ὅτι τοσοῦτον κατέβη. Κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, φησί. Πανταχοῦ τοῦτο τίθησι τῶν ἐπιστολῶν λέγων, Κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, ἢ ἐπειδὴ αὐτῷ πείθεσθαι ἐχρῆν, ἢ ἐπειδὴ καὶ ἕτεροι
F ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι ἕτερα. Ἐν ᾧ κακοπαθῶ, φησὶ, μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος. Πάλιν παρ' ἑαυτοῦ τὴν παραμυθίαν εἰσάγει, πάλιν τὴν προτροπήν· καὶ δύο τούτοις τὸν ἀκροατὴν ἀλείφει, τῷ τε εἰδέναι κακοπαθεῖν, καὶ τῷ μὴ ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ τοῦτο ποιεῖν.
681 Οὕτω μὲν κερδανεῖ, ἐκείνως δὲ καὶ βλαβήσεται. Τί
A γὰρ ὄφελος, ἐὰν δείξῃς τὸν διδάσκαλον κακοπαθοῦντα μὲν, ἐπ' οὐδενὶ δὲ χρησίμῳ; ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμαστὸν, εἰ ἐπί τινι χρησίμῳ, εἰ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν διδασκομένων. Ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται. Τουτέστιν, εἰ μὲν κοσμικοὶ ἦμεν στρατιῶται, φησὶν, ἢ εἰ πόλεμον ἐπολεμοῦμεν αἰσθητὸν, ἴσχυε ταῦτα τὰ δεσμὰ τὰς χεῖρας κατέχοντα· νῦν δὲ τοιούτους ἡμᾶς ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ὡς μηδενὶ καταγωνίζεσθαι. Δεσμοῦνται μὲν γὰρ αἱ χεῖρες, ἀλλ' οὐχ ἡ γλῶττα· γλῶτταν γὰρ οὐδεὶς δῆ-
B σαι δύναται, ἀλλ' ἡ δειλία μόνον καὶ ἀπιστία· ὡς ἂν ταύτην μὴ ἔχωμεν, κἂν περιβάλῃς δεσμὰ, τὸ κήρυγμα οὐ δέδεται. Οἷον, γεωργόν τις ἐὰν δήσῃ, τὸν σπόρον ἐνεπόδισε, τῇ χειρὶ γὰρ σπείρει· διδάσκαλον ἐὰν δήσῃς, τὸν λόγον οὐκ ἐνεπόδισας· τῇ γλώττῃ γὰρ σπείρει, οὐ τῇ χειρί. Οὐχ ὑποβάλλεται τοίνυν δεσμῷ ὁ λόγος ὁ ἡμέτερος· ἡμῶν γὰρ δεδεμένων, ἐκεῖνος λέλυται καὶ τρέχει. Πῶς, φησίν; Ὅτι ἰδοὺ καὶ δεδεμένοι κηρύττομεν. Τοῦτο εἰς προτροπὴν τῶν λελυμένων· εἰ ἡμεῖς δεδεμένοι κηρύττομεν, πολλῷ μᾶλλον
C ὑμᾶς τοὺς λελυμένους τοῦτο ποιεῖν χρή. Ἤκουσας ὅτι ὡς κακοῦργος ταῦτα πάσχω; μὴ κατηφὴς γένῃ. Πολὺ γὰρ τὸ θαῦμα δεδεμένον ὄντα τὰ τῶν λελυμένων ποιεῖν, δεδεμένον πάντων περιγενέσθαι, δεδεμένον καταγωνίζεσθαι τοὺς δεδεκότας. Θεοῦ γάρ ἐστιν ὁ λόγος, οὐχ ἡμῶν· δεσμὰ δὲ ἀνθρώπινα Θεοῦ λόγον περιβαλεῖν οὐ δυνήσεται. Ταῦτα πάσχω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, πάντα πάσχω διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς, ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,
D μετὰ δόξης αἰωνίου. Ἰδοὺ καὶ ἄλλη προτροπή· οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, φησὶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἑτέρων σωτηρίας ταῦτα ὑπομένω. Ἐξὸν ἦν ἀκινδύνως ζῆν, ἐξὸν ἦν μη-

δὲν τούτων πάσχειν, εἴ γε τὰ ἐμαυτοῦ ἐσκόπουν. Ἀλλὰ διὰ τίνα ταῦτα πάσχω; Ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων ἀγαθῶν, ἵνα ἄλλοι τύχωσι ζωῆς αἰωνίου. Τί οὖν καὶ ἐπαγγέλλῃ; Οὐχ ἁπλῶς εἶπε, διὰ τούσδε, ἀλλὰ, Διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. Εἰ ὁ Θεὸς αὐτοὺς ἐξελέξατο, πάντα ἡμᾶς δεῖ πάσχειν ὑπὲρ αὐτῶν, Ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι. Τῷ εἰπεῖν, Καὶ αὐτοὶ, δεικνύντος ἐστὶ καὶ λέγοντος, ὡς καὶ ἡμεῖς· καὶ γὰρ καὶ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐξελέξατο. Καὶ ὥσπερ δι' ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἔπαθεν, οὕτω καὶ E ἡμεῖς δι' ἐκείνους· ὥστε ἀνταπόδοσίς ἐστι τὸ πρᾶγμα, οὐχὶ χάρις. Ἐπὶ μὲν τοῦ Θεοῦ χάρις ἦν, οὐ γὰρ προευπαθὼν εὐηργέτησεν· ἐπὶ δὲ ἡμῶν ἀντίδοσις· προευπαθόντες ἡμεῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ, πάσχομεν ὑπὲρ τούτων [a] ὧν πάσχομεν, ἵνα σωτηρίας τύχωσι. Τί λέγεις; ποίας σωτηρίας; ὁ σεαυτῷ αἴτιος μὴ ὢν σωτηρίας, ἀλλὰ ἀπολλύμενος, ἑτέρῳ σωτηρίας αἴτιος γίνῃ; Διὰ τοῦτο προσέθηκεν· οὐ ταύτης, φησὶν, ἀλλὰ Τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῆς ὄντως σωτηρίας, μετὰ δόξης F αἰωνίου. Ὀδυνηρὰ τὰ παρόντα, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς· κατηφῆ τὰ παρόντα, ἀλλὰ πρόσκαιρα· ἀηδίας μεστὰ καὶ ὀδύνης, ἀλλὰ μέχρι σήμερον καὶ αὔριον μόνον.

sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria æterna. Ecce aliam adhortationem: Non pro me ipso, inquit, sed pro aliorum salute hæc patior. Licebat sine periculo vivere, et horum nihil pati, si mea tantum spectassem. Sed qua de causa hæc patior? Pro alienis bonis, ut alii vitam æternam consequantur. Quid ergo polliceris? Non dixit, Propter hos quosdam, sed, *Propter electos.* Si Deus ipsos elegit, nos omnia oportet pati propter illos, *Ut et ipsi salutem consequantur.* Cum dicit, *Ut et ipsi*, ostendit ac dicit, Sicut et nos: nam nos quoque Deus elegit. Ac sicut propter nos Deus passus est, sic et nos propter illos: itaque retributio hæc res est, non gratia. In Deo quidem gratia erat; non enim prius affectus beneficio beneficium retulit: in nobis vero retributio est; nos prius beneficio affecti a Deo, pro his patimur, ut salutem consequantur. Quid dicis? quam salutem? qui tibi causa salutis non es, sed qui perieras, alteri es causa salutis? Ideo adjecit; Non hac, inquit, salute, sed *Quæ est in Christo Jesu*, quæ vere salus est, *cum gloria æterna.* Doloris plena sunt præsentia, sed in terra; demissa sunt præsentia, sed temporanea; injucunda et doloris plena, sed usque ad hodiernum et crastinum tantum.

682 A Τὰ μέντοι χρηστὰ οὐ τοιαῦτα, ἀλλ' αἰώνια, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ. Ὄντως ἐκείνη δόξα, αὕτη δὲ ἀτιμία. Θέα γάρ μοι, ἀγαπητέ· οὐκ ἔστι δόξα ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἡ ὄντως δόξα ἐν οὐρανοῖς ἐστιν. Εἰ δέ τις δοξάζεσθαι βούλεται, ἀτιμαζέσθω· εἴ τις ἀνέσεως βούλεται τυχεῖν, θλιβέσθω· εἴ τις διαπαντὸς εὐδοκιμεῖν καὶ τρυφᾷν, τὰ πρόσκαιρα διαπτυέτω. Ὅτι δὲ ἡ ἀτιμία δόξα ἐστὶν, ἡ δὲ δόξα ἀτιμία, φέρε, κατὰ δύναμιν τοῦτο παραστήσωμεν, ἵνα τὴν ὄντως δόξαν ἴδωμεν. Οὐκ ἔστιν ἐπὶ γῆς δοξάζεσθαι· εἰ δὲ βούλει δοξάζεσθαι, δι' ἀτιμίας. Καὶ φέρε ἐπὶ τῶν δύο προσώπων τοῦτο B ἐξετάσωμεν, ἐπὶ τοῦ Νέρωνος καὶ τοῦ Παύλου. Ἐκεῖνος τὴν δόξαν εἶχε τοῦ κόσμου, οὗτος τὴν ἀτιμίαν. Πῶς; τύραννος ἦν ἐκεῖνος, πολλὰ κατωρθωκὼς, τρόπαια στήσας, πλοῦτον ἔχων ἐπιῤῥέοντα, πανταχόθεν στρατόπεδα ἄπειρα, τὸ πλέον τῆς οἰκουμένης μέρος ὑποτεταγμένον, τὴν βασιλίδα πόλιν ὑποτεταγμένην, τὴν σύγκλητον ἅπασαν ὑποκύπτουσαν, τὰ βασίλεια αὐτὰ ἐν λαμπρῷ τῷ σχήματι προήει. Εἴτε ὁπλίζεσθαι ἔδει, χρυσῷ καὶ λίθοις τιμίοις ὁπλιζόμενος * ἔξεισιν· εἴτε ἐν εἰρήνῃ καθῆσθαι, ἁλουργίδα περικείμενος ἐκάθητο. Πολλοὺς τοὺς δορυφόρους, πολλοὺς τοὺς C ὑπασπιστὰς εἶχε· γῆς καὶ θαλάττης δεσπότης ἤκουεν,

3. Quæ autem vere bona, non sunt talia, sed æterna, sed in cælo. Illa vere gloria est; hæc autem ignominia. Vide, quæso te, dilecte: non est vere gloria in terra, sed vera gloria in cælis est. Si quis vero gloriam cupit, ignominiam quærat: si quis requiem vult consequi, in ærumnis versetur: si quis omnino conspicuus esse ac deliciari velit, temporanea respuat. Quod autem ignominia gloria sit, et gloria ignominia, age, pro viribus hoc demonstremus, ut veram videamus gloriam. In terra gloriari non potes: si autem vis gloriari, id per ignominiam consequeris. Age, id in duabus personis inquiramus, in Nerone scilicet et in Paulo. Ille mundi gloriam habuit, hic ignominiam. Quomodo? tyrannus erat ille, multa præclare gesserat, tropæa erexerat, divitias affluenter habebat, undique exercitus innumeri erant, maxima pars orbis ipsi subdita erat, regia urbs parebat, Senatus totus obsequebatur, regia splendida erat et magnifica. Si armari oporteret, auro et gemmis ornatus et armatus prodibat; si in pace versandum esset, purpura amictus sedebat. Multos satellites et hastatos

Comparatio Pauli cum Nerone.

[a] [*Leg.* ἃ πάσχομεν. *Nam* τούτων *est personarum pro quibus*, ὧν *rerum quas patimur.* Hales.]

* [Marg. Savil. ἔξῄει, probante Dunæo. Paulo ante pro προήει fort. leg. προεῖχε, *eminebat.*]

ducebat; maris et terræ dominus, Imperator, Augustus, Cæsar, Rex, et multa alia nomina circumferebat, quæ assentatio excogitare posset: ac nihil ipsi prorsus ad gloriam deerat; sed et sapientes et dynastæ et reges ipsum formidabant. Præterea ferus, immanis et impudens erat: atque deus esse volebat, idolaque despiciebat omnia, ipsumque Deum universorum, atque ut deus colebatur. Quid hac gloria majus? imo quid hac ignominia deterius? Verum nescio quomodo vi veritatis ducta præcucurrit lingua, et ante judicium sententiam tulit. Interim autem secundum multorum opinionem rem examinemus, secundum infidelium mentem, secundum assentationem. Quid majus, quid gloriosius dici potest, quam deum ipsum existimari? Summum id profecto dedecus, quod homo eo insaniæ feratur; sed interim secundum multorum opinionem rem discutiamus. Nihil igitur ipsi ad gloriam humanam deerat, nam quasi deus ab omnibus colebatur. Sed ipsum jam Paulum ex adverso examinemus, si placet. Cilix erat; quantum vero Ciliciam inter et Romam sit discriminis, omnes norunt: coriarius erat, inops, externæ sapientiæ expers, Hebraice tantum sciens, quæ lingua omnibus, maximeque Italis despectui erat. Neque enim barbaram, neque Græcam, neque aliam quampiam linguam perinde contemnunt, atque Syram: hæc autem Hebraicæ admodum finitima est. Et ne mireris si illam respuant: nam si Græcam mirabilem illam et pulchram despiciunt, multo magis Hebraicam. Vir ille, inquam, sæpe in fame degebat, et incœnatus dormiebat; homo nudus, nec quo operiretur habens.
2. Cor. 11. 27. *In frigore et nuditate*, inquit. Neque hæc tantum; sed etiam in vinculis, cum latronibus, præstigiatoribus, sepulcrorum effossoribus, homicidis, ipso illo jubente constitutus est, et tamquam maleficus verberabatur, ut et ipse dicit. Uter igitur illustrior est? Nonne illius ne nomen quidem norunt plurimi; hunc autem et Græci et barbari et Scythæ atque qui in ipsis finibus terræ habitant, quotidie celebrant? At nondum præsentia, sed quid tunc futurum sit disquiramus. Quis clarior, quis gloriosior erat? isne qui catena cingebatur, et vinctus trahebatur ex carcere, an is qui purpura amictus ex regia prodibat? Vinctus ille plane. Quomodo? Quia ille qui exercitus habebat, splendidoque modo præerat, ea quæ volebat

αὐτοκράτωρ, Αὔγουστος, Καῖσαρ, βασιλεὺς, καὶ πολλὰ ἕτερα ὀνόματα τοιαῦτα, ἅπερ [a] κολακείαν ἐπενόει καὶ θεραπείαν· καὶ οὐδὲν ἐνέλιπεν ὅλως τῶν εἰς δόξαν· ἀλλὰ καὶ σοφοὶ καὶ δυνάσται καὶ βασιλεῖς αὐτὸν ἔτρεμον, καὶ ἐδεδοίκεισαν τὸν ἄνδρα· καὶ γὰρ καὶ ἄλλως ὠμός τις καὶ ἰταμὸς εἶναι ἐλέγετο· οὗτος καὶ θεὸς εἶναι ἐβούλετο, καὶ πάντων κατεφρόνει τῶν εἰδώλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, καὶ ὡς
D θεὸς ἐθεραπεύετο. Τί ταύτης τῆς δόξης κρεῖττον; μᾶλλον δὲ τί τῆς ἀτιμίας χεῖρον; Ἀλλ' οὐκ οἶδα πῶς ὑπὸ τῆς ἀληθείας προὔδραμε τὸ στόμα, καὶ πρὸ τῆς κρίσεως τὴν ψῆφον ἤνεγκε. Τέως δὲ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν τὸ πρᾶγμα ἐξετάσωμεν, κατὰ τὴν τῶν ἀπίστων, κατὰ τὴν κολακείαν. Τί μεῖζον εἰς λόγον δόξης τοῦ καὶ θεὸν νομισθῆναι αὐτόν; Μεγάλη ὄντως τοῦτο ἀτιμία, τὸ ἄνθρωπον ὄντα τοιαῦτα λυττᾷν· ἀλλὰ τέως κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν τὸ πρᾶγμα ἐξετάσωμεν. Οὐδὲν τοίνυν ἐνέλιπεν αὐτῷ εἰς δόξαν τὴν ἀνθρωπίνην, ἀλλ' ὡς θεὸς παρὰ πάντων ἐθεραπεύετο. Ἀλλὰ ἀντεξετάσωμεν αὐτῷ καὶ τὸν Παῦλον,
E εἰ δοκεῖ. Κίλιξ ὁ ἄνθρωπος ἦν· ὅσον δὲ Κιλικίας καὶ Ῥώμης τὸ μέσον, πάντες ἴσασι· σκυτοτόμος, πένης, τῆς ἔξωθεν σοφίας ἄπειρος, [b] Ἑβραϊστὶ μόνον εἰδὼς, γλῶτταν διασυρομένην παρὰ πάντων, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν Ἰταλῶν. Οὐ γὰρ οὕτω τοὺς τὴν βάρβαρον, οὔτε τὴν Ἑλλάδα, οὔτε ἄλλην τινὰ ἔχοντας γλῶτταν διασύρουσιν, ὡς τὴν Σύρων· αὕτη δὲ πολλὴν ἔχει τὴν κοινωνίαν πρὸς ταύτην. Καὶ μὴ θαυμάσῃς ὅτι
F ταύτην διέπτυον· εἰ γὰρ τὴν Ἑλλάδα τὴν θαυμαστὴν καὶ καλὴν διαπτύουσι, πολλῷ μᾶλλον τὴν Ἑβραίων. Ἄνθρωπος πολλάκις ἐν λιμῷ ζήσας, καὶ
686 κοιμηθεὶς πεινῶν, ἄνθρωπος γυμνὸς, οὔτε ὅ τι περι-
A βάλοιτο ἔχων, Ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι, φησίν. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δεσμοῖς γεγονώς· μετὰ γὰρ λῃστῶν, μετὰ γοήτων, μετὰ τυμβωρύχων, μετὰ ἀνδροφόνων αὐτοῦ ἐκείνου κελεύσαντος ἐβέβλητο καὶ ἐμαστίζετο ὡς κακοῦργος, ὅπερ οὖν καὶ αὐτός φησι. Τίς οὖν λαμπρότερος; οὐχὶ ἐκείνου μὲν οὐδὲ ὄνομα ἴσασιν οἱ πολλοὶ, τοῦτον δὲ καὶ Ἕλληνες καὶ βάρβαροι καὶ Σκύθαι καὶ οἱ πρὸς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα καθ' ἑκάστην ᾄδουσι τὴν ἡμέραν;
B Ἀλλὰ μήπω τὰ νῦν, ἀλλὰ τὰ τότε ἐξετάσωμεν. Τίς ἦν λαμπρότερος; τίς ἐπιδοξότερος; ὁ τὴν ἅλυσιν περικείμενος, καὶ δεδεμένος ἑλκόμενος ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, ἢ ὁ τὴν ἁλουργίδα περικείμενος, καὶ ἐκ τῶν βασιλείων προϊών; Ὁ δεδεμένος πάντως. Πῶς; Ὅτι ἐκεῖνος μὲν καὶ στρατόπεδα ἔχων, καὶ ἐν λαμπρῷ τῷ σχήματι προκαθήμενος, ἅπερ ἤθελεν οὐκ ἴσχυσεν

[a] [*Fort.* κολακείαν ἐπενόει καὶ θεραπείαν. Savil.]
[b] [*Quomodo ergo poetas Græcos legerat, quos frequenter citat?* Hales. Εἰδὼς est, accurate sciens. Ita vere dicit Chrys.]

ἀνύειν· ὁ δὲ δεσμώτης, καὶ ὡς κακοῦργος ἐν εὐτελεῖ σχήματι, αὐθεντικώτερον πάντα ἔπραττε. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ἐκεῖνος ἔλεγε, μὴ διασπείρῃς τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας· οὗτος ἔλεγεν, οὐκ ἀνέχομαι· οὐδὲ γὰρ δέδεται ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. Καὶ διέπτυσεν ὁ Κίλιξ, C ὁ δεσμώτης, ὁ σκηνοποιὸς, ὁ πένης, ὁ ἐν λιμῷ ζῶν τὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, τὸν πλούσιον, τὸν βασιλεύοντα, τὸν πάντων κρατοῦντα, τὸν μυρίοις μυρία παρέχοντα· καὶ τοσούτων ὄντων στρατοπέδων, οὐδὲν ἴσχυσε. Τίς ἄρα λαμπρὸς ἦν; τίς σεμνός; ὁ ἐν δεσμοῖς νικῶν, ἢ ὁ ἐν ἁλουργίδι νικώμενος; ὁ κάτω ἑστὼς καὶ βάλλων, ἢ ὁ ἄνω καθήμενος καὶ βαλλόμενος; ὁ ἐπιτάττων καὶ καταφρονούμενος, ἢ ὁ ἐπιταττόμενος καὶ οὐδένα λόγον ἔχων τῶν ἐπιταγμάτων; ὁ μόνος ὢν καὶ περιγινόμενος, ἢ ὁ μετὰ μυρίων στρατοπέδων ἡττώμενος; Ἀπήρχετο οὖν ὁ βασιλεὺς, D τοῦ δεσμώτου κατ' αὐτοῦ τρόπαιον στήσαντος. Εἰπὲ οὖν μοι, ποίας ἄν τις ἠβουλήθη μερίδος εἶναι; Μὴ γάρ μοι τὰ μετὰ ταῦτα εἴπῃς, ἀλλὰ τέως ἐκεῖνα ἐξέτασον· ποίας μερίδος ἄν τις ἠθέλησεν εἶναι, τῆς τοῦ Παύλου, ἢ τῆς τοῦ Νέρωνος; οὐ λέγω κατὰ τὸν τῆς πίστεως λόγον, τοῦτο γὰρ δῆλον, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς δόξης καὶ τῆς σεμνότητος καὶ τῆς λαμπρότητος. Εἴ τις εὐγνώμων, τοῦ Παύλου ἔφησεν ἄν. Εἰ γὰρ τὸ νικᾷν τοῦ νικᾶσθαι λαμπρότερον, ἐκεῖνος ἐπίδοξος. Καὶ E οὔπω τοῦτο μέγα, ὅτι ἐνίκησεν, ἀλλ' ὅτι ἐν τοιούτῳ σχήματι τὸν ἐν τοιούτῳ ἐνίκησε. Πάλιν γὰρ ἐρῶ, καὶ οὐ παύσομαι τὰ αὐτὰ λέγων· ἅλυσιν περιέκειτο, καὶ τὸν ἀναδεδεμένον τὸ διάδημα ἔβαλε.

Τοιαύτη τοῦ Χριστοῦ ἡ δύναμις· ἅλυσις τὸν στέφανον ἐνίκα τὸν βασιλικὸν, καὶ λαμπρότερον τοῦτο ἐκείνου τὸ σχῆμα ἐδείκνυτο· ῥάκια περιέκειτο αὐχμῶντα, ἅτε δεσμωτήριον οἰκῶν, καὶ μᾶλλον τῆς ἁλουργίδος πάντας ἐπέστρεφε πρὸς τὰ περικείμενα F αὐτῷ δεσμά· ἐπὶ γῆς εἱστήκει κατεχόμενος καὶ κάτω νεύων, καὶ τὸν ἐπ' ὀχήματος χρυσοῦ ἅπαντες ἀφέντες ἐκείνῳ προσεῖχον· εἰκότως. Τὸ μὲν γὰρ συνηθείας ἦν βασιλέα ἰδεῖν ἐπὶ ζεύγους καθήμενον λευκοῦ· τοῦτο δὲ ξένον καὶ παράδοξον, δεσμώτην ὁρᾷν μετὰ τοσαύ- 684 A της παῤῥησίας βασιλεῖ διαλεγόμενον, μεθ' ὅσης ὁ βασιλεὺς πρὸς ἀνδράποδον οἰκτρὸν καὶ ταλαίπωρον. Ὄχλος περιειστήκει πολὺς, καὶ δοῦλοι πάντες τοῦ βασιλέως ἦσαν· ἐθαύμαζον δὲ οὐ τὸν δεσπότην τὸν αὐτῶν, ἀλλὰ τὸν νικῶντα τὸν δεσπότην αὐτῶν· καὶ ὃν ἅπαντες ἐδεδοίκεσαν καὶ ἔτρεμον, τοῦτον μόνος ὢν κατεπάτει ἐκεῖνος. [a] Ἴδε ἐν αὐτοῖς τοῖς δεσμοῖς πόση ἡ λαμπρότης. Τί ἄν τις εἴποι τὰ μετὰ ταῦτα; Ἐκείνου μὲν οὐδὲ τὸ μνῆμα δῆλον· οὗτος δὲ πάντων

perficere non poterat : hic vero vinctus, et ut maleficus vili indutus vestitu, cum auctoritate omnia faciebat. Quonam modo? Ille dicebat, Ne dissemines verbum veritatis; hic vero, Non cedo ; nam verbum Dei non est alligatum. Et sic respuebat Cilix ille, vinctus, tentoriorum artifex, pauper, in fame degens, Romanum illum divitem, Imperatorem, omnibus imperantem, innumeris innumera dantem; et cum tot haberet exercitus, nihil potuit. Uter ergo splendidus, uter clarus erat? qui in vinculis vincebat, an qui ea purpura vincebatur? qui infra stans tela jaciebat, an qui supra sedens telis impetebatur? qui jubebat, et despiciebatur ; an qui jubebatur, et jussa nihil curabat? qui solus erat, et superabat; an qui cum mille exercitibus profligabatur? Abiit ergo Imperator, vincto adversus illum tropæum erigente. Dic ergo mihi, ex cujus partibus quis stare voluerit? Ne mihi dixeris ea quæ postea sequuta sunt, sed illa interim excute : ex cujus partibus quis stare voluerit, Pauline, an Neronis? non dico, ratione fidei habita (hoc enim perspicuum), sed quod ad gloriam et claritatem et splendorem pertinet. Si quis bene sentiat, Pauli partes deliget. Nam si vincere quam vinci clarius est, ille gloriosus est. Neque ita magnum est, quod vicerit, sed quod in tali habitu tanto splendore fulgentem vicerit. Rursus enim dicam, nec finem faciam dicendi : catena circumdabatur, et eum qui diademate redimitus erat dejecit.

4. Tanta est Christi virtus : catena coronam regiam vicit ; et hæc longe illa splendidior visa est : pannis squalentibus amictus, utpote in carcere habitans, et magis quam purpura illa, omnes ad se convertebat per illa circumposita vincula : humi jacebat detentus et inclinatus, et illo qui curru aureo vehebatur relicto, omnes illum attenti respiciebant; et quidem merito. Consuetum quippe erat Imperatorem videre albo jugo vectum; hoc vero novum et stupendum, vinctum intueri cum tanta fiducia Imperatorem alloquentem, cum quanta Imperator miserum et vile mancipium alloquutus fuisset. Turba ingens adstabat, et omnes servi Imperatoris erant : mirabantur autem non dominum suum, sed victorem domini sui; et quem omnes timebant tremebantque, hunc solus ille calcabat. Vide quantus splendor sit in ipsis vinculis. Quid vero postea dixeris? Illius ne notum quidem est sepulcrum; hic vero omnibus splendidior regi-

[a] [*Ducæus sic in notis ad Edit. Lat. Paris.* 1588. εἰ δὲ ... τοσαύτη ἡ λαμπρότης, τί. *Rectius.* Dunæus.]

bus in ipsa regia jacet, ubi etiam vicit, ubi tropæum erexit. Illum si quis memoret, cum vituperio memorat, etiam qui sunt domestici (nam protervus fuisse narratur); hujus cum laude memoria ubique celebratur, non apud nos tantum, sed etiam apud inimicos. Cum enim resplendet veritas, ne inimici quidem impudenter agere audent : etiamsi enim non propter fidem illum mirentur, ob fiduciam tamen et constantiam celebrant. Hic omnium ore quotidie ubique coronatus celebratur; ille criminationibus et vituperiis impetitur. Quænam ergo splendida sunt? Sed leonem profecto imprudens ex ungue laudari, cum oporteret ea quæ vere laudanda sunt dicere. Quænam illa? Quæ in cælis sunt : quomodo venturus sit ille cum Rege cælorum, cum splendido habitu; quomodo tunc Nero stabit demisso vultu tristis. Quod si tibi videar incredibilia et ridicula dicere, tu ridiculus es, irridens illa, quæ non sunt risu digna. Nam si futuris non credis, a præteritis crede : nondum coronarum est tempus, et tanto fruitur athleta honore; cum agonotheta venerit, quanto fruetur honore? Apud alienos hospes erat, hospes et peregrinus, et tantæ habetur admirationi; cum in patria erit, quo non fruetur bono? *Nunc vita nostra abscondita est cum Christo in Deo ;* et tamen qui mortuus est, magis quam viventes operatur et honoratur : cum autem venerit vita nostra, quid non obtinebit? quid non consequetur? Ideo Deus tali illum honore frui voluit, non quod ille peteret. Si enim in corpore cum esset illam a multis redditam gloriam despiciebat, quanto magis a corpore liberatus? Neque ideo tantum illum frui voluit, sed ut ii, qui futuris non credunt, vel ex præsentibus inducantur. Dico venturum esse Paulum cum Rege cælorum, quando resurrectio erit, quodque ille bonis fruetur innumeris. Sed infidelis non credit : ergo a præsentibus discet. Imperatore clarior et honoratior est tentoriorum opifex : nullus Romanus Imperator tanto affectus est honore; verum Imperator ille foris alicubi jacet, hic vero urbis medium occupat, ut vivens et regnans. Ex his de futuris quoque crede. Si hic, ubi pellebatur et vexabatur, tantum consequutus est honorem, cum venerit, quid erit? Si, ubi tentoriorum opifex erat, tam clarus fuit, cum venerit solaribus radiis fulgens, quid erit? Si post tantam vilitatem tantam assequutus est magnitudinem, cum venerit, quid non consequetur? Num potest ipsa rerum veritas vitari? Quem non illud moveat, quod tentoriorum opifex honore superaverit eum, qui magis quam

Col. 3. 3.

βασιλέων λαμπρότερος ἐν αὐτῇ κεῖται τῇ βασιλίδι,
B ἔνθα καὶ ἐνίκησεν, ἔνθα καὶ τὸ τρόπαιον ἔστησεν. Ἐκείνου κἂν μνησθῇ τις, μετὰ ψόγου μέμνηται, καὶ τῶν οἰκείων (καὶ γὰρ καὶ ἀσελγὴς λέγεται γεγενῆσθαι)· τούτου μετ' εὐφημίας ἡ μνήμη πανταχοῦ· οὐ γὰρ ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς. Ὅταν γὰρ ἐκλάμπῃ ἡ ἀλήθεια, οὐδὲ οἱ ἐχθροὶ ἀναισχυντεῖν ἔχουσιν· εἰ γὰρ καὶ μὴ τῆς πίστεως ἕνεκεν αὐτὸν θαυμάζουσιν, ἀλλὰ τῆς παῤῥησίας, ἀλλὰ τῆς ἀνδρείας. Οὗτος ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασι πανταχοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν στεφανούμενος ἀνακηρύττεται·
C ἐκεῖνος δὲ βαλλόμενος ψόγοις καὶ κατηγορίαις. Ποῖα τοίνυν τὰ λαμπρά; Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἀπὸ τοῦ ὄνυχος τὸν λέοντα ἐπαινῶν, δέον τὰ ὄντως εἰπεῖν. Τίνα δὲ ταῦτά ἐστι; Τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· πῶς ἥξει μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν οὐρανῶν, μετὰ λαμπροῦ τοῦ σχήματος· πῶς ὁ Νέρων στήσεται τότε κατηφὴς, στυγνός. Εἰ δὲ δοκῶ σοι ἄπιστα λέγειν καὶ καταγέλαστα, σὺ καταγέλαστος εἶ γελῶν τὰ μὴ γέλωτος ἄξια. Εἰ γὰρ ἀπιστεῖς τοῖς μέλλουσιν, ἀπὸ τῶν φθασάντων πίστευσον· οὔπω τῶν στεφάνων ὁ καιρὸς, καὶ τοσαύτης ἀπέλαυσε τιμῆς ὁ ἀθλητής· ὅταν ὁ ἀγωνοθέτης ἔλθοι, πόσης ἀπολαύσεται τιμῆς; Ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ξένος
D ἦν, ξένος καὶ παρεπίδημος, καὶ οὕτω θαυμάζεται· ὅταν ἐν τοῖς ἰδίοις ᾖ, τίνος οὐκ ἀπολαύσεται ἀγαθοῦ; Νῦν ἡ ζωὴ ἡμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ὅμως τῶν ζώντων ὁ τεθνηκὼς μᾶλλον ἐνεργεῖ καὶ τιμᾶται· ὅταν ἔλθῃ αὐτὴ ἡ ζωὴ ἡμῶν, τίνος οὐ μεθέξει; τίνος οὐκ ἐπιτεύξεται; Διὰ τοῦτο ταύτης αὐτὸν τῆς τιμῆς ἀπολαῦσαι ἐποίησεν ὁ Θεὸς, οὐχ ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἐδεῖτο. Εἰ γὰρ ἐν σώματι ὢν κατεφρόνει τῆς παρὰ τῶν πολλῶν δόξης, πολλῷ μᾶλλον ἀπαλλαγεὶς τοῦ σώματος. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ ἐποίησεν
E αὐτὸν ἀπολαῦσαι μόνον, ἀλλ' ἵνα οἱ τοῖς μέλλουσιν ἀπιστοῦντες κἂν ἐκ τῶν παρόντων ἐνάγωνται. Λέγω ὅτι ἥξει Παῦλος μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν οὐρανῶν, ὅτε ἀνάστασις ἔσται, ὅτι μυρίων ἀπολαύσει τῶν ἀγαθῶν. Ἀλλ' οὐ πιστεύει ὁ ἄπιστος· οὐκοῦν ἀπὸ τῶν παρόντων πιστεύσει. Λαμπρότερος τοῦ βασιλέως ὁ σκηνοποιὸς, ἐντιμότερος τοῦ βασιλέως· οὐδεὶς βασιλεὺς τῆς Ῥώμης γενόμενος, τοσαύτης ἀπέλαυσε τιμῆς· ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς ἐῤῥιμμένος ἔξω που κεῖ-
F ται, ὁ δὲ τὸ μέσον κατέχει τῆς πόλεως, καθάπερ βασιλεὺς ὢν καὶ ζῶν. Ἀπὸ τούτων πίστευσον καὶ περὶ τῶν μελλόντων. Εἰ ἐνταῦθα, ἔνθα ἠλαύνετο, ἔνθα ἐδιώκετο, τοσαύτης ἀπέλαυσε τιμῆς, ὅταν ἔλθῃ, τί
685 A ἔσται; Εἰ ὅπου σκηνοποιὸς ἦν, οὕτως ἐγένετο λαμπρὸς, ὅταν ἔλθῃ ἀντιλάμπων ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι, τί ἔσται; Εἰ μετὰ τοσαύτης εὐτελείας, τοσαύτης μεγαλοπρεπείας περιεγένετο, ὅταν ἔλθῃ, τίνος οὐ περιέσται; Μὴ ἔνι φυγεῖν τὰ πράγματα; Τίνα οὐκ ἐντρέπει τὸ τὸν σκηνοποιὸν ἐντιμότερον γενέσθαι τοῦ πάν-

των βασιλέων μᾶλλον θαυμασθέντος; Εἰ ἐνταῦθα τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐγένετο, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ μέλλοντι. Πίστευσον, ἄνθρωπε, τοῖς παροῦσιν, εἰ μὴ θέλεις τοῖς μέλλουσι· πίστευσον, ἄνθρωπε, τοῖς ὁρωμένοις, εἰ μὴ βούλει τοῖς ἀοράτοις. Μᾶλλον δὲ πίστευσον τοῖς ὁρωμένοις· οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἀοράτοις πιστεύσεις· B εἰ δὲ οὐ θέλεις, εὔκαιρον τὸ τοῦ ἀποστόλου εἰπεῖν, Καθαροὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ αἵματος ὑμῶν· ἅπαντα γὰρ ὑμῖν διεμαρτυράμεθα, καὶ οὐδὲν ἐνελίπομεν τῶν ὀφειλόντων λεχθῆναι· ὑμεῖς ἑαυτοὺς αἰτιάσασθε, [a] καὶ λογιεῖσθε τὴν ἐν τῇ γεέννῃ τιμωρίαν. Ἡμεῖς δὲ, ὦ τέκνα ἀγαπητὰ, Παύλου μιμηταὶ μὴ κατὰ τὴν πίστιν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν βίον γενώμεθα. Ἵνα τύχωμεν δόξης ἐπουρανίου, καταπατήσωμεν τὴν ἐνταῦθα δόξαν· μηδὲν ἡμᾶς ἐφελκέσθω τῶν παρόντων ἁπάντων· καταφρονήσωμεν τῶν ὁρωμένων, ἵνα τῶν C οὐρανίων τύχωμεν, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων ἐπιτευξώμεθα δι' ἐκείνων, πλὴν προηγουμένως ἔστω ὁ σκοπὸς ἐκείνων ἐπιτυχεῖν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι.

omnes Imperatores honoratus fuit? Si hic supra naturam multa facta sunt, multo magis in futuro. Crede, o homo, præsentibus, si nolis credere futuris: crede iis quæ videntur, si nolis invisibilibus credere. Imo potius crede iis quæ videntur; ita enim etiam iis quæ non videntur credes: sin nolis, opportune tibi dicatur illud apostoli: Mundi nos sumus a sanguine vestro: omnia enim *Act.* 20. 26. contestati vobis sumus nihilque omisimus quæ 27. oportuit dicere: vos jam vobis ipsis imputate gehennæ supplicium. Nos autem, o filii carissimi, Pauli imitatores simus, non secundum fidem tantum, sed etiam secundum vitam. Ut cælestem gloriam consequamur, despiciamus præsentem gloriam: nihil nos præsentium alliciat: contemnamus visibilia, ut cælestia adipiscamur; imo etiam per hæc illa consequemur; sed scopus noster sit illa potissimum consequi: quæ utinam omnes obtineamus.

[a] [*Videtur leg.* καὶ ἑαυτοῖς λογ. Dunæus.]

ΟΜΙΛΙΑ ε'.

HOMILIA V.

Πιστὸς ὁ λόγος· εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν· εἰ ἀρνησόμεθα, D κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς· εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει· ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται. Ταῦτα ὑπομίμνησκε, διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων.

Cap. II. v. 11. *Fidelis sermo: nam si commortui sumus, et convivemus: 12. si sustinemus, et conregnabimus: si negaverimus, et ipse negabit nos: 13. si non credimus, ille fidelis permanet; negare enim seipsum non potest. 14. Hæc admone, testificans coram Domino, non verbis contendere; ad nihilum enim utile est, nisi ad subversionem audientium.*

Πολλοὶ τῶν ἀσθενεστέρων ἀνθρώπων πρὸς μὲν τὸν τῆς πίστεως τόνον ἀπαγορεύουσιν, οὐδὲ τὴν ἀναβολὴν τῆς ἐλπίδος φέρουσι· τὰ παρόντα δὲ ἐπιζητοῦσι, καὶ E ἀπὸ τούτων τὰ μέλλοντα χαρακτηρίζουσιν. Ἐπεὶ οὖν τὰ μὲν ἐνταῦθα θάνατος ἦν, βάσανοι, δεσμά· αὐτὸς δέ φησιν, ὅτι εἰς ζωὴν αἰώνιον ἥξουσιν, οὐκ ἂν δέ τις ἐπίστευσεν, ἀλλ' εἶπεν ἂν, τί λέγεις; ὅτε ζῶ, ἀποθνήσκω, καὶ ὅταν ἀποθάνω, ζῶ; ἐν τῇ γῇ μοι οὐδὲν ἐπαγγέλλῃ, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ δίδως; τὰ μικρὰ οὐ δίδως, καὶ τὰ μεγάλα παρέχεις; ἵνα τοίνυν μηδεὶς ταῦτα ἐννοῇ, ἀναμφίβολον ποιεῖται τούτου τὴν κατασκευὴν, προκαταβάλλων μὲν αὐτὸ καὶ ἤδη, καὶ τε- F κμήρια διδοὺς (τὸ γὰρ, Μνημόνευε Χριστὸν Ἰησοῦν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι μετὰ θάνατον ἀνέστη)· νῦν δὲ τὸ αὐτὸ πάλιν δηλῶν φησι, Πιστὸς

1. Multi infirmiorum hominum fidei in labore despondent, nec spei dilationem ferunt; sed præsentia quærunt, et ex his de futuris conjiciunt. Quoniam igitur præsentia hæc erant, mors, supplicia, vincula; ille vero dicebat ipsos ad vitam æternam esse venturos; vix autem id quispiam credidisset, sed forte dixisset, Quid dicis? cum vivo morior, et cum morior vivo? in terra nihil mihi promittis, et in cælo dabis? quæ parva sunt non das, et magna præstabis? ut ne itaque quis talia cogitaret, non ambiguam hac de re profert probationem, cum ipsum illud jam ante præstruxisset, et ejus indicia dederat (illud enim, *Memor esto Christum Jesum resurrexisse a mortuis,* hoc est, quia post mortem resurrexit): nunc vero idem

ipsum declarans dicit : *Fidelis sermo*, quod qui vitam cælestem consequutus est, æternam quoque obtinebit. Undenam fidelis ? Quia *Si commortui sumus*, inquit, *et convivemus*. Dic enim mihi, si in asperis et laboriosis communicamus illi, in bonis non item ? At id ne homo quidem faceret, ut eum qui secum mori et affligi delegisset, si quando ad quietem veniret, negaret ipsum sibi consortem esse. Ubi autem commortui sumus ? Hanc dicit mortem, et quam per lavacrum, et eam quam per passiones subimus : ait enim,
2. Cor. 4. 10 *Mortificationem Domini in corpore nostro circumferentes ;* et, *Consepulti sumus ei per baptismum ;* et, *Vetus homo noster simul crucifixus est ;* et, *Complantati facti sumus similitudini mortis ejus*. Rom. 6. 4.—6. Hic vero etiam tentationum mortem insinuat; imo hanc : nam in tentationibus erat, cum hæc scribebat. Hoc autem vult significare : Si propter ipsum mortui sumus, annon propter ipsum vivemus? hac de re non ambigi potest. *Si sustinemus*, inquit, *et conregnabimus*. Non simpliciter dixit, *Conregnabimus*, sed, *Si sustinemus ;* ostendens non satis esse semel mori (quotidie moriebatur beatus hic); sed multa patientia est opus, qua maxime egebat Timotheus. Ne mihi, inquit, priora dicas, sed an semper sic affectus sis. Deinde ex altera quoque parte hortatur, non a bonis, sed etiam a malis. Si enim eorumdem consortes forent improbi, non esset hæc consolatio : et si qui sustinerent essent quidem conregnaturi, qui vero non sustinerent hoc solum paterentur, quod non conregnarent; grave certe illud esset, plurimos tamen non valde morderet. Ideo quod terribilius est dicit : *Si negaverimus illum, et ipse negabit nos*. Ergo non in bonis tantum, sed etiam in malis retributiones erunt. Is vero quem ille negaverit in regno suo quid passurus sit cogitate.
Matth. 10. 33. *Qui me negaverit*, inquit, *negabo illum et ego*. Non par est retributio, etiamsi ille hoc dicere videatur : nos enim homines sumus qui negamus, ille vero Deus est : quantum vero sit discrimen Deum inter et hominem, quid opus est dicere?

2. Alioquin nos ipsos inde lædimus, illum vero minime, neque possumus. Ideo subjungit hoc declarans : *Si non credimus, ille fidelis permanet; negare seipsum non potest*. Id est, Si non credimus eum resurrexisse, nihil inde læditur ipse: verax est, firmus est, sive dicamus, sive non. Si ergo nihil a nobis negantibus læditur, ob nihil

656 ὁ λόγος, ὅτι ὁ ζωῆς οὐρανίου τυχὼν, καὶ αἰωνίου τεύ-
A ξεται. Πόθεν πιστός; Εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, φησὶ, καὶ συζήσομεν. Εἰπὲ γάρ μοι, ἐν τοῖς σκυθρωποῖς κοινωνοῦμεν αὐτῷ καὶ ἐν τοῖς κόπον ἔχουσι, καὶ ἐν τοῖς χρηστοῖς οὐκέτι; Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἂν οὐδὲ ἄνθρωπος ποιήσειεν, ὥστε τὸν ἑλόμενον αὐτῷ συναποθανεῖν καὶ συνθλιβῆναι, εἴ ποτε ἐν ἀνέσει γένηται, ἀρνήσασθαι αὐτῷ γενέσθαι κοινωνόν. Ποῦ δὲ συναπεθάνομεν; Τοῦτον λέγει τὸν θάνατον, τόν τε διὰ τοῦ λουτροῦ, καὶ τὸν διὰ τῶν παθημάτων· φησὶ γὰρ, Τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου ἐν τῷ σώματι περιφέροντες· καὶ, Συνετά-
B φημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος· καὶ, Ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη· καὶ, Σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν τῶν πειρασμῶν λέγει· [a] μᾶλλον δὲ τοῦτον· καὶ γὰρ ἐν πειρασμοῖς ἦν, ὅτε ταῦτα ἔγραφεν. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· εἰ δι' αὐτὸν ἀπεθάνομεν, δι' αὐτὸν οὐ ζησόμεθα; ἀναμφισβήτητον τοῦτό ἐστιν. Εἰ ὑπομένομεν, φησὶ, καὶ συμβασιλεύσομεν. Οὐχ ἁπλῶς εἶπε, συμβασιλεύσομεν, ἀλλ', Εἰ ὑπομένομεν, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἅπαξ ἀποθανεῖν (καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπέθνησκεν ὁ μακάριος οὗτος)· ἀλλὰ δεῖ πολλῆς
C ὑπομονῆς, ἧς μάλιστα ἔδει Τιμοθέῳ. Μὴ γάρ μοι, φησὶ, τὰ πρῶτα εἴπῃς, ἀλλ' εἰ διαπαντός. Εἶτα καὶ ἀπὸ τοῦ ἄλλου μέρους προτρέπει, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν κακῶν. Εἰ γὰρ μέλλοιεν τῶν αὐτῶν μετέχειν καὶ οἱ πονηροὶ, οὐκ ἔστι τοῦτο παράκλησις· καὶ εἰ μέλλοιεν ὑπομείναντες μὲν συμβασιλεύειν, μὴ ὑπομείναντες δὲ τοῦτο μόνον πάσχειν, τὸ μὴ συμβασιλεύειν, δεινὸν μὲν καὶ τοῦτο, πλὴν ἀλλὰ τοὺς πολλοὺς οὐχ ἱκανὸν δακεῖν. Διὸ τὸ φοβερώτερον λέγει· Εἰ ἀρνησόμεθα αὐτὸν, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς. Ἄρα οὐκ ἐν τοῖς χρηστοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς
D ἐναντίοις αἱ ἀμοιβαί. Τὸν δὲ ἀρνηθέντα ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἐννοήσατε τί παθεῖν εἰκός· Ὃς ἐὰν ἀρνήσηταί με, φησὶν, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτόν. Οὐκ ἐξ ἴσης ἡ ἀντίδοσις, εἰ καὶ οὕτω λέγων δοκεῖ· ἡμεῖς μὲν γὰρ ἄνθρωποι οἱ ἀρνούμενοι, ἐκεῖνος δὲ Θεός· ὅσον δὲ τὸ μέσον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τί δεῖ λέγειν;

Ἄλλως δὲ ἡμεῖς ἐντεῦθεν ἑαυτοὺς βλάπτομεν, ἐκεῖνον δὲ οὐδαμῶς, οὐδὲ δυνάμεθα. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπήγαγε τὸ αὐτὸ δηλῶν· Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς
E μένει· ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται. Τουτέστιν, εἰ ἀπιστοῦμεν ὅτι ἀνέστη, οὐδὲν ἀπὸ τούτου βλάπτεται ἐκεῖνος· ἀληθής ἐστι, βέβαιός ἐστιν, ἄν τε εἴπωμεν, ἄν τε μὴ εἴπωμεν. Εἰ τοίνυν οὐδὲν παρ'

[a] [Suspecta sunt nobis verba μᾶλλον δὲ τοῦτον, quæ si abessent, omnia recte procederent.]

ἡμῶν βλάπτεται τῶν ἀρνουμένων, δι' οὐδὲν ἕτερον ἀπαιτεῖ τὴν ὁμολογίαν ἡμῶν, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἡμῖν χρήσιμον. Ἐκεῖνος γὰρ ὁ αὐτὸς μένει καὶ ἀρνουμένων καὶ μὴ ἀρνουμένων· Ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται, τουτέστι, μὴ εἶναι. Ἡμεῖς λέγομεν ὅτι οὐκ ἔστιν, εἰ καὶ μὴ τὸ πρᾶγμα οὕτως ἔχει. Οὐκ ἔχει φύσιν μὴ F
εἶναι, οὐ δυνατόν· τουτέστιν, εἰς τὸ μὴ εἶναι αὐτὸν χωρῆσαι· ἀεὶ μένει, ἀεί ἐστιν αὐτοῦ ἡ ὑπόστασις. Μὴ τοίνυν ὡς χαριζόμενοι αὐτῷ, οὕτω διακείμεθα, 687
ἢ ὡς καταβλάπτοντες. Εἶτα, ἵνα μή τις νομίσῃ τὸν A
Τιμόθεον τούτων δεῖσθαι, ἐπήγαγε· Ταῦτα ὑπομίμνησκε, διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. Φοβερὸν τοῦτο τὸ ἐπὶ μάρτυρος τοῦ Θεοῦ λέγειν. Εἰ γὰρ ἀνθρώπου μαρτυρίαν καλουμένην οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀθετῆσαι, πολλῷ μᾶλλον Θεοῦ. Οἷόν τι λέγω· εἴ τις συνθήκας τιθέμενος ἢ διαθήκας γράφων βούλεται ἀξιοπίστους μάρτυρας καλέσαι, ἆρα τολμήσει τις ἀναθέσθαι ἐκεῖνα τῶν ἔξωθέν τινι; Οὐδαμῶς· κἂν βούληται, δεδοικὼς τὸ τῶν μαρτύρων B
ἀξιόπιστον, φυλάττεται. Τί ἐστι, Διαμαρτυρόμενος; Μάρτυρα καλεῖ τὸν Θεὸν τῶν λεγομένων, τῶν πραττομένων. Μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον. Οὐ τοῦτο μόνον, [a] ἀλλὰ καὶ, Ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. Οὐ μόνον οὐδὲν ἐκ τούτου κέρδος, ἀλλὰ καὶ βλάβη πολλή. Ταῦτα τοίνυν ὑπομίμνησκε· κἂν καταφρονῶσιν, ὁ Θεὸς αὐτοὺς κρινεῖ. Τί δήποτε καὶ περὶ τοῦ μὴ λογομαχεῖν παραινεῖ; Οἶδεν ὅτι λίχνον τὸ πρᾶγμα, καὶ ὅτι ἀεὶ βούλεται ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ μάχεσθαι καὶ λογομαχεῖν. Ἵνα οὖν τοῦτο μὴ γίνηται, οὐχ ἁπλῶς φησι μὴ λογομαχεῖν, ἀλλὰ φοβερώτερον τὸν λόγον ποιῶν ἐπήγαγεν, Ἐπὶ καταστροφῇ τῶν C
ἀκουόντων. Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Πανταχοῦ τὸ ἀνεπαίσχυντον. Τί δήποτε πολλὴν περὶ τῆς αἰσχύνης ποιεῖται τὴν σπουδήν; Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν πολλοὺς ἐπαισχύνεσθαι καὶ τὸν Παῦλον αὐτὸν, ἅτε σκηνοποιὸν ὄντα, καὶ τὸ κήρυγμα, ὡς τῶν διδασκάλων ἀπολλυμένων. Ὁ Χριστὸς γὰρ ἐσταυρώθη, οὗτος ἔμελλεν ἀποκεφαλίζεσθαι, ὁ Πέτρος κάτωθεν ἀνεσκολοπίσθη, καὶ ταῦτα ἔπαθον παρὰ ἀνθρώπων καταπτύστων καὶ ἰταμῶν. Ἐπειδὴ D
οὖν οὗτοι ἐκράτουν, Μὴ ἐπαισχυνθῇς, φησὶ, τουτέστι, μηδὲν ὅλως αἰσχύνου πράττειν τῶν εἰς εὐσέβειαν ἡκόντων, κἂν δουλεῦσαι δέῃ, κἂν ὁτιοῦν παθεῖν. Πῶς δὲ γίνεταί τις δόκιμος; Ἐργάτης ὢν ἀνεπαίσχυντος. Ὁ ἐργάτης οὐδὲν αἰσχύνεται πράττειν· οὕτως οὐδὲ ὁ τοῦ εὐαγγελίου ἐργάτης· πάντα γὰρ ὑφίστασθαι δεῖ. Ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Καλῶς τοῦτο

aliud confessionem nostram exigit, nisi ad utilitatem nostram. Ille enim, nobis vel negantibus vel non negantibus idem ipse manet: *Negare enim se ipsum non potest*, id est, negare quod sit. Nos dicimus eum non esse, etiamsi res non ita se habeat. Non habet eam naturam ut non sit, nec habere potest; id est, non potest eo redigi ut non sit: semper manet, semper ejus substantia est. Ne itaque sic affecti simus, ac si vel gratificemur illi, vel ipsi noceamus. Deinde, ne quis putet Timotheum his opus habere, subjunxit: *Hæc admone, testificans coram Domino, non verbis contendere; ad nihilum enim utile est, nisi ad subversionem audientium.* Terribile illud est, Deo teste loqui. Si enim hominis testimonium nemo audeat irritum facere, multo magis Dei. Exempli causa, si quis pacta iniens aut testamentum scribens, velit fide dignos testes vocare, an audebit extraneo cuipiam illa exponere? Minime; etiamsi velit, timens testium fidem, sibi cavet. Quid sibi vult illud, *Testificans?* Deum dictorum et gestorum testem vocat. *Noli verbis contendere; ad nihilum enim utile est.* Non hoc solum, sed etiam, *Ad subversionem audientium.* Non modo nihil hinc lucri, sed etiam detrimenti plurimum. Hæc igitur admone: si despiciant, Deus illos judicabit. Cur autem monet ut ne verbis contendat? Novit rem esse lubricam, et humanam mentem semper litigare et contendere velle. Ne id fiat igitur, non modo dixit non contendendum esse, sed terribiliora proferens subjunxit: *Ad subversionem audientium.* 15. *Sollicite cura teipsum probatum exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.* Ubique ut ne erubescat hortatur. Cur toties de pudore agit? Quia verisimile est multos puduisse, quod Paulum viderent esse tentoriorum artificem, et de prædicatione quoque puduisse, quasi doctoribus pereuntibus. Christus enim crucifixus fuerat, Paulus capite truncandus erat, Petrus inverso capite crucifixus; et hæc passi erant ab hominibus nullius pretii et petulantibus. Quia igitur isti tunc imperabant, *Ne te pudeat,* inquit; id est, Nihil omnino verearis facere eorum quæ ad pietatem pertinent, etiamsi servire oporteat, etiamsi quidvis pati. Quomodo autem aliquis probatus efficitur? Si sit operarius inconfusibilis. Operarium nihil facere pudet; sic neque ipse evangelii operarius: omnia enim subire oportet. *Recte tractantem*

[a] [Lacunam verborum, *ἀλλὰ καὶ...., οὐ μόνον οὐδέν*, quæ erat in Montf., explevimus e Commel. et Savil.]

verbum veritatis. Hoc apposite dixit : multi enim illud undique detorquent et distrahunt: plurima spuria ei increverunt. Neque dixit, Dirigentem, sed, Recte tractantem; id est, Spuria reseca, et cætera hujusmodi cum vehementia multa impete et amputa : ut in corrigia fit, gladio spiritus undique quod superfluum aut alienum est a prædicatione reseca. 16. *Profanas autem vocum novitates devita.* Neque enim hic stabunt. Cum enim quidpiam novum inducitur, semper nova id parturit; interminatusque error est ejus qui ex tranquillo portu est egressus, et nusquam stabit. *Multum enim proficiunt ad impietatem,* inquit, 17. *et sermo eorum ut cancer serpit.* Morbus est qui contineri nequit, quem medicina reducere nequit, sed totum corrumpit. Ostendit novitates vocum morbum esse, etiamque morbo graviores. Hic ostendit illos emendari non posse, illosque non temere, sed sponte aberrare, ideoque corrigi non posse. *Ex quibus est Hymenæus et Philetus,* inquit, 18. *qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse jam factam, et subverterunt quorumdam fidem.* Recte dixit, *Multum proficient :* nam hoc solum quidem grave videtur esse ; vide autem quanta hinc mala pariantur. Si enim jam resurrectio fuit, non modo hoc afficimur detrimento, quod magna illa privamur gloria ; sed etiam judicium tollitur, si resurrectio facta est, necnon meritorum retributio : si enim jam resurrectio fuit, retributio quoque fuit. Ergo boni ærumnarum et dolorum fructum perceperunt ; mali vero non puniuntur, belle profecto ! ut qui in deliciis multis versentur. Melius esset dicere non fore resurrectionem, quam jam fuisse. *Et subvertunt quorumdam fidem*, inquit. Non
1 Cor. 15. 14 sq. omnium, sed *Quorumdam. Si enim resurrectio non est, fides subvertitur : si resurrectio non est, vana est prædicatio nostra,* nec Christus resurrexit, neque natus est, si non resurrexit : neque in cælos ascendit. Viden' quod cum resurrectionem impugnare videatur, plurima alia gravia secum trahat ? Quid igitur, inquies ? nihil faciendum pro iis qui subvertuntur? 19. *Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc : cognovit Dominus qui sunt ejus, et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.*

εἶπε· πολλοὶ γὰρ αὐτὸν παρασπῶσι πάντοθεν καὶ παρέλκουσι· πολλὰ ἔχει τὰ ἐπιφυόμενα. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἀπευθύνοντα, ἀλλ', Ὀρθοτομοῦντα· τουτέστι, E τέμνε τὰ νόθα, καὶ τὰ τοιαῦτα μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἐφίστασο καὶ ἔκκοπτε· καθάπερ ἐπὶ ἱμάντος τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος πάντοθεν τὸ περιττὸν καὶ ἀλλότριον τοῦ κηρύγματος ἔκτεμνε. Τὰς δὲ βεβήλους καινοφωνίας περιΐστασο. Οὐδὲ γὰρ μέχρι τούτου στήσονται. Ὅταν γάρ τι καινὸν ἐπεισενεχθῇ, ἀεὶ καινοτομίας τίκτει· καὶ ἄπειρος ἡ πλάνη τοῦ ἐξελθόντος τὸν λιμένα τὸν εὔδιον, καὶ οὐδαμοῦ στήσεται. Ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας, φησὶ, καὶ ὁ λόγος F αὐτῶν, ὡς γάγγραινα, νομὴν ἕξει. Ἀκάθεκτον κακὸν, οὐκέτι ἰατρείᾳ κατασχεθῆναι δυνάμενον, ἀλλὰ τὸ πᾶν λυμαίνεται. Δείκνυσιν ὅτι νόσος ἐστὶν ἡ καινοφωνία, 688 μᾶλλον δὲ νόσου χαλεπωτέρα. Ἐνταῦθα τὸ ἀδιόρθω- A τον αὐτῶν δηλοῖ, καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἑκόντες ἀπεπλανήθησαν· ὅθεν καὶ μάλιστα οὗτοί εἰσιν ἀδιόρθωτοι. Ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Φίλητος, φησὶν, οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ ἀνατρέπουσι τήν τινων πίστιν. Καλῶς εἶπεν, Ἐπὶ πλεῖον προκόψουσι· δοκεῖ μὲν γὰρ τοῦτο μόνον εἶναι τὸ δεινόν· ὅρα δὲ πόσα ἐξ αὐτοῦ τίκτεται. Εἰ γὰρ ἤδη ἡ ἀνάστασις, οὐ τοῦτο μόνον ζημιούμεθα, ὅτι τῆς μεγάλης δόξης ἐκείνης ἀπεστερήμεθα, ἀλλὰ ὅτι καὶ τὰ τῆς κρίσεως ἀνῄρηται, εἰ ἤδη γέγονε, καὶ τὰ τῆς ἀντιδόσεως· εἰ γὰρ ἤδη B γέγονεν ἡ ἀνάστασις, γέγονε καὶ ἡ ἀνταπόδοσις. Οὐκ οὖν ἀπέλαυσαν μὲν οἱ ἀγαθοὶ τῶν θλίψεων καὶ τῶν ὀδυνῶν· οὐ κολάζονται δὲ οἱ πονηροὶ, καλῶς γε, οἱ ἐν τρυφῇ ὄντες πολλῇ. Βέλτιον ἦν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάστασις, ἢ ὅτι ἤδη γέγονε. Καὶ ἀνατρέπουσι, φησὶ, τήν τινων πίστιν. Οὐ πάντων, ἀλλά τινων. Εἰ γὰρ ἀνάστασις οὐκ ἔστι, καὶ τὰ τῆς πίστεως ἀνατέτραπται· εἰ ἀνάστασις οὐκ ἔστι, κενὸν τὸ κήρυγμα ἡμῶν, οὐδὲ Χριστὸς ἀνέστη· εἰ δὲ μὴ ἀνέστη, οὐδὲ ἐγεννήθη, οὐδὲ εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθεν. Ὁρᾷς πῶς δο- C κεῖ μὲν τῷ τῆς ἀναστάσεως ἐναντιοῦσθαι λόγῳ, πολλὰ δὲ συνεφέλκεται δεινά. Τί οὖν, φησίν; οὐδὲν δεῖ ποιεῖν ὑπὲρ τῶν ἀνατρεπομένων; Ὁ μέντοι, φησὶ, στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην· ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, καὶ ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Κυρίου.

3. Ostendit eos, etiam antequam subverterentur, non fuisse firmos ; neque enim primo statim impulsu subversi fuissent : sicut (neque) Adam ante

Δείκνυσιν ὅτι καὶ πρὶν ἀνατραπῆναι οὐκ ἦσαν βέβαιοι· οὐ γὰρ ἂν ἀνετράπησαν ἀπὸ τῆς πρώτης προσβολῆς, [a] ὥσπερ οὖν ὁ Ἀδὰμ πρὸ τῆς ἐντολῆς βέβαιος

a [*Interpres :* sicut nec Adam ante insultum stabilis fuit. *Unde leg.* ὥσπερ οὐδὲ ὁ Ἀδὰμ πρὸ τῆς προσβολῆς. Hales.]

ἦν. Οἱ γὰρ πεπηγότες οὐ μόνον οὐδὲν πάσχουσιν ὑπὸ τῶν ἀπατεώνων, ἀλλὰ καὶ θαυμάζονται. Καὶ στερεὸς, φησὶ, καὶ θεμέλιος. Οὕτως ἔχεσθαι δεῖ τῆς πίστεως. Ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην· ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. Τί ἐστι τοῦτο; Ἀπὸ τοῦ Δευτερονομίου αὐτὸ ἔλαβε. Τουτέστιν, αἱ στερεαὶ ψυχαὶ ἑστήκασι πεπηγυῖαι καὶ ἀκίνητοι. Πόθεν δὲ δῆλαί εἰσιν; Ἀπὸ τοῦ τὰ γράμματα ταῦτα ἔχειν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ἀπὸ τοῦ γνωρίζεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ συμπαραπόλλυσθαι, ἀπὸ τοῦ ἀφεστάναι ἀπὸ ἀδικίας. Καὶ ἀποστήτω, φησὶν, ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Κυρίου. Ταῦτα τὰ γνωρίσματα τοῦ θεμελίου· E [b] καθάπερ θεμέλιος στερεὸς δείκνυται. Ὡς ἄν τις ἐπὶ λίθον ἐπιγράψειεν, ἵνα ᾖ τὰ γράμμαπα σημαίνοντα· τὰ δὲ γράμματα ταῦτα δι' ἔργων δείκνυται. Ἔχων, φησὶ, τὴν σφραγῖδα ταύτην ἐμπεπηγμένην. Πᾶς ὁ ὀνομάζων, φησὶ, τὸ ὄνομα Κυρίου ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας. Ὥστε ὅταν ᾖ τις ἄδικος, οὐκ ἔστι τοῦ θεμελίου. Ὥστε καὶ τοῦτο σφραγῖδος τὸ μὴ πράττειν ἄδικα. Μὴ τοίνυν τὸ σήμαντρον τὸ βασιλικὸν καὶ τὸ γνώρισμα ἀποθώμεθα, ἵνα μὴ ἀσφράF γιστοι ὦμεν, ἵνα μὴ σαθροὶ, ἵνα θεμέλιοι ὦμεν, καὶ θεμέλιοι στερεοὶ, ἵνα μὴ περιφερώμεθα· τοῦτο δείκνυσι τοὺς τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἀφισταμένους ἀπὸ ἀδικίας. Πῶς γάρ τις τοῦ Θεοῦ δύναται εἶναι δικαίου ὄντος, ὁ ἄδικα ποιῶν, ὁ μαχόμενος αὐτῷ διὰ τῶν ἔρ-689 γων, καὶ ὑβρίζων αὐτὸν διὰ τῶν πράξεων; Πάλιν A ἡμεῖς τῆς ἀδικίας κατηγοροῦμεν, καὶ πάλιν πολλοὺς ἔχομεν τοὺς ἀπεχθανομένους. Ὥσπερ γὰρ τύραννός τις τὰς ἁπάντων κατέλαβε ψυχὰς τοῦτο τὸ πάθος· καὶ τὸ δεινὸν, ὅτι οὐκ ἀνάγκῃ οὐδὲ βίᾳ, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ προσηνείᾳ, καὶ χάριν ἴσασι τῆς δουλείας ταύτης. Τοῦτο γὰρ ὄντως τὸ δεινόν· ὡς εἴ γε βίᾳ κατείχοντο καὶ μὴ ἀγάπῃ, ταχέως ἂν ἀπέστησαν. Καὶ πόθεν ἡδὺ τὸ πρᾶγμα εἶναι δοκεῖ, σφόδρα πικρὸν ὄν; πόθεν δὲ πικρὸν ἡ δικαιοσύνη, σφόδρα ἡδὺ ὄν; Παρὰ τὰ αἰσθητήρια τὰ ἡμέτερα. Οὕτω γοῦν καὶ μέλι πικρὸν ἐνόμισάν B τινες, καὶ ἄλλο τι τῶν βλαβερῶν μετὰ ἡδονῆς προσήκαντο. Τὸ δὲ αἴτιον οὐ παρὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν κακουμένων διαστροφήν. [a] Νόει τὸ κριτήριον τῆς ἡμετέρας ψυχῆς. Ἐπεὶ καὶ ζυγὸς ἐὰν ἔχῃ παρασαλευομένην τὴν πλάστιγγα, οὐ κρίνει δικαίως τὰ σταθμητὰ περιφερόμενος. Καὶ ψυχὴ ἐὰν μὴ ἔχῃ τὴν πλάστιγγα τῶν οἰκείων λογισμῶν πεπηγυῖαν καὶ προσηλωμένην ἀσφαλῶς τῷ

D mandatum stabilis fuit. Qui enim firmi sunt, non modo nihil patiuntur a deceptoribus, sed etiam admirationi habentur. Et firmum, inquit, et fundamentum est. Sic fidei hærere oportet. *Habens signaculum hoc: cognovit Dominus, qui sunt* Num. 16. 5. *ejus.* Quid hoc est? Ex Deuteronomio id accepit. Id est, firmæ animæ stant fixæ et immotæ. Undenam illæ noscuntur? Ex eo, quod illæ hæc scripta habeant in operibus suis, ex eo quod a Deo noscantur, et non simul pereant, quod ab iniquitate absistant. *Et discedat,* inquit, *ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Hæc indicia sunt fundamenti: sicut fundamentum firmum exhibetur. Ac si quis in lapide inscribat, ut literæ quidpiam significent. Hæ vero literæ per opera exhibentur. *Habens,* inquit, *signaculum istud affixum. Omnis,* inquit, *qui nominat nomen Domini discedat ab iniquitate.* Itaque si quis iniquus sit, non huic fundamento hæret. Ergo signaculi hujus hoc quoque munus est, ut ne iniqua perpetrentur. Ne ergo signum regium neque notam deponamus, ne sine signaculo et deformes simus, ut fundamentum simus, et fundamentum firmum, ne circumferamur: hoc eos qui Dei sunt indicat, qui ab iniquitate discedunt. Quomodo enim aliquis potest esse justi Dei, si iniqua operetur, si operibus illum impugnet, si gestis illum contumelia afficiat? Rursum nos iniquitatem incusamus; rursum multos concitamus hostes. Hæc enim pestis ceu quidam tyrannus omnium animas invasit: quodque gravius est, non id necessitate aut vi, sed suasione et blanditia, et gratias habent de tali servitute. Hoc vere grave est; si enim vi detinerentur, non amore, cito resilirent. Undenam vero fit ut res suavis esse videatur, cum amarissima sit? undenam amara justitia videtur, cum valde suavis sit? A sensibus nostris. Ita enim mel amarum esse quidam putavere, et aliud noxium cum voluptate perceperunt. Causa autem non ex rerum natura petenda, sed ex perversitate male affectorum. Cogita quid sit animæ nostræ judicium. Nam statera, si lancem habeat vacillantem, pondera juste non judicat agitata: et anima quoque si lancem non habeat firmam et legi Dei infixam, de rebus probe judicare non

[b] [*Magis perspicax est Codicis ms. lectio*, ὁ τοιοῦτος, καθάπερ θεμέλιος, στερεὸς πέπηγεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην ἐμπεπηγμένην. καλῶς εἶπε σφραγῖδα. ὥσπερ γὰρ ἄν τις ἐπὶ λίθον ἐπιγράψειεν, διὰ τοῦτο ἐπιγράφει, ἵνα ᾖ τὰ γράμματά τι σημαίνοντα· οὕτως ὁ ἐν [illegible] τοῦτα τὰ γράμματα, δι' ἔργων ἐπιδείκνυται. καὶ πᾶς. Ducæus. Bene. In recepta scriptura nulla est sententiarum consequentia.]

[a] [*Leg.* νοεῖ, *ut et Interpres legit.* Halesius.]

poterit, sed circumfertur et trahetur. Etenim si quis accurate scrutetur, multam videbit iniquitatis acerbitatem, non in patientibus tantum, sed et in agentibus, et in his magis. At nondum de futuris, sed de præsentibus disseramus. Annon hic pugnæ, tribunalia, convicia, invidia, maledicta? quid his acerbius? nonne odia, nonne bella, nonne accusationes? nonne conscientia nos frequenter flagellat et mordet? Vellem, si fieri posset, animam iniqui ex corpore extrahere; videresque eam pallidam, trementem, pudibundam, anxiam, sese damnantem. Etiamsi enim in profundum nequitiæ inciderimus, judicium mentis non corrumpitur, sed stat incorruptum : et nemo accedit dicens iniquitatem esse bonam, sed prætextus fingit, et nihil non agit ut vel verbis culpam dejiciat; sed a conscientia id numquam obtinere poterit. Hic namque et ornatus verborum, et principum vitia, et adulatorum greges justitiam obscurare poterunt : intus autem in conscientia nihil horum habetur; non adsunt adulatores, non pecuniæ quæ judicem corrumpant : naturaliter enim nobis inditum est judicium a Deo : quod autem a Deo datum est, nihil tale patitur.

νόμῳ τοῦ Θεοῦ, οὐ δυνήσεται κρῖναι καλῶς τὰ πράγματα, ἀλλὰ περιφέρεται καὶ καθέλκεται. Ἐπεὶ εἴ
C τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, πολλὴν ὄψεται τῆς ἀδικίας τὴν πικρίαν, οὐ τοῖς πάσχουσιν, ἀλλὰ τοῖς ποιοῦσι, καὶ τούτοις μᾶλλον ἢ ἐκείνοις. Καὶ μήπω περὶ τῶν μελλόντων, ἀλλὰ τέως περὶ τῶν ἐνταῦθα διαλεχθῶμεν. οὐχὶ μάχας ἔχει καὶ δικαστήρια, καὶ κατάγνωσιν καὶ φθόνον καὶ κακηγορίαν; τί τούτων πικρότερον; οὐχὶ ἀπεχθείας; οὐχὶ πολέμους; οὐχὶ κατηγορίας; Οὐ τὸ συνειδὸς μαστίζον ἡμᾶς συνεχῶς καὶ δάκνον; Ἐβουλόμην, εἴ γε δυνατὸν ἦν, ἐξελκύσαι τοῦ
D σώματος τὴν ψυχὴν τοῦ ἀδίκου, καὶ εἶδες ἂν αὐτὴν ὠχρὰν, τρέμουσαν, αἰσχυνομένην, ἀγωνιῶσαν, καταδικάζουσαν ἑαυτήν. Κἂν γὰρ εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα τῆς κακίας καταπέσωμεν, τὸ κριτήριον τοῦ νοῦ οὐ διαφθείρεται, ἀλλ' ἕστηκεν ἀδέκαστον· καὶ οὐδεὶς καλὸν εἶναι λέγων τὴν ἀδικίαν μετέρχεται, ἀλλὰ προφάσεις πλάττει, καὶ πάντα ποιεῖ, ὥστε κἂν διὰ ῥημάτων ἀποδύσασθαι τὸ ἔγκλημα· ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἀπὸ τοῦ συνειδότος δυνήσεται. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ κομψεία λόγων, καὶ ἀρχόντων διαφθορὰ, καὶ
E πλήθη κολάκων δυνήσεται συσκιάσαι τὸ δίκαιον· ἔνδον δὲ ἐν τῷ συνειδότι οὐδὲν τούτων γίνεται, οὐ πάρεισι κόλακες, οὐ πάρεστι χρήματα τὸν κριτὴν διαφθείροντα· φυσικῶς γὰρ ἡμῖν ἔγκειται τὸ κριτήριον παρὰ τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἂν πάθοι τοιοῦτο.

4. Sed etiam somni ingrati et phantasiæ, et vitium in memoriam frequenter veniens, quietem nostram turbant. Verbi gratia : domum quispiam ab aliquo injuste abstulit : non is modo, cui sublata est, gemit, sed etiam is qui sustulit, si futuro credat judicio; nam qui persuasus est, vehementer ingemiscit et lamentatur : si autem futuro non credat, etiam sic erubescit, et pudore afficitur. Imo nullus est homo, vel Græcus, vel Judæus, vel hæreticus, qui de judicio non timeat : etiamsi de futuris non philosophetur, sed præsentia timet, ne se Deus in pecuniis mulctet, ne in filiis, ne in domesticis, vel in anima : nam multa sæpe talia Deus facit. Quia enim resurrectionis fides non potest omnes ad sanam mentem reducere, hic etiam multa ejus justi judicii signa præbentur : ille avarus filios non habuit, ille in bello cecidit, alius corpore mutilatus est, alius filium amisit. Hæc in animo volvens, in terrore perpetuo vivit. Nescitis quanta patiantur injusti? annon hæc acerba sunt? Etiamsi vero nihil tale esset, annon omnes ipsum damnabunt? annon

Nemo est qui judicium non timeat.

Deus improbos aliquando punit in hac vita.

Ἀλλὰ καὶ ὕπνοι ἀηδεῖς καὶ φαντασίαι καὶ συνεχῶς εἰς μνήμην ἐρχόμενον τὸ κακὸν λυμαίνεται τὴν ἀνάπαυσιν ἡμῶν. Οἷον, οἰκίαν τις ἀφείλετο ἀδίκως τι-
F νός· οὐχ ὁ ἀποστερούμενος στένει μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀποστερήσας, ἐὰν μὲν ᾖ περὶ τῆς κρίσεως πεπεισμένος· εἴ γέ τις πέπεισται, καὶ σφοδρῶς στένει καὶ ὀδύρεται· ἐὰν δὲ μὴ πιστεύῃ τοῖς μέλλουσι, καὶ οὕτως ἐρυθριᾷ αἰσχυνόμενος· μᾶλλον δὲ οὐκ ἔστιν ἄν-
690 θρωπος, κἂν Ἕλλην ᾖ, κἂν Ἰουδαῖος, κἂν αἱρετικὸς,
A ὃς περὶ κρίσεως οὐ δέδοικε· κἂν μὴ περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφῇ, ἀλλὰ τὰ ἐνταῦθα δέδοικε καὶ τρέμει, μὴ εἰς χρήματα * ἀπολάβῃ μειζόνως, μὴ εἰς τέκνα, μὴ εἰς οἰκείους, μὴ εἰς ψυχήν· καὶ γὰρ πολλὰ τοιαῦτα ποιεῖ ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἰσχύει ὁ τῆς ἀναστάσεως λόγος σωφρονίσαι πάντας, καὶ ἐνταῦθα τῆς αὐτοῦ δικαιοκρισίας πολλὰ ἡμῖν τεκμήρια παρέχεται καὶ εἰς μέσον φέρει· ὁ δεῖνα πλεονεκτήσας οὐκ ἔσχε παῖδας, ὁ δεῖνα ἐν τῷ πολέμῳ ἔπεσεν, ἄλλος τὸ σῶμα ἐπηρώθη, ἕτερος παῖδα ἀπέβαλε. Ταῦτα ἐννοεῖ, ταῦτα φαντάζεται, διηνεκεῖ φόβῳ
B συζῇ. Οὐκ ἴστε ὅσα πάσχουσιν οἱ ἀδικοῦντες; ἢ οὐχὶ πικρὰ ταῦτα; Εἰ δὲ καὶ μηδὲν εἴη τοιοῦτον, οὐχὶ

* [Fort. [illegible]. Quamquam Dunæus non improbat vulgatum.]

πάντες αὐτοῦ καταγινώσκουσιν; οὐχὶ πάντες μισοῦσιν; οὐχὶ πάντες ἀποστρέφονται; οὐχὶ πάντες τῶν θηρίων ἀλογώτερον εἶναί φασι, καὶ αὐτοὶ οἱ ἀδικοῦντες; Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς καταδικάζουσι, πολλῷ μᾶλλον ἕτερον, τὸν ἅρπαγα, τὸν πλεονέκτην, τὸν λυμεῶνα ὀνομάζοντες. Τί οὖν ἔχει ἡδύ; Οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ πλείονα προσκεῖσθαι φροντίδα ὑπὲρ τῆς φυλακῆς τῆς ἐκείνων, τὸ μᾶλλον φροντίζειν καὶ μεριμνᾷν. Ὅσῳ γὰρ ἄν τις πλείονα περιβάληται χρήματα, τοσούτῳ μᾶλλον ἰσχυροτέραν αὐτῷ τὴν ἀγρυπνίαν ἐργάζεται. C Τί δὲ αἱ κατάραι αἱ τῶν ἀδικουμένων, [a] αἱ ἐντυχίαι; τί δὲ, ἂν καὶ νόσος προσπέσῃ; οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἐν νόσῳ γενόμενον, κἂν ἁπάντων ἀθεώτερος ᾖ, μὴ ἐκεῖνα μεριμνᾷν μηδὲ φροντίζειν, ὅτε οὐδὲν δύναται ἐργάσασθαι. Ἕως μὲν γὰρ ἐνταῦθα ὦμεν, ἡ ψυχὴ ἡδυπαθοῦσα οὐκ ἀνέχεται τῶν λυπηρῶν· ἐπειδὰν δὲ ἀποπηδᾷν μέλλῃ τοῦ σώματος, τότε αὐτὴν μείζων φόβος συνέχει, ἅτε εἰς αὐτὰ τοῦ δικαστηρίου τὰ πρόθυρα ἥκουσαν. Ἐπεὶ καὶ οἱ λῃσταὶ ἐν μὲν τῷ δεσμωτηρίῳ ζῶντες, ἀδεῶς ζῶσιν· ὅταν δὲ [b] παρὰ D τὸ παραπέτασμα ἀγαγών τις στήσῃ αὐτοὺς, διαλύονται τῷ φόβῳ. Ὅταν γὰρ ὁ τοῦ θανάτου φόβος ἐπιστῇ, καθάπερ πῦρ πάντα ἐκεῖνα ἐκκόψας, φιλοσοφεῖν αὐτὴν ἀναγκάζει, καὶ τὰ ἐκεῖ μεριμνᾷν· οὐκέτι χρημάτων ἐπιθυμία κατέχει, οὐκέτι πλεονεξίας ἔρως, οὐκέτι σωμάτων. Ὥσπερ οὖν νέφη ταῦτα παρελθόντα ἀφίησι τὸ κριτήριον εἶναι καθαρὸν καὶ τῆς λύπης ἐπεισελθούσης καὶ μαλαττούσης τὸ σκληρόν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς σπατάλη πρὸς φιλοσοφίαν ἐναντίον, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ ἐναντίον θλῖψις πρὸς φιλοσο- E φίαν ἐπιτήδειον. Ἐννόει μοι τίς ἔσται ὁ πλεονέκτης τότε· Ὥρα γὰρ, φησὶ, κακώσεως, ἐπιλησμονὴν ποιεῖ πολλῆς τρυφῆς. Τίς ἔσται τοὺς ἡρπασμένους ἐννοῶν, τοὺς ἠδικημένους, τοὺς πλεονεκτηθέντας; τίς ἔσται ὁρῶν τῆς πλεονεξίας ἑτέρους ἀπολαύοντας, ἑαυτὸν δὲ μέλλοντα τὴν δίκην τίνειν; Οὐ γὰρ ἔνι, οὐκ ἔνι ἐμπεσόντα μὴ καὶ ταῦτα, ὑποπτεῦσαι· πολλάκις αὐτὴ ἡ ψυχὴ στρέφεται κάτωθεν, ἀγωνιῶσα, τρέμουσα. Πόση F τοῦτο πικρία, εἰπέ μοι; Ταῦτα γὰρ καθ' ἑκάστην νόσον ἀνάγκη γίνεσθαι. Εἰ δὲ καὶ κολαζομένους ἴδοι, εἰ δὲ καὶ ἀποθνήσκοντας, τί οὐ πείσεται; Καὶ ταῦτα 691 A μὲν ἐνταῦθα· τὰ δὲ ἐκεῖ, οὐδὲ εἰπεῖν ἔνι, ὅση ἡ κόλασις, ὅσαι αἱ τιμωρίαι, ὅσαι αἱ βάσανοι, ὅσα τὰ στρεβλωτήρια. Ταῦτα λέγομεν ἡμεῖς· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Συνεχῶς περὶ αὐτῶν λέγομεν, οὐ βουλόμενοι λέγειν συνεχῶς, ἀλλὰ ἀναγκαζόμενοι.

omnes odio habent et aversantur? annon omnes brutis irrationabiliorem esse dicunt, etiam ii qui injuste agunt? Si enim seipsos damnant, multo magis alios, raptorem, avarum, perniciosum appellantes. Quid igitur suave habet? Nihil aliud quam quod majorem sollicitudinem habeat pro illorum custodia, quod majori cura teneatur. Quanto enim plures quis congesserit opes, tanto majorem sibi vigilantiam apparat. Quid vero memorem maledicta eorum qui injuste læduntur? quid supplices libellos? quid si morbus ingruerit? non potest enim, non potest ægrotus, etiamsi omnium impiissimus sit, non illa curare et animo versare, quando nihil potest facere. Quamdiu enim hic sumus, anima voluptatibus delinita quæ tristia sunt non fert: cum autem ex corpore exitura est, tunc illam major timor excipit, utpote quæ ad ipsa judicii limina ventura sit. Nam latrones in carcere degentes, absque metu vivunt: quando autem ad velum sistuntur, solvuntur metu. Cum enim mortis formido instat, quasi ignis omnia amovens, animam philosophari cogit, et de futuris sollicitam esse: nulla tunc adest pecuniarum cupiditas, nullum avaritiæ studium, nullus corporum amor. His itaque nubium instar amotis, judicium jam liberum purumque est, succedente dolore duritiemque emolliente. Nihil enim philosophiæ ita contrarium est ut deliciæ; ut contra ærumnæ sunt ad philosophiam opportunæ. Consideres velim qualis tunc avarus erit: *Hora*, inquit, *afflictionis oblivionem facit* Eccli. 11. *abundantis voluptatis*. Quo animo erit, cogi- 29. tans eos quorum bona diripuit, quos injuste læsit, quorum facultates prædatus est? quo animo erit, quando alios cernet avaritia sua frui, se vero mox pœnas daturum? Fieri enim nequit, ut incidens in morbum, hæc non suspicetur: sæpe namque anima ipsa deorsum versa, anxia tremit. Quanta, quæso, hinc amaritudo? Hæc quippe in morbis singulis contingere necesse est. Si autem etiam puniri alios videat, si ex hac vita discedere, quid non patietur? Et hæc quidem in hac vita. Quæ vero illic futura sunt, ne explicari quidem possunt, quantum supplicium, quantæ pœnæ, quanta tormenta. Hæc nos dicimus; *Qui habet aures au-* Luc 8. 8.

[a] Ἐντυχία *supplicem libellum* significat, vel, *supplicationem*, ut in Onomastico ad calcem operum sancti Athanasii probavimus ad voces ἐντυχία et ἐντυγχάνειν. [Post αἱ ἐντυχίαι addit marg. Savil. *αἱ κατ' αὐτῶν*, quod in seriem admittendum censet Hales.]

[b] Velum erat Prætorium, seu locus ubi judicia exercebantur, sic dictus a velis quæ obtendebantur.

diendi, audiat. Sæpe ea de re loquimur, nolentes quidem sæpe dicere, sed coacti. Vellemus enim ne initium quidem horum proferre; vel si fieri non posset, saltem parva adhibita medicina vos ad sanitatem reducere; sed cum vos in morbo perseveretis, soluti et illiberalis animi esset, absistere a medici officio, imo id immanitas et crudelitas esset. Si enim medicos cum de corporibus ægris desperant, rogamus dicentes, Ne, oro te, negligas, sed usque ad extremum halitum, quæ tua sunt proferre ne desistas: annon multo magis nos ipsos concitabimus? Fortassis enim cum ad ipsas inferi portas venerit, et ad nequitiæ limina, resipiscere poterit, recreari, convalescere, et vitam æternam capessere. Quot enim, cum decies audissent, nec quid sensu percepissent, demum ex una concione conversi sunt? Imo non ab una: licet enim in decem illis nullo sensu afficerentur, tamen lucrati sunt, ac demum fructum totum decerpserunt. Sicut enim arbor, decem ictibus acceptis nec lapsa, demum uno impacto decutitur, non uno ictu dejecta, sed postremi gestum decem aliis quoque adscribitur: et qui ad radicem respicit id novit, qui autem superne et ex trunco id videt, nihil simile potest conspicere: ita et hic. Et sæpe cum medici complures plurima attulere medicamenta, nihil profecerunt, demumque accedens alius, totum curavit: neque tamen illius est totum opus, sed etiam eorum qui prius morbo curam adhibuerant. Itaque etiamsi non nunc perceptæ doctrinæ fructum exhibeamus, demum proferemus: quod enim postea proferemus certum habeo. Non potest enim tantum audiendi desiderium, et tantum studium frustra afferri; absit: sed utinam omnes, qui Christi monita audire digni habiti sumus, æterna bona consequamur.

Ἐβουλόμεθα μὲν γὰρ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν ἀνάγκην γίνεσθαι τῶν τοιούτων λόγων· εἰ δὲ μὴ, κἂν ἐξ ὀλίγης ἰατρείας ἀπαλλαγέντας τοῦ νοσήματος, ἐπὶ τὴν ὑγίειαν ὑμᾶς ἐπαναγαγεῖν· μενόντων δὲ ὑμῶν ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ, ἐκλύτου καὶ βαναύσου ψυχῆς ἂν εἴη ἀπο- B στῆναι τῆς μεθοδείας τῆς ἰατρικῆς, καὶ ἀπηνείας καὶ ὠμότητος. Εἰ γὰρ τοὺς τὰ σώματα ἀπαγορεύσαντας ἰατροὺς παρακαλοῦμεν, λέγοντες, μὴ ἀμελήσῃς, ἀλλ' ὅλως μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς τὰ παρὰ σεαυτοῦ προσφέρων μὴ ἀνήσῃς· οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς ἑαυτοὺς παραινέσομεν; Ἴσως γὰρ μετὰ τὸ ἐλθεῖν εἰς αὐτὰς τοῦ ᾅδου τὰς πύλας, καὶ τῆς κακίας αὐτῆς τὰ πρόθυρα, ἀνανῆψαι δυνήσεται καὶ ἀνακτήσασθαι καὶ ῥωσθῆναι, καὶ ἐπιλαβέσθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς. Πόσοι ἀπὸ μὲν δεκάτης ἀκροάσεως οὐδὲ αἴσθησιν ἔλαβον, C ὕστερον δὲ ἀπὸ μιᾶς μόνης ἐπεστράφησαν; μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπὸ μιᾶς· εἰ γὰρ καὶ ἀναισθήτως εἶχον ἐν ταῖς δέκα, ἀλλ' ὅμως ἐκέρδαναν, καὶ ὕστερον τὸν καρπὸν ἀθρόον ἔδειξαν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ δένδρου, τὸ δέκα λαβὸν τομὰς, καὶ μὴ καταπεσὸν ὑπὸ τῶν δέκα, ὕστερον δὲ μιᾶς ἐπαχθείσης πᾶν κατηνέχθη· οὐ τῆς μιᾶς δὲ γέγονε τομῆς, ἀλλὰ τῶν δέκα ἐστὶ τὸ τῆς ὑστέρας κατόρθωμα· καὶ ὁ μὲν πρὸς τὴν ῥίζαν ἰδὼν οἶδε τοῦτο, ὁ δὲ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ στελέχους καταμανθάνων οὐδὲν τοιοῦτο δύναται συνιδεῖν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Καὶ ἰατρῶν δὲ πολλάκις πολλὰ προσενεγ- D κάντων φάρμακα, οὐδεμία γέγονεν ὠφέλεια, ὕστερον δέ τις προσελθὼν, τὸ πᾶν κατώρθωσεν· οὐκ ἐκείνου δέ ἐστι μόνου τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ ἐκείνων τῶν ἤδη κατεργασαμένων τὸ πάθος. Ὥστε κἂν μὴ νῦν δῶμεν τῆς ἀκροάσεως τοὺς καρποὺς, ὕστερον δώσομεν· ὅτι γὰρ δώσομεν, σφόδρα πέπεισμαι. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τοσαύτην φιληκοΐαν, καὶ τοσοῦτον πόθον διαπεσεῖν· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ πάντες ἄξιοι τῶν τοῦ Χριστοῦ παραινέσεων γενόμενοι, τύχοιμεν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν.

HOMILIA VI.

E

ΟΜΙΛΙΑ ς'.

CAP. II. v. 20. *In magna autem domo non sunt tantum vasa aurea et argentea, sed etiam lignea et fictilia; et quædam quidem in honorem, quædam vero in contumeliam.* 21. *Si quis ergo emundaverit seipsum ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, et utile Domino, in omne opus bonum paratum.*

Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον, εὔχρηστον τῷ Δεσπότῃ, εἰς πᾶν F ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον.

1. Plurimos hominum etiam nunc id turbat, cur mali permaneant, et non pereant. Hujus au-

Πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων θορυβεῖ ἔτι καὶ νῦν, τί δήποτε μένουσιν οἱ κακοὶ, καὶ οὐκ ἀπόλλυνται. Εἰσὶ

μὲν οὖν τούτου καὶ ἕτεραι πολλαὶ αἰτίαι, οἷον, ἵνα μεταβάλωνται, ἵνα διὰ τῆς κολάσεως ὑπόδειγμα γένωνται τοῖς πολλοῖς· [a] ἐνταῦθα δὲ ὁ Παῦλος πρᾶγμά φησιν ἐοικός. Ἐν μεγάλῃ γὰρ οἰκίᾳ, φησὶν, οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· δηλῶν διὰ τούτου, ὅτι ὥσπερ ἐν τῇ μεγάλῃ οἰκίᾳ εἰκὸς εἶναι πολλὴν διαφορὰν σκευῶν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐν τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ· οὐ περὶ τῆς Ἐκκλησίας λέγων, ἀλλὰ περὶ τοῦ κόσμου παντός. Μὴ γάρ μοι τὴν Ἐκκλησίαν ὑπολάβῃς· ἐνταῦθα γὰρ οὐδὲν βούλεται εἶναι σκεῦος ξύλινον οὐδὲ ὀστράκινον, ἀλλὰ πάντα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἔνθα σῶμα Χριστοῦ, ἔνθα Παρθένος ἁγνὴ μὴ ἔχουσα σπῖλον ἢ ῥυτίδα. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· μή σε ταραττέτω, ὅτι εἰσὶν ἄνθρωποι πονηροὶ καὶ μιαροί· καὶ γὰρ ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ ἐστὶ σκεύη τοιαῦτα. Τί οὖν; Ἀλλ' οὐ τῆς αὐτῆς, φησὶν, ἀπολαύει τιμῆς, ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς τιμήν ἐστι, τὰ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Ναὶ, φησὶν, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν χρῆσίν τινα πληροῖ, ἐπὶ δὲ τοῦ κόσμου οὐδαμῶς. Εἰ καὶ μὴ πρὸς τοιαύτην ἐνέργειαν, ἀλλὰ κέχρηται αὐτοῖς τούτοις πρὸς ἕτερα ὁ Θεός· οἷον, ὁ κενόδοξος πολλὰ [b] οἰκοδομεῖ, ὁ πλεονέκτης, ὁ ἔμπορος, ὁ κάπηλος, ὁ ἄρχων· ἔστιν ἔργα τινὰ ἐν τῷ κόσμῳ αὐτοῖς ἁρμόζοντα. Τὸ δὲ χρυσοῦν σκεῦος οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ περὶ τὴν τράπεζαν στρέφεται τὴν βασιλικήν. Οὐ τοῦτο οὖν φησιν, ὅτι ἀναγκαῖον πρᾶγμα ἡ πονηρία, πῶς γάρ; ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτοὶ ἔχουσιν ἔργον. Εἰ γὰρ πάντες ἦσαν χρυσοῖ καὶ ἀργυροῖ, οὐκ ἂν ἐδέησεν ἐκείνων· οἷον, εἰ πάντες ἦσαν καρτερικοὶ, οὐκ ἔδει οἰκοδομημάτων· εἰ πάντες τρυφῆς ἦσαν ἀπηλλαγμένοι, οὐκ ἔδει ἐδεσμάτων· εἰ τῆς χρείας ἐπεμέλοντο πάντες, οὐκ ἔδει λαμπρᾶς οἰκοδομῆς. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον. Ὁρᾷς ὅτι οὐ φύσεως οὐδὲ ὑλικῆς ἀνάγκης ἐστὶ τὸ εἶναι χρυσοῦν ἢ ὀστράκινον, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως; Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ ὀστράκινον οὐκ ἂν γένηται χρυσοῦν, οὐδὲ τοῦτο εἰς τὴν ἐκείνου καταπεσεῖν εὐτέλειαν δυνήσεται· ἐνταῦθα δὲ πολλὴ ἡ μεταβολὴ καὶ ἡ μετάστασις. Σκεῦος ὀστράκινον ἦν ὁ Παῦλος, ἀλλ' ἐγένετο χρυσοῦν· σκεῦος χρυσοῦν ἦν ὁ Ἰούδας, ἀλλ' ἐγένετο ὀστράκινον. Ἄρα ἀπὸ ἀκαθαρσίας τὰ ὀστράκινα· ὁ πόρνος, ὁ πλεονέκτης, ὀστράκινος γίνεται. Πῶς οὖν ἀλλαχοῦ φησιν, Ἔχοντες τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν; ὥστε τιμᾷ, καὶ οὐ διαβάλλει τὸ σκεῦος τὸ ὀστράκινον, θησαυροῦ δεκτικὸν αὐτὸ προσειπών. Ἐκεῖ τὴν φύσιν αὐτὴν δηλοῖ, οὐ τὸ εἶδος τῆς ὕλης. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι.

692 A tem rei aliæ plurimæ causæ sunt, velut, ut convertantur, ut supplicio suo aliis exemplum sint : hic vero Paulus causam dicit omnino congruentem : *In magna autem domo non sunt tantum vasa aurea et argentea, sed etiam lignea et fictilia;* his ostendens, ut in magna domo par est esse multam vasorum differentiam : ita et in orbe toto : non de Ecclesia loquens, sed de toto mundo. Ne enim illud de Ecclesia dictum suspiceris : hic enim nullum vult esse vas ligneum vel fictile, B sed omnia aurea et argentea, ubi corpus Christi est, ubi Virgo casta, nullam habens maculam. Hoc autem vult significare : Noli perturbari, si sint homines improbi et scelerati : in magna enim domo sunt vasa hujusmodi. Quid ergo? Sed non eodem fruuntur honore, inquit, sed alia in honorem sunt, alia in contumeliam. Etiam, inquit; sed in domo hæc usui cuidam sunt, in mundo non item talia. Etsi non ad talem usum, ad alia tamen Deus iis utitur : verbi gratia, inanis gloriæ cupidus multa ædificat, avarus item, merca- C tor, caupo, princeps : sunt quædam opera in mundo, quæ ipsis competant. Vas autem aureum nihil hujusmodi est, sed circa regiam versatur mensam. Non hoc igitur dicit, malitiam nempe esse rem necessariam : quomodo esset? sed quod ipsi mali suum impleant opus. Nam si omnes essent aurei et argentei, non opus illis fuisset : verbi gratia, si omnes patientes essent, non esset opus ædificiis; si omnes a deliciis essent alieni, non opus esset ciborum apparatu; si necessaria D tantum appeterent omnes, non opus haberetur ædificiis splendidis. Si ergo quis sese ab his expurgaverit, erit vas in honorem sanctificatum. Vides non ex natura, neque ex materiæ necessitate esse, ut vas sit aureum vel fictile, sed ex voluntate nostra? Illic enim fictile numquam fiet aureum, neque aureum in fictilis vilitatem descendere poterit; hic vero multa mutatio et conversio est. Vas fictile Paulus erat, sed factus est vas aureum. Vas aureum Judas erat, sed in fictile mutatus est. Ergo ab immunditia fictilia sunt : fornicator, avarus fictiles E efficiuntur. Quomodo igitur alibi ait : *Habentes thesaurum hunc in vasis fictilibus?* honorat ergo nec reprobat vas fictile, cum ipsum thesaurum accipere dicit. Illic naturam ipsam declarat, non materiæ speciem. Hoc autem vult signi- 1. Cor. 4. 7.

[a] [*Pro his* ἐνταῦθα.... ἐοικός, *hæc habet Cod. ms.* καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ χρηστεύεσθαι τὸν Θεὸν, καὶ ἐνεγκεῖν μακροθύμως αὐτοὺς ῥαθυμοῦντας, καὶ ἀπὸ τοῦ μετανοίας αὐτοῖς καιρὸν λιπεῖν εἰς τὸ ἀνανῆψαι, εἰ βουληθεῖεν, πολλοὶ καὶ ἀπώναντο μεταβαλλόμενοι, καὶ πολλοὺς εἰς τὴν σωτηρίαν ἐνήγαγεν ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς ὑποδείγματος. ὁ δὲ Παῦλος καί τι ξένον εἰσάγει οὕτως ἐνταῦθα λέγων· ἐν μεγάλῃ. Dunæus.]

[b] [*Videtur mihi leg.* οἰκονομεῖ. Dunæus.]

ficare : Vas fictile nostrum corpus est. Sicut enim fictile nihil aliud est, quam coctum lutum ; sic et corpus nostrum nihil aliud est, quam lutum animæ calore firmatum. Quod enim fictile sit palam est : sæpe namque ut vas illud cecidit et confractum contritumque fuit, sic et corpus in mortem incidens dissolvitur. Quid enim ossa, quæ adeo valida et arida sunt, differunt a testa? quid a luto carnes ? nonne perinde et ipsæ ab aquæ humore formantur? Sed, ut dicebam, cur illic rem non vituperat? Illic de natura loquitur, hic de libero arbitrio. *Si ergo quis expurgaverit seipsum*, inquit. Non dixit, Purgaverit, sed, *Expurgaverit*, id est, omnino purgaverit, *erit vas in honorem sanctificatum, utile Domino.* Ergo illa inutilia sunt, etiamsi in usu quodam sint. *In omne opus bonum paratum.* Etiamsi non operetur, idoneum tamen est ad excipiendum. Oportet igitur ad omnia paratum esse, sive ad mortem, sive ad martyrium; sive ad virginitatem, sive ad cætera omnia. 22. *Juvenilia autem desideria fuge.* Juvenilia desideria sunt, non ea tantum quæ ad fornicationem spectant, sed etiam omnis concupiscentia illicita juvenilis est. Audiant senes, ne juvenum gesta sectentur. Sive contumeliosus quidam sit, sive potentiam ambiat, sive pecunias, sive corpora amet, sive aliud simile, juvenile est desiderium et stultum : cum nondum cor ita firmum sit, nec mens solida, sed incerta ferantur, hæc omnia accidere necesse est. Ut igitur nemo his capiatur, quæ monita dat? Phantasias juveniles fuge; *Sectare vero justitiam, fidem, caritatem et pacem cum omnibus qui invocant nomen Domini de corde puro.* Justitiam totam virtutem dicit, vitam piam, fidem, caritatem, mansuetudinem. Quid sibi vult illud, *Cum iis qui invocant Dominum de corde puro?* Ac si diceret, Illis confide tantum, non iis qui utcumque invocant, sed iis qui non subdole, non simulate, qui nihil doli habent, qui cum pace accedunt, qui non litigant : cum illis commiscearis; cum aliis non oportet mansuetum esse, sed pacem habere quantum fieri potest. 23. *Stultas autem et sine disciplina quæstiones devita, sciens quia generant lites.*

2. Viden' quomodo ubique illum amoveat a quæstionibus? non quod non possit illas idonee confutare; poterat enim : si non potuisset enim, dicturus erat illi, Stude idoneus fieri ad illa confutanda, ut cum dicit, *Attende lectioni : hoc enim faciens et teipsum salvum facies, et eos qui te audiunt :* sed noverat inutile esse, hujus-

1 Tim. 4. 16.

σκεῦος ὀστράκινον ἡμῶν τὸ σῶμα. Ὥσπερ γὰρ τὸ ὀστράκινον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ πηλὸς ὠπτημένος· οὕτω καὶ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ πηλὸς τῇ θερμότητι τῆς ψυχῆς στερεούμενος. Ὅτι F γὰρ ὀστράκινόν ἐστι, δῆλον· πολλάκις γὰρ, ὡς ἐκεῖνο τὸ σκεῦος πεσὸν κατεάγη καὶ συνετρίβη, οὕτω καὶ τὸ σῶμα θανάτῳ καταπεσὸν διαλύεται. Τί γὰρ ὀστράκων διενήνοχε τὰ ὀστᾶ, οὕτως ὄντα κραταιὰ, οὕτως ὄντα ξη- 693 ρά; τί δὲ πηλοῦ αἱ σάρκες; οὐχ ὁμοίως ἀπὸ ὕδατός εἰσι A καὶ αὗται; Ἀλλ', ὅπερ ἔφην, πῶς ἐκεῖ οὐ διαβάλλει τὸ πρᾶγμα; Ἐκεῖ περὶ φύσεως διαλέγεται, ἐνταῦθα περὶ προαιρέσεως. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν, φησίν. Οὐκ εἶπε, καθάρῃ, ἀλλ', Ἐκκαθάρῃ, τουτέστι, παντελῶς καθάρῃ. Ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον, εὔχρηστον τῷ Δεσπότῃ. Ἄρα ἐκεῖνα ἄχρηστα, εἰ καί τινα χρείαν ἐπιτελεῖ. Εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. Κἂν μὴ πράττῃ, ἀλλ' ὅμως ἐπιτήδειόν ἐστι, δεκτικόν. Δεῖ οὖν πρὸς πάντα παρεσκευάσθαι, κἂν πρὸς θάνατον, κἂν πρὸς μαρτύριον· δεῖ ἡτοιμάσθαι, B κἂν πρὸς παρθενίαν, κἂν πρὸς ταῦτα πάντα. Τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε. Νεωτερικαὶ οὐχ αὗταί εἰσιν αἱ τῆς πορνείας μόνον, ἀλλὰ πᾶσα ἐπιθυμία ἄτοπος νεωτερική. Ἀκουέτωσαν οἱ γεγηρακότες, ὅτι οὐ δεῖ τὰ τῶν νεωτέρων ποιεῖν. Κἂν ὑβριστὴς ᾖ τις, κἂν δυναστείας ἐρᾷ, κἂν χρημάτων, κἂν σωμάτων, κἂν ὁτουοῦν δήποτε, νεωτερικὴ ἡ ἐπιθυμία, ἀνόητος· οὔπω τῆς καρδίας βεβηκυίας, οὐδὲ τῶν φρενῶν ἐν βάθει τεθεισῶν, ἀλλ' ᾐωρημένων ἀνάγκη ταῦτα πάντα γίνεσθαι. Ἵνα οὖν μηδεὶς τούτοις ἁλῷ, τί πα- C ραινεῖ; Φαντασίας νεωτερικὰς φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην μετὰ πάντων τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Κύριον ἐκ καθαρᾶς καρδίας. Δικαιοσύνην τὴν καθόλου ἀρετὴν λέγει, τὴν ἐν τῷ βίῳ εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, πραότητα. Τί ἐστι, Μετὰ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Κύριον ἐκ καθαρᾶς καρδίας; Ὡσεὶ ἔλεγεν, ἐκείνοις θάῤῥει μόνοις, μὴ τοῖς ἁπλῶς ἐπικαλουμένοις, ἀλλὰ τοῖς ἀνυπούλως, τοῖς ἀνυποκρίτως, τοῖς οὐδὲν ἔχουσι δολερὸν, τοῖς μετ' εἰρήνης προσιοῦσι, τοῖς ἀμάχοις· μετ' ἐκείνων ἀναμίγνυσο, D μετὰ δὲ τῶν ἄλλων οὐ χρὴ πρᾶον εἶναι, ἀλλ' εἰρηνεύειν μόνον τὸ ἐξ αὐτοῦ. Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι γεννῶσι μάχας.

Ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ αὐτὸν ἀπάγει τῶν ζητήσεων; οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἱκανῶς ἀνατρέπειν αὐτάς· εἶχε γάρ· εἰ δὲ καὶ μὴ εἶχεν, εἶπεν ἂν πρὸς αὐτὸν, ὅτι σπούδασον εἶναι ἐπιτήδειος πρὸς ἀνατροπὴν τῶν τοιούτων· ὥσπερ ὅταν λέγῃ, Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει· τοῦτο γὰρ E ποιῶν καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου· ἀλλ' οἶδεν ἄχρηστον ὂν καὶ τὸ καθεῖναι ὅλως εἰς ἀγῶ-

νας τοιούτους, καὶ ὅτι οὐδὲν τέλος ἔσται, ἀλλ' ἡ μάχη καὶ ἀπέχθεια, ὕβρεις καὶ λοιδορίαι. Ταύτας οὖν τὰς ζητήσεις παραιτοῦ. Ὥστε εἰσὶν ἕτεραι ζητήσεις, αἱ περὶ τῶν Γραφῶν, αἱ περὶ τῶν ἄλλων. Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι. Οὐκοῦν οὐ δεῖ μάχεσθαι οὐδὲ ἐν ζητήσει· πόῤῥω γὰρ μάχης εἶναι δεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον. Εἰρήνης γάρ ἐστι Θεὸς ὁ Θεός· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ τῆς εἰρήνης δοῦλος, πῶς ἂν μαχέσοιτο; Ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας. Δοῦλον γὰρ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, φησὶν, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας. Πῶς οὖν F λέγει, Ἔλεγχε αὐτοὺς μετὰ πάσης ἐπιταγῆς; καὶ ἐνταῦθα πάλιν, Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω; 694 καὶ πάλιν, Ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως; Ὅτι καὶ τοῦτο A πραότητός ἐστιν. Ὁ γὰρ σφοδρὸς ἔλεγχος, ὅταν μετ' ἐπιεικείας γένηται, οὗτός ἐστιν ὁ μάλιστα δακεῖν δυνάμενος. Ἔνεστι γὰρ, ἔνεστι μετὰ πραότητος καθάψασθαι μᾶλλον, ἢ μετὰ θρασύτητος ἐντρέψαι. Διδακτικόν· τουτέστι, πρὸς πάντας τοὺς βουλομένους διδαχθῆναι. Αἱρετικὸν γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ. Ἀνεξίκακον. Καλῶς τοῦτο προσέθηκε· μάλιστα γὰρ τοῦτο ἔχειν χρὴ τὸν διδάσκαλον· ἐπεὶ πάντα μάτην γίνεται. Εἰ γὰρ οἱ B ἁλιεῖς πολλάκις δι' ὅλης ἡμέρας βάλλοντες τὰ δίκτυα, καὶ οὐκ ἐπιτυγχάνοντες οὐκ ἀπαγορεύουσι, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς. Ὅρα γὰρ τί γίνεται· συμβαίνει πολλάκις ἀπὸ τῆς συνεχοῦς διδασκαλίας εἰς τὸ βάθος τῆς ψυχῆς τὸ τοῦ λόγου ἄροτρον κατελθὸν ἐκκόψαι τὸ ἐνοχλοῦν αὐτῇ πάθος. Ὁ γὰρ μυριάκις ἀκούσας, πείσεταί τι· οὐ γὰρ ἔστιν ἄνθρωπον ἀκούοντα συνεχῶς, μηδὲν παθεῖν. Ἔστιν οὖν ὅτε μέλλων πείθεσθαι, ἡμῶν ἀπαγορευσάντων, τὸ πᾶν ἀπώλεσε. Καὶ ταὐτὸν γίνεται, οἷον ἂν εἴ τις γεωργίας ἄπειρος τὴν ἄμπελον φυτευθεῖσαν σκάπτοι μὲν ἐνιαυτῷ τῷ πρώτῳ, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ C ζητῶν λήψεσθαι καρπὸν, καὶ πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ, καὶ μὴ λαμβάνων, εἶτα τῶν τριῶν ἐτῶν παρελθόντων ἀπογνοὺς, τότε λοιπὸν αὐτὴν καταλείποι ἐν τῷ τετάρτῳ, ὅτε τῶν πόνων ἐκείνων ἔμελλε κομίζεσθαι τὴν ἀντίδοσιν. Εἰπὼν δὲ Ἀνεξίκακον, οὐκ ἀρκεῖται, ἀλλ' ἐπάγει λέγων· Ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Μάλιστα γὰρ τὸν διδάσκοντα τοῦτο χρὴ ποιεῖν ἐν πραότητι· οὐ γὰρ ἔνι ψυχὴν δεομένην μαθεῖν, μετὰ θρασύτητος καὶ μάχης δυνηθῆναί τι τῶν χρησίμων συνιδεῖν· κἂν γὰρ μέλλῃ προσέχειν, ἀπο- D ρηθεῖσα οὐδὲν εἴσεται. Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντά τι τῶν χρησίμων μαθεῖν, πρὸ τῶν ἄλλων πάντων ἡδέως ἔχειν πρὸς τὸν διδάσκοντα· τούτου δὲ μὴ προκατασκευασθέντος, οὐκ ἔνι γενέσθαι τι τῶν δεόντων οὐδὲ τῶν χρησίμων· ἡδέως δὲ οὐκ ἄν τις σχοίη πρὸς τὸν θρασυνόμενον καὶ ὑβρίζοντα. Πῶς οὖν αἱρετικὸν, φησὶν, ἄνθρωπον μετὰ μίαν ἢ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ; Τὸν ἀδιόρθωτον λέγει, ὃν οἶδεν ἀνίατα νοσοῦντα. Μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς E

modi movere certamina, et nullum finem fore, sed hinc pugnas, inimicitias, contumelias et convicia oriri. Has ergo quæstiones devita. Sunt ergo aliæ quæstiones, de Scripturis deque aliis. *Dei servus a litibus abstineat oportet.* 24. *Servum autem Domini non oportet litigare.* Non oportet etiam per quæstiones pugnare; procul enim litibus oportet esse Dei servum: Deus enim est Deus pacis; servus autem Dei pacis quomodo pugnaverit? *Sed mansuetum esse ad omnes. Servum enim Dei*, inquit, *pugnare non oportet, sed mansuetum esse ad omnes.* Quomodo ergo dicit, *Argue illos cum omni imperio;* et hic rursum, *Nemo adolescentiam tuam contemnat;* et iterum, *Argue eos dure?* Quia hoc quoque mansuetudinis est. Vehemens enim confutatio, quando cum mansuetudine procedit, maxime mordere potest. Licet enim, licet cum mansuetudine magis carpere, quam cum ferocia confutare. *In docendo peritum;* id est iis, qui doceri volunt. Nam ait: *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita. Patientem.* Hoc recte addidit: id enim est doctori maxime necessarium, alioquin omnia frustra aggredietur. Si enim piscatores sæpe postquam tota die retia frustra jecerunt, non desperant tamen; multo magis id nobis convenit. Vide namque quid inde sequatur: sæpe contingit ut post doctrinam assiduam, doctrinæ aratrum in profundum animæ penetrans, vitium quo perturbatur exscindat. Qui enim millies audivit, aliquid patietur: non potest enim fieri ut qui frequenter audit, nihil moveatur; et interdum contingit, ut cum ille mox persuadendus esset, nobis desistentibus totum amiserit. Et perinde contingit, atque si quis agriculturæ imperitus plantatam vineam anno primo colat, et anno secundo itemque tertio, et cum speret se fructum decerpturum esse, nec decerpat, post triennium desperans, anno quarto illam deserat, quando laborum suorum mercedem accepturus erat. Postquam dixit, *Patientem*, non satis illi est, sed subjungit: 25. *Cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.* Hoc enim maxime cum mansuetudine facere oportet. Neque potest anima, quæ doctrina eget, cum ferocia et altercatione aliquid utile percipere: etiamsi enim attendere velit, in dubitationem conjecta nihil sciet. Oportet quippe eum qui utilia discere velit, ante omnia erga doctorem bene affectum esse: hoc si non præmittatur, nihil quantumvis utile percipere poterit: bene autem affectus esse non potest erga ferocem et contumeliosum. Quomodo

Tit. … *Tit.* … 3 *Tit.*

igitur dicit, *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita?* De illo agit qui corrigi non vult et insanabili morbo laborat. *Nequando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, 26. et resipiscant a diaboli laqueo.* Hoc autem vult significare: Fortassis erit quædam emendatio; fortassis autem, in rebus dubiis ponitur. Itaque ab illis solis discedendum est, quos certo scimus et persuasum habemus, quidquid agatur, non conversum iri. F *In mansuetudine*, inquit. Viden' sic accedendum esse ad eos qui discere cupiunt, et numquam absistendum a colloquiis ante demonstratio- 695 nem? *A quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* A Recte dixit, *Captivi tenentur*: interim namque in errore natant. Vide quomodo doceat modeste sentire. Non dixit, Ne forte possint; sed, *Ne forte det illis Deus resipiscere.* Et si quid fiat, totum Dei est: tu plantas, tu irrigas; ille seminat, et fructus parere curat. Numquam igitur ita affecti simus, quasi ipsi persuaserimus, licet persuadeamus. *Captivi tenentur*, inquit, *ad ipsius voluntatem.* Hoc autem non de dogmatibus tantum dicitur, sed etiam de vita: voluntas B enim ejus est, ut recte vivamus. Sunt autem quidam in laqueo diaboli, etiam per vitæ rationem: ergo ne de illis quoque desperare oportet. *Ne forte resipiscant qui captivi tenentur*, inquit, *ad ipsius voluntatem.* Illud autem, *Ne forte*, magnæ patientiæ indicium est: nam non facere voluntatem Dei, laqueus est diaboli.

ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἴσως ἔσται τις διόρθωσις· τὸ δὲ, ἴσως, ἐπὶ τῶν ἀδήλων ἐστίν. Ὥστε ἐκείνων μόνον ἀφίστασθαι χρὴ, περὶ ὧν δυνάμεθα σαφῶς ἀποφήνασθαι, καὶ ὑπὲρ ὧν πεπείσμεθα, ὅτι οὐδ' ἂν ὁτιοῦν γένηται, μεταστήσονται. Ἐν πραότητι, φησίν. Ὁρᾷς ὅτι τοὺς βουλομένους μαθεῖν οὕτω χρὴ προσίεσθαι, καὶ μηδέποτε πρὸ τῆς ἀποδείξεως ἀφίστασθαι τῶν διαλέξεων; Ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Καλῶς εἶπεν, Ἐζωγρημένοι· τέως γὰρ ἐν πλάνῃ νήχονται. Ὅρα πῶς διδάσκει μετριοφρονεῖν. Οὐκ εἶπε, μή ποτε δυνηθῇς, ἀλλὰ, Μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Κύριος ἀνανῆψαι. Κἂν γένηταί τι, τοῦ Κυρίου τὸ πᾶν γίνεται· σὺ φυτεύεις, σὺ ποτίζεις, ἐκεῖνος σπείρει καὶ ποιεῖ καρποφορεῖν. Μήποτε τοίνυν διακεώμεθα, ὡς αὐτοί τινα πείθοντες, κἂν πείσωμεν. Καὶ ζωγρηθέντες, φησὶν, ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Τοῦτο δὲ οὐ περὶ δογμάτων ἄν τις εἴποι, ἀλλὰ καὶ περὶ βίου· τὸ γὰρ θέλημα αὐτοῦ ἐστιν ὀρθῶς βιοῦν. Εἰσὶ δέ τινες ἐν τῇ παγίδι τοῦ διαβόλου καὶ βίου ἕνεκεν· οὐ τοίνυν οὐδὲ πρὸς τούτους περικακεῖν χρή. Μή ποτε ἀνανήψωσι, φησὶν, ἐζωγρημένοι εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Τὸ δὲ, Μή ποτε, πολλῆς μακροθυμίας ἐστὶ δεικτικόν· τὸ γὰρ μὴ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, παγὶς διαβολική.

3. Sicut enim passer etiamsi non ex omnibus partibus teneatur, sed ex uno tantum pede, sub potestate est ejus qui laqueum tetendit: ita et nos, etiamsi non ex toto teneamur, ex fide nempe et ex vitæ ratione, sed ex vitæ ratione tantum, sub
Matth. 7. 22. 23. potestate diaboli sumus. *Non enim qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum*; et rursus, *Non novi vos, discedite* C *a me qui operamini iniquitatem.* Viden' lucrum nullum esse ex fide, cum Dominus nos igno-
Ib. 25. 12. ret? Et virginibus hoc ipsum dicit: *Non novi vos.* Quid ergo virginitas profuit, quid multi sudores, quando Dominus illas ignorat? Sæpeque alios invenimus qui circa fidem non accusantur, sed ob solam vitam malam puniuntur: sicut alibi alios, qui absque ulla vitæ culpa ex dogmatis perversitate pereunt: hæc enim mutuo hærent. Viden' quod quando voluntatem Dei non faciinus, sub laqueo diaboli simus? Nec tantum D ex vitæ ratione tota, sed ex uno tantum vitio sæpe in gehennam ingredimur, quando bona no-

Ὥσπερ γὰρ ὁ στρουθὸς, κἂν μὴ ἐξ ὅλου τοῦ μέρους κατέχηται, ἀλλ' ἐξ ἑνὸς, τοῦ ποδὸς λέγω, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἐστὶ τοῦ τὴν παγίδα θέντος· οὕτω καὶ ἡμεῖς, κἂν μὴ ἐξ ὅλου κατεχώμεθα, καὶ ἐκ πίστεως καὶ ἐκ βίου, ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου μόνον, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἐσμὲν τοῦ διαβόλου. Οὐ γὰρ ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, φησὶν, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ πάλιν, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Ὁρᾷς ὅτι κέρδος οὐδὲν ἐκ τῆς πίστεως, ὅταν ἡμᾶς ἀγνοῇ ὁ Δεσπότης; Καὶ ταῖς παρθένοις τὸ αὐτό φησιν· Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Τί οὖν τὸ κέρδος τῆς παρθενίας καὶ τῶν πολλῶν ἱδρώτων, ὅταν ἀγνοῇ αὐτὰς ὁ Δεσπότης; Καὶ πολλαχοῦ εὑρίσκομεν ὑπὲρ μὲν πίστεως οὐδὲν ἐγκαλουμένους, ἀπὸ δὲ βίου πονηροῦ κολαζομένους μόνον· ὥσπερ ἀλλαχοῦ ὑπὲρ βίου μὲν οὐδὲν ἐγκαλουμένους, διὰ δὲ δόγμα διεστραμμένον ἀπολλυμένους· ταῦτα γὰρ ἀλλήλων ἔχεται. Ὁρᾷς ὅτι, ὅταν μὴ ποιῶμεν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὑπὸ τὴν παγίδα τοῦ διαβόλου ἐσμέν; Οὐκ ἀπὸ βίου δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ἑνὸς ἐλαττώματος πολλάκις εἰσερχόμεθα εἰς τὴν

γέενναν, ὅταν μὴ τὰ ἄλλα ἀντίῤῥοπα ᾖ ἀγαθά. Ἐπεὶ καὶ αἱ παρθένοι οὐ πορνείαν ἐνεκλήθησαν, οὐ μοιχείαν, οὐ φθόνον, οὐ βασκανίαν, οὐ μέθην, οὐ κακοπιστίαν, ἀλλ' ἔλλειψιν ἐλαίου· τουτέστιν, οὐκ ἐποίουν ἐλεημοσύνην· τὸ γὰρ [a] ἔλαιον τοῦτό ἐστι. Καὶ ἐκεῖνοι οἱ κατακριθέντες, Ἀπέλθετε οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, οὐδὲν πάλιν τούτων ἐνεκαλοῦντο, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ, ὅτι οὐκ ἔθρεψαν τὸν Χριστόν. Ὁρᾷς ὅτι ἀρκεῖ ἐλεημοσύνη ἐλλειφθεῖσα εἰσαγαγεῖν εἰς τὸ τῆς γεέννης πῦρ; Ποῦ γὰρ ἔσται χρήσιμος, εἰπέ μοι, ὁ ἐλεημοσύνην μὴ ποιῶν; Νηστεύεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν; ἀλλὰ καὶ αἱ παρθένοι τότε ἐκεῖναι, ἀλλ' οὐδὲν ἀπώναντο. Εὐχῃ; καὶ τί τοῦτο; Ἐλεημοσύνης χωρὶς ἄκαρπος ἡ εὐχή· πάντα ἀκάθαρτα ταύτης χωρὶς, πάντα ἀνόνητα· τὸ πλέον τῆς ἀρετῆς μέρος ἐκκόπτεται. Ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, φησὶ, τὸν Θεὸν οὐκ οἶδε. Σὺ δὲ πῶς ἀγαπᾷς, μηδὲ τῶν μικρῶν τούτων καὶ εὐτελῶν αὐτῷ μεταδοῦναι βουλόμενος; Εἰπὲ δή μοι, σωφρονεῖς; τίνος ἕνεκεν; οὐχὶ δεδοικὼς τὴν κόλασιν; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ φύσει τὸ πρᾶγμα μετέρχῃ· ἐπεὶ, εἰ σωφρονεῖς δεδοικὼς τὴν κόλασιν, καὶ τοσαύτην ὑπομένεις βίαν καὶ τοσαύτην τυραννίδα, πολλῷ μᾶλλον ἐλεημοσύνας ποιεῖν ἔδει. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐπιθυμίας κρατῆσαι χρημάτων, καὶ σωμάτων, ἀλλὰ μείζων ὁ πόνος ἐνταῦθα. Τί δήποτε; Ὅτι ἡ μὲν ἡδονὴ φυσικὴ, καὶ ἐνέσπαρται καὶ ἐμπεφύτευται ἡμῶν τῷ σώματι, τὰ δὲ τῶν χρημάτων οὐκέτι. Τοῦτό ἐστιν, ᾧ ἐξισοῦσθαι δυνάμεθα τῷ Θεῷ, τῷ ἐλεεῖν καὶ οἰκτείρειν· ὅταν οὖν τοῦτο μὴ ἔχωμεν, τοῦ παντὸς ἀπεστερήμεθα. Οὐκ εἶπεν, ἐὰν νηστεύητε, ὅμοιοί ἐστε τῷ Πατρὶ ὑμῶν· οὐκ εἶπεν, ἐὰν παρθενεύσητε, οὐδὲ εἶπεν, ἐὰν εὔχησθε, ὅμοιοί ἐστε τῷ Πατρὶ ὑμῶν· οὐδὲν γὰρ τούτων περὶ Θεὸν, οὐδὲ ἐργάζεταί τι τούτων ὁ Θεός· ἀλλὰ τί; Γίνεσθε οἰκτίρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τοῦτο Θεοῦ ἔργον. Ἐὰν οὖν τοῦτο μὴ ἔχῃς, τί ἔχεις; Ἔλεον θέλω, φησὶ, καὶ οὐ θυσίαν. Ἐποίησεν οὐρανὸν ὁ Θεὸς, ἐποίησε γῆν, θάλασσαν· μεγάλα ταῦτα, καὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας ἄξια· ἀλλ' οὐδενὶ τούτων ἐφειλκύσατο τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ὡς τῷ ἐλέῳ καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ· τοῦτο μὲν γὰρ σοφίας ἔργον καὶ δυνάμεως καὶ ἀγαθότητος· πολλῷ δὲ μᾶλλον, ὅτι δοῦλος ἐγένετο. Οὐκ ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον αὐτὸν θαυμάζομεν; οὐκ ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον αὐτὸν ἐκπληττόμεθα; Οὐδὲν οὕτως ἐπισπᾶται τὸν Θεὸν, ὡς ἔλεος. Καὶ πολλὰ περὶ τούτων ἅπαντες διαλέγονται ἄνω καὶ κάτω οἱ προφῆται. Ἔλεον δὲ λέ-

stra non sunt paria. Etenim virgines quoque non de fornicatione accusatæ sunt, nec de adulterio, nec de invidia vel livore, non quod de fide non bene sentirent, sed quod oleum non haberent; id est, eleemosysam non faciebant: id quippe significat oleum. (Eleemosyna commendatur.) Itemque illi qui damnati sunt, *Ite maledicti in ignem æternum,* (Matth. 25. 41.) de nullo alio accusabantur, quam quod Christum non aluissent. Vides ut eleemosyna sola neglecta in gehennam ignis inducere possit? Cui rei, quæso, utilis erit qui eleemosynam non erogat? Jejunas quotidie? sed illæ quoque virgines jejunabant; sed nihil illis profuit. Precaris? et quid hoc est? Sine eleemosyna infructuosa est precatio; sine hac omnia immunda sunt, omnia inutilia, majorque virtutis pars exscinditur. *Qui non diligit,* inquit, *fratrem suum, non novit Deum.* (1. Joan. 3. 10.) Tu vero quomodo diligis, cum ne parva quidem et vilia isthæc ipsi impertire vis? Dic enim mihi, tu caste vivis? qua de causa? an quod mihi supplicium timeas? Nequaquam, sed ex natura tua illud exsequeris: nam si caste viveres supplicium metuens, et talem vim tyrannidemque sustinens, multo magis elemosynam facere oporteret. Non enim par res est cupiditatem pecuniarum et corporum domare, sed multo major hic labor est. Quare? Quia naturalis voluptas corpori nostro insita est, cupiditas vero pecuniæ non item. Ex commiseratione Deo æquari possumus: qua si careamus, totum amisimus. Non dixit, Si jejunaveritis, similes eritis Patri vestro; nec, Si virginitatem servaveritis; nec, Si precati fueritis, similes eritis Patri vestro: nihil eorum ad Deum pertinet, nihil eorum ille facit: sed quid? *Estote misericordes, sicut Pater vester qui in cælis est.* (Luc. 6. 36.) Hoc opus Dei est. Si ergo id non habeas, quid habes? *Misericordiam,* inquit, *volo, et non sacrificium.* (Osee 6. 6.) Deus fecit cælum, terram, mare; hæc magna sunt, et ejus sapientia digna: sed horum nullo ita humanam naturam attraxit, ut misericordia et benignitate: hoc enim est opus sapientiæ, virtutis et bonitatis; multo autem magis quia servus factus est. Annon ea de causa magis illum admiramur ac stupore afficimur? Deum nihil sic attrahit ut misericordia. Atque de his plurima persæpe loquuntur

[a] Ἔλαιον, *oleum*, sæpe Chrysostomus accipit pro ἔλεον, *misericordiam*, quia ἔλαιον, αι pro ε, sic legebatur, hodieque apud Græcos legitur. Dicit ergo frequenter Chrysostomus, virgines illas a thalamo exclusas fuisse, quia ἔλαιον, sive *oleum*, seu, ut eadem ipsa voce significari dicit, quia misericordiam non habebant, nec eleemosynam erogabant.

prophetæ. Misericordiam autem dico non eam, quæ cum habendi cupiditate conjuncta est : neque enim spinæ radix oleum parit, sed olivæ radix. Ita nec avaritiæ, nec injustitiæ, nec rapinæ radix misericordiam parit. Noli eleemosynam criminari, ne illam omnium maledictis exponas. Si namque ideo rapis, ut eleemosynam eroges, nihil hac eleemosyna pejus. Cum enim ex rapina oriatur, non est certe eleemosyna : immanitas illa est et crudelitas, ac contumelia Deo illata. Si Cain qui quæ minora sua erant obtulit, ita offendit; qui aliena offert, quomodo non offendet? Oblatio nihil aliud est quam sacrificium, emundatio, non immunditia. Sordidis porro manibus non audes precari, sordes autem et immunditiam ex rapina offerens, nihil te mali facere putas? Manus non sinis sordibus et immunditia fœdari, sed emundatis illis, ita offers : atqui hæ sordes nihil culpæ habent; illæ vero sunt criminatione dignæ.

4. Ne itaque id observemus, ut mundis manibus offeramus et precemur, sed ut quæ offeruntur munda sint. Illud enim risu dignum est : ac si quis lance abluta illam immundis donis impleret, nonne irrisio hæc esset? Sint mundæ manus : erunt autem, si non aqua tantum illas abluamus, sed et justitia prius : hæc vera manuum mundatio est. Si autem iniquitate pleni simus, etiamsi millies

Isai. 1. 16. illas ablucrimus, nihil inde lucri. *Lavamini*, inquit, *mundi estote*. Quid ergo? num addidit, Ite ad fontes, ad balnea, ad stagna, ad fluvios? Nihil horum; sed quid? *Auferte malitias vestras ab animabus vestris;* hoc est, Mundi estote. Hoc ab inquinamento liberat, hæc est vera munditia. Illa enim non multum profuit; hæc nobis fiduciam ad Deum præstat : illam possunt habere adulteri, fures, homicidæ, molles, dissoluti viri, fornicarii, et amasii, et hi maxime. Isti enim sunt qui corporis munditiam magis curant, unguentis semper olentes, abstergentes sepulchrum : sepulchrum enim ipsis est corpus, cum anima intus mortua sit. Itaque illam quidem munditiam hi quoque obtinere possunt, hanc vero non item. Nihil magnum est, si corpus abluas : Judaica est hæc purgatio, inanis et inutilis, si interna non adest. Sit quispiam putredine plenus et vulneribus, abluat corpus : quæ utilitas? quis finis? Quod si putredini corporis nihil mederi possit, cum exterius

D γω οὐ τὸν μετὰ πλεονεξίας· οὐ γάρ ἐστι τοῦτο ἔλεος. Οὐδὲ γὰρ ἀκάνθης ῥίζα ἔλαιον τίκτει ποτὲ, ἀλλ' ἐλαίας· ὥσπερ οὖν οὐδὲ πλεονεξίας ῥίζα ἔλεον τίκτει, οὐδὲ ἀδικίας, οὐδὲ ἁρπαγῆς. Μὴ διαβάλῃς τὴν ἐλεημοσύνην, μὴ ποίει αὐτὴν κατηγορεῖσθαι ὑπὸ πάντων. Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἁρπάζεις, ἵνα ἐλεήσῃς, οὐδὲν τῆς ἐλεημοσύνης ταύτης χεῖρον. Ὅταν γὰρ ἐξ ἁρπαγῆς τίκτηται, οὐκ ἔστι τοῦτο ἐλεημοσύνη· ἀπήνειά τίς ἐστι καὶ ὠμότης, ὕβρις τοῦτο εἰς τὸν Θεόν. Εἰ ὁ τὰ ἐλάτ-
E τονα τῶν αὐτοῦ προσενεγκὼν οὕτω προσέκρουσεν ὁ Κάϊν, ὁ τὰ ἀλλότρια προσφέρων πῶς οὐ προσκρούσει; Προσφορὰ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ θυσία, κάθαρσις, οὐκ ἀκαθαρσία. Καὶ ῥυπαραῖς μὲν χερσὶν οὐ τολμᾷς εὔξασθαι, ῥύπον δὲ καὶ ἀκαθαρσίαν προσφέρων ἐξ ἁρπαγῆς οὐδὲν ἡγῇ ποιεῖν δεινόν; Τὰς χεῖρας οὐκ ἀφιεὶς ῥύπου καὶ ἀκαθαρσίας πληροῦσθαι, ἀλλὰ καθαρὰς εἶναι ποιήσας, οὕτω προσφέρεις· καίτοι οὗτος ὁ ῥύπος οὐδὲν ἔγκλημα φέρει, ἐκεῖνος δὲ κατηγο-
F ρίας ἄξιος καὶ διαβολῆς.

Μὴ τοίνυν τοῦτο σκοπῶμεν, ὅπως καθαραῖς προσφέρωμεν καὶ εὐχώμεθα χερσὶν, ἀλλ' ὅπως καὶ τὰ προσφερόμενα ᾖ καθαρά. Ἐπεὶ τοῦτο γέλως ἐστίν· ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν πίνακα περιπλύνας δώρων ἀκαθάρτων τοῦτον ἐμπλήσειεν, οὐχὶ χλευασία τοῦτό ἐστι καὶ γέλως; Ἔστωσαν αἱ χεῖρες καθαραί· ἔσονται δὲ, ἂν μὴ ὕδατι αὐτὰς ἀπονίπτωμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνῃ
657 A πρότερον· τοῦτο χειρῶν καθάρσιον. Ἂν δὲ γέμωμεν ἀδικίας, κἂν μυριάκις αὐτὰς περιπλύνῃς, κέρδος οὐδέν. Λούσασθε, φησὶ, καθαροὶ γένεσθε. Τί οὖν; ἆρα προσθεὶς εἶπε, πορεύεσθε ἐπὶ τὰς πηγὰς, πορεύεσθε ἐπὶ τὰ βαλανεῖα καὶ τὰς λίμνας καὶ τοὺς ποταμούς; Οὐδὲν τούτων· ἀλλὰ τί; Ἀφέλετε τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· τουτέστι, καθαροὶ γένεσθε. Τοῦτο ἀπηλλάχθαι ποιεῖ μολυσμοῦ, αὕτη ἐστὶν ἡ ὄντως καθαρότης. Ἐκείνη μὲν γὰρ οὐδὲν μέγα ὤνησεν, αὕτη δὲ παῤῥησίαν ἡμῖν χαρίζεται τὴν πρὸς τὸν
B Θεόν· κἀκείνην καὶ μοιχοὺς καὶ κλέπτας καὶ ἀνδροφόνους ἔχειν δυνατὸν, καὶ βλᾶκας καὶ ἐκλύτους ἄνδρας καὶ πόρνους καὶ ἡταιρηκότας, καὶ μάλιστα τούτους. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τῆς τοῦ σώματος καθαρότητος ἐπιμελόμενοι μάλιστα πάντων, μύρων ὄζοντες συνεχῶς, [a] ἀποσμύχοντες τὸ σῆμα· σῆμα γάρ ἐστιν αὐτοῖς τὸ σῶμα, τῆς ψυχῆς ἔνδον οὔσης νεκρᾶς. Ὥστε ταύτης μὲν τῆς καθαρότητος κἀκείνοις μετιέναι δυνατὸν, τῆς δὲ ἔνδον οὐκέτι. Οὐδὲν μέγα, ἐὰν τὸ σῶμα ἀποπλύνῃς· Ἰουδαϊκός ἐστιν οὗτος ὁ καθαρμὸς, [b] ἀνόητος καὶ ἀνωφελὴς, τοῦ ἔνδον οὐκ ὄντος. Ἔστω τις
C

[a] [Leg. ἀποσμήχοντες.]

[b] [ἀνόητος dedimus ex Commel. et Savil. Legebatur [illegible]]

σηπεδόνα ἔχων ἢ νομὴν τραυμάτων, περιπλυνέτω τὸ σῶμα· τί τὸ κέρδος; τί τὸ πέρας; Εἰ δὲ τὴν ἐν σώματι σηπεδόνα οὐδὲν ὠφελῆσαι δυνήσεταί τις ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας τῆς ἔξωθεν περικλυζομένης καὶ ἀφανιζομένης· ὅταν ἐν ψυχῇ ἡ σηπεδὼν ᾖ, τί ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος καθαρότητος ὀνήσομεν; Οὐδέν. Εὐχῶν ἡμῖν δεῖ καθαρῶν· εὐχαὶ δὲ οὐκ ἂν γένοιντο καθαραὶ, τῆς τικτούσης αὐτὰς ψυχῆς οὔσης μιαρᾶς. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖ ψυχὴν μιαρὰν, ὡς πλεονεξία καὶ ἁρπαγή. Ἀλλ' εἰσί τινες οἳ κατὰ τὴν ἑσπέραν, μυρία διὰ τῆς ἡμέρας ἐργαζόμενοι κακὰ, λουόμενοι εἰσίασιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας τὰς χεῖρας ἀνατείνοντες, ὡς τὸ πᾶν διὰ τῆς τῶν ὑδάτων κολυμβήθρας ἀποθέμενοι. Εἰ τοῦτο ἦν, μέγα τὸ κέρδος ἦν τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν λούεσθαι· εἰ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν οὐδὲ αὐτὸς ἐπαυσάμην τὰ βαλανεῖα διενοχλῶν, εἰ καθαροὺς ἐποίει καὶ ἁμαρτημάτων ἀπήλλαττε. Γέλως ταῦτα καὶ λῆρος, παίγνια καὶ παίδων ἀθύρματα. Οὐκ ἀποστρέφεται σώματος ῥύπον ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἀκαθαρσίαν ψυχῆς· ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ἆρα τῷ σώματι; οὐδαμῶς, ἀλλ', Οἱ τῇ καρδίᾳ καθαροί· ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Ὁ δὲ προφήτης τί φησι; Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός· καὶ πάλιν, Ἀπόπλυναι ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου. Μέγα ἀγαθὸν ἐν συνηθείᾳ ἀγαθῶν εἶναι. [c] Ὅρα πῶς ἐστι μικρὰ ταῦτα καὶ ἀνόνητα. Καὶ ἐπειδὰν προληφθῇ ἐν συνηθείᾳ ἡ ψυχὴ, οὐκ ἀφίσταται, οὐδὲ ἀνέχεται μὴ πρότερον αὐτὰ πληρώσασα προσελθεῖν τῇ εὐχῇ. Οἷόν τι λέγω· ἐν συνηθείᾳ κατεστήσαμεν ἑαυτοὺς τοῦ νίπτεσθαι καὶ εὔχεσθαι, καὶ οὐκ ἔνι μὴ νιψάμενον τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἡδέως οὐκ εὐχόμεθα, εἰ ἀνίπτοις χερσὶ τοῦτο ποιοῦμεν, ὡς προσκρούειν μέλλοντες Θεῷ, καὶ ὑπὸ συνειδὸς πονηρὸν ὄντες. Εἰ τὸ μικρὸν τοῦτο τοσαύτην ἔχει τὴν τυραννίδα, καὶ πάντως ἐκπληροῦται καθ' ἑκάστην ἡμέραν· εἰ ἐν ἐλεημοσύνης συνηθείᾳ κατεστήσαμεν ἑαυτοὺς, καὶ τοῦτο πληροῦν ἀεὶ ὡρίσαμεν, μηδέποτε εἰσιέναι κεναῖς ταῖς χερσὶν εἰς οἶκον εὐκτήριον, κατώρθωτο ἂν τὸ πρᾶγμα. Μεγάλη γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐν τοῖς κακοῖς τῆς συνηθείας ἡ τυραννίς· οὐ δεησόμεθα πόνου λοιπὸν, αὐτῆς ἑλκούσης ἡμᾶς. Ἐν συνηθείᾳ πολλοὶ κατέστησαν τοῦ σφραγίζειν ἑαυτοὺς συνεχῶς, καὶ οὐκέτι δέονται τοῦ ὑπομιμνήσκοντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ νοῦ πολλάκις ἀλλαχοῦ ῥεμβομένου, καθάπερ ὑπό τινος ἐμψύχου διδασκάλου τῆς συνηθείας, ἡ χεὶρ αὐτόματος ἕλκεται πρὸς τὸ σημεῖον ἐργάσασθαι. Ἐν συνηθείᾳ κατέστησαν ἑαυτούς τινες, ὥστε μὴ ὀμνύειν, καὶ οὔτε ἑκόντες οὔτε ἄκοντες τοῦτο πείσονται. Καταστήσωμεν καὶ ἡμεῖς ἑαυτοὺς ἐν ταύτῃ τῇ συνηθείᾳ

circumluitur et tergitur; si in ipsa anima sit putredo, quid ex corporis munditia lucrabimur? Nihil. Precibus nobis opus est puris: preces autem numquam puræ fuerint, si anima quæ ipsas emittit sit immunda. Nihil porro ita animam immundam facit, ut avaritia et rapina. Sed sunt quidam qui postquam per totam diem mille mala perpatrarunt, vespere lavant, et confidenter in ecclesiam intrant, manus extendentes, ac si per hujusmodi lavacrum sordes omnes deposuerint. Si
D res ita se haberet, magnum lucrum esset quotidie lavari: si hoc esset, numquam finem facerem balnea turbandi, si lotio mundos efficeret, et peccata auferret. Sed hæc ridicula sunt, deliramenta et puerorum lusus. Deus sordes corporis non aversatur, sed animæ immunditiam: audi enim illum dicentem: *Beati mundo corde:* num corpore? nequaquam, sed, *Qui corde sunt mundi; quo-* Matth. 5.
niam ipsi Deum videbunt. Propheta autem quid 8.
dicit? *Cor mundum crea in me, Deus;* et rursus, Psal. 50.
E *Ablue a malitia cor tuum.* Magnum bonum est 12. Jer. 4. 14.
bonis assuetum esse. Vide quam hæc parva sint et inutilia. Et postquam anima prius illis assueverit, non absistit, neque ad precandum pergit, antequam illa bona impleverit. Exempli causa: ex consuetudine lavamur et postea precamur, nec licet illotis manibus precari, neque precamur, si illotis manibus id facimus, libenter, perinde ac Deum offensuri, et in mala conscientia versaturi. Si modicum illud tantam habet tyrannidem, ut id
F quotidie impleatur; si in eleemosynæ consuetudine nos constitueremus, et hoc semper implere decerneremus, numquam vacuis manibus intrare in
698 orationis domum, res optime constituta esset.
A Magna quippe est et in bonis et in malis vis consuetudinis: non jam labore opus esset, ipsa nos trahente. Plerique consueverunt se frequenter signare, neque ultra monitore opus habent, sed etiam sæpe mente alibi occupata, a consuetudine, quasi quodam animato monitore, manus sponte trahitur ad signum faciendum. Quidam consuetudinem sibi fecerunt non jurandi; et neque sponte neque inviti hoc umquam facient. In hac nos consuetudine erogandæ eleemosynæ ponamus. Quan-
B tis nobis laboribus opus erit ut hoc medicamentum reperiamus? Dic enim mihi, nisi esset consolatio eleemosynæ, et ex mille sceleribus obnoxii supplicio essemus, annon admodum ingemisceremus? annon diceremus, Utinam pecuniis abluere peccata

c [Ordo sententiarum turbatus, sic videtur restituendus esse: καρδίαν σου. ὅρα πῶς.... ἀνόνητα. μέγα ἀγαθὸν... εἶναι· καὶ ἐπειδή. Vel etiam resecanda sunt ὅρα.... ἀνόνητα.]

possemus, omniaque effunderemus, si posset ira Dei pecuniis placari, nec facultatibus parceremus? Si enim in morbo hoc facimus et in morte dicimus, Si posset ille a morte redimi, facultates omnes daret; multo magis hic illud præstandum est. Atqui vide quanta sit benignitas Dei; non concessit tibi ut temporaneam mortem, sed ut æternam redimere posses. Ne hanc brevem, inquit, vitam redimas, sed sempiternam illam : illam tibi vendo, non istam : non illudo tibi. Si hanc accipias, nihil accepisti : ego novi quanta sit illa. At non ita caupones, et sæcularium rerum negotiatores : illis enim si licet etiam quos volunt fraudare, minima pro magnis dant. Deus vero non sic, sed pro parvis longe majora dat. Dic mihi, si negotiatorem quemdam adires, duæque proponerentur gemmæ, quarum alia vilis, alia magni pretii esset et honestas divitias efficeret, positoque pro minori pretio, illam pretiosam acciperes; an incusares illum? Minime; imo magis mirareris. Sic et nunc duæ proponuntur vitæ, temporanea et æterna : vendit illas Deus; sed istam nobis vendit, non illam : quid indignamur infantium more, quia pretiosiorem accipimus? Licetne igitur, inquies, vitam emere pecunia? Etiam, dummodo nostra et non aliena in pretium demus, dummodo non rapiamus. Sed mea tandem sunt, inquies. Non sunt tua post rapinam, sed illius sunt : aliena sunt, quantumlibet illa retineas. Neque enim, si depositum accipias, quantumcumque temporis is qui deposuit peregrinetur, tuum est depositum, etiamsi apud te sit. Si igitur illa, quæ a lubentibus et gratias habentibus deposita accepimus, non nostra sunt, ne tempore quidem quo tenemus; multo minus hæc quæ ab invitis rapuimus. Ille namque est illorum dominus, quantumcumque illa retineas. Nostra est virtus : pecuniæ vero etiam quæ nostræ sunt, non sunt nostræ, nedum alienæ nostræ sint, sed hodie sunt nostræ, cras aliorum. At virtus semper est nostra : non enim illarum more minuitur, sed omnibus, cum adest, integra est. Hanc ergo comparemus, et pecunias

τῇ τῆς ἐλεημοσύνης. Πόσων ἡμῖν ἔδει καμάτων, ὥστε εὑρεθῆναι τὸ φάρμακον τοῦτο; Εἰπὲ γάρ μοι, εἰ μὴ ἦν ἡ τῆς ἐλεημοσύνης παραμυθία, εἶτα μυρία ἡμαρτηκότες ὑπευθύνους ἑαυτοὺς κατεσκευάζομεν τῇ τιμωρίᾳ, ἆρα οὐκ ἂν ἀπωδυρόμεθα πολλά;
C ἆρα οὐκ ἂν εἴπαμεν, εἴθε ἦν διὰ χρημάτων ἀπολούσασθαι τὰ ἁμαρτήματα, καὶ πάντα ἂν ἐκενώσαμεν· εἴθε ἦν διὰ χρημάτων ἐκβαλεῖν τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἂν ἐφεισάμεθα τῶν ὄντων; Εἰ γὰρ ἐν νόσῳ τοῦτο ποιοῦμεν, καὶ ἐν θανάτῳ λέγομεν, ὅτι εἰ ἦν θάνατον πρίασθαι, πάντα ἂν ἔδωκεν ὁ δεῖνα τὰ ὑπάρχοντα, πολλῷ μᾶλλον ἐνταῦθα. Καίτοι ὅρα τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ, ὅση τίς ἐστιν; οὐκ ἔδωκέ σοι θάνατον ἀγοράζειν τὸν πρόσκαιρον, ἀλλὰ θάνατον τὸν αἰώνιον. Μὴ τὴν μικρὰν ἀγοράσῃς, φησὶ, ζωὴν ταύ-
D την, ἀλλὰ ζωὴν ἐκείνην τὴν αἰώνιον· ἐκείνην σοι πωλῶ, οὐ ταύτην· οὐκ ἐμπαίζω σοι. Κἂν λάβῃς ταύτην, οὐδὲν ἔλαβες· ἐγὼ οἶδα ὅτι ἐκείνη μεγάλη ἐστίν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως οἱ κάπηλοι, καὶ οἱ τὰ βιωτικὰ ἐμπορευόμενοι ποιοῦσιν· [a] ἐκείνοις ἂν ἐξῆν ἐμπαῖξαι οἷς βούλονται, καὶ τὸ μικρὸν διδόασιν ἀντὶ τοῦ μεγάλου. Αὐτὸς δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀντὶ τῶν μικρῶν τὰ πολλῷ μείζονα δίδωσιν. Εἰπέ μοι, εἰ πρὸς ἔμπορόν τινα ἀπελθὼν, δύο λίθων κειμένων, τοῦ μὲν εὐτελοῦς, τοῦ δὲ βαρυτίμου καὶ ἱκανὸν ἐργαζομένου πλοῦτον, καταθεὶς ἐκείνου τοῦ μικροῦ τὸ τίμημα, τὸν μέγαν ἔλα-
E βες, ἆρα ἂν ἐνεκάλεσας ἐκείνῳ; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ [b] μᾶλλον ἐθαύμασας. Οὕτω καὶ νῦν κεῖνται δύο ζωαὶ, ἡ πρόσκαιρος καὶ ἡ αἰωνία· πωλεῖ δὲ ταύτας ὁ Θεός· ἀλλὰ ταύτην ἡμῖν πωλεῖ, οὐκ ἐκείνην· τί ἀσχάλλομεν κατὰ τοὺς ἀνοήτους τῶν παίδων, ὅτι τὸ τίμιον λαμβάνομεν; Ἔστιν οὖν ἀγοράσαι ζωὴν χρημάτων, φησί; Ναὶ, ὅταν τὰ ἑαυτῶν, καὶ μὴ τὰ ἀλλότρια καταβάλλωμεν, ὅταν μὴ ἐπίθεσιν ποιῶμεν. Ἀλλ' ἐμὰ λοιπόν ἐστι, φησίν. Οὐκ ἔστι σὰ μετὰ τὴν ἁρπαγὴν, ἀλλ' ἐκείνου ἐστίν· ἀλλότριά ἐστι, κἂν μυριάκις αὐ-
F τῶν κύριος ᾖς. Οὐδὲ γὰρ, εἰ παρακαταθήκην λάβοις τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ὁ παρακαταθέμενος ἀποδημεῖ, σὰ ταῦτά ἐστι, καίτοι γε παρὰ σοὶ κεῖται. Εἰ τοίνυν, ἅπερ ἑκόντων καὶ χάριν εἰδότων τῶν παρακαταθεμένων ἐλάβομεν, οὐκ ἔστιν ἡμέτερα, οὐδὲ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἔχομεν, πολλῷ μᾶλλον ταῦτα, ἅπερ ἀκόντων καὶ μὴ βουλομένων ἁρπάζομεν.
689 A Ἐκεῖνός ἐστιν αὐτῶν κύριος, κἂν μυριάκις αὐτὰ ἔχῃς. Ἡμετέρα ὄντως ἐστὶν ἡ ἀρετή· τὰ δὲ χρήματα οὐδὲ τὰ ἡμέτερα ἡμέτερα, μήτι γε τὰ ἀλλότρια, ἀλλὰ νῦν μὲν ἡμῶν, αὔριον δὲ οὐχ ἡμῶν. Τὰ δὲ τῆς ἀρετῆς ἡμέτερα· οὐ γὰρ ζημιοῦται αὕτη, καθάπερ ἐκεῖνα, ἀλλὰ

[a] [Leg. ἐκείνοις ἂν ἐξῇ, *Illi, si occasionem inveniunt illudendi quibus volunt.*]

[b] [Leg. μᾶλλον ἂν ἐθ.]

πᾶσι παροῦσά ἐστιν ὁλόκληρος. Ταύτην οὖν κτησώμεθα, καὶ χρημάτων καταφρονῶμεν, ἵνα δυνηθῶμεν τῶν ὄντως ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι.

spernamus : ut possimus vera bona consequi, queis utinam digni habeamur.

ΟΜΙΛΙΑ ζʹ.

B

HOMILIA VII.

Τοῦτο δὲ γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί· ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀχάριστοι, ἀνόσιοι, ἄσπονδοι, ἄστοργοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι, προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι C μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Καὶ τούτους ἀποτρέπου. Ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτίζοντες γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, ἀγόμενα ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας δυνάμενα ἐλθεῖν.

Cap. III. v. 1. *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora gravia :* 2. *erunt enim homines seipsos amantes, pecuniæ cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti,* 3. *sine pace, sine affectione, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate,* 4. *proditores, protervi, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei,* 5. *habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita.* 6. *Ex his enim sunt qui penetrant domos, et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis et voluptatibus,* 7. *semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes.*

Ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ ἔλεγεν, ὅτι Τὸ πνεῦμα D ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως· καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ προφητεύει ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιστολῇ τοιοῦτόν τι ὕστερον ἐσόμενον. Καὶ ἐνταῦθα δὲ πάλιν τὸ αὐτὸ ποιεῖ, λέγων· Τοῦτο δὲ γίνωσκε, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί. Καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν ὑστέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν φθασάντων τοῦτο δείκνυσιν· Ὃν τρόπον, φησὶν, Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσῇ. Καὶ ἀπὸ λογισμῶν πάλιν· Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰ- E κίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ. Τί δὴ τοῦτο ποιεῖ; ἵνα μὴ θορυβῆται Τιμόθεος, μηδὲ ἡμῶν τις, ὅταν ὦσιν ἄνδρες πονηροί. Εἴ γε ἐπὶ Μωϋσέως γεγόνασι, φησὶ, καὶ μετὰ ταῦτα ἔσονται, οὐδὲν θαυμαστὸν εἶναι καὶ ἐφ' ἡμῶν. Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί. Οὐχὶ τὰς ἡμέρας διαβάλλων λέγει οὐδὲ τοὺς καιροὺς, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς τότε ὄντας. Καὶ γὰρ ἡμῖν οὕτω λέγειν ἔθος ἐστὶ καιροὺς πονηροὺς, καὶ οὐ πονηροὺς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐ- F τοῖς συμβαινόντων πραγμάτων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ εὐθέως τὸ πάντων αἴτιον τίθησι τῶν κακῶν, καὶ τὴν ῥίζαν καὶ τὴν πηγὴν, καὶ ὅθεν τὰ ἄλλα πάντα τίκτεται, τὴν ὑπεροψίαν. Ὁ τούτῳ ἁλοὺς τῷ πάθει οὐδὲ τὰ οἰκεῖα σκοπεῖ. Ὅταν γὰρ μὴ τὰ τοῦ πλησίον τις σκοπῇ, ὅταν τῶν ἐκείνου ἀμελῇ, πῶς τὰ ἑαυτοῦ

1. In priori epistola dicebat : *Spiritus manifeste dicit quod in novissimis temporibus recedent quidam a fide ;* et rursus alibi in ipsa epistola simile quiddam futurum prophetice dicit. Hoc ipsum facit hic dicens : *Hoc autem scito, quod in novissimis temporibus instabunt tempora gravia.* Et non solum a futuris, sed etiam a præteritis hoc indicat dicens : 8. *Quemadmodum Joannes et Jambres, restiterunt Moysi.* Et a ratiociniis rursum : *In magna autem domo non sunt solum vasa aurea et argentea.* Cur autem id facit? Ut nec Timotheus nec quis nostrum turbetur, si sint homines mali. Si sub Moyse fuerunt, inquit, et postea erunt, nihil mirum si nostra quoque ætate. *In novissimis temporibus instabunt tempora gravia.* Non dies vel tempora carpens hoc dicit, sed homines tunc futuros. Nam sic nos quoque solemus tempora mala dicere, et non mala, a rebus ab hominibus tunc gestis. Et statim causam et radicem et fontem malorum omnium ponit, superbiam, unde alia omnia pariantur. Qui hoc vitio captus est, ne sua quidem perspicit. Cum enim quis quæ proximi sunt non observat et negligit, quomodo sua observabit? Sicut enim is, qui ea quæ proximi sunt respicit,

1. Tim. 4. 1.

2. Tim. 2. 20.

in illis etiam propria rite componet : sic qui illa contemnit, etiam sua despiciet. Si enim membra invicem sumus, proximi salus non ipsius tantum est, sed et reliqui corporis ; et proximi damnum non ad ipsum pertingit tantum, sed totum doloribus occupat. Si ædificatio sumus, quod una pars patitur, reliquo ædificio detrimentum affert ; si vero firma illa sit, reliquum etiam ferre potest. Sic et in Ecclesia, despexisti fratrem ? teipsum læsisti. Quomodo ? Membrum tuum jacturam non modicam pertulit. Nam si is qui pecuniam non erogat in gehennam abit, qui in magis necessariis periclitantem videt, et manum non porrigit, multo magis quam ille patietur, quo majus detrimentum fuerit : *Erunt* enim, inquit, *homines sui amatores*. Qui se amat, ipse maxime se non amat ; qui vero fratrem amat, ipse maxime se amat. Hinc nascitur avaritia. Caritatem enim, quæ lata est et ubique extenditur, comprimit et constringit amoris proprii pestis. *Pecuniæ cupidi*. Hinc elatio nascitur : ex elatione superbia, ex superbia blasphemia, ex blasphemia arrogantia et incredulitas. Qui enim contra homines se effert, facile contra Deum se efferet. Sic peccata nascuntur : sæpe ab inferioribus ascendunt. Qui pius erga homines est, multo magis erga Deum erit : qui erga conservos mansuetus, multo magis erga Dominum ; qui autem conservos spernit, ultra pergens Deum ipsum spernet. Ne itaque alter alterum spernamus : doctrina enim illa pessima est, quæ docet Deum spernere. In hoc enim Deum contemnimus, cum alter alterum contemnimus, cum ille jusserit, ut proximi multam curam exhibeamus. Cæterum, si vultis, alio quoque modo id exemplo planum faciam. Contemsit fratrem Cain, et statim Deum sprevit. Quomodo sprevit ? Vide quam
Gen. 4 9. contumeliose responderit : *Num custos fratris mei sum ?* Contemsit etiam fratrem Esaü, et Deum
Rom. 9. 13. quoque contemsit. Ideo dicebat Deus : *Jacob dilexi, Esaü autem odio habui*. Quapropter dice-
Hebr. 12. 16. bat etiam Paulus : *Ne quis fornicator aut profanus sicut Esaü*. Spreverunt Josephum fratres, spreverunt et Deum. Israelitæ spreverunt Moysen ; ideo Deum quoque spreverunt. Ita et filii Heli contemsere populum, et Deum etiam contemserunt. Vis ex adverso etiam inspicere ? Abraham pepercit fratris filio et Deo obedivit : idque palam est ex obedientia circa filium Isaacum, et ex reliquis ejus virtutibus. Rursus Abel mansue-

700 σκοπήσει ; Ὥσπερ γὰρ ὁ τὰ τοῦ πλησίον ὁρῶν, τὰ A αὐτοῦ καλῶς θήσεται ἐν τοῖς ἐκείνου, οὕτως ὁ καταφρονῶν τὰ ἐκείνου, καὶ τὰ αὐτοῦ ὑπερόψεται. Εἰ γὰρ μέλη ἀλλήλων ἐσμὲν, ἡ τοῦ πλησίον σωτηρία οὐκ ἐκείνου μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος· καὶ ἡ τοῦ πλησίον βλάβη, οὐ μέχρις ἐκείνου μόνον ἵσταται, ἀλλὰ καὶ ἅπαντα λοιπὸν κατατείνει ταῖς ὀδύναις. Εἰ οἰκοδομή ἐσμεν, ὅπερ ἂν πάθῃ μέρος, καὶ τῷ λοιπῷ λυμαίνεται· ἂν δὲ ᾖ στεῤῥὸν, καὶ τὸ λοιπὸν διαβαστάζειν δύναται. Οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὑπερεῖδες τοῦ ἀδελφοῦ; σαυτὸν ἠδίκησας.
B Πῶς; Τὸ μέλος τὸ σὸν βλάβην ὑπέστη οὐ μικράν. Εἰ γὰρ ὁ χρημάτων μὴ μεταδιδοὺς εἰς τὴν γέενναν ἄπεισιν, ὁ ἐν τοῖς ἀναγκαιοτέροις ὁρῶν κινδυνεύοντα, καὶ χεῖρα μὴ ὀρέγων, πολλῷ μᾶλλον ἐκείνου τοῦτο πείσεται, ὅσῳ καὶ ἐν μείζονι ἡ ζημία γέγονεν· Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι. Ὁ φίλαυτος οὗτός ἐστιν ὁ μάλιστα ἑαυτὸν μὴ φιλῶν· ὁ δὲ φιλάδελφος, οὗτος μᾶλλόν ἐστιν ὁ ἑαυτὸν ἀγαπῶν. Ἀπὸ τούτου ἡ φιλαργυρία. Τὴν γὰρ ἀγάπην πλατεῖαν οὖσαν καὶ πανταχοῦ ἐκκεχυμένην συστέλλει καὶ εἰς βραχὺ συν-
C άγει τὸ τῆς φιλαυτίας ὀλέθριον καὶ μικρολόγον. Φιλάργυροι. Ἀπὸ τούτου ἀλαζονεία τίκτεται, ἀπὸ τῆς ἀλαζονείας ἡ ὑπερηφανία, ἀπὸ τῆς ὑπερηφανίας βλασφημία, ἀπὸ τῆς βλασφημίας ἀπόνοια καὶ ἀπείθεια. Ὁ γὰρ κατὰ ἀνθρώπων ἐπαιρόμενος, εὐκόλως καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ. [a] Οὕτω καὶ τὰ ἁμαρτήματα τίκτεται· πολλάκις κάτωθεν ἄνεισιν. Ὁ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους εὐλαβὴς, πολλῷ μᾶλλον πρὸς τὸν Θεόν· ὁ πρὸς ὁμοδούλους ἐπιεικὴς, πολλῷ μᾶλλον πρὸς τὸν Δεσπότην· ὁ δὲ τῶν ὁμοδούλων καταφρονῶν, ὁδῷ προβαίνων καὶ αὐτοῦ καταφρονήσει τοῦ
D Θεοῦ. Μὴ τοίνυν καταφρονῶμεν ἀλλήλων· διδασκαλία γὰρ αὕτη κακὴ, διδάσκουσα ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖν. Καὶ ἐν αὐτῷ μὲν γὰρ τούτῳ τοῦ Θεοῦ καταφρονῶμεν, ὅταν ἀλλήλων καταφρονῶμεν, τοῦ κελεύσαντος πολλὴν εἰς ἀλλήλους ἐπιδείκνυσθαι τὴν σπουδήν. Πλὴν καὶ ἑτέρως, εἰ βούλεσθε, ἐκ παραδείγματος τοῦτο ποιήσω φανερόν. Κατεφρόνησε τοῦ ἀδελφοῦ ὁ Κάϊν, κατεφρόνησεν εὐθέως καὶ τοῦ Θεοῦ. Πῶς κατεφρόνησεν ; Ὅρα πῶς ὑβριστικῶς ἀποκρίνεται πρὸς τὸν Θεόν· Μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου ; Κατεφρόνησε πάλιν τοῦ ἀδελφοῦ ὁ Ἡσαῦ, καὶ κατεφρόνησε τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Θεὸς, ὅτι Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα. Διὸ καὶ Παῦλός φησι· Μή τις πόρνος ἢ βέβηλος, ὡς Ἡσαῦ.
E Κατεφρόνησαν τοῦ Ἰωσὴφ οἱ ἀδελφοὶ, κατεφρόνησαν καὶ τοῦ Θεοῦ. Οἱ Ἰσραηλῖται κατεφρόνησαν Μωϋσέως· διὰ τοῦτο κατεφρόνησαν καὶ τοῦ Θεοῦ. Οὕτω

[a] [Melius οὕτω γάρ.]

καὶ οἱ υἱοὶ Ἠλεὶ κατεφρόνουν τοῦ λαοῦ, κατεφρόνουν καὶ τοῦ Θεοῦ. Βούλει δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἰδεῖν; Ὁ Ἀβραὰμ ἐφείσατο τοῦ ἀδελφιδοῦ, ὑπήκουσε καὶ τῷ Θεῷ· καὶ δῆλόν ἐστιν ἐκ τῆς ὑπακοῆς τῆς ἐπὶ τοῦ υἱοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἀρετῆς. Πάλιν ὁ F Ἄβελ ἐπιεικὴς ὢν πρὸς τὸν ἀδελφὸν, εὐλαβὴς ἦν καὶ πρὸς τὸν Θεόν. Μὴ τοίνυν καταφρονῶμεν ἀλλήλων, ἵνα μὴ μάθωμεν καὶ τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖν· τιμῶμεν ἀλλήλους, ἵνα μάθωμεν καὶ τὸν Θεὸν τιμᾷν. Ὁ θρασὺς κατὰ ἀνθρώπων, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ γίνεται θρασύς. Ὅταν δὲ καὶ φιλαργυρία, καὶ φιλαυτία, καὶ 701 ἀπόνοια κατὰ ταὐτὸν συνέλθῃ, τί λοιπὸν λείπεται A πρὸς τελείαν ἀπώλειαν; τὸ πᾶν διέφθαρται, καὶ πολὺς τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιῤῥεῖ βόρβορος. Ἀχάριστοι, φησί. Πῶς γὰρ ὁ φιλάργυρος εὐχάριστος ἔσται; τίνι εἴσεται χάριν; Οὐδενί· πάντας ἐχθροὺς ἡγεῖται, τὰ πάντων θέλων λαβεῖν. Κἂν γὰρ τὴν πᾶσαν οὐσίαν κενώσῃς, οὐδεμίαν οἶδέ σοι χάριν· ἀγανακτεῖ, ὅτι μὴ πολλὰς εἶχες, καὶ πολλῶν αὐτὸν πεποίηκας κύριον. Κἂν τῆς οἰκουμένης αὐτὸν δεσπότην ποιήσῃς, οὐκ οἶδέ σοι χάριν· οὐδὲν γὰρ ἡγεῖται εἰληφέναι. Ἀκόρεστος ἡ ἐπιθυμία τούτου. Νόσου γάρ ἐστιν ἐπιθυμία. B Τοιαῦται δὲ αἱ τῶν νόσων ἐπιθυμίαι.

tus erga fratrem, pius erat erga Deum. Ne itaque nos invicem contemnamus, ut non discamus Deum etiam contemnere: honoremus nos invicem, ut discamus et Deum honorare. Qui audax est erga homines, audax quoque erit erga Deum. Cum autem pecuniæ cupiditas, amor proprius, et arrogantia una coeunt, quid deest ad integram perniciem? totum corruptum est, et multum peccatorum cœnum una confluit. *Ingrati,* inquit. Quomodo enim pecuniæ cupidus, gratus esse possit? cui gratiam habiturus est? Nemini: omnes arbitratur inimicos, cum omnia velit arripere: etiamsi illi omnem substantiam effundas, nullam habebit gratiam: indignatur quod multas opes non habueris, nec multarum eum feceris dominum. Etiamsi orbis totius illum feceris dominum, nullas tibi reddet gratias: nihil enim se accepisse putat. Insatiabilis est ejus concupiscentia: ex morbo enim proficiscitur hæc concupiscentia. Tales sunt morborum cupiditates.

Avari imago.

Καὶ ὁ πυρέττων οὐδέποτε ἐμφορηθῆναι δύναται, ἀλλ' ἀεὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ μεθύων οὐδέποτε πληροῦται, ἀεὶ διψᾷ. Οὕτω καὶ ὁ περὶ χρήματα μαινόμενος, οὐδέποτε οἶδε τὴν ἐπιθυμίαν ἐμπλῆσαι· μηδέποτε δὲ ἐμπιπλάμενος, ὅσα ἂν κενώσῃς, οὐκ εἴσεταί σοι χάριν. Ἐκείνῳ γὰρ εἴσεται μόνῳ τῷ δεδωκότι ὅσα βούλεται· τοῦτο δὲ οὐδεὶς δυνήσεται ποιῆσαι· οὐ γὰρ ἔχει μέτρον ἃ βούλεται· οὐκοῦν οὐδενὶ εἴσεται χάριν. C Οὐδὲν οὕτως ἀχάριστον, ὡς φιλάργυρος· οὐδὲν οὕτως ἀναίσθητον, ὡς φιλοχρήματος· τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἐστὶν ἐχθρός· ἀγανακτεῖ ὅτι εἰσὶν ἄνθρωποι· βούλεται γὰρ πάντα ἐρημίας εἶναι μεστὰ, ὥστε τὰ πάντων ἔχειν αὐτός. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα φαντάζεται. Εἰ ἐγένετο σεισμὸς ἐν τῇ πόλει, φησὶν, εἶτα πάντων καταχωσθέντων, ἐγὼ μόνος περιελείφθην, ὥστε τὰ πάντων λαβεῖν εἰ δυνατόν· εἰ ἐπῆλθε λοιμὸς, καὶ πάντας ἀπώλεσε τοῦ χρυσίου χωρίς· εἰ καταποντισμὸς ἐγένετο, εἰ θαλάττης ἐπίκλυσις· καὶ μυρία τοιαῦτα ἐπι- D νοεῖ· χρηστὸν μὲν οὐδὲν, σεισμοὺς δὲ καὶ σκηπτοὺς καὶ πολέμους καὶ λοιμοὺς, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα γενέσθαι εὔχεται. Εἰπὲ δή μοι, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε καὶ παντὸς ἀνδραπόδου δουλικώτερε, εἰ πάντα ἦν χρυσὸς, [a] οὐκ ἂν ἀπηλλάγης ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ, λιμῷ διαφθαρείς; εἰ σεισμὸς ἐγένετο, τῆς οἰκουμένης καταποθείσης, ἀπωλώλεις ἂν καὶ σὺ ὑπὸ τῆς ὀλεθρίας ταύτης ἐπιθυμίας· οὐ γὰρ ὄντος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς, οὐκ

2. Etiam qui febri laborat, numquam impleri potest, sed semper in cupiditate ebrius, numquam impletur, semper sitit. Sic et is qui circa pecunias furit, numquam solet cupiditatem implere: numquam autem satiatus, quantacumque profuderis, nullas habebit gratias. Illi enim tantum habebit, qui quantum ipse voluerit dederit: illud autem nemo poterit: nullam enim mensuram ejus cupiditas habet: nemini ergo gratiam habebit. Nihil ita ingratum est ut pecuniæ cupidus, nihil ita durum ut avarus: totius orbis est inimicus: indignatur quod ulli sint homines: vult enim omnia deserta esse, ut omnium bonis ipse potiatur. Et talia multa imaginatur. Utinam terræ motus esset in urbe, inquit, et omnibus obrutis, ego solus superessem, ita ut omnia bona invaderem si fieri posset! utinam pestis ingrueret et omnes perderet, excepto auro! utinam diluvium veniret, aut exundatio maris! et innumera talia cogitat, nihil quidem bonum, sed terræ motus, fulmina, bella, pestes, et similia omnia accidere cupit. Dic autem mihi, miser et infelix, et mancipiis omnibus vilior, si omnia aurum essent, nonne ab auro perires fame consumtus? si terræ motus fieret, absorpto orbe tu quoque perires cum tam perniciosa cupiditate: cum enim nullus in

[a] [Marg. Savil. ἀπηλλάγης ἂν τοῦ χρυσοῦ. Sic Commel.]

terra esset homo, necessaria ad vitam non tibi suppeterent. Ponamus enim omnes in orbe homines esse deletos, et totum aurum et argentum ad te ceu sponte delatum esse (nam stulta et impossibilia imaginantur), et opes illorum omnes, aurum, argentum, sericas vestes, aurea omnia sponte in manus tuas venisse, quæ utilitas? sic te mors maxime invaderet, cum pistores et agricolæ non essent, et feræ omnia depascerent, dæmonesque animam tuam metu concuterent. Et jam quidem illam dæmones multi tenent: tunc autem te in amentiam inducerent, statimque perderent. Sed hoc nollem, inquies; sed vellem esse agricolas et pistores. At illi expensas facturi essent. Sed nollem illos expensas facere. Sic insatiabilis hæc cupiditas est. Quid vero his magis ridiculum fuerit? Vidistin' illum ea velle quæ esse nequeunt? vult multos esse qui sibi ministrent, et dolet quod illi cibo egeant, quodque facultates suas minuant. Quid ergo dic mihi? vis lapideos esse homines? Hæc omnia risum moventia sunt, fluctus, procella, hiems, tempestas, multa animæ perturbatio: semper esurit, semper sitit. Dic vero mihi, annon hujus miserebimur, neque flebimus? Atqui in corporibus hæc lues est gravissima, quam medici βουλιμίαν vocant, cum quis cibis ingurgitatus et impletus, famem sedare nequit: in anima autem de tali morbo non lacrymabimur? Insatiabilitas enim in anima est pecuniæ cupido, quæ multis quidem impletur, numquam autem sistitur, sed a cupiditate semper distenditur. Nam si elleborum sumere oporteret, aut aliquid longe gravius, ut ab hoc morbo liberaremur, annon alacriter omnia accipienda essent? Non est tanta pecuniarum summa quæ possit insatiabilem implere ventrem. Non pudet ergo nos si, dum illi circa pecunias tantum furunt, nos erga Deum ne minimam quidem dilectionis partem exhibeamus, Deumque pecunia viliorem habeamus? Pecuniarum enim gratia homines vigilias, peregrinationes, pericula frequentia, odia, insidias, et omnia patiuntur; nos autem pro Deo ne verbum quidem proferre audemus, odiaque subire, sed si oporteat oppresso cuipiam opem ferre, potentium inimicitias et pericula vitamus, et injuste læsum prodimus: ac cum potestatem a Deo acceperimus ad auxilium ferendum, illam perdimus, ne odia nobis attrahamus: et statim hoc nobis plurimi objiciunt, Frustra amicitiam quære, dicentes, frustra ne odium quæras. Hoccine est frustra odium quærere? quid hoc odio melius fuerit? Amicitia enim pro Deo suscepta longe melius est odium pro illo

ἄν σοι τὰ τῆς ζωῆς συγκεκρότητο. Θῶμεν γὰρ πάντας
ἄρδην ἠφανίσθαι τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνθρώ-
E πους, εἶτα τὸ χρυσίον αὐτῶν καὶ τὸ ἀργύριον αὐτομά-
τως πως εἰς σὲ περιεληλυθέναι (καὶ γὰρ μωρὰ καὶ
ἀδύνατα φαντάζονται), καὶ τὸν πλοῦτον ἐκείνων, τὸν
χρυσὸν, τὸν ἄργυρον, τὰ ἱμάτια τὰ σηρικὰ, τὰ διά-
χρυσα πάντα αὐτομάτως εἰς τὰς σὰς χεῖρας ἐλθεῖν·
τί τὸ κέρδος; οὕτως ἂν μάλιστα θάνατός σε κατέλα-
βεν, ἀρτοκόπων οὐκ ὄντων, γεωργῶν οὐκ ὄντων, θη-
ρίων ἐπινεμομένων, δαιμόνων ἐκδειματούντων σοι
τὴν ψυχήν. Καὶ νῦν μὲν αὐτὴν κατέχουσι δαίμονες
καὶ πολλοί· τότε δὲ ἄν σε καὶ εἰς ἔκπληξιν ἤγαγον,
Γ κἂν εὐθέως ἀπώλεσαν. Ἀλλ' οὐκ ἐβουλόμην, φησὶν,
ἀλλ' εἶναι καὶ γεωργοὺς καὶ ἀρτοκόπους. Ἀλλ' ἔμελ-
λον κἀκεῖνοι δαπανᾷν. Ἀλλ' οὐκ ἐβουλόμην αὐτοὺς
702 δαπανᾷν. Οὕτως ἀκόρεστος ἡ ἐπιθυμία αὕτη. Τί γὰρ
A ἂν εἴη τούτων καταγελαστότερον; Εἶδες ἀμηχανίαν
πραγμάτων; βούλεται ἔχειν πολλοὺς τοὺς διακονου-
μένους αὐτῷ, καὶ ἀλγεῖ ὅτι τροφῆς οὗτοι μετέχουσιν,
ἅτε ἐλαττοῦντες αὐτοῦ τὴν οὐσίαν. Τί οὖν, εἰπέ μοι;
βούλει λιθίνους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους; Χλευασία
ταῦτα πάντα, κύματα, καὶ ζάλη, καὶ χειμὼν, καὶ
τρικυμία, καὶ πολὺς ὁ θόρυβος τῇ ψυχῇ· ἀεὶ πεινᾷ,
ἀεὶ διψᾷ. Εἰπὲ δή μοι, τοῦτον οὐκ ἐλεήσομεν οὐδὲ
δακρύσομεν; Ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς σώμασι τὸ τοιοῦτον κό-
λασίς ἐστιν ἡ χαλεπωτάτη, βουλιμία λεγομένη παρὰ
B τῶν ἰατρῶν, ὅταν τις πολλῶν ἐμφορούμενος, τοῦ λι-
μώττειν μὴ ἀπαλλάττηται· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐ δα-
κρύσομεν τὸ αὐτὸ τοῦτο πάθος; Βουλιμία γὰρ ψυχῆς
ἡ φιλαργυρία, ἣ πολλῶν μὲν ἐμπίπλαται, οὐδέποτε
δὲ ἵσταται, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἀεὶ κατατείνεται.
Εἰ γὰρ ἐλλέβορον ἔδει πιεῖν, ἢ μυριάκις ὑποστῆναί
τι τούτου βαρύτερον, ὥστε ἀπαλλαγῆναι τοῦ πάθους
τούτου, οὐκ ἔδει προθύμως καταδέξασθαι; Οὐκ ἔστι
χρημάτων πλῆθος, ὃ τὴν ἀκόρεστον νηδὺν ἐμπλῆσαι
δύναται. Οὐκ αἰδεσθησόμεθα τοίνυν ἡμεῖς, εἰ περὶ μὲν
χρημάτων οὕτω τινὲς μεμήνασι, περὶ δὲ τὸν Θεὸν
C ἡμεῖς οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος τῆς ἀγάπης ἐπιδεικνύ-
μεθα, ἀλλὰ ἀργυρίου γίνεται ἀτιμότερος ἡμῖν ὁ
Θεός; Καὶ γὰρ ὑπὲρ μὲν ἀργυρίου καὶ ἀγρυπνίας καὶ
ἀποδημίας καὶ κινδύνους ἐπαλλήλους καὶ μῖσος καὶ
ἐπιβουλὰς καὶ πάντα ὑπομένουσιν ἄνθρωποι· ἡμεῖς
δὲ ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ οὐδὲ ψιλὸν ῥῆμα προέσθαι ἀνεχό-
μεθα, οὐδὲ ἀπέχθειαν ἀναδέξασθαι, ἀλλὰ ἂν δέῃ τινὶ
τῶν καταπονουμένων ἀμῦναι, τὰς τῶν δυναστευόντων
ἔχθρας ὑποστελλόμενοι καὶ τοὺς κινδύνους, προδι-
D δόαμεν τὸν ἠδικημένον· καὶ δύναμιν λαβόντες παρὰ
τοῦ Θεοῦ ὥστε βοηθεῖν, ἀπόλλυμεν αὐτὴν διὰ τὸ μὴ
βούλεσθαι μισεῖσθαι μηδὲ ἀπεχθάνεσθαι· καὶ εὐθέως
τοῦτο προβάλλονται οἱ πολλοὶ, εἰκῇ φιλοῦ, λέγοντες,
εἰκῇ μὴ μισοῦ. Τοῦτο δὲ εἰκῇ μισεῖσθαί ἐστι; τί δὲ
τοῦ μίσους τούτου κρεῖττον; Τῆς γὰρ φιλίας τῆς διὰ

Ib. v. 2. sqq. cit inquam : Veniet Josias, et ossa sacrificantium comburet super hanc aram. Non tulit infamiam, et indignatus est is qui redarguebatur : cum potestate manum extendit, ut everteret beneficum prophetam : extendit quidem, sed non potuit reducere : peccatum enim manum ejus arefecit. Jubet is qui manum extenderat apprehendi prophetam ; et dum clamat, manum sanat propheta : dicitque illi rex : Ascende in domum mecum, comede panem et bibe aquam, et sic abibis. Respondet propheta : Præceptum mihi est a Deo, ut ne in his locis, ubi impietas obtinet, aquam vel panem degustem. Recedit propheta. Observa finem. Alius propheta ut audivit, alium advenisse prophetam et talia dixisse, illum sequitur et attingit, rogatque ut ingrediatur etse cum comedat ; et ille morem gerit. Suasit autem illi dicens : Mihi quoque Dominus dixit ut hoc facerem. Ingressus est et comedit. Dum autem comederent, incidit Spiritus sanctus in prophetam illum qui invitaverat, et deinceps ille prophetat, non ex corde et animo suo, sed ex spiritu; et dixit ei qui ingressus comederat : Quia non audisti Dominum Deum tuum, et comedisti ubi jussus eras non comedere, hinc abibis, et devorabit te leo. Viden' quantum malum afferat neglectus præcepti jejunandi ? Recedit propheta, nec profuit illi dignitas prophetiæ ob inobedientiam. Egressus est leo, non ut comederet, sed ut ostenderet se jussui obedire ; et invadit eum qui non obedierat, et corpus aggreditur, ita ut occideret tantum ; occiditque, ut inobsequentem puniret. Postquam occiderat leo, jejunio usus est, nec cibi delicias attigit ut ille qui non obedierat : jacebat mortuus propheta, stabat asina ejus vivens ; non quod facilius esset occidere asinam, quam hominem ; sed irrationabilis leo jussus discretione usus est, et non peccantem asinam non

τῆς καινῆς διαθήκης τὸ κήρυγμα, ἀπὸ νηστείας εἴληφε τὴν ἀρχήν. Βαπτισθεὶς γὰρ ὁ Σωτὴρ δι' ἡμᾶς, καὶ εἰς ἔρημον ἀπελθὼν, πρότερον ἐνήστευσε, καὶ οὕτω τῶν σημείων ἤρξατο, οὐκ αὐτὸς χρῄζων νηστείας, ἡμᾶς δὲ διδάσκων εἰς δύναμιν νηστείας ἔχειν τὴν τρο-
D πήν. Εἰ τοίνυν ἡ Παλαιὰ ἀπὸ νηστείας ἄρχεται, καὶ ἡ Καινὴ ἀπὸ ταύτης τίθεται τὸν θεμέλιον, μὴ νομίσωμεν κακὸν εἶναι τὴν νηστείαν. Δυσχεραίνουσί τινες, τὸν ἐπίπονον νόμον ὁρῶντες, καὶ οὐχ ὁρῶσι τὸ ἐκ τοῦ νόμου τούτου προσγινόμενον κέρδος. Οὐχ ὁρᾷς ὅτι καὶ λέοντες ἐν λάκκῳ ἐπείσθησαν νηστεῦσαι, καὶ οὐχ ἥψαντο τοῦ Δανιήλ; Εἰ δὲ λέοντες πειθαρχοῦσι τῷ προστάγματι, καὶ τῆς ἀγριότητος τὴν φύσιν ἐξέθεντο, καὶ εἰσὶν ὡς γνώριμοι, καὶ οὐκ ἐπέρχονται ὡς ἀλλότριοι, σπεύσωμεν ἐπὶ νηστείαν προσταχθέντες. Πάλιν γέγραπται, ὅτε Ἱεροβοὰμ ὁ βασιλεὺς τῆς Ἰουδαίας ἠσεβήκει, μόσχον προσκυνῶν κατὰ κληρονομίαν πατρικὴν, ἐπέστη προφήτης, καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ λαῷ εἶπεν οὐδὲν, εἰδὼς ὅτι ἀπειθεῖς καὶ ὁ ἄρχων καὶ οἱ ἀρχόμενοι· ἐάσας δὲ τοὺς μὴ ἀκούοντας ἀνθρώπους,
E λέγει πρὸς τὸ θυσιαστήριον, τουτέστι, πρὸς τὸν βωμὸν, ἵνα δείξῃ ὅτι οἱ λίθοι μᾶλλον ἀκούουσιν ἢ οἱ ἄνθρωποι· λέγει, [c] γεννηθήτω Ἰωσίας, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν θυόντων καύσει ἐπὶ τὸν βωμόν. Οὐκ ἤνεγκε τὴν ἀτιμίαν, καὶ ἠγανάκτησεν ὁ ἐλεγχόμενος· δυνάμει ἥπλωσε τὴν χεῖρα, ἵνα ἀναστρέψῃ τὸν εὐεργέτην τὸν προφήτην· ἥπλωσε μὲν, οὐκ ἐδυνήθη δὲ κάμψαι· ἡ γὰρ ἁμαρτία ἐξήρανεν αὐτοῦ τὴν χεῖρα. Φθέγγεται ὁ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κρατῆσαι τὸν προφήτην, καὶ ἅμα τῷ βοῆσαι ἰᾶται τὴν χεῖρα ὁ προφήτης· καὶ λέγει αὐτῷ ὁ βασιλεύς· ἄνελθε μετ' ἐμὲ εἰς τὸν οἶκον, γεῦσαι ἄρτου καὶ πίε ὕδατος, καὶ οὕτω πορεύσῃ. Ἀποκρίνεται ὁ προφήτης· πρόσταγμα ἔχω Θεοῦ ἐν τοῖς τόποις τούτοις, ἐν οἷς ἀσέβεια πολιτεύεται, μὴ γεύσα-
F σθαι ὕδατος καὶ ἄρτου. Ἀναχωρεῖ ὁ προφήτης. Πρόσεχε δὲ τῷ τέλει τοῦ λόγου. Ἄλλος προφήτης ἀκούσας ὅτι προφήτης παραγενόμενος τοιαῦτα εἶπε, διώκει καὶ καταλαμβάνει, καὶ παρακαλεῖ τὸν προφήτην εἰσελθεῖν καὶ γεύσασθαι μετ' αὐτοῦ, καὶ πείθει. Ἔπεισε δὲ εἰπὼν, ὅτι κἀμοὶ Κύριος εἶπε τοῦτο ποιῆσαι. Εἰσῆλθε
80 A καὶ ἔφαγεν. Ἐν δὲ τῷ ἐσθίειν μετέρχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὸν καλέσαντα προφήτην, καὶ λοιπὸν προφητεύει, οὐ τὰ ἀπὸ καρδίας, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ πνεύματος, καί φησι πρὸς ἐκεῖνον τὸν εἰσελθόντα καὶ φαγόντα· ἐπειδὴ οὐκ ἤκουσας Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, καὶ ἔφαγες ὅπου ἐκελεύσθης μὴ φαγεῖν, ἀπέρχῃ ἐντεῦθεν, καὶ ἐσθίει σε λέων. Ὁρᾷς τὸ παριδεῖν προστάγματος νηστείας, ὅσον κακὸν προξενεῖ; Ἀναχωρεῖ ὁ προφήτης, καὶ οὐ προέστη αὐτοῦ τὸ ἀξίωμα τῆς προφητείας διὰ τὴν παρακοήν. Ἐξῆλθε λέων, οὐχ ἵνα φάγῃ, ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτὸς προστάγματος ἀκούει, καὶ μετέρχεται τὸν μὴ ἀκούσαντα, καὶ ἐφήψατο τοῦ σώματος τοῦ παρακούσαντος ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς ἀνελεῖν μόνον· καὶ ἀνεῖ-
B λεν ἵνα κολάσῃ τὸν παρακούσαντα. Ἀνελὼν δὲ προσεχρήσατο ὁ λέων τῇ νηστείᾳ ἀντὶ τῆς τρυφῆς τοῦ παρακούσαντος· ἔκειτο γὰρ νεκρὸς ὁ προφήτης, εἱστήκει δὲ ἡ ὄνος αὐτοῦ ζῶσα, οὐχ ὅτι οὐκ ἦν εὐμαρέστερον

[c] [Fort. *γεννηθήσεται*, et infra *ἀνατρέψῃ* pro *ἀναστρέψῃ*.]

ὄνον ἀποκτεῖναι ἢ ἄνθρωπον, ἀλλ' ὁ ἄλογος λέων προστάγματι διέκρινε, καὶ τὴν μὴ ἁμαρτήσασαν ὄνον οὐκ ἀπέκτεινεν, οὐδὲ ἥψατο, τὸν δὲ παρακούσαντα, οὐκέτι προφήτην ὅσον εἰς παρακοὴν, ἀπέκτεινε. Καὶ ἦν ἰδεῖν περὶ αὐτοῦ τριπλᾶ θαυμάσια· ἔκειτο ὁ προφήτης μηνύων τὴν παρακοήν· παρεκαθέζετο ὁ λέων, μηνύων τὴν ὑπακοήν· παρειστήκει δὲ ἡ ὄνος, οὔτε τὴν φύσιν τοῦ λέοντος φοβουμένη, οὔτε ἀναχωροῦσα, οὔτε πάσχουσά τι ὑπὸ τοῦ λέοντος, ἵνα φανῇ ὅτι οὐ διὰ τὴν ἔννοιαν τῆς γαστρὸς ὁ λέων ἐπῆλθεν, ὡς ἐπῆλθεν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ προσχρῆσθαι νηστείαις τὸν κελευσθέντα μὴ γεύσασθαι. Πάλιν ἀνελήφθη Ἠλίας ὡς ἐπ' οὐρανόν. Τί δὴ τὸ σημεῖον τῆς ἀναλήψεως, ἢ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἡ νηστεία; Εἰ Μωϋσῆς νηστεύει, καὶ Ἠλίας ἐπινηστεύει, καὶ ὁ Κύριος ἐπισφραγίζει, καλὴ ἡ μίμησις. Καίτοι οὐκ ἂν ἀπολοῦμεν τὰς ἀναπαύλας τὰς ἐν τῷ μεταξύ· οὐ γὰρ τεσσαράκοντα ἡμέρας νηστεύομεν, ἀλλὰ διαστήματα ἐγκαταλιπόντες ἐν μέσῳ, τὸν μὲν ἀριθμὸν συνάπτομεν, τὴν δὲ νηστείαν οὐ διακρίνομεν. Μεγάλα τὰ πρὸ ἡμῶν, μικρὰ τὰ παρ' ἡμῶν· ἐὰν δὲ καὶ τῶν μικρῶν ἀποτύχωμεν, φανερῶς ἀλλότριοι τῶν νηστευσάντων ἐγενόμεθα. Οὐδεὶς ἡμῶν νηστεύει τεσσαράκοντα ἡμέρας· ἐπὶ γὰρ τεσσαράκοντα διαστήματα ἀναπαυόμεθα, ὥσπερ οἱ ὁδεύοντες, καθ' ἑσπέραν αὐλιζόμενοι, καὶ πάλιν ἀρχόμενοι. Εἰ δὲ ἐκεῖνοι καὶ τὰς τεσσαράκοντα ἐνήστευσαν, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ μετὰ ἀναπαύσεως τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐκείνοις ὁδεύομεν, μηδὲ τολμήσωμεν μνημονεῦσαι ὧν τὴν μίμησιν οὐκ ἔχομεν. Νηστεία ἀγγέλων ἐστὶ κατὰ τὸ δυνατὸν μίμησις, καταφρόνησις τῶν παρόντων, σχολὴ προσευχῆς, τρυφὴ ψυχῆς, χαλινὸς σώματος, καὶ πραΰτης ἐπιθυμίας. Καὶ οἴδασιν οἱ νηστεύοντες, ὅτι πραΰνει τὰς ἡδονὰς, καὶ οὐκ ἀγνοοῦσιν οἱ πειρασθέντες· μαλάσσει θυμὸν, συνδάκνει τὴν ὀργὴν, καὶ καταπαύει τὰ φυσικὰ κύματα, ἀνεγείρει τὸν λογισμὸν, καὶ φαιδρὰν ἀπεργάζεται τὴν ψυχὴν, κουφίζει τὴν σάρκα, ἀπολαύνει ἀκρασίας αἰσχρὰς τὰς νυκτερινὰς, ἀπαλλάσσει μέθης, ῥύεται κεφαλαλγίας· φαιδρὰ φέρει καὶ τὰ χρώματα καὶ τὰ βλέμματα. Εὔτακτα ἐν νηστείαις τὰ κινήματα, εὔκολος ἡ γλῶσσα, μὴ διαστρεφομένη ἀπὸ οἴνου, ὀρθὸς ὁ λογισμός· οὐ γὰρ ἐκχέονται αἱ ἐπιθυμίαι. Χορεύει ἐν σωφροσύνῃ, γαλήνην κρατεῖ· ὁ γὰρ ἔξω ἄνθρωπος σχολάζει, καὶ ὧν μὲν πάσχομεν ἐν μέθῃ, οὐ μεμνήμεθα, ὧν δὲ ἀπαλλαττόμεθα ἐν νηστείαις, ἔχομεν τὴν ὑπόμνησιν. Ἡ γὰρ νηστεία καὶ ἑαυτὴν γινώσκει, καὶ τὰ ἀντικείμενα· μέθη δὲ ἑαυτὴν ἀγνοοῦσα, καὶ τὰ ἀπὸ νηστείας ἀγαθὰ ἀγνοεῖ. Τίνος χάριν, εἰπέ μοι, ἀνῃρέθησαν οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς; οὐχ ὅτι ὑπουργοῦντες οἴνου ἐγεύσαντο; Τίς ἦν νόμος τῶν Ναζωραίων; οὐχὶ οἴνου ἀπέχεσθαι, καὶ πάντων τῶν ἀπὸ οἴνου; Οἱ περὶ Δανιὴλ σπέρματα ἤσθιον, καταφρονοῦντες τραπέζης τυραννικῆς τοῦ Ναβουχοδονόσορ. Ἐνήστευσε τρεῖς ἑβδομάδας ἡμερῶν Δανιὴλ ὁ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν· ὅτε ἐπιθυμιῶν ἀπέσχετο, ταύτην τὴν ἐσχάτην προσηγορίαν ἐδέξατο. Ἐνήστευσεν οὐ μίαν ἡμέραν Ἰουδαϊκὴν, οὐ πτωχὴν, ἀλλὰ 507 τρεῖς ἑβδομάδας ἡμερῶν, τὴν ἐκκλησιαστικὴν καὶ αὐτὸς προτυπῶν ὁδόν. Ἄρτον, ἔφην, ἐπιθυμιῶν οὐκ ἔφαγον· ** οἱ δὲ πεινοῦσιν εἰς ἐπιθυμίας πρὸς τὸν καιρόν· οἶνος καὶ κρέα οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα

occidit neque tetigit; cum vero qui non obedierat, non ultra prophetam, utpote qui non obedisset, occidit. Et videre erat circa illum tria miracula: jacebat propheta inobedientiam indicans: assidebat leo, obedientiam significans: adstabat asina, leonis naturam non metuens neque recedens, nihil lædente leone; ut appareret non ex ventris appetitu leonem irruisse, sed quod jejunium non servasset is, qui jussus erat nihil gustare. Rur- C sus assumtus est Elias quasi in cælum. Quod autem fuit signum assumtionis, nisi quadraginta dierum jejunium? Si Moyses jejunat, et Elias similiter, et Dominus jejunium obsignat, bona est imitatio. Quamquam non tollemus spatia interposita jejunio vacua: non enim quadraginta diebus jejunamus, sed spatia in medio relinquimus; numerum quidem jungimus, jejunium vero non stricte observamus. Magna sunt illa prisca, exigua nostra sunt: si vero ne illa parva quidem assequamur, plane alieni sumus jejunantibus. Nemo nostrum jejunat quadraginta diebus: nam per quadraginta interstitia quiescimus, sicut iter agentes, vespere diversantur, et rursus incipiunt. D Si vero illi quadraginta diebus jejunarunt, nos autem nec cum interstitiis eamdem viam tenemus, ne nominare quidem audeamus eos quos nullo modo imitamur. Jejunium est angelorum imitatio, quatenus imitari possumus, despectus præsentium, orationis schola, deliciæ animæ, frenum corporis, concupiscentiæ mitigatio. Norunt jejunantes, jejunium mitigare voluptates, nec ignorant experti: emollit animum, comprimit iram, sedat naturales procellas, excitat mentem, E lætam reddit animam, carnem reddit leviorem, pellit nocturnam turpem intemperantiam, ab ebrietate liberat, et a dolore capitis; lætum reddit et colorem et aspectum. Moderati sunt in jejunio motus, facilis lingua, non vitiata a vino, recta cogitatio: non enim effunduntur cupiditates. Choreas agit in temperantia, serenitatem obtinet: nam externus homo vacat, et eorum quæ in ebrietate patimur non recordamur, eorum vero a quibus in jejuniis liberamur memoriam retinemus. Jejunium enim et se ipsum novit, et opposita sibi: ebrietas vero et se et bona jejunii ignorat. Cur, quæso, interfecti sunt filii Aaronis sacerdotes, nisi quod ministrantes vinum biberent? Quæ erat lex Nazaræorum? nonne ut a vino abstinerent et ab omnibus vinum sequentibus? Daniel et socii legumina comedebant, mensam tyrannnicam Na- F buchodonosoris despicientes. Tribus hebdomadis jejunavit Daniel vir desideriorum: cum a desideriis abstineret, hanc ultimam appellationem accepit. Jejunavit non uno die Judaico parvo, sed per tres hebdomades dierum, ecclesiasticum ritum præfigurans. *Panem*, inquit, *desideriorum non* Dan. 10. 3.
A *comedi*: illi vero esuriunt in desideriis ad tempus: *vinum et carnes non intrarunt in os meum*, a quibus jejunat Ecclesia. Vide in veteri lege vitam Christianam. In infirmis namque figuræ

erant, in prophetis autem veritatis vestigia. Jejunium sententiam Dei revocavit. Dixit enim Deus,
Jon. 3. 4. *Subvertetur Ninive*, et non subversa est : jejunium enim obtulerunt; et effugit Jonas jejunii opem metuens. Illum cete devoravit : devoravit autem jejunans. Cum devorasset enim, præda illa usum non est ad escam, sed condidit et servavit depositum Domino; eumque qui per se nolebat exire, duxit quo jussum erat. Audivit Ninive urbs magna prophetam unum nudum, qui exierat ex ceto, nec colorem hominis servarat ob metum : unus propheta isthuc ingressus est, et signum, quod fecit, tempus ostendit. Sed dixit, *Urbs subvertetur :* jam prius illos a fide avertere debebat. Illi vero unum prophetam audierunt, et prædicarunt pharmacum quod subversionem impediret, jejunium. Jonas contendebat, non ut subverteretur Ninive, sed ut coargueretur ex comparatione Israel, si gentes promte vel unum prophetam audirent, Israel vero tot prophetis non obsequeretur. Oblatum est jejunium, quod Dei sententiam solveret. Erat vero jejunium non simplex; sed abstinentia a cibis, et abstinentia a peccatis : qui enim propter peccatum jejunat, et in peccatis volutatur, quid facit? ut si quis a luto ablutus, se rursus in lutum volutet. Ab ipso peccato oportet primum abstinere. Quid juvat enim aliis diebus peccatum declarasse, ut rursus ipsum excogitemus, post exempla priora? annon infirmatur anima ob plagas priores? nonne a precantibus rationes repetuntur, quia peccavimus? Si de præteritis pœnitentiam agimus, secunda cur aggregamus? Scriptum est rursus, ipsos abstinuisse a cibis, abstinuerunt etiam a peccatis. Audivit Deus : potest jejunium exorare Dominum. Jonas ægre tulit quod propheta auditurus esset : Deus vero mutata sententia, non segnis fuit ad salutem dandam. Neque enim poterat mentiri Deus, sed
Jer. 18. 7. 8. verax est qui dixit : *Si repente dixero contra gentem et regnum, me eversurum et eradicaturum, et pœnitentiam agant de malitia, pœnitentiam agam et ego de iis quæ pronuntiavi.* Non mentitus est Deus cum sententiam revocavit : neque enim miserat prophetam ut destrueretur Ninive; quæ necessitas fuisset id prædicere? sed quia subvertere nolebat, se subversurum minatus est, ut pœnitentiam agentes non subverterentur. Non ita Adam de ligno comedit, ut tunc Deus illum puniret, sed prædixit, Si comedas, morieris; ut non comederet. Non audivit dicentem, comedit, devoratus est. *** Non est accusandum, ubi est propositum? Sed non sciebat, inquies, illum comesturum esse? Forte hæreticus est qui hæc dicit et contra Scripturas agit : cui respondebitur : Si novit Servator proditurum esse Judam, cur illum elegit? Fortasse contra hæreticum nos tuebimur opponentes Judam Adamo. An hæc ergo solutio est, aut duplex est nodus? Oportet igitur nos ad defensionem ostendere, cur Judam talem hominem elegerit, et cur sciens Adamum

μου, ὧν νηστεύει ἡ Ἐκκλησία. Ὅρα ἐν τῇ Παλαιᾷ πολιτείαν Χριστιανικήν. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἀσθενοῦσιν οἱ τύποι, ἐν δὲ τοῖς προφήταις ἤδη τῆς ἀληθείας τὰ ἴχνη. Ἡ νηστεία ἀπόφασιν Θεοῦ ἀνεκαλέσατο. Εἶπε γὰρ ὁ Θεὸς, Καταστρέφεται Νινευὶ, καὶ οὐ κατεστράφη· προσήνεγκαν γὰρ νηστείαν, καὶ ἐξέφυγεν Ἰωνᾶς, φοβηθεὶς τὴν ἀπὸ τῆς νηστείας βοήθειαν. Καὶ [γὰρ] κατέπιεν αὐτὸν κῆτος· κατέπιε δὲ νηστεῦον. Ὁ γὰρ καταπιὼν οὐκ ἐχρήσατο τῇ θήρᾳ εἰς βρῶσιν, ἀλλ' ἀπέθετο καὶ ἐτήρησε τὴν παρακαταθήκην τῷ Δεσπότῃ, καὶ τὸν μὴ θελήσαντα δι' ἑαυτοῦ B ἀπελθεῖν, ἀπήγαγεν ὅπου προσετάχθη. Ἤκουσε Νινευὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἑνὸς προφήτου γυμνοῦ, ὃς ἦν ἀπὸ κήτους ἐξελθὼν, οὐδὲ χρῶμα ἀνθρώπου σώζων διὰ τὸν φόβον· εἷς προφήτης ἐπέβη ἐκεῖ, καὶ τὸ σημεῖον, ὅπερ πεποίηκεν, ὁ καιρὸς ἐνεδείξατο. Ἀλλὰ καὶ εἶπεν, ὅτι καταστρέφεται ἡ πόλις· προλαβὼν ὤφειλεν αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν τῆς πίστεως. Οἱ δὲ ἤκουσαν ἑνὸς προφήτου, καὶ ἀνεκήρυξαν φάρμακον κωλυτικὸν τὴν νηστείαν τῆς καταστροφῆς. Ὁ Ἰωνᾶς ἐφιλονείκει, οὐχ ἵνα καταστραφῇ ἡ Νινευὶ, ἀλλ' ἵνα ἐλεγχθῇ ἐκ παραθέσεως Ἰσραὴλ, ὅτι τὰ ἔθνη ἑτοίμως ὑπακούει καὶ ἑνὶ προφήτῃ, Ἰσραὴλ δὲ τοσούτων προφητῶν παρήκουσε. Προσηνέχθη νηστεία, ἵνα ἀναλυθῇ C τοῦ Θεοῦ ἡ ἀπόφασις. Ἦν δὲ ἡ νηστεία οὐχ ἁπλῆ, ἀλλ' ἀποχὴ μὲν βρωμάτων, ἀποχὴ δὲ καὶ ἁμαρτημάτων· ὁ γὰρ δι' ἁμαρτίας νηστεύων, καὶ ἐν ἁμαρτίαις κυλιόμενος, τί ἔτι ποιεῖ; ὡς εἴ τις ἀπὸ βορβόρου λουσάμενος, πάλιν τῷ βορβόρῳ ἐγκυλίεται. Αὐτῆς τῆς ἁμαρτίας δεῖ πρῶτον ἀποσχέσθαι. Τί γὰρ ὠφέλησεν ἐν ἄλλαις ἡμέραις ἁμαρτία προσαχθεῖσα, ἵνα πάλιν αὐτὴν ἐπινοήσωμεν μετὰ τὰ δείγματα τὰ πρότερα; οὐκ ἀσθενεῖ ἡ ψυχὴ ἐπὶ ταῖς προλαβούσαις πληγαῖς; οὐχὶ εὐχόμενοι αἰτούμεθα, ὅτι ἡμαρτήκαμεν; Εἰ ἐπὶ τὰ πρότερα μετανοοῦμεν, τὰ δεύτερα ἵνα τί συνάγομεν; Γέγραπται πάλιν, ὅτι ἀπέσχοντο βρωμάτων, ἀπέσχοντο καὶ ἁμαρτημάτων. Ἐπήκουσεν ὁ Θεός· ἱκανὴ ἡ νηστεία προτρέψασθαι τὸν Δε- D σπότην. Ὁ Ἰωνᾶς ἠχθέσθη, ὅτι προφήτης ἤμελλεν ἀκούειν· ὁ δὲ Θεὸς ἐναλλάξας τὴν ἀπόφασιν, οὐ κατώκνησε σῶσαι. Οὐδὲ γὰρ ἦν ψεύσασθαι Θεὸν, ἀλλ' ἀληθεύει ὁ εἰπών· Ἐὰν ἐξαίφνης εἴπω κατ' ἔθνος καὶ βασιλείας καταστρέψαι καὶ ἐκριζοῦν, καὶ μετανοήσει τῆς κακίας, μετανοήσω κἀγὼ ὧν ἀπεφηνάμην. Οὐκ ἐψεύσατο ὁ Θεὸς ἀνακαλεσάμενος τὴν ἀπόφασιν· οὐδὲ γὰρ ἔπεμψε τὸν προφήτην, ἵνα καταστραφῇ Νινευί· τί γὰρ ἀναγκαῖον προειπεῖν; ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἤθελε καταστρέψαι, ἠπείλησεν ὅτι καταστρέφω, ἵνα μετανοήσαντες μὴ καταστραφῶσιν. Οὐκ ἔφαγεν Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ τότε αὐτὸν ἐτιμωρήσατο ὁ E Θεὸς, ἀλλὰ προείρηκεν ὅτι ἐὰν φάγῃς, ἀποθανεῖ, ἵνα μὴ φάγῃ. Οὐκ ἤκουσε τοῦ εἰπόντος, ἔφαγεν, ἐβρώθη. *** Οὐκ ἔστιν ἐγκαλέσαι, ὅπου ἐστὶ προαίρεσις; Ἀλλ' οὐκ ᾔδει, φησί τις, ὅτι ἔμελλεν ἐσθίειν; Τάχα αἱρετικὸς ὁ λέγων καὶ κατατρέχων τῆς Παλαιᾶς· πρὸς ὃν ῥηθήσεται, εἰ ᾔδει οὖν ὁ Σωτὴρ, ὅτι Ἰούδας ἔμελλε προδιδόναι, πῶς τοῦτον ἐξελέξατο; Ἀλλὰ τάχα πρὸς τὸν αἱρετικὸν ἀπολογησόμεθα, ἀντιθέντες τὰ τοῦ Ἰούδα τοῖς κατὰ τὸν Ἀδάμ. Ἆρ' οὖν αὕτη λύσις ἐστὶν, ἢ διπλοῦς δεσμός; Δεῖ οὖν ἡμᾶς

ἀπολογήσασθαι, καὶ διὰ τί τὸν Ἰούδαν τοιοῦτον ὄντα ἐξελέξατο, καὶ διὰ τί, εἰδὼς ὅτι ἁμαρτάνει ὁ Ἀδὰμ, ἐν παραδείσῳ τοῦτον τέθεικε. Δεῖ δὲ τὰ μεγάλα ζητήματα κινεῖν ἐν νηστείαις, ὅτε νήφει ἡ ψυχή. Ἤδει ὁ Σωτὴρ (ἐντεῦθεν γὰρ ἀρκτέον), ὅτι Ἰούδας προδίδωσι. Τί οὖν, λέγετε; Ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας
F παριστῶν, ὅτι ὅσον μὲν εἰς ἐμὲ, καὶ ἀπόστολος εἶ, καὶ μετὰ μαθητῶν σε ἀριθμῶ· εἰ δὲ ἀνάξιον σαυτὸν ἀποφαίνεις, ἐμοῦ μὲν φαίνεται ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλανθρωπίας, σοῦ δὲ ἡ ὑπερβολὴ τῆς κακίας. Καὶ γὰρ γλωσσόκομον αὐτῷ ἐπίστευσε τῶν μετρίων, οὐκ 808
A ἀγνοῶν ὅτι κλέπτει, ἀλλὰ βουλόμενος διὰ τοῦ δοῦναι αὐτῷ ἐξουσίαν παῦσαι τὸ πάθος. Προῄδει οὖν καὶ προλέγει· οὐ μόνον δὲ προῄδει, ἀλλὰ καὶ πολλάκις προείρηκεν, Εἷς ὑμῶν παραδώσει με. Τί οὖν ἐγκαλέσεται; Ἵνα ὁ πονηρὸς τῇ πονηρίᾳ πληρώσῃ τὴν ἀγαθὴν οἰκονομίαν· καὶ οὐκ ἠνάγκασεν αὐτὸν ὁ ἐκλεξάμενος. Εἰ γὰρ καὶ ἠνάγκασεν ὁ Ἰησοῦς, οὐχὶ ἠνάγκασεν αὐτὸν προδότην γενέσθαι, ἀλλὰ ἀπόστολον· ἀλλ' οὔτε ἀπόστολον ἀναγκάζει. Τὸ γὰρ μετὰ ἀνάγκης γενόμενον, αὐτὸ λέγεται, ὃ οὐ γίνεται· σώφρων γὰρ μετὰ ἀνάγκης οὐ σώφρων, ὅτι ἀνάγκῃ ἐγένετο. Οὐδὲ γὰρ δεσμοῖς αἱ ἀρεταὶ γίνονται, ἀλλὰ προαιρέσει ἡ πολιτεία. Διὰ τί οὖν καὶ τὸν Ἀδὰμ
B ἀφῆκεν ἐν παραδείσῳ; Ἀγαθὸς ἦν ὁ πλάσας, ἐλεύθερον ἐποίησεν, ὡς ἐλευθέρῳ τέθεικεν αὐτὴν τὴν ἐντολήν. Ἀλλ' ᾔδει, ὅτι μέλλει ἐσθίειν. Ἀλλ' ἀνάγκῃ οὐκ ἐκώλυσεν, οὔτε προαίρεσιν κατηνάγκασεν· Ἀδὰμ ἥμαρτε. Διὰ δὲ τὸ ξύλον τίμιος ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἦν τὸ τίμιον. Οὐ γὰρ κακὸς ἐκτίσθη, ἀλλὰ κακῶς παρηκούσθη ὁ παραγγείλας. Εἰ δὲ ἡ γεῦσις καὶ τὴν ἐντολὴν ἀπώλεσεν, ἡ νηστεία μετὰ ἐντολῆς ἀνακαλεῖται καὶ σώζει. Σαυτὸν δοκίμασον, ὦ ἄνθρωπε. Τίς γὰρ χρεία ἀναγνωσμάτων; σκόπει σαυτὸν, τίς ἧς πρὸ τῆς νηστείας, καὶ τίς νηστεύων. Τῶν γὰρ πραττομένων τὰ μὲν ὕστερον φέρει τὸν καρπὸν, τὰ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ προξενεῖ καὶ τὸν καρπόν. Ὁ κατερχόμενος εἰς θάλασσαν ἐπὶ θήραν, οὐκ ἐν τῷ καταδύειν ἔχει τὴν
C θήραν· ὁ δὲ νηστεύων εὐθὺς ἔχει τὸν καρπόν. Οὐκ ἔχεις γαλήνην; οὐκ ἀπήλλαξαι κυμάτων ἀπὸ οἴνου; οὐκ ἀπήλλαξαι ζάλης καὶ χειμῶνος; οὐκ ἐπιθυμεῖς ἀκοῦσαι ὅτι ἡ σὰρξ κεχαλίνωται, μὴ σκιρτῶσα, μὴ ἐρυθριῶσα; οὐκ ᾔδεις σὺ περὶ σωφροσύνης κινεῖν λόγον νῦν; οὐκ ἀκούεις ὅτι ἐνήστευσεν ὁ δεῖνα, καὶ χαίρεις; Οἱ νηστεύοντες μὴ ἐπὶ κακῷ τὴν νηστείαν νομίζετε· ὁ γὰρ κακὸν νομίζων τὴν νηστείαν, κἂν νηστεύῃ, ἐν κακίᾳ ἐστίν. Οὐκ εἰσὶν ἐν κακοῖς οἱ ἄγγελοι, μὴ χρείαν ἔχοντες τῆς παρ' ἡμῖν τρυφῆς. Οὐ κατ' ἀξίαν ἐσθίομεν, ἀλλὰ κατ' ἔνδειαν ἀποπληρούμεθα. Ὅσα κακὰ παρ' ἡμῶν γίνονται, σβέννυνται ἐν νηστείαις. Νηστείαν δὲ λέγω, οὐ μόνον τὴν ἀποχὴν
D τῶν τροφῶν, ἀλλ' ἣν οἶδεν Ἡσαΐας· νήστευσον, ἵνα ἀκουσθῇς. Καὶ ἐὰν εἴπῃς τῷ Θεῷ κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν λόγον, Ἐνηστεύσαμεν, καὶ οὐκ εἶδες· ἐταπεινώσαμεν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔγνως· ἀσφαλίζου, μὴ ἀκούσῃς. Ἐν γὰρ ταῖς νηστείαις ὑμῶν εὑρίσκετε ὑμῶν τὰ θελήματα. Ἐὰν τὸ θέλημα Κυρίου πληρώσῃς, τὴν νηστείαν ἐποίησας. Οὐ γὰρ πραγματεία ἐστὶν ἡ νηστεία, ἵνα κερδήσωμεν μὴ ἐσθίοντες, ἀλλ' ἵνα ὁ μέλλεις ἐσθίειν φάγῃ πτωχὸς ἀντὶ σοῦ·

esse peccaturum, in paradiso illum constituerit. Oportet autem magnas quæstiones movere in jejuniis, cum anima vigilat. Sciebat Servator (hinc enim incipiendum) Judam esse proditurum. Quid ergo, dicitis? Benignitatis magnitudinem
F declarans, quantum in me est, inquit, et discipulus es, et apostolis te annumero : si vero te indignum ostendas, mea ingens benignitas elucet, tuaque ingens nequitia. Nam marsupium illi concredidit moderatum, non ignorans quod furaturus esset, 808 sed volens, cum daret illi ejus potestatem, hunc
A sedare morbum. Prævidit ergo et prædixit : non modo prævidit, sed etiam sæpius prædixit, *Unus vestrum me tradet.* Cur ergo accusabitur? Ut scelestus per nequitiam suam bonam impleret œconomiam; nec coegit eum is qui elegerat. Si enim coegisset, certe non coegisset ut proditor, sed ut apostolus esset : sed neque apostolum cogit. Quod enim fit ex necessitate, id dicitur non fieri : qui enim temperans est ex necessitate, non est temperans, quia ex necessitate talis est. Non enim ex vinculis virtutes statuuntur, sed ex voluntatis proposito. Cur ergo Adamum reliquit in paradiso? Bonus erat Creator : liberum illum fe-
B cerat, et libero hoc præceptum imposuit. Sed sciebat ipsum esse comesturum. At per necessitatem non impedivit, neque voluntatem coegit : Adam peccavit. Propter lignum autem honorandus erat locus, in quo aliquid honorabile erat. Non enim malus creatus est, sed male non obsequutus est præcipienti. Si autem comestio etiam præceptum perdidit, jejunium cum præcepto revocatur, et salutem indit. Teipsum explora, o homo. Quæ enim utilitas lectionum? considera teipsum quis esses ante jejunium, et quis sis jejunans. Nam opera alia postremo fructum afferunt, alia in ipso opere pariunt fructum. Qui descendit in mare piscaturus, non cum descendit prædam
C obtinet : qui jejunat vero, statim fructum habet. Nonne tranquillitatem habes? nonne liber es a vini fluctibus? nonne liber es a tempestate et hieme? annon audire desideras carnem esse frenatam, ac neque exsilire neque rubescere? annon tu scis nunc de temperantia sermones movere? nonne gaudes cum audis quempiam jejunasse? Qui jejunatis ne putetis jejunium esse malum : qui enim malum putat jejunium, si jejunet, in malo est. Non sunt inter malos reputandi angeli, qui non egent, ut nos, ciborum deliciis. Non pro dignitate comedimus, sed pro necessitate implemur. Quæcumque mala per nos fiunt, jejuniis delentur.
D Jejunium dico non modo abstinentiam a cibis, sed etiam illam quam sciebat Isaias : Jejuna ut audiaris. Et si dixeris Deo secundum Judaicum verbum : *Jejunavimus, et non vidisti : humiliavimus animas nostras, et nescivisti :* confortare, ne audias. *In jejuniis enim vestris invenitis voluntates vestras.* Si voluntatem Domini impleveris, jejunium fecisti. Non enim negotiatio est jejunium, ut lucremur non comeden- Isai. 58. 5.

tes, sed ut quod comesturus eras pro te comedat pauper; et fit tibi duplex bonum, et quod tu jejunes, et quod alius non esuriat. Laboramus jejunantes; nondum crucifixi sumus jejunantes. Cur jejunium? Pro cruce : majora accepimus, minora reddimus. Crucifixus est propter te, et sitit, bibitque acetum cum felle. Ingratus cibus, magnum est jejunium. Nondum fel bibisti, et stas laborans? nondum in cruce suspensus es. Ne ingratus sis erga Jesum : ne fleas quod jejunes, sed fle potius quod non semper jejunes. A quibus privaris dum jejunas? a vino? Non a vino, sed a phlegmate, dolore capitis, laboriosa respiratione. Cogita igitur in quibus verseris, in quiete, mansuetudine, tranquillitate. Bonus in jejuniis color, conspectu mitis est et serenus : vini enim color ignis est inflammatio. Qui non una patitur cum Jesu, Jesum non novit : qui jejunium depellit, non novit crucem. Non tamquam ad malum quodpiam ad jejunium accedamus, ne tibi malum fiat quod malum suspicaris; neque ut turpis servus Deo ministrans inveniaris. Nemo gravatur in festis, nisi qui ignorat vim festorum. Cum festa sunt, tunc magis lætare. Tu vero contrarium potius facis : cum esses angelus, tunc ægre fers. Annon nosti quid intersit? Cum natura nuptias expetit, non contrahis supra naturam. Reverere nuptias : si jejunia honores, diebus jejuniorum angelus esto. Non improbo nuptias, sed præfero jejunium. Quæ comedimus ante jejunium, non manent nobiscum. Cur ergo versamur in iis quæ præsentia non sunt? tota ciborum voluptas est, donec deglutiamus; cum autem gustum transierint, sunt ac si non essent. Jejunium vero non tabescit, non continetur in ventre, nec per ventrem in stercus mutatur : immortalitatem enim conciliat, cum angelis vitam agit; quæ angelorum est, quantum fieri potest, imitatio. In fastidio es quia jejunas? quia alienis felicitatibus non oneraris? quia recta mens est, pura caro? quia floret animus? quia cum gaudio Scripturas audis? quia arcana taces, et non homo, sed prope angelus es? Festum est Domini qui vocavit nos ad nuptias spirituales, qui ingressus est ut videret discumbentes : ne quis cum alienis vestibus ingrediatur. Vestimenta oportet pura, immaculata et sancta ad nuptias afferre; sancta nempe ad sanctas et impollutas nuptias; foris læta, intus splendida. Quietæ sint etiam nuptiæ, et præceptum apostoli singuli pro admonitione habeant, ut concordi animo singuli jejuniis incumbant. Jejuniis vero jungatur oratio : jejunium suadetur, oratio autem suum tempus habet : jejuna quia non peccasti, et quia peccasti jejuna; rursumque ne pecces jejuna, et ut quæ accepisti maneant. Tot enim sunt jejunii species. Peccavit quis et jejunavit, ut supplicium effugeret? jejunemus ergo et nos, dilecti, ne insurgant contra nos cupiditates. Vides jejunium quod sequitur peccatum; id est, quod post pecca-

καὶ γίνεταί σοι διπλοῦν τὸ ἀγαθὸν, καὶ ὅτι σὺ νηστεύεις, καὶ ὅτι ἄλλος οὐ πεινᾷ. Κάμνωμεν νηστεύοντες· οὔπω ἀνεσταυρώθημεν νηστεύοντες. Διὰ τί ἡ νηστεία; Ἀντὶ σταυροῦ· μείζονα ἐλάβομεν, μικρὰ
E ἀποδιδοῦμεν. Ἐσταύρωται διὰ σὲ, καὶ διψᾷ, καὶ πίνει ὄξος μετὰ χολήν. Ἀηδὴς ἡ τροφὴ, μέγα ἡ νηστεία. Οὔπω ὅσον ἡ χολὴ, καὶ στήκεις κάμνων; οὔπω ἐκρεμάσθης ἐπὶ σταυροῦ. Μὴ ἀγνωμόνει πρὸς Ἰησοῦν, μὴ ἀπόκλαιε ὅτι νηστεύεις, ἀλλὰ ἀπόκλαιε, ὅτι ἀεὶ οὐ νηστεύεις. Τίνων ἀπεστερήθης νηστεύων; οἴνου; Οὐκ οἴνου, ἀλλὰ φλεγμονῆς, κεφαλαλγίας, ἄσθματος μοχθηροῦ. Ἐννόησον τοίνυν ἐν ποίοις εἶ, ἐν ἡσυχίᾳ, ἐν πραότητι, ἐν γαλήνῃ. Καλὸν χρῶμα ἐν νηστείαις ἐπὶ ταῖς ὄψεσιν ἐγγίνεται, ἥμερον, γαληνόν· οἴνου γὰρ χρῶμα καῦσις πυρός. Ὁ μὴ συμπάσχων τῷ Ἰησοῦ, οὐκ οἶδε τὸν Ἰησοῦν· ὁ ἀποκρουό-
F μενος τὴν νηστείαν, οὐκ οἶδε τὸν σταυρόν. Μὴ ὡς κακῷ προσερχώμεθα τῇ νηστείᾳ, ἵνα μὴ ὡς κακὸν γένηταί σοι τὸ ὑποπτευόμενον· μηδὲ ὡς αἰσχρὸς δοῦλος Θεῷ [δὲ] εὑρεθήσῃ ὑπηρετῶν. Οὐδεὶς ἄχθεται ἐν ἑορταῖς, εἰ μὴ ὁ ἀγνοῶν τὴν δύναμιν τῶν ἑορτῶν. Ὅτε ἑορταὶ,
801 τότε μᾶλλον φαιδρύνου. Σὺ δὲ μᾶλλον τοὐναντίον
A ποιεῖς· ὅτε ἧς ἄγγελος, τότε χαλεπαίνεις. Οὐκ οἶδας τὸ μεταξύ; Ὅτε ἡ φύσις τὸν γάμον ἀπαιτεῖ, οὐ γαμεῖς ὑπὲρ φύσιν. Εὐλαβοῦ ἐν γάμῳ· εἰ τιμᾷς τὰς νηστείας, τὰς ἡμέρας τῶν νηστειῶν γενοῦ ἄγγελος. Οὐ διαβάλλω τὸν γάμον, προκρίνω δὲ τὴν νηστείαν. Ἃ ἐφάγομεν πρὸ τῆς νηστείας, οὐ μένει μεθ' ἡμῶν. Τί οὖν ἀσχολούμεθα ἐπὶ τὰ μὴ παρόντα; ὅλη ἡ ἡδονὴ τῶν βρωμάτων, ἕως τοῦ καταπιεῖν ἐστιν· ἐπὰν δὲ παρέλθῃ τὸ γευστικὸν χωρίον, γέγονεν ὡς οὐκ ἦν. Ἡ νηστεία δὲ οὐ μαραίνεται, οὐ χωρεῖ ἐν κοιλίᾳ, οὐδὲ διὰ κοιλίας εἰς σκύβαλον μεταβάλλεται· ἀθανασίας γάρ ἐστι πρόξενος, μετ' ἀγγέλων τὸ διαίτημα ἔχει, ὅτι ἀγγέλων κατὰ τὸ δυνατόν ἐστι μίμησις. Ἀκηδιάζεις, ὅτι νήφεις; ὅτι οὐ βεβάρησαι ἀλλοτρίαις εὐ-
B πραγίαις; ὅτι ὀρθὸς ὁ λογισμός; ὅτι καθαρὰ ἡ σάρξ; ὅτι ἀνθεῖ ἡ διάνοια; ὅτι ἀκούεις τῆς Γραφῆς μετὰ χαρᾶς; ὅτι τὰ ἀπόῤῥητα σιωπᾷς, καὶ οὐκ εἶ ἄνθρωπος, ἀλλὰ σχεδὸν ἄγγελος; Ἑορτὴ Κυρίου τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς εἰς γάμον πνευματικὸν, τοῦ εἰσελθόντος ἰδεῖν τοὺς ἀνακειμένους· μή τις [a] ἀλλοτρίοις ἱματίοις ἔχων εἰσέλθῃ. Ἱμάτια δεῖ γάμῳ ἐπιφέρεσθαι καθαρὰ καὶ ἀμόλυντα καὶ ἅγια πρὸς γάμους ἁγίους καὶ ἀμολύντους, φαιδρὰ ἔξωθεν, καὶ ἔσωθεν λαμπρά. Ἡσυχαζέτω καὶ ὁ γάμος, καὶ τὴν παραγγελίαν τοῦ ἀποστόλου κατὰ νουθεσίαν ἐχέτω ἕκαστος, τοῦ ἐκ συμφώνου σχολάζειν ἕκαστον ἐν νηστείαις. Ταῖς νηστείαις δὲ συναπτέσθω καὶ εὐχή· ἡ νηστεία μὲν προτρέπεται,
C ἡ εὐχὴ δὲ καιρὸν ἔχει· νήστευσον, ὅτι οὐχ ἥμαρτες, καὶ ὅτι ἥμαρτες νήστευσον, καὶ πάλιν ἵνα μὴ ἁμάρτῃς νήστευσον, καὶ ὅπως διαμείνῃ ἃ ἔλαβες. Τοσαῦτα γὰρ εἴδη νηστείας. Ἥμαρτέ τις, καὶ ἐνήστευσεν ἑαυτὸν κολάζων, ἵνα διαφύγῃ τὴν κόλασιν; νηστεύσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοὶ, ἵνα μὴ ἐπαναστῶσι καθ' ἡμῶν αἱ ἐπιθυμίαι. Ὁρᾷς δὲ τὴν νηστείαν ἑπομένην τῇ ἁμαρτίᾳ, τουτέστι, τὴν μετὰ τὴν ἁμαρτίαν γινομένην ἐν λόγοις τιμωρίας ἐπιστροφήν. Ἀλλ' ἡ νηστεία προηγεῖτο τῶν ἁμαρτημάτων, οὐχ ἵνα ἀφέλῃ τὸ γινό-

[a] [Fort. ἀλλότρια ἱμάτια.]

μενον ἁμάρτημα, ἀλλ' ἵνα κωλύσῃ τὸ μέλλον. ** Ἄλλη νηστεία ἐστὶν, ὁ ζητῶν νόμον νόμου λαβεῖν. Καὶ γὰρ ὁ αἰτῶν νόμον νηστεύει, ὡς Μωϋσῆς ἐνήστευσε, καὶ ἔλαβε νόμον. Πάλιν ἄλλος νηστεύει, ἵνα ὧν κατη- D ξιώθη, τούτων μὴ ἀποτύχῃ. Ἡ δὲ Ἐκκλησία ὁμοῦ νηστεύει, τὴν χάριν καὶ τὴν οἰκονομίαν. Τὸν Ἰησοῦν ἐπιγινώσκει πράγματι, τῷ σταυρωθέντι συνεσταυρωμένη, τῷ Κυρίῳ συμπάσχουσα, ἵνα καὶ συνδοξασθῇ, οὐχ ἵνα τὸν Κύριον πενθῶμεν· ζῇ γὰρ ὁ τοῦ ζῶντος Υἱός· ἀλλ' ἵνα τὴν χάριν ὁμολογῶμεν τῆς οἰκονομίας. Εἰ καὶ πενθοῦμεν ὅτι ἐσταύρωσαν αὐτὸν Ἰουδαῖοι, οὐ δι' αὐτὸν πενθοῦμεν, ἀλλὰ διὰ τὴν τόλμαν τῶν τολμησάντων. Ἀνέστη γὰρ ἐκ νεκρῶν, ἔστη ἐν δόξῃ, ἐν ᾗ προϋπῆρχε παρὰ τῷ Πατρὶ, συνὼν ἦν πρὸς τὸν Πατέρα ὅθεν καὶ ἦν. Οὐκ ἔστι πένθους ἀξία ἡ νίκη τοῦ Ἰησοῦ. Ἀλλὰ νηστεύσωμεν ἑαυτῶν κηδόμενοι, καὶ κοινωνοὶ σπεύδοντες αὐτοῦ εἶναι τῶν παθημάτων· E ὥσπερ ἀξίαν πράττωμεν, ἀδελφοί. ** Τίς κατηξίωσε κοινωνὸς εἶναι τῶν παθημάτων Χριστοῦ; Μέγα τὸ μυστήριον. Σπεύσωμεν ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ μὴ ἐκκλίνωμεν εἰς κακά. Ἰησοῦς ἐσταύρωται, ὁ τοῦ ἀθανάτου Υἱός· ἐκρέμασε τὸ σῶμα ἐπὶ τὸν σταυρὸν, οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ διὰ σέ. Ἔφαγες σὺ ἀπὸ τοῦ ξύλου, νηστεύει αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ξύλου· ἔλαβες ἐξ ὧν οὐκ ὤφειλέ σοι· ἐπέθηκεν αὐτὸς σῶμα ἀνθ' ὧν ἔλαβες. Ἐπιθυμίαν ἡττήθης χαλεπήν· πίνει αὐτὸς ὄξος ἀντὶ ἡδονῆς. Μὴ ἀλλότριος γένῃ τῆς βασιλείας. Ἔγνως ὅτι ἐσταύρωται, ἔγνως ὅτι ὑπὲρ σοῦ ἀπέθανεν, ὁμολόγει ὅτι ζῇ. Ὑπὲρ ζῶντος ποίει τὴν ὁμολογίαν, μαρτύρει τῷ μαρτυρήσαντι, ἀπόθανον ὑπὲρ τοῦ ἀποθανόντος. Εἰ δὲ οὕτω ἀπαιτεῖ θάνατον, μὴ ἀποπηδήσῃς· μικρός F ἐστιν ὁ τῆς νηστείας θάνατος. Οὐκ ἔχεις μεγάλα κατορθώματα; χάρισαι αὐτῷ τὰ μικρά· μετ' εὐφροσύνης πρόσδραμε αὐτῷ ἐπὶ ἑορτὰς, μετὰ χαρᾶς δέξαι τὴν νηστείαν. Τρυφή ἐστιν ἡ νηστεία πνευματική. 810 A Ἀλλὰ τάχα εἰκῇ κράζω· ὥσπερ γὰρ ἤλλαξεν ὁ χρόνος τὰ χρώματα τῶν σπευδόντων ἐπὶ τράπεζαν. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἀγαπώντων νηστείαν ἐν ᾗ ἑστήκασιν. Οὐ γὰρ ἦν ἀκόλουθον ἄχθεσθαι ὑμᾶς τὸ τῆς τραπέζης Κυρίου ἀποσπᾶσθαι. Παρὰ προσδοκίαν δὲ ἀπήντησεν ἡ θέα, ὡς ἀπήντησε τοῦ λύχνου ἡ αὐγή. Ἠλέγχθη ἡ λανθάνουσα συνείδησις, ὅτι βίᾳ κατεχόμεθα· καὶ οὐκ ἄρα ἑστήκαμεν. Ἕως πότε τὴν ἀλήθειαν παίζομεν; ἕως πότε τὰ τοῦ Κυρίου πραγματευόμεθα; ἢ οὐκ ἤκουσας τοῦ ψαλμοῦ λέγοντος, ἅμα δὲ αὐτοῦ ὑπακούοντος, Εἰ ἀλήθειαν λαλεῖτε, εὐθείας κρίνατε; Εἰ ἀληθεύεις ἐπὶ τὴν νηστείαν, χαρὰν ἔχε ἐπὶ τὴν νηστείαν· εἰ δὲ ἀλγεῖς, ἀδικεῖς σεαυτόν· εἰ πονεῖς, οὐκ εὐφραίνῃ· εἰ διώκεις ὡς ἀγαθῶν ἀπεστερημένος, οὐ τυγχάνεις ἀγαθῶν. Ἰησοῦς ἐσταύρωται διὰ σοῦ, καὶ οὐκ ἐδυσχέρανεν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἔσπευδε τοῦ παθεῖν· σὺ δὲ οὐδὲ μικρὰν νηστείαν ἀνέχῃ διὰ τὴν σεαυ- B τοῦ σωτηρίαν; Ὦ ἄνθρωπε, οὐκ ἔχω δύναμιν τοσαύτην, ἵνα κράζω, ὅσον ὀφείλω. Ἰησοῦς ἐσταύρωται· ὅρα, καὶ ὑπότυψον τὸ στῆθος, κατάγαγε δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν. Ἐσταύρωται διὰ σέ· συσταυρώθητι, συνδοξάσθητι ἐκείνῳ, οὐχ ἵνα ἀποθάνῃς, ἀλλ' ἵνα θανάτου ἀπαλλαγῇς. Αὕτη ἡ τῆς παρασκευῆς ἡμέρα, ἡμέρα ἐστὶν ἐν ᾗ ὁ σταυρὸς ὑπὲρ σοῦ ἐπάγη· καὶ σὺ συσταυρώθητι, συναπόθανε. Ὑπὲρ Θεοῦ γὰρ ὁ λόγος, Θεοῦ

tum ut supplicium removeat suscipitur. Sed jejunium peccata præcedat, non ut tollat admissum peccatum, sed impediat futurum. *Vitiata series.* Aliud jejunium est,** ejus qui cupit legem accipere. Nam etiam qui quærit legem jejunat, ut Moyses jejunavit, et legem accepit. Rursus alius jejunat, ut ne perdat ea, quibus dignus habitus est. Ecclesia vero jejunat propter gratiam et œconomiam. Re Jesum agnoscit, cum crucifixo simul crucifixa, et una cum Domino patiens, ut conglorificetur, non ut Dominum lugeamus; vivit enim viventis Filius; sed ut œconomiæ gratiam confiteamur. Etiamsi lugeamus quia crucifixerunt eum Judæi, non propter illum lugemus, sed propter ausum Judæorum. Surrexit enim a mortuis, stat in gloria, in qua prius erat apud Patrem, coexistens cum Patre ex quo erat. Non est luctu digna Jesu victoria. Sed jejunemus nostrum curam habentes, ut ejus passionum particeps simus: id pro dignitate habeamus, fratres. Quis dignatus est esse particeps passionum Christi? Magnum mysterium. Festinemus ad bona, et ne declinemus ad mala. Jesus crucifixus est, Immortalis Filius: pependit in cruce corpus, non propter seipsum, sed propter te. Comedisti tu de ligno, ipse jejunat in ligno: accepisti de iis quæ non debebat tibi, addidit ille corpus pro iis quæ accepisti. A concupiscentia gravi victus es: bibit ille acetum pro voluptate. Ne alienus fias regni. Nosti illum crucifixum esse, nosti illum pro te mortuum esse, confitere quod vivat. Pro vivente confitere, testificare testificanti; morere pro illo qui mortuus est. Si vero ita mortem requirit, ne resilias: exigua est mors jejunii. Non habes magna gesta opera? da ipsi minora: cum lætitia ad ipsum accurre in festis, cum gaudio accipe jejunium. Voluptas est spirituale jejunium. Sed fortasse frustra clamo. Tempus enim pene colores mutavit eorum qui festinant ad mensam. Hoc autem non est amantium jejunium in quo versantur. Non enim consequens erat ut gravaremur, quod avellamur a mensa Domini. *Intricata oratio.* Præter exspectationem hoc advenit spectaculum: ut advenit lucernæ splendor, deprehensa est latens conscientia, quod vi detineamur: neque fortasse stetissemus. Usquequo veritati illudimus? usquequo ea quæ Domini sunt in negotiationem vertimus? annon audisti psalmum dicentem, et simul ipsum respondentem, *Si veritatem loquimini, recta judicate?* (*Psal. 57, 2.*) Si vera dicis de jejunio, gaude de jejunio; si vero moleste fers, teipsum lædis; si laboras, non lætaris; si persequeris ut bonis privatus, bona non assequeris. Jesus pro te crucifixus est, nec moleste ferebat, imo potius festinabat ad passionem: tu vero ne modicum quidem fers jejunium pro salute tua? O homo, non tanto præditus sum robore, ut clamem quantum deberem. Jesus crucifixus est: vide, et pectus percute, lacrymas funde. Crucifixus est propter te: cum ipso et tu crucifigere, cum ipso glorificare, non ut moriaris, sed ut a morte libereris. Hæc

est dies Parasceves : dies est in qua crux propter te fixa est : et tu cum ipso crucifigere, cum ipso morere. Pro Deo enim hic sermo est, Deo qui propter te factus est homo. Non reveremur dignitatem? non erubescimus passionem? Utrumque cogita o homo, quis esset et quid passus sit. Judicatus est Judex, et Vita morti traditur; qui nutrit, esurit; qui potum dat, sitit; qui in gloria, est in ignominia; Rex ad præsidem ducitur, et Deus ab homini-
Joan.5.22. bus damnatur : qui vere dixit : *Pater non judicat quemquam, omne autem judicium dedit Filio.* Qui omnia judicat a quonam judicatur? Hæc tibi sufficiunt, o homo, ad commonitionem jejunii. Oportet enim nosse primum in quibusnam simus, et tunc nostra discernere. Cum jejunium et cibos jejunii diligemus, et probe erga ipsum affecti erimus, quasi in festo choreas agentes, mensam Domini honorantes, mysteria jejunii apponemus servis Domini, gloriam ejus ante sæcula, œconomiam ejus in postremis temporibus. Quis fuerit, quid factus fuerit, unde venerit, in quem populum advenerit, et qua de causa; ut lætantes et lætitiam afferentes, hoc jejunium semper servemus, Domino jejunii servientes, semper ipsi gratias agentes, et semper ipsum glorificantes, semper diligentes eum qui dilexit nos, et adorantes eum qui peccata suscepit, et morientes pro eo qui mortuus est, ac sperantes nos glorificandos esse cum eo qui inhonoratus est. Sanctissimo autem Patri, qui nos dignatus est hoc jejunio, et qui Filio suo non pepercit propter salutem nostram, per eum qui venit ei qui misit gloriam referamus, unaque vivifico Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

τοῦ γενομένου ἀνθρώπου διὰ σέ. Οὐκ αἰδούμεθα τὴν ἀξίαν; οὐκ ἐρυθριῶμεν τὸ πάθος; Ἑκάτερα ἐνθυμήθηθι, ἄνθρωπε, τί ἦν, καὶ τί ἔπαθε. Κέκριται ὁ κριτὴς, καὶ ἡ ζωὴ θανάτῳ παραδέδωται· καὶ ὁ τρέφων πεινᾷ, C καὶ ὁ ποτίζων διψᾷ, καὶ ὁ ἐν δόξῃ ἐν ἀτιμίᾳ, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ ἡγεμόνος, καὶ ὁ Θεὸς ὑπὸ ἀνθρώπων κατακρίνεται· ὁ ἀληθεύων ἐν τῷ λέγειν, Ὁ Πατὴρ οὐδένα κρινεῖ, πᾶσαν δὲ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ· ὁ πάντα κρίνων ὑπὸ τίνος κέκριται; Ἀρκεῖ σοι ταῦτα, ὦ ἄνθρωπε, εἰς ὑπόμνησιν νηστείας. Δεῖ γὰρ πρῶτον γνῶναι ἐν οἷς ἐσμεν, καὶ τότε διακρίνειν τὰ καθ' ἡμᾶς. Ὅταν ἀγαπήσωμεν τὴν νηστείαν καὶ διατεθῶμεν καλῶς τὰ περὶ αὐτῆς, ὥσπερ ἑορτῆς χορεύοντες, καὶ τὴν ἐν ταῖς νηστείαις ἑστίασιν, παραθησόμεθα τὰ μυστήρια τῆς νηστείας, τιμῶντες τὴν τοῦ Κυρίου τράπεζαν, τοῖς δούλοις τοῦ Κυρίου, τὴν δόξαν τὴν πρὸ αἰώνων, τὴν οἰκονομίαν αὐτοῦ τὴν ἐν ὑστέροις καιροῖς· τίς ἦν, καὶ τί γέγονε, πόθεν ἦλθε, D καὶ ἐπὶ ποίῳ λαῷ ἐπεδήμησε, καὶ διὰ τί· ἵνα καὶ ὡς εὐφραινόμενοι καὶ εὐφραίνοντες, τὴν νηστείαν ταύτην διὰ παντὸς ἔχωμεν, τῷ Κυρίῳ τῆς νηστείας δουλεύοντες, πάντοθεν αὐτῷ εὐχαριστοῦντες, καὶ πάντοτε δοξάζοντες, πάντοτε ἀγαπῶντες τὸν ἀγαπήσαντα ἡμᾶς, καὶ προσκυνοῦντες τὸν ἀναδεξάμενον ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἀποθνήσκοντες ὑπὲρ τοῦ ἀποθανόντος, καὶ ἐλπίζοντες τοῦ συνδοξασθῆναι τῷ ἀτιμασθέντι. Τῷ δὲ παναγίῳ Πατρὶ, τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς τῆς παρούσης νηστείας, καὶ μὴ φεισαμένῳ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, διὰ τοῦ ἐλθόντος *τὸν ἀποστείλαντα δόξαν ἀναπέμ- E ψωμεν, ἅμα τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* [Fort. τῷ ἀποστείλαντι.]

De oratione.

Περὶ εὐχῆς.

Venite omnes, fratres, agnoscamus eum qui fecit nos, Dominum nostrum Jesum Christum, bonum illum, clementem, misericordem, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat. Vigilate omnes et estote parati, quia nescitis qua hora Dominus noster venturus sit :
Matth.3.2. venite, audite eum dicentem : *Pœnitentiam agite ; appropinquavit enim regnum cœlorum.* Demum, fratres, quia judicium est in januis, multis lacrymis, multo gemitu, multis precibus est opus; precibus, inquam, non hodie tantum vel crastina die emissis. Precatio namque est omnis boni thesaurus indeficiens, portus procellarum expers, tranquillitatis causa, animæ medela : precatio est psalmodia, sanctificatio animæ et corporis; et in summa, precatio portas cæli aperit, ad Deum adducit omnem hominem, parvum et magnum, divitem et pauperem, eumque qui quotidie toto animo precatur angelis majorem efficit. Sed quodnam est illud frigidum multorum dictum?

Δεῦτε πάντες, ἀδελφοὶ, γνωρίσωμεν τὸν ποιήσαντα ἡμᾶς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον καὶ οἰκτίρμονα, τὸν μὴ θέλοντα τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Οἱ πάντες γρηγορεῖτε καὶ γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ἡμῶν ἔρχεται· F δεῦτε, ἀκούσατε αὐτοῦ λέγοντος· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ἐφ' ὅσον ἐπὶ θύραις ἡ κρίσις ἐστὶ, πολλῶν δακρύων, πολλοῦ ὀδυρμοῦ, πολλῆς εὐχῆς χρεία, εὐχῆς οὐ σήμερον καὶ αὔριον γενομένης. Εὐχὴ γὰρ θησαυρὸς ἀνέκλει- 811 πτος παντὸς ἀγαθοῦ, λιμὴν ἀχείμαστος, γαλήνης A ὑπόθεσις, ψυχῆς ἰατρεῖον· εὐχὴ ψαλμῳδία, ἁγιασμὸς ψυχῆς καὶ σώματος· καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, εὐχὴ πύλας οὐρανοῦ ἀνοίγουσα, Θεῷ προσάγει πάντα ἄνθρωπον μικρόν τε καὶ μέγαν, πλούσιον καὶ πένητα, τὸν ὁλόψυχον καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐχόμενον μείζονα ἀγγέλων ἐργάζεται. Ἀλλὰ τίς ὁ ψυχρὸς τῶν πολλῶν ὁ λόγος; Ἁμαρτωλός εἰμι, φησὶ, καὶ ἀπαῤῥησίαστος, αἰσχύνης γέμων, καὶ οὐ δύναμαι ἀτενίσαι καὶ ἰδεῖν τὸ

ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι πολλὰ ἥμαρτον καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις καὶ κατὰ διάνοιαν, καὶ πᾶσαν ἡμέραν καὶ ὥραν ἐδαπάνησα ἐν ἀσωτίᾳ τὴν ζωήν μου, καὶ ποίῳ προσώπῳ ἢ παῤῥησίᾳ εἰσέλθω εἰς τὴν ἐκκλησίαν; πῶς ἀνοίξω τὸ πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτόν μου στόμα; πῶς τὰ χείλη μου κινήσω, ἢ παρακαλέσω ὑπὲρ ποίων μου πονηρῶν πράξεων πρῶτον τὸν Θεόν; Οὕτως οὖν σατανικὰ ταῦτα τὰ ῥήματα λέγεις; Μάθε, τίνας καλεῖ ὁ Χριστὸς ἐλθὼν ἐπὶ τῆς γῆς, δικαίους, ἢ ἁμαρτωλούς· λέγει γὰρ οὕτως· Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Ἁμαρτωλός εἰμι, φησὶ, καὶ πῶς εἰσέλθω εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἵνα γένωμαι δίκαιος; Καλὰ λέγεις· ὅτι ἀκούω, καὶ οὐ φυλάττω· καὶ τί μοι τὸ ὄφελος; Κἀγὼ πάλιν λέγω σοι· κἂν φυλάττῃς, κἂν οὐ φυλάττῃς, μόνον εἴσελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἄκουε τῶν θείων Γραφῶν, ἄκουε τῆς ἀναγνώσεως. Οἶδα ἀληθῶς, ὅτι ἐὰν εἰσέρχῃ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκούεις τῶν θείων εὐαγγελίων, καὶ τῶν διδασκάλων τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν θείων πατέρων, κἂν λιθίνην καρδίαν ἔχῃς, κἂν θηρίου γνώμην καὶ ἀγριότητα, ὀψέ ποτε καὶ ῥᾳδίως κατανυγῆναι ἔχεις. Ἁμαρτωλὸς εἶ; εἴσελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, [a] πρόπεσον, κλαῦσον, θρήνησον, στέναξον, δάκρυσον. Ἥμαρτες; ἐξομολόγησαι Θεῷ τὰς ἁμαρτίας σου· εἰπὲ μόνον τὸ, ἥμαρτον· εἰπὲ τῷ Θεῷ τῷ εἰδότι πρὶν γενέσεως αὐτοῦ· εἰπὲ τῷ Θεῷ τῷ ἐτάζοντι καρδίας καὶ νεφρούς· εἰπὲ ἐνταῦθα, ἵνα μὴ ἐκεῖ ὑπὸ μυριάδων ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων αἰσχυνόμενος ἐλεγχθῇς. Εἰπέ μοι, τί ἐστι κάλλιον ὧδε ἐν ἐκκλησίᾳ τῷ Θεῷ μόνῳ ἐξομολογήσασθαι καὶ τῷ πνευματικῷ σου πατρὶ, ἢ ἐκεῖ ὑπὸ τοσούτων μυριάδων δημιοσιεύεσθαι; Ἁμαρτωλὸς εἶ; εἰπὲ μόνον, οὐδὲν ἄλλο σε ἀπαιτῶ, μόνον στέναξον. Ποία ἀνάγκη τοῦτο; ποία θλῖψις; ποία χρημάτων δαπάνη; Ποία δυσκολία εἰπεῖν μόνον τὸ, ἥμαρτον; Ἀλλὰ λέγεις, ὅτι αἰσχύνομαι. Ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, ὅτε ἐποίεις τὴν ἁμαρτίαν, οὐκ ᾐσχύνου, καὶ ὅτε μετανοῆσαι καὶ σωθῆναι θέλεις, αἰσχύνῃ; ὅτε περιεπλέκου τὴν πόρνην τὴν πονηρὰν, καὶ πονηρὰν πρᾶξιν ποιῶν, οὐκ ᾐσχύνου, καὶ ἄρτι αἰσχύνῃ; ὅτε ἡμάρτανες, ὅτε ἐπόρνευες καὶ ἐμοίχευες, οὐκ ᾐσχύνου, καὶ ὅταν μετανοήσῃς καὶ θέλῃς σωθῆναι, τότε αἰσχύνῃ; ὅτε ἥρπαζες τὰ ἀλλότρια, ὅτε χήρας ἔθλιβες καὶ κατεφρόνεις πένητας, οὐκ ᾐσχύνου, καὶ ἄρτι αἰσχύνῃ; ὅτε ὤμνυες τὸ φρικτὸν ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐψευδομαρτύρεις, ὅτε ἐπιώρκεις, ὅτε πᾶν κακὸν καὶ πονηρὰ ἔργα, ἃ μισεῖ ὁ Θεὸς, ἔπραττες, οὐκ ᾐσχύνου, καὶ ἄρτι αἰσχύνῃ. Ὢ ποῖον, ἀγαθὲ, Δεσπότην ἔχοντες καὶ ἡμεῖς ἀμελοῦμεν καὶ οὐκ ἐπιστρέφομεν; Ὁ Χριστὸς συμβουλεύει, μὴ κλέψῃς, μὴ πορνεύσῃς, μὴ μοιχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτὸν ἀγάπα· γενοῦ ἥμερος, ἀγαθὸς, ἐλεήμων, μακρόθυμος· γενοῦ ἄμαχος, εἰρηνικὸς, ἵνα καταξιωθῇς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ οὐδείς ἐστιν ὁ συνιὼν, οὐδεὶς ὁ ὑπακούων, οὐδεὶς ὁ προσέχων, ἀλλὰ πάντες ῥαθυμοῦμεν. Συμβουλεύει δὲ ὁ διάβολος τὰ ἐναντία, λέγων· γενοῦ

Peccator sum, sine fiducia, pudore plenus, nec possum respicere altitudinem cæli; quia multum peccavi verbis, operibus et animo, omnemque diem et horam in lascivia transegi in vita mea: quo vultu, qua fiducia intrabo in ecclesiam? quomodo malum impurumque os aperiam? quo- B modo labia movebo, aut orabo? pro quibus malis meis operibus primo Deum precabor? Siccine satanica verba profers? Disce quosnam vocet Christus veniens super terram, justos an peccatores: sic enim dicit: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pænitentiam.* (Matth. 9. 13.) Peccator sum, inquit, et quomodo intrabo in ecclesiam, et justus fiam? Optime dicis: audio, et non observo; ecqua mihi hinc utilitas? Et ego iterum dico tibi: Etsi observes, etsi non observes, tantum intra in ecclesiam, audi divinas Scripturas, audi lectionem. Vere scio, quod si intres in ecclesiam, et audias divina Evangelia, doctores apostolos et sanC ctos patres, etiamsi cor lapideum habeas, ferinumque animum, sero tandem facileque compungeris. Peccator es? intra in ecclesiam, procumbe, plora, luge, ingemisce, lacrymare. Peccasti? confitere Deo peccata tua: dic tantum illud, Peccavi; dic Deo, qui omnia novit antequam fiant; dic Deo, qui scrutatur corda et renes; hic dicito, ne illic coram millibus angelis et hominibus cum pudore redarguaris. Dic mihi, quid melius est, hic in ecclesia soli Deo confiteri et patri spirituali, aut illic ante tot millia publice redargui? Peccator es? id solum dicito, nihil aliud a te exigo: ingemisce tantum. Quæ necessitas hæc est? quæ tribulatio? quis sumtus? quæ difficultas est tantum dicere, D Peccavi? Sed dicis, Me pudet. Miser et miserabilis, cum peccatum faceres non te puduit, et cum pœnitentia agenda est ad salutem, te pudet? cum meretricem improbam complexus es, et malum opus fecisti, non te puduit, et nunc te pudet? cum peccabas, cum fornicabaris et adulterabas, non te puduit, et cum pœnitere et salutem consequi vis, tunc te pudet? cum rapiebas aliena, cum viduas opprimebas, et pauperes despiciebas, non te pudebat, et nunc te pudet? cum jurabas per nomen Dei tremendum, cum falsum testimonium dicebas cum pejerabas, cum omne malum, et omnia prava opera quæ Deus odit, perpetrabas, non te pudebat, et nunc te pudet? O qualem, vir bone, Dominum E habentes, negligimus, et non convertimur? Christus monet, Ne fureris, ne fornicceris, ne adulteres, ne occidas, ne falsum testimonium dicas; honora patrem tuum et matrem tuam, dilige proximum tuum sicut teipsum; sis mitis, bonus, misericors, patiens, sis sine rixa, pacificus, ut dignus sis regno cœlorum; et nemo est qui intelligat, nemo qui obediat, nemo qui attendat. Contraria suadet diabolus dicens, Esto mœchus, occide, pejera, furare, esto inhumanus, blasphemus, immisericors,

[a] | Fort. [illegible]]

durus, corruptor; sis avarus, hominum osor, imo Dei osor; esto versipellis, injustus, divitiarum cupidus; esto rapax, maledicus, fabulator, conviciator, perjurus: et scimus quot sint qui hæc omnia faciant ipsi obediendo: quia sicut servi F
vincti manibus et pedibus, ita currimus et natura subjecti sumus. Ecce nos totam juventutem nostram cum dæmonibus insumsimus: ecce senuimus, et peccatis sumus assueti. Bonum facere non possumus, ut regnum cælorum consequamur: diabolus vero offert ignem et supplicium æternum, et nos ad illum currimus. Quid tibi faciemus, o 812
A homo? quid vis? quid desideras? an esse cum Christo, an esse cum dæmonibus? Vis esse cum Christo? tandem deliciis et voluptatibus finem impone, nec non fornicationi, furto, ebrietati: finem fac rapiendi aliena, finem fac irridendi, mentiendi, te exaltandi. Nemo te decipiat: nemo quippe ex iis, qui tales sunt, intrabit in regnum cælorum. Si vero desideras esse cum dæmonibus, si cupis in gehennam ignis intrare, fac ut vis, quam cupis vitam ducas, nemo prohibebit: delige tibi mundum, turpes ejus concupiscentias, fornicationem, adulterium, ebrietatem, intemperantiam, omnem diabolicam voluptatem, nemo impedit. Tibi enim evangelia non persuadent, lex non te reddit temperantiorem, prophetæ non erudiunt, apostoli tibi non pudorem inducunt, patrum mo- B
nita non te juvant, fratrum consortium non avertit: impudens omnino factus es, facies meretricis facta est tibi. Demum accipe bona tua in vita tua: illic vero neque salutem, neque hereditatem in futura Christi die exspectes. Nam hora tibi deficit, quando nudus et desertus adstabis tribunali Christi, angelis et hominibus spectaculum factus. Illic apparebis qualis es: illic redarguetur omnis iniquitas tua: Deus non irridetur: et tunc audies
Matth. 22. 13. tristem illam vocem: *Ligate ejus manus et pedes, et ejicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium.* Quis demum talem hominem non lugebit? quis non deplorabit eum, C
qui ob temporaneam voluptatem æternum torquebitur? Nolite errare, Deus non irridetur: scriptum
1. Cor. 6. 9. 10 est: *Neque meretrices, neque conviciatores, neque avari, neque ebriosi, neque iniqui, neque molles, neque masculorum concubitores, neque idololatræ, neque blasphemi, neque pecuniæ amantes,* neque quis similis *habet hereditatem in regno cælorum.* Hæc omnia cogitantes, fratres, a talibus malis actibus abstineamus, et ex toto animo pœnitentiam agere ne differamus, ut effugiamus a futura ira, et cælestia æternaque bona obtineamus: quæ nos omnes assequi contingat gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

μοιχὸς, φόνευσον, ἐπιόρκησον, κλέψον, γενοῦ ἀπάνθρωπος, βλάσφημος, ἀνελεήμων, ἄσπλαγχνος, φθορεύς· γενοῦ φιλάργυρος, μισάνθρωπος, μᾶλλον δὲ μισόθεος· γενοῦ πανοῦργος, ἀδικητὴς, πλεονέκτης· γενοῦ ἅρπαξ, κατάλαλος, μυθολόγος, λοίδορος, ἐπίορκος. Καὶ οἴδαμεν ὅσοι τὰ τοιαῦτα πράττοντες ὑπακούομεν· ὅτι ὥσπερ δοῦλοι δεδεμένοι χεῖρας καὶ πόδας, οὕτω τρέχομεν καὶ ὑποτασσόμεθα τὴν φύσιν. Ἰδοὺ ἡμεῖς πᾶσαν τὴν νεότητα ἡμῶν μετὰ δαιμόνων ἀνηλώσαμεν· ἰδοὺ ἐγηράσαμεν, καὶ συνειθίσαμεν ἐν ἁμαρτίαις. Τὸ ἀγαθὸν πρᾶξαι μὲν οὐ δυνάμεθα, ὅπως τύχωμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ὁ δὲ διάβολος προξενεῖ τὸ πῦρ καὶ τὴν κόλασιν αἰώνιον, καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸν διάβολον τρέχομεν. Τί σοι ποιήσομεν, ἄνθρωπε; τί θέλεις; τί ἐπιθυμεῖς; τὸ εἶναι μετὰ τοῦ Χριστοῦ, ἢ τὸ εἶναι μετὰ τῶν δαιμόνων; Ἐπιθυμεῖς εἶναι μετὰ τοῦ Χριστοῦ; κἂν τοῦ λοιποῦ παῦσαι τοῦ τρυφᾷν, παῦσαι τοῦ σπαταλᾷν, παῦσαι τοῦ πορνεύειν, παῦσαι τοῦ κλέπτειν, παῦσαι τοῦ μεθύσασθαι, παῦσαι τοῦ ἁρπάζειν τὰ ἀλλότρια, παῦσαι τοῦ καταγελᾷν, τοῦ ψεύδεσθαι, τοῦ μετεωρίζεσθαι. Μηδείς σε ἀπατάτω· οὐδεὶς γὰρ τῶν τοιούτων εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Εἰ δὲ ἐπιθυμεῖς τοῦ εἶναι μετὰ τῶν δαιμόνων, εἰ τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς εἰσελθεῖν, κἂν πράττῃς ὡς θέλεις, πολιτεύου ὡς βούλῃ, ὁ κωλύων οὐδείς· ἀπόλαβε τὸν κόσμον, καὶ τὰς αἰσχρὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ, τὴν πορνείαν, μοιχείαν, μέθην, ἀκρασίαν, καὶ πᾶσαν ἡδονὴν δαιμονικήν· ὁ ἐμποδίζων οὐδείς. Σὲ γὰρ εὐαγγέλια οὐ πείθει, νόμος οὐ σωφρονίζει, προφῆται οὐκ ἐπισκήπτουσιν, ἀπόστολοι οὐ δυσωποῦσι, πατέρων νουθεσίαι οὐκ ὠφελοῦσι, συνοδία ἀδελφῶν οὐκ ἀποτρέπει· ἀπανησχύντησας πάντως, ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι. Λοιπὸν ἀπόλαβε τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου· ἐκεῖ μὲν οὖν μηδὲ σωτηρίαν, μηδὲ κληρομίαν ἐν τῇ μελλούσῃ τοῦ Χριστοῦ ἡμέρᾳ μὴ προσδόκησον. Ἐκφεύξεταί σοι γὰρ τότε ἡ ὥρα, ὅταν γυμνὸς καὶ τετραχηλισμένος παραστήσῃ τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων θεατριζόμενος. Ἐκεῖ φανήσῃ, οἷος εἶ· ἐκεῖ ἐλεγχθήσεταί σου πᾶσα ἡ ἀδικία· ὁ Θεὸς οὐ χλευάζεται· καὶ τότε ἀκούσεις τῆς ὀδυνηρᾶς ἐκείνης φωνῆς· Δήσατε αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ πόδας, καὶ ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Τίς λοιπὸν οὐ θρηνήσει τὸν τοιοῦτον; τίς οὐ κλαύσει τὸν διὰ τὴν ἀπόλαυσιν πρόσκαιρον αἰωνίως βασανιζόμενον; Μὴ πλανᾶσθε; Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται· γέγραπται γὰρ, ὅτι Οὔτε πόρναι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε λοίδοροι, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὔτε ἄδικοι, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε βλάσφημοι, οὔτε φιλάργυροι, οὔτε τις τῶν τοιούτων ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ταῦτα πάντα ἐννοοῦντες, ἀδελφοὶ, τῶν τοιούτων πονηρῶν πράξεων ἀπεχώμεθα, καὶ ἐξ ὅλων τῶν ψυχῶν μετανοῆσαι μὴ βραδύνωμεν, ἵνα καὶ φύγωμεν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς, καὶ τῶν οὐρανίων
D καὶ αἰωνίων ἀγαθῶν ἐφικώμεθα· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν.

Αἱ τῶν νηπίων φιλότεκνοι μητέρες, μέχρι δ' ἂν (E) πρὸς μείζονα ἡλικίαν καὶ δυνατωτέραν οἱ νήπιοι αὐξηθῶσι, τὰς γαλακτοτρόφους πηγὰς τῶν μαζῶν προΐσχουσαι τοῖς φιλτάτοις, τὴν ἀκάματον τροφὴν τοῦ γάλακτος ὑφέλκειν αὐτοὺς κολακεύουσιν· ἐπειδὰν δὲ πρὸς μείζονα ἡλικίαν καὶ αἴσθησιν ἔλθωσιν, ὡς καὶ ὀδοῦσι λοιπὸν τὰ τρυφερὰ τῶν βρωμάτων λεαίνειν, πρότερον αἱ μητέρες τὸ σκληρὸν τοῦ ἄρτου συντρίψασαι, ἁπαλὴν καὶ τρυφερὰν, δίκην μυελοῦ, τὴν τροφὴν ἑτοιμάσασαι τῷ στόματι αὐτῶν ἐνοικίζουσι. Τοιοῦτοί εἰσιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι. Τοῖς γὰρ ἐπὶ τὴν ἕξιν τῆς φρονήσεως νηπιάζουσιν, οὐ δυσνόητα αὐτοῖς καὶ δυσδιάκριτα νοήματα προσβάλλουσιν, ἀλλὰ, τρόπον μητέρων, τὴν θηλὴν τῆς διανοίας αὐτοῖς προσχαλάσαντες, τὸ ἄδολον τοῦ λόγου γάλα πραεῖ νεύματι (F) ὑφέλκειν αὐτοὺς παρακαλοῦσιν. Εἶτα, ὁπόταν πρὸς μείζονα νοημάτων κατάληψιν οἱ νήπιοι αὐξηθῶσι τῇ φρονήσει, μειζόνων αὐτοῖς μυστηρίων ἀποκαλύπτειν εἰώθασι νοήματα. Τοῦτο καὶ Παῦλος ἐποίει· νηπίοις γὰρ τυγχάνουσι γράφων ἔλεγε· Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα. Τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ Κύριος ἡμῶν εἰσέτι καὶ νῦν ποιεῖ· πρὸς γὰρ τὸ μέτρον τῆς ἕξεως τῶν ἀκουόντων τὴν τῶν εὐαγγελικῶν νοημάτων γραφὴν συσταθμη- (813) σάμενος, (A) ἐν ταῖς προλαβούσαις ἡμέραις, καθάπερ νηπίοις, ἁπαλὴν καὶ εὔλυτον τὴν τροφὴν τοῦ λόγου ἡμῖν παρέσχετο· νυνὶ δὲ τὸν νοῦν τῆς φρονήσεως ἡμῶν αὐξηθέντα σκοπήσας, μειζόνων ἡμᾶς συγχωρεῖ ἀπολαύειν διδαγμάτων. Τί γάρ φησι; Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. Ἀλλ' οἱ μὲν νήπιοι ταῖς φρεσὶν οἴονται ἐληλυθέναι τὸν Κύριον ἐπὶ τὸ πυρὶ τὰ πάντα ἀναλῶσαι, καὶ μαχαίρᾳ τοὺς πάντας κατασφάξαι. Ἀλλὰ δεῦρο, καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ τοῖς νηπίοις νοήσαντες, τὰ τοῦ Κυρίου ῥήματα πρὸς τὸν Κύριον διαλεχθῶμεν, ἵνα τοῦ Κυρίου ῥήματα τοῖς νηπίοις διαπορθμεύσωμεν. Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Πῦρ ἦλθες βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, Κύριε, καὶ οὐκ ἦλθες βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; Ἁμαρτία ἡμῶν κατηγωνίσατο, θάνατος ἡμῶν ἐκυρίευσε, γέεννα πυρὸς ἡμῖν ἠπείληται, τῶν (B) ἐναγῶν δαιμόνων στρατόπεδον κατηγωνίσατο ἡμῶν, καί σε ἀρωγὸν παρὰ τῶν προφητῶν ἀκούοντες ἐξεδεχόμεθα· καὶ ἐλθὼν λέγεις, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; Τρόπαιον παρ' ἡμῖν οὐχ ὑπῆρχε πίστεως, τῇ τοῦ διαβόλου παρατάξει οὐκ ἰσχύομεν[a]· ὅπλον γὰρ ἡμῖν οὐχ ὑπῆρχε πίστεως· τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν ἔτι ὄντα τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐκδύσας ὁ διάβολος ἐγύμνωσε. Διὸ ἕκαστος ἡμῶν γυμνὸς βοηθείας ὑπάρχων πρὸς σὲ βοᾷ λέγων· Δίκασον, Κύριε, τοὺς ἀδικοῦντάς με, πολέμησον τοὺς

Ignem veni mittere in terram; *et*, Non veni pacem mittere, sed gladium. *Luc.* 12 49. *Matth.* 10 34.

Matres prolis amantes, donec infantes ad majorem ætatem perveniant, lactis fontes quos sugant illis aperiunt, ac perenni hoc alimento illos demulcent; cum autem ad majorem ætatem et sensum pervenerint, ita ut dentibus delicatiores cibos mandere possint, primo panem duriorem contritum, et instar medullæ tenerum in os eorum inducunt. Tales sunt Ecclesiæ doctores. Illis enim qui sensu quasi infantes sunt, difficiles sententias non apponunt, sed matrum instar, mammam intelligentiæ demittentes, simplicia verba, quæ sugant, proferunt; deinde cum majore intelligentia præditi sunt, majora ipsis sententiarum mysteria revelant. Hoc et Paulus faciebat: iis enim qui adhuc infantes erant, dicebat: *Lac vobis potum dedi, non escam.* (1. *Cor.* 3 2.) Eodem quoque modo etiam hodie Dominus noster se gerit: nam secundum captum audientium evangelicos sensus temperans, præteritis diebus, ceu infantibus, teneram et captu facilem escam verbi nobis protulit: nunc vero sensu auctos videns, fortiore frui doctrina concedit. Quid enim dicit? *Ignem veni mittere in terram;* et, *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Sed qui mente infantes sunt, putant venisse Dominum, ut omnia igne consumat, et gladio omnes trucidet. Sed age et nos, eadem quæ infantes sentientes, ipsis Domini verbis cum Domino colloquamur, ut Domini dicta infantibus tradamus. *Ignem veni mittere in terram.* Ignem venisti mittere in terram, Domine, et non venisti pacem mittere, sed gladium? Peccatum nos oppugnavit, mors nobis dominata est, gehennam nobis comminatus es; scelestorum dæmonum exercitus nobis bellum inferebat, et te auxiliatorem a prophetis moniti exspectabamus; et postquam venisti, dicis, *Ignem veni mittere in terram*, et, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Tropæum nobis fidei non aderat, diaboli aciem depellere non valebamus; fidei namque telum non aderat nobis: thorace justitiæ nostræ diabolus Adamum in paradiso nudaverat; ideo singuli nostrum auxilio nudati ad te clamabant: *Judica, Domine, nocentes me, impugnantes me: apprehende arma et scutum, et exsurge in adjutorium mihi: effunde frameam, et conclude adversus eos qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum;* (*Psal.* 34. 1.—3.) et in auxilium nostrum veniens dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Et ubi est sanctorum supplicatio, pro pace ad te emissa: nempe, Domine Deus noster pacem da nobis?

[a] [Supplendum censet Savil. ἀντιστῆναι.]

Omnia enim dedisti nobis. Pacem petiimus, tranquillitate opus habebamus, bellum nolebamus, horrebamus; et tu veniens dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Gravem ille scelestorum dæmonum exercitum contra nos armavit; nos omnes peccati gladio ancipiti trucidans, in infernum dejiciebat. Ideo misericordiam a te postulamus, omnis sanctorum chorus te invocabat
Psal. 79. 2. 3. dicens : *Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim manifestare : excita potentiam tuam, et veni ut salvos facias nos.* Dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* et ubi tua promissio qua
Isai. 66. 12. dicebas : *Ecce declinabo in illos quasi fluvium pacis, et quasi torrens, inundans gloriam gentium?* et ubi prædictio sanctorum patrum dicentium, *Ecce veniet Dominus, et conteret bellum?* Contrito bello, pacem et opem exspectabamus; et postquam venisti dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Prophetas et patriarchas ante misisti, armis justitiæ ipsos induisti, ut in diaboli pugna obsisterent, et contrito bello pacem mundo darent; ut eorum unus gratias agens di-
Psal. 143. 1. cebat : *Benedictus Dominus qui docet manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum :* et hi victi terga dederunt, ad te clamantes, te ad-
Ib. v. 5. jutorem vocantes, dicentes, *Domine, inclina cælos tuos et descende;* et postquam cælos inclinasti ac descendisti, ut genus hominum in pace servares, dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Cur beatos prædicas pacificos, quoniam filii Dei vocabuntur? cur qui doces alios paci studendum esse, de teipso dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Propter peccata nostra inimicus noster factus est Dominus. Mediatore egebamus, qui solveret inimicitiam inter nos, qui pacem et mansuetudinem celebraret. Et pater noster Job circa mediatorem precabatur dicens :
Job. 9. 33 *Utinam esset mediator noster qui argueret :* et tu qui venisti ut mediator esses, et solveres inimicitiam, contraria dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Et in quo demum pacis spem ponemus? Etiam, certe ignem veni mittere in terram pedibus vestris calcatam. Quia diabolus in cordibus hominum spinas et tribulos peccatorum seminavit, ignem veni mittere in terram, ut spinas delerem. Ideo ignem veni mittere in terram, et volo ut accendatur, ut terram meam purgem. Oportet me acerba et noxia diaboli germina igne consumere, ut anima purgata, cæleste semen irrigem. Ideo ignem veni mittere in terram. Cum initio hominem ex terra formavi, divini ignis scintillam in medio cordis ejus posui, ut per ignem Dei amorem ip e servaret. Quia igitur hanc divini ignis scintillam ardentem ejicere impossibile erat, ut pulchrum illum habeant Spiritus sancti fervorem (impietatis enim frigore hominum animas exstinxit diabolus), oportet me ignem mittere in terram, ut soluta illa a diabolo in animas inducta hieme incredulitatis, serenam et tranquil-

πολεμοῦντάς με· ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειάν μου· ἔκχεον ῥομφαίαν, καὶ σύγκλεισον ἐξ ἐναντίας τῶν καταδιωκόντων με·
C εἰπὸν τῇ ψυχῇ μου, σωτηρία σου ἐγώ εἰμι· καὶ ἐλθὼν πρὸς βοήθειαν ἡμῶν λέγεις, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; Καὶ ποῦ ἡ τῶν ἁγίων ἱκεσία ἡ περὶ εἰρήνης πρὸς σὲ γεγενημένη, τὸ, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν. Πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. Εἰρήνην ἱκετεύσαμεν, γαλήνης ἐδεήθημεν, πόλεμον οὐκ ἠθελήσαμεν, μάχαιραν ἀπειπάμεθα· καὶ ἐλθὼν λέγεις, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; Δεινὸν αὐτοῦ τὸ καθ' ἡμῶν στρατόπεδον τῶν ἐναγῶν δαιμόνων ἐξώπλισε· πάντας ἡμᾶς τῇ διστόμῳ ῥομφαίᾳ τῆς ἁμαρτίας κατασφάξας, εἰς ᾅδην κατηκόντισε. Διὰ τοῦτο οἶκτον παρὰ σοῦ αἰτοῦμεν· ὁ πᾶς ἁγίων χορὸς πρὸς σὲ ἀνεφθέγγετο λέγων· Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ πρόσχες, ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον
D τὸν Ἰωσὴφ, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, ἐμφάνηθι, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Λέγεις, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; καὶ ποῦ ἡ σὴ ἐπαγγελία ἡ λέγουσα· Ἰδοὺ ἐκκλίνω εἰς αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης, καὶ ὡς χειμάῤῥους ἐπικλύζων δόξαν ἐθνῶν; ἢ ποῦ ἡ πρόῤῥησις τῶν ἁγίων πατέρων ἡ λέγουσα, Ἰδοὺ ἐξέρχεται Κύριος, καὶ συντρίψει πόλεμον; Συντριβέντος δὲ τοῦ πολέμου, εἰρήνην καὶ βοήθειαν ἐξεδεχόμεθα· καὶ ἐλθὼν λέγεις, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; Προφήτας προαπέστειλας, πατριάρχας προέπεμψας, ὅπλοις δικαιοσύνης αὐτοὺς ἐθώρηξας πρὸς τὸ ἀντιστῆναι τῇ μάχῃ τοῦ διαβόλου, καὶ συντρίψαντας
E τὸν πόλεμον εἰρήνην τῷ κόσμῳ βραβεῦσαι, ὡς εἷς αὐτῶν εὐχαριστῶν ἔλεγεν· Εὐλογητὸς Κύριος ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν, τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον· καὶ οὗτοι ἡττηθέντες νῶτα δεδώκασι, πρὸς σὲ βοῶντες, σὲ καλοῦντες βοηθὸν, λέγοντες· Κύριε, κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι· καὶ κλίνας οὐρανοὺς, καὶ καταβὰς ἐπὶ τὸ σῶσαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἐν εἰρήνῃ, λέγεις, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; Τί δὲ μακαρίζεις τοὺς εἰρηνοποιοὺς, ὅτι υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται; Τί οὖν ὁ διδάσκων ἄλλους εἰρηνοποιεῖν, τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ, Οὐκ' ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; Διὰ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν ἐχθρὸς ἡμῶν γέγονεν
F ὁ Κύριος· μεσίτου ἐδεόμεθα τοῦ λύοντος μὲν τὴν μεταξὺ ἡμῶν ἔχθραν, εἰρήνην δὲ γλυκεῖαν βραβεύοντος. Καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰὼβ περὶ τοῦ μεσίτου ηὔχετο λέγων· Εἴθε ἦν ὁ μεσίτης ἡμῶν καὶ ἐλέγχων· καὶ ἐλθὼν μεσιτεῦσαι καὶ λῦσαι τὴν ἔχθραν, τὰ ἐναντία λέγεις, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν;
814 A Καὶ ἐν τίνι λοιπὸν τὴν ἐλπίδα τῆς εἰρήνης ἐκδεξόμεθα; Ἀλλὰ ναὶ, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, τὴν ὑφ' ὑμετέροις ποσὶ πατουμένην. Ἐπειδήπερ ὁ διάβολος ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων καρδίαις ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἐνέσπειρεν ἁμαρτιῶν, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, τὴν τῶν ἀκανθῶν ἀνάλωσιν. Διὰ τοῦτο πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη, καθαρίσαι τὴν ἐμὴν γῆν. Δεῖ με τὰ τοῦ διαβόλου πικροφόρα καὶ βλαβοποιὰ βλαστήματα πυρὶ ἐξαναλῶσαι, ἵνα καθαρᾷ τῇ ψυχῇ τὸν οὐράνιον σπόρον ἐνράνω. Διὰ τοῦτο πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Πλάσας ἐξ ἀρ-

χῆς τὸν ἄνθρωπον ἐκ γῆς, σπινθῆρα θεῖον πυρὸς ἐν μέσῃ αὐτοῦ τῇ καρδίᾳ ᾤκισα, πρὸς τὸ διὰ πυρὸς ἔχεσθαι αὐτὸν τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης. Ἐπεὶ οὖν τοῦτον τὸν θεῖον σπινθῆρα τοῦ πυρὸς καὶ ταύτην τὴν θέρμην B ἐκβαλεῖν ἦν ἀδύνατον, ἵνα * καλλιφερὲς ἔχωσι τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔξαψιν (κρυμῷ γὰρ ἀσεβείας τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐνέκρωσεν ὁ διάβολος), δεῖ με πῦρ βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν· ἵνα ἐκλύσας καὶ χαυνώσας τὸν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐπιγεγενημένον ταῖς ψυχαῖς χειμῶνα τῆς ἀπιστίας, εὔδιον καὶ γαληνιῶσαν τὴν φρένα καταστήσας, ἀναθάλλειν καὶ χλοηφορεῖν αὐτὴν ποιήσω.

Εἰσέρχεται οὖν εἰς τὴν μάνδραν αὐτοῦ, καλύπτων τὸν ποιμένα ἐν τῷ ἀρνίῳ τοῦ σώματος, οὐ βακτηρίαν ἐπιφερόμενος, οὐ ῥάβδον ἀπειλοῦσαν τὴν προτέραν πλάνην, ἵνα μὴ δειλιᾶσαν καὶ πτοηθὲν τὸ πρόβατον πάλιν ἀποδράσῃ τοῦ ἰδίου ποιμένος. Ἀλλ' εἰσέρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου, οὐχ ὡς Θεὸς, οὐχ ὡς βασιλεὺς, οὐχ ὡς ἥλιος δικαιοσύνης, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος C πρὸς ἄνθρωπον, ὡς ἀρνίον πρὸς ἀρνίον, συνδιαιτᾶται αὐτῷ, συννέμεται, συγχλοάζεται, εἰσέρχεται, συναναπίπτει τῷ ἤδη πεπτωκότι ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα ἐν τῷ συναναπεσεῖν, τὸν ἤδη πεπτωκότα ἑαυτῷ συνεγείρῃ. Καὶ εἰσελθὼν οὐκ ἐβαπτίσθη κατὰ τὸ ἦθος τῶν Φαρισαίων. Τοῦτο δὲ ἐποίει κατὰ δύο τρόπους, ἵνα δώσῃ τῷ προβάτῳ ἀφορμὴν λαλεῖν πρὸς τὸν ποιμένα, ἔτι δὲ καὶ δόγμα Ἰουδαϊκὸν καταλῦσαι [a], καὶ βεβαιῶσαι πνευματικόν· Εἶδε γὰρ, φησὶν, ὁ Φαρισαῖος, καὶ ἐθαύμασεν, ὅτι οὐ πρότερον ἐβαπτίσθη. Ἐθαύμασεν, οὐκ ἐπαινῶν τὸν διδάσκαλον, ἀλλ' ἀπορῶν τὸ γινόμενον· οὐκ ἐπαινῶν, ἀλλὰ κρίνων. Καὶ ἦν ἰδεῖν, ἀγαπητοὶ, τὸν ζωοπλάστην ὑπὸ τοῦ πλάσματος κρινόμενον, καὶ τὸν κεραμέα ὑπὸ τοῦ πηλοῦ διορθούμενον. D Τοῦτο δὲ ἔφασκεν ὁ Φαρισαῖος, μὴ θεωρῶν τοῖς κρυπτοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς καρδίας τὸν ἔνδοθεν τῶν ἀγγέλων ταξίαρχον καὶ τῶν Σεραφὶμ καὶ Χερουβίμ. Εἰ γὰρ ἐθεάσατο τοῦτον, προσέπεσεν ἂν αὐτοῦ τοῖς γόνασι, καὶ τοῖς δάκρυσιν αὐτοῦ ἔπλυνε τοὺς πόδας, καὶ ἔλεγεν· Ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· ἔλεγε γὰρ ἂν, σὺ εἶ ὁ ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα εἰς τὸ εἶναι παραγαγών· τῷ σῷ λόγῳ οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματός σου πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· συνάγων ὡσεὶ ἀσκὸν ὕδατα θαλάσσης· σὺ τιθεὶς ἐν τοῖς θησαυροῖς ἀβύσσους· ἀπὸ σοῦ φοβεῖται πᾶσα ἡ γῆ· ἀπὸ σοῦ σαλεύεται ἡ σύμπασα οἰκουμένη. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων οὔτε ἐννοήσας, οὔτε εἰρηκὼς, ἔκρινε τὸν διδάσκαλον. Ὁ δὲ Κύριος πρόφασιν δεδωκὼς, ὥσπερ κἀκείνῃ E τῇ Σαμαρείτιδι ἐκ τοῦ αἰτῆσαι αὐτὸν παρ' αὐτῆς ὕδωρ, ἔδωκεν αὐτῇ καιρὸν τοῦ αἰτῆσαι παρ' αὐτοῦ τὸ αἰώνιον ὕδωρ· ἄρχεται οὖν ὁ Κύριος ἠρέμα ἐπιστρέφειν τὸ πρόβατον, καὶ ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὸ χειραγωγεῖν. Ἄρτι γὰρ ὑμεῖς Φαρισαῖοι, τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος πλύνετε, τὸ δὲ ἔσωθεν γέμει ἁρπαγῆς καὶ δόλου. Τουτέστιν, ὑμεῖς νῦν τὸ σῶμα καλλωπίζετε, τὰς δὲ ψυχὰς κακίζετε. Πῶς δὲ καὶ τέρψει χρυσοῦν ἐὰν ᾖ τὸ ποτήριον, ὅταν ἔνδοθεν ἔχῃ θανατηφόρον πότον; Οὐχὶ τοιαῦται αἱ

* [Fort. καλλιφεγγῆ.]

lam mentem constituens, floridam illam germinantemque reddam.

Intrat igitur in ovile suum, occultans pastorem in agno corporis, non baculum ferens, non virgam minantem ob primum errorem, ne formidolosa ovis rursum aufugeret a pastore suo. Sed ingreditur in domum Pharisæi, non ut Deus, non ut Rex, non ut Sol justitiæ; sed ut homo ad hominem, ut agnus ad agnum; cum illo versatur, pascitur, herbam carpit; ingreditur una, cadit cum eo qui jam ceciderat in peccatum, ut una cadendo lapsum secum erigeret. Et ingressus non baptizatus est more Pharisæorum. Hoc vero faciebat duabus de causis, ut daret ovi occasionem alloquendi pastorem, utque Judæorum dogma solveret, et spirituale dogma firmaret: *Vidit* enim, inquit, Pharisæus, *et miratus est quod non prius baptizaretur.* Miratus est, non laudans Magistrum, sed de re facta dubitans; non laudans, sed judicans. Et videre erat, dilecti, conditorem a re condita judicari, et figulum a luto corrigi. Illud vero dicebat Pharisæus, non videns arcanis cordis oculis eum qui intus latebat angelorum principem, et Seraphinorum Cherubinorumque. Si enim hunc vidisset, ad ejus genua procubuisset, et lacrymis pedes ejus lavisset, dixissetque: *Propitius esto mihi peccatori:* dixit forte: Tu es qui ex nihilo omnia produxisti: verbo tuo cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum: congregans ut utrem aquas maris, ponens in thesauris abyssos: a facie tua formidat omnis terra, a te concutitur totus orbis. Sed horum nihil vel cogitans vel dicens, Magistrum judicavit. Dominus vero occasionem præbens, sicut Samaritanæ illi aquam petendo, occasionem dedit petendi ab ipso æternam aquam: incipit ergo Dominus sensim ovem convertere, et ab errore ad veritatem reducere. *Nunc vos, Pharisæi, quod deforis est calicis et catini mundatis, quod autem intus est, plenum est rapina et dolo.* Id est, Vos nunc corpus decoratis, et animas malo afficitis. Quomodo delectabit vas aureum, si intus habeat mortiferum potum? Nonne tales sunt meretrices? quæ vultus fuco exornant, animas vero perdunt. Annon illæ quæ facies suas rubro colore depingunt, imaginem ejus quæ ipsas invasura est flammæ propriis digitis concinnant; cum oporte-

Luc. 11. 38.
Ib. v. 39.

[a] [Deesse βουλόμενος, suspicatur Savil.]

ret eas corda sua Jesu sanguine irrigare, et animas spiritu candidas reddere, ut flos animæ fulgens, ut rosa lilio mixta esset? Nunc vero facies suas abstergunt, ut juvenum corda in insaniam trahant. *Nunc vos, Pharisæi, quod deforis est calicis et catini mundatis, quod autem intus est in vobis, plenum est rapina et iniquitate.* Joannes dicebat: Cur corpus aqua abluitis, peccata vero spiritu non lavatis? Audeo dicere, fratres, nihil juvabit hominem si et corpus et spiritum abluat, nisi habeat cooperantem et sociam eleemosynam. Sicut enim calix foris et intus ablutus, nisi potum habeat, sitientis cupiditatem non sedat; similiter et poculum lotum intus et foris non nutriet esurientem, nisi intus cibos habeat: sic et homo, licet intus et foris sit ablutus, non nutriet Dominum, nisi nutriat conservum. Qua-
Luc. 11. 41. propter adjicit Dominus: *Verumtamen quod superest, date eleemosynam, et ecce omnia munda erunt vobis. Verumtamen quod superest*, dicit. Non enim tantum multi auri munere delectatur, quantum oblatione nec simulata nec dolosa. Ne clames itaque qui pauper es, te non habere auri et argenti tot millia: injice in gazophylacium id quod habes; vel duo minuta justificant: recordare viduæ illius, quæ justificata est præ illis qui multum auri offerebant. Deus non pecunias solet appendere, sed conscientiam explorat. Eleemosyna mœchorum maculas abstergit, et bonam mercedem in thesauro reponit: eleemosyna animas candidas et hilares reddit. O eleemosyna animas vivificans, administra animæ, bona militia! Projicite aurum, et accipite Christum: date argentum, et accipite Spiritum sanctum: æs spargite, et cum illo egredietur virus peccati; ut rorem fundite misericordiam, et exstinguite fornacem: et date vestimenta ut accipiatis remedia, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

πόρναι; τὰς ὄψεις ἑαυτῶν τοῖς χρώμασιν ἀνθίζουσαι, τὰς ψυχὰς ἀφανίζουσιν. Ἢ γὰρ οὐχὶ τὰς ὄψεις ἑαυτῶν τῷ φοίνικι ἐρυθραίνουσαι, εἴδωλον τῆς μελλούσης αὐτὰς διαδέχεσθαι φλογὸς οἰκείοις δακτύλοις ἐργάζονται, Γ δέον αὐτὰς τῷ αἵματι Ἰησοῦ τὰς καρδίας ῥαντίζειν, καὶ τῷ πνεύματι τὰς ψυχὰς ἐκλευκαίνειν, ἵνα τὸ ἄνθος τῆς ψυχῆς ἀστράπτον, καθάπερ ῥόδον ἐν κρίνῳ μεμιγμένον ὑπάρχῃ; Νῦν δὲ τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐκσπογγίζουσιν, ἵνα τὰς τῶν νέων καρδίας εἰς μανίαν ἑλκύσωσι. Νῦν ὑμεῖς οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου
815 καὶ τοῦ πίνακος πλύνετε, τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει
A ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας. Ὁ Ἰωάννης ἔλεγε· διὰ τί τὸ μὲν σῶμα ὕδατι λούετε, τὰ δὲ πταίσματα τῷ πνεύματι οὐ λούετε; Τολμῶ γὰρ εἰπεῖν, ἀγαπητὲ, οὐδὲν ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, κἂν τὸ σῶμα πλύνῃ καὶ τὸ πνεῦμα, ἐὰν μὴ ἔχῃ συνεργὸν καὶ σύνδρομον τὴν ἐλεημοσύνην. Ὥσπερ δὲ ποτήριον ἔξωθεν καὶ ἔνδοθεν πλυθὲν, μὴ ἔχον δὲ ποτὸν, οὐκ ἂν ἰάσηται τοῦ διψῶντος τὴν ἐπιθυμίαν, ὁμοίως δὲ καὶ πινάκιον πλυθὲν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν οὐ θρέψει τὸν πεινῶντα, ἐὰν μὴ ἔχῃ ἔνδοθεν βρώματα· οὕτω καὶ ἄνθρωπος, κἂν ἔσωθεν ᾖ πεπλυμένος καὶ ἔξωθεν, οὐ θρέψει τὸν Κύριον, ἐὰν μὴ θρέψῃ τὸν σύνδουλον. Διὸ ἐπιφέρει ὁ Κύριος καὶ λέγει· Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ τὰ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἔσται. Πλὴν τὰ ἐνόντα λέγει. Οὐ γὰρ τοσοῦτον τῇ τῶν πολυχρύσων προσκομιδῇ τέρπεται,
B ὅσον τῇ τῶν ἀδόλων ἀνυποκρίτῳ προσφορᾷ. Μὴ βοήσῃς οὖν ὁ πένης, ὅτι οὐκ ἔχεις χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τόσας *· ῥῖψον εἰς τὸ γαζοφυλάκιον ὃ ἔχεις· καὶ δύο λεπτὰ δικαιοῖ· μνήσθητι τῆς χήρας ἐκείνης, ὅτι ἐδικαιώθη ὑπὲρ τοὺς πολυχρύσους. Ὁ Θεὸς οὐ χρήματα οἶδε σταθμίζειν, ἀλλὰ συνείδησιν δοκιμάζει. Ἐλεημοσύνη σπίλους μοιχῶν ἀποσμήχει, καὶ μισθοὺς ἀγαθοὺς θησαυρίζει· ἐλεημοσύνη τὰς ψυχὰς ἐκλευκαίνει, καὶ ** τὰς τρυφερὰς ἐξυφαίνει. Ὦ ἐλεημοσύνη ψυχῶν ζωτικὴ, χορηγία ψυχῆς, καλὴ στρατηγία. Ῥίψατε χρυσὸν, καὶ λάβετε Χριστόν· δότε ἀργύριον, καὶ λάβετε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· σκορπίσατε χαλκὸν, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ ὁ ἰὸς τῆς ἁμαρτίας· δροσίσατε τὸν ἔλεον, καὶ σβέσατε τὴν κάμινον· καὶ δότε ἱμάτια,
C ἵνα λάβητε ἰάματα, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* [*Deest fort.* καὶ τόσας μυριάδας. Savil.]

Admonitiones spirituales.

Emendata ad Codicem Romanum.

Tempus demum est ut evigiles, et omnia excutias. Recordare quod vel hodie vel cras visurus sis cælos et angelos, et adstiturus horrendo tribunali, venturusque in conspectum Dei in judicio ejus, in illo castitatis, justitiæ et veritatis judicio, rationem daturus totius vitæ tuæ. Si vis videre sanctum, sanctifica teipsum: si vis videre sanctum et immaculatum, teipsum prius emunda.

Νουθεσίαι πνευματικαί.

Καιρός σε λοιπὸν ἀνανῆψαι καὶ πάντα ἀποσείσασθαι. Μνήσθητι ὅτι σήμερον ἢ αὔριον ἰδεῖν ἔχεις τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τοὺς ἀγγέλους θεάσασθαι, καὶ παραστῆναι τῷ φοβερῷ βήματι, καὶ ἐλθεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ κριτηρίῳ αὐτοῦ, ἐν τῷ τῆς σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀληθείας δικαστηρίῳ, καὶ λόγον δοῦναι παντὸς τοῦ βίου σου. Εἰ θέλεις ἰδεῖν τὸν ἅγιον, ἁγίασον σεαυτόν· εἰ θέλεις ἰδεῖν τὸν ἅγιον καὶ ἀμίαν-

τον, ἄγνισον σεαυτὸν πρότερον. Ἀφ' οὗ τις ἔλθῃ εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, ὅλον ἑαυτὸν ἀνέθηκε τῷ Θεῷ, καὶ οὐκέτι ἔχει ἑαυτοῦ ἐξουσίαν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατέγραψεν ἑαυτόν. Ἀρνησάσθω οὖν ἑαυτὸν καὶ τὰ θελήματα ἑαυτοῦ, καὶ ἀκολουθησάτω τῷ Θεῷ. Πόσην ἤγειρε θάλασσαν ἐν τῷ βίῳ ἡ πολιτεία τῆς σαρκὸς ταύτης; ὅσα κύματα εἰργάσατο; ὅσας ταραχάς; ὅσους ἀνέμους; ὅσα ναυάγια; ὅσας ἀνομίας καὶ ἁμαρτίας; ὅσας συμφορὰς καὶ τραγῳδίας; ὅσα κακὰ ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν; ὅσα κατ' οἴκους; ὅσα κατ' ἀγοράν; τίς ἡ δύναμις αὐτῆς, ἢ τίς ἡ ἰσχὺς αὐτῆς; ὅλα φόβου μεστὰ ἔχει. Ἡ γέννησις αὐτῆς φόβος, ὁ θάνατος φόβος, ἡ ζωὴ αὐτῆς φόβος, τὰ μετὰ θάνατον ἄῤῥητα καὶ ἀδιήγητα. Ῥοπὴ ζυγοῦ ἐστιν ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν· ἐκεῖ ῥέπει ὁ ζυγός. Κροῦσον, σπούδασον, ἵνα ἀνοιγῇ σοι ταχέως· μνήσθητι ὅτι μετ' οὐ πολὺ πάντα καταλιμπάνεις τὰ ὁρώμενα, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τοὺς ἀνθρώπους, τὰ πράγματα· μνήσθητι ὅτι οὐδὲν εἶ, οὐ σώματι, οὐ ψυχῇ. Μικρὰ φροντὶς ἐτάραξέ σε, μικρὰ ἀγωνία κατέπληξέ σε, μικρὰ θλῖψις κατέβαλέ σε μικρὸς πόνος ἐθορύβησέ σε, λόγος ψιλὸς κατεκτύπησέ σε. Καὶ διὰ τί μὴ μισήσῃς τὸν βίον τοῦτον; Ἐγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι μετοικῆσαι ὀφείλεις, καὶ ἄνω ἐν ταῖς πύλαις τοῦ οὐρανοῦ πῆξαι σεαυτῷ σκηνὴν, καὶ ἐκεῖ καταμόνας διάξαι, καὶ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ μέχρι θανάτου, ἵνα εὐμενῶς προσδέξηταί σε, καὶ ἀνοίξῃ σοι ἐν καιρῷ ταχέως. Κάτω ἐπὶ γῆς τὸ σῶμα κλινάτω γόνυ τῷ Θεῷ· καὶ ἄνω ἡ ψυχὴ παρακαλείτω διαπαντὸς, ἐπὶ πρόσωπον ἑαυτὴν ῥίπτουσα· φιλονεικήσωσι, τίς πλέον καμεῖ ἐν τῇ δεήσει. Κατὰ σὲ οὖν ὁ κόσμος ἀπέθανε, κατὰ σὲ ἦλθεν ἡ κρίσις ἡ μέλλουσα· ὅσον δύνασαι ταύτην ἄπωσαι, κἀκείνης μνημόνευε. Βέλτιον τὰ κακὰ τῆς μελλούσης μ[illegible] ἢ τὰ ἀγαθὰ τῆς παρούσης λογίζεσθαι· ἐκεῖνά σοι φόβον Θεοῦ προξενεῖ, ταῦτα δὲ καὶ τὸν ὄντα συλᾷ. Ἐν τοῖς πνευματικοῖς πράγμασιν ὀρφανοί ἐσμεν ἅπαντες· οὐδένα ἔχομεν, εἰ μὴ τὸν Θεὸν, βοηθὸν, καὶ τὴν σπουδὴν ἑαυτῶν. Οὐκοῦν πάντων διαπτύσαντες, φροντίσωμεν ἑαυτῶν. Μνήσθητι σεαυτοῦ καὶ τῶν κακῶν τῶν περιεχόντων σε· μνήσθητι τῶν ἁμαρτιῶν σου λοιπὸν, καὶ τῆς κρίσεώς σου· μνήσθητι, ὅτι ἄνθρωπος εἶ θνητὸς καὶ ἀσθενὴς καὶ ταλαίπωρος, ῥυπαρὸς καὶ ἀκάθαρτος· μνήσθητι, ὅτι ἄνθρωπος εἶ ἐν βίῳ θλιβερῷ διάγων καὶ κινδύνων μεστῷ, πολλοὺς ἀποκτείναντι καὶ καλοὺς καὶ κακοὺς, σοφοὺς καὶ ἀσόφους, πλουσίους καὶ πένητας. Ἄγε, φέρε, ἵνα φάγῃς καὶ πίῃς, καὶ ἑνὸς ψωμοῦ οὐκ ἔχεις τὸ ἀσφαλές. Μνήσθητι, ὅτι ἄνθρωπος εἶ, ὀστέα τεταπεινωμένα ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ποδῶν, μὴ δυνάμενος μιᾶς ἡμέρας ὑπενεγκεῖν κόπον, ἢ μιᾶς νυκτὸς ἀγρυπνίαν· μνήσθητι πόσα προσέκρουσας τῷ Θεῷ ἐν ἔργοις καὶ λόγοις καὶ ἐνθυμήμασι· μνήσθητι, ὅτι λέοντι καὶ δράκοντι παλαίεις ἡμέρας καὶ νυκτός· λόγισαι πόσαι εἰσὶν ἐν ᾅδου ψυχαὶ, ὅτι κατεφρόνησαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, μικρᾶς ἀνέσεως παρακαλοῦσαι τυχεῖν, καὶ μὴ τυγχάνουσαι, ἀλλ' εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς θρηνοῦσαι τὰς πορνείας ἑαυτῶν καὶ τὰς ῥαθυμίας καὶ τὰς τρυφὰς, τὰς πονηρίας αὐτῶν καὶ τὰς λογομαχίας. Μνήσθητι, ὅτι οὐκ εἰς μακράν σε δεῖ ἀποθανεῖν καὶ κριθῆναι, καὶ τοῦτο μὴ παύσῃ καταλέγων τῇ ἑαυτοῦ

Ex quo quis venit in Dei timorem, totum se Deo consecrat, neque ultra sui potestatem habet : in D lege namque Dei sese descripsit. Seipsum ergo et voluntates suas abneget, et Deum sequatur. Quantum excitat in hoc mundo tempestatem vita carnis hujus? quot procellas efficit? quot tumultus? quot ventos, quot naufragia? quot iniquitates et peccata? quot calamitates et tragœdias? quot mala in civitatibus omnibus? quot in domibus, quot in foro? quæ potestas et quæ fortitudo ejus? Omnia timore plena habet. Ortus ejus est timor, mors ejus timor, vita ejus timor : quæ post mortem, ineffabilia sunt et inenarrabilia. Momentum stateræ est in corde nostro : illuc inclinat statera. Pulsa, satage, ut cito tibi aperiatur : recordare te brevi omnia visibilia relicturum esse, cælum E et terram, homines, negotia : recordare te nihil esses ive corpore, sive anima. Parva sollicitudo te turbavit, parvum certamen te percutit, ærumna parva te dejecit, parvus labor te conturbavit, verbum leve te pupugit. Et cur non oderis hanc vitam? Ego vero dico tibi transmigrandum esse, et sursum in januis cæli tibi figendum esse tabernaculum, et te ibi oportere solum degere, et precari Deum usque ad mortem, ut placide suscipiat, et in tempore tibi cito aperiat. Infra in terra corpus genu inclinet Deo, et sursum anima roget illum semper, in vultum procumbens : dispu- F tent, quis magis laboret in precando. Secundum te ergo mundus mortuus est, secundum te venit futurum judicium : quantum potes hoc abjice, futuri recordare. Melius est malorum futuræ vitæ, quam bonorum hujusce recordari : illa tibi A timorem Dei conciliant; hæc, si adsit, illum abripit. In rebus spiritualibus pupilli sumus omnes : nullum habemus nisi Deum adjutorem, et sollicitudinem nostram. Omnia itaque respuentes, nostri curam habeamus. Recordare tui ipsius, et malorum te circumdantium : recordare peccatorum tuorum deinceps et judicii tui : recordare te hominem esse mortalem, infirmum, miserum, sordidum et impurum : recordare te hominem esse in vita ærumnis et periculis plena viventem, in vita quæ multos occidit bonos et malos, sapientes et insipientes, divites et pauperes. Age, manduca, bibe, et unius buccellæ non habes securitatem. Recordare te hominem esse, ossa humiliata a capite usque ad pedes, nec posse unius diei ferre B laborem, vel unius noctis vigilias : recordare quoties offenderis Deum operibus, verbis, cogitationibus : recordare te cum leone et dracone pugnare die ac nocte : recordare quot sunt in inferno animæ, quia despexerunt timorem Dei, parum quietis obtinere conantes, nec assequutæ, sed in infimis terræ deplorantes suas fornicationes, negligentias, delicias, nequitias, rixas. Recordare, tibi brevi moriendum esse et ad judicium veniendum, et ne cesses illud versare in anima tua. Scribe hoc modicum verbum in corde tuo, liga illud in collo tuo : melius quippe est regio diademate. Hoc in

supplicium adducit, illud vitam æternam conciliat. Hæc meditare, in his esto semper. Si in his sis, in contrariis numquam reperieris: si in his (Matth. 5, 13.) non conjungaris, in quo salietur cor tuum? Licet prope sit dies Domini, timeamus et quiescamus. Qui vult inculpatus esse in operibus, verbis et cogitationibus, quid aliud faciat quam ut semper quiescat, precetur et taceat, despiciatque omnia quæ sunt in terra? Qui enim illud perficere voluerit, sese Deum efficit in terra, secundum eum (Ephes. 5. 1.) qui dixit: *Estote imitatores Dei*. Ecce in filios adscripti sumus a Deo: quid justius, quam ut filius imitetur patrem? Si filius genuinus es, sequere jussa paterna, cum maxime justa sint et utilia. Qui pugnam habet cum dæmonibus, quid aliud faciat, quam indesinenter orare? qui quotidie periclitatur anima et corpore, quid aliud facere debet, quam certare et precari Deum? At dicis, Affectus animi me tyrannice afficiunt, et timor tyrannus est. Tyrannus tyrannum oppugnat. Terram solum concutit, et omnes tremunt. Quis non timet fluvium ignis? Una dies tenebrarum deterior est omnibus vitæ malis: despice itaque res mundi hujus, ut quæ nullam consolatioafferant. Contumelias quis intulit vel plagas? spera in Domino, quia multam tibi præbebit patientiæ mercedem. A spe fides, ab his caritas. Nam propter modicum verbum vel parvam patientiam Dominus tibi paradisum largitur, ut athletam te coronat ob poculum aquæ frigidæ: nam fides tua multo est pretio digna. Virtutem tibi sponsam facito, itemque temperantiam et castitatem, filios viventes et te præcedentes in regnum cælorum. Mane surgens anima tua, diluculo Deum adeat, et vespere recedens, requiescat in lecto spirituali, in piis cogitationibus, in spe erga Deum, in serenitate et puritate: quia mandata Dei lux sunt et vita et requies, benedictio et justitia; mandata vero satanæ, mors, supplicium, peccatum, maledictio. In te est vel hæc vel illa sequi. Si præcepta Domini sequaris, omnia tibi bona accedent, lux, vita, requies, benedictio, corona justitiæ; si satanæ præceptis pareas, his contraria evenient tibi. Quis ergo stultus ignominiam, opprobrium cum suppliciis æternis, præferet gloriæ, laudibus, immortalibus deliciis? Surge, festina, curre, celer esto. Nuptiæ paratæ sunt, tauri mactati, altilia parata te (Psal. 141. 8.) manent, et convivæ, ut dictum est, *Me exspectant justi, donec retribuas mihi*. Cura ut comprehendas. Ecce gaudium, ecce requies, ecce lux, ecce vita, ecce gloria, ecce deliciæ, ecce vera et æterna, ecce magna et mirabilia, ecce omnia ut vis, imo plus quam vis. Scito tantum quia mirificavit Deus sanctos suos, glorificavit sanctos suos, gloria replevit timentes se, exaltavit se diligentes. Ne invideamus nobismetipsis tot propositis bonis, tali spe. Alii parvi lucri causa decertant, bellant,

ψυχῇ. Γράψον τὸ μικρὸν τοῦτο λογάριον ἐν τῇ καρ-
C δίᾳ σου· δῆσον αὐτὸ περὶ τῷ σῷ τραχήλῳ. Κρεῖττόν ἐστι διαδήματος βασιλικοῦ· τοῦτο εἰς κόλασιν ἄγει, ἐκεῖνο ζωὴν αἰώνιον προξενεῖ. Ταῦτα μελέτα· ἐν τούτοις ἴσθι διαπαντός. Ἐὰν ἐν τούτοις ᾖς, ἐν τοῖς ἐναντίοις οὐχ εὑρίσκῃ ποτέ· εἰ δὲ ἐν τούτοις οὐ κατανύσσῃ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται ἡ καρδία σου; Ὅτι κἂν ἐγγὺς ᾖ ἡμέρα Κυρίου, φοβηθῶμεν καὶ ἡσυχάσωμεν. Ὁ θέλων ἄμωμος εἶναι ἐν ἔργοις καὶ λόγοις καὶ ἐνθυμήμασι, τί ἄλλο πράττειν ὀφείλει, εἰ μὴ διαπαντὸς ἡσυχάζειν καὶ εὔχεσθαι καὶ σιωπᾷν καὶ καταφρονεῖν ἁπάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς; Ὁ γὰρ τοῦτο θέλων κατορθῶσαι, θεὸν ἑαυτὸν ποιεῖ ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸν εἰπόντα, Γίνεσθε μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ. Ἴδε ἐτεκνοποιήθημεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· τί δικαιότερον, ἢ υἱὸν μιμήσασθαι πατέρα; Εἰ τέκνον γνήσιον εἶ, ἀκολούθησον προστάγμασι πατρικοῖς, καὶ μάλιστα δικαίοις οὖσι καὶ ὠφελίμοις.
D Ὁ ἔχων πρὸς δαίμονας μάχην, τί ὀφείλει ποιεῖν, ἢ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι; ὁ καθ᾽ ἡμέραν κινδυνεύων ψυχῇ καὶ σώματι, τί ἄλλο πράττειν ὀφείλει, ἢ ἀγωνιᾷν καὶ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ; Ἀλλὰ λέγεις, τὰ πάθη τυραννοῦσί με, καὶ ὁ φόβος τύραννός ἐστι. Τύραννος τυράννῳ ἀντιπίπτει. Σείει μόνον τὴν γῆν, καὶ ἅπαντες τρέμουσι. Τίς οὐ φοβεῖται τὸν ποταμὸν τοῦ πυρός; Μία ἡμέρα τοῦ σκότους ὑπὲρ ὅλα τὰ ἐν βίῳ κακά· καταφρόνει οὖν τῶν ἐνταῦθα ὡς ἀπαραμυθήτων. Ὕβρισέ τις, ἢ ἐτύπτησεν; ἔλπισον ἐπὶ Κύριον, ὅτι πολύν σοι παρέξει τῆς ὑπομονῆς τὸν μισθόν. Ἀπὸ τῆς ἐλπίδος ἡ πίστις, ἀπὸ τούτων ἡ ἀγάπη· [a] ὅτι μικροῦ λόγου καὶ μικρᾶς ὑπομονῆς ὁ Δεσπότης πα-
E ράδεισόν σοι χαρίζεται, ὡς ἀθλητήν σε στέφει διὰ πόμα ψυχρόν· ἡ γὰρ πίστις σου πολλοῦ ἀξία ἐστί. Τὴν ἀρετὴν ποίησον σεαυτῷ νύμφην, καὶ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, παῖδάς σου ζῶντας καὶ προάγοντας εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἀνισταμένη τῷ πρωῒ ἡ ψυχή σου ὀρθριζέτω πρὸς τὸν Κύριον, καὶ ἑσπέρας ἀναχωροῦσα, ἀναπαυέσθω ἐπὶ κλίνης πνευματικῆς, ἐπὶ λογισμοῖς εὐσεβέσιν, ἐπὶ ἐλπίδι τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ ἀπαθείᾳ καὶ καθαρωσύνῃ· διότι τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ φῶς εἰσι καὶ ζωὴ καὶ ἀνάπαυσις, εὐλογία καὶ δικαιοσύνη· τὰ δὲ ἐντάλματα τοῦ σατανᾶ σκότος καὶ θάνατος, κόλασις καὶ ἁμαρτία καὶ κατάρα. Ἐν σοί ἐστιν ἢ τούτοις ἢ ἐκείνοις ἀκολουθῆσαι. Ἐὰν ταῖς τοῦ Κυρίου ἐντολαῖς ἀκολουθήσῃς,
F ὅλα σοι τὰ καλὰ πάντα, τὸ φῶς, ἡ ζωή, ἡ ἀνάπαυσις, ἡ εὐλογία, τῆς δικαιοσύνης ὁ στέφανος· ἐὰν δὲ ταῖς τοῦ σατανᾶ πεισθῇς, τὰ ἐναντία τούτων ἀπαντᾷ σοι. Τίς οὖν ἄφρων αἱρεῖται αἰσχύνην καὶ ὄνειδος μετὰ κολάσεων αἰωνίων, ἀντὶ δόξης καὶ ἐπαίνων καὶ ἀθανάτου τρυφῆς; Ἀνάστα, σπεῦσον, δράμε, ἐπείχθητι· ὁ
817 A γάμος ηὐτρέπισται, οἱ ταῦροι τεθυμένοι εἰσὶ, τὰ σιτιστὰ ἕτοιμά σε περιμένουσιν, οἱ ἀριστηταί, καθὼς γέγραπται, Ἐμὲ ὑπομενοῦσι δίκαιοι, ἕως οὗ ἀνταποδῷς μοι. Σπούδασον, ἵνα καταλάβῃς. Ἰδοὺ ἡ χαρά, ἰδοὺ ἡ ἀνάπαυσις, ἰδοὺ τὸ φῶς, ἰδοὺ ἡ ζωή, ἰδοὺ ἡ δόξα, ἰδοὺ ἡ τρυφή, ἰδοὺ τὰ ἀληθῆ καὶ αἰώνια, ἰδοὺ τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστά, ἰδοὺ πάντα ὡς θέλεις,

[a] [Fort. ἀντὶ μικροῦ. Savil.]

μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ὃ θέλεις. Γνῶθι μόνον ὅτι ἐθαυμάστωσε τοὺς ὁσίους αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ἐδόξασε τοὺς ἁγίους αὐτοῦ, ἐκαύχησε τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, ὕψωσε τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. Μὴ φθονήσωμεν ἑαυτοῖς τοσούτων ἀγαθῶν προκειμένων, τοιαύτης ἐλπίδος. Ἄλλοι μικροῦ κέρδους χάριν ἀθλοῦσι, πολεμοῦσι, θαλαττεύουσι, κινδυνεύουσιν· ἡμεῖς καινοὺς οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν μέλλοντες κληρονομεῖν, τί ἀθυμοῦμεν, τί διστάζομεν, τί φθειρόμεθα ἐν τῇ ὕλῃ ταύτῃ; Ὅλα τὰ πράγματα παθοποιὰ, παροξυντικὰ καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ πράττομεν· ἡ τρυφὴ ἡμῶν εἰρήνην οὐκ ἔχει· ὁ ὕπνος, τὸ βάδισμα, ὅλα σκανδαλώδη. Τίς ὡς ἠθέλησεν ἔζησε; τί τοῦ βίου τούτου οὐκ ἔστιν ἐπαχθές; Αὕτη ἡ σὰρξ ἡμῶν οὐ σπένδεται ἡμῖν· ὑγιαίνουσα πολεμεῖ, ἀῤῥωστοῦσα θλίβει. Τίς ἄλυπος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ βίου τούτου; τίς οὐκ ἐγεύσατο τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων τῆς πικρᾶς ταύτης θαλάσσης, τῶν ἐπαλλήλων κυμάτων; τίς οὐκ ἐστέναξεν ἐπ' αὐτοῖς; πόσους μεγάλους ἐπτέρνισεν ἡ παροῦσα ζωὴ, καὶ τρέχοντας καλῶς ἐπαγίδευσε; Καὶ οὐδὲν θαυμαστόν· δαίμονες γάρ εἰσιν οἱ ἐνεργοῦντες, διάβολος ὁ ἐνεδρεύων. Ταῦτα οὖν εἰδότες μετανοήσωμεν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, μὴ αἱ ἡδοναὶ ἡμῶν στραφῶσιν εἰς θρήνους καὶ δάκρυα· βοηθήσωμεν ἑαυτοῖς, ἀποσπάσωμεν τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, ἔτι δὲ καὶ τῆς ἰδίας σαρκός· εὕροιτο ἑαυτῇ κελλίον εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς, ὅπως ἂν βοήσῃ καὶ αὐτὴ πρὸς τὸν Κύριον· ἐλέησόν με τὴν μόνην· ἰδοὺ πάντα ἀφῆκα, καὶ ἠκολούθησά σοι· ἰδοὺ πάντα ἤρνημαι διὰ τὸν σὸν φόβον. Ἡ κατάνυξις ἡμῶν ἕως τῶν νεφελῶν φθασάτω, οἱ στεναγμοὶ ἡμῶν τοῖς οὐρανοῖς ἐγγισάτωσαν, αἱ προσευχαὶ ἡμῶν καὶ αἱ ἐλεημοσύναι ἐλθέτωσαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Λειτουργήσωμεν αὐτῷ μετὰ πάσης ἀληθείας, μετὰ εὐλαβείας καὶ δέους· πάντα ποιήσωμεν, ἵνα ἐκεῖ μὴ μεταγνῶμεν· πάντα ὑπομείνωμεν, ἵνα καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσωμεν τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὴν μείζονα παῤῥησίαν κτησώμεθα, ἵνα τιμιωτέρων ἀξιωθῶμεν δωρεῶν, ἵνα μηδενὸς τῶν ἁγίων ὀφθῶμεν δεύτεροι. Μέγας πειρασμὸς ὁ βίος ἡμῶν, καὶ οὐδεὶς οἶδε· μέγας χειμὼν, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ. Δῶμεν τόπον τῇ ἐνεργείᾳ τῶν παθῶν, καὶ τῇ ἐν ἡμῖν οἰκούσῃ ἁμαρτίᾳ κατὰ τὸν ἀπόστολον· δῶμεν τόπον τοῖς παροργισμοῖς τῶν ἀνθρώπων, δῶμεν τόπον τῇ σαρκὶ ταύτῃ καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῆς, δῶμεν τόπον τῷ κόσμῳ τούτῳ καὶ ταῖς δυσχερείαις αὐτοῦ, δῶμεν τόπον ὅλοις τοῖς πειρασμοῖς, ὅλαις ταῖς θλίψεσι· κρυβῶμεν ἀπ' αὐτῶν· διωκόμεθα γὰρ ἀπ' αὐτῶν, καὶ ζητούμεθα πάντες εἰς τὸ ἀποκτανθῆναι ὑπὸ δαιμόνων, ὑπὸ πραγμάτων, ὑπὸ ἀνθρώπων ἐρεθιζομένων ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. Ἑαυτοῖς μόνοις προσέχωμεν καὶ τῷ Θεῷ, ἑαυτῶν ἐκδόντες τὸ σῶμα τοῦτο τοῖς θέλουσι τύπτειν· πολλῶν γὰρ πληγῶν καθέστηκεν ἄξιον. Ἄνω τὴν καρδίαν τείνωμεν ἑαυτῶν, ἐκχέοντες ὅλην ἑαυτῶν τὴν ψυχὴν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα σωθῶμεν καὶ ἐλεηθῶμεν καὶ ζήσωμεν, σκιρτῶντες καὶ τρυφῶντες καὶ χαίροντες, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

maria trajiciunt, periclitantur: nos qui novos cælos et novam terram hereditate accepturi sumus, cur deficimus, cur dubitamus, cur corrumpimur in hac materia? Res omnes quæ passiones movent, excitantque corpus et animam, facimus: deliciæ nostræ pacem non habent: somnus, incessus, omnia offendiculis plena. Quis vixit ut voluit? quid in hac vita molestum non B est? Hæc caro nostra cum nobis nullas habet inducias: cum bene valet, impugnat; cum infirmatur cruciat. Quis ex hac vita sine dolore migravit? quis non gustavit salsas aquas hujus acerbi maris, frequentiumque fluctuum? quis non ingemuit in illis? quot magnos viros hæc vita supplantavit, et bene currentes illaqueavit? Nihilque mirum: dæmones enim sunt qui operantur, diabolus qui insidiatur. Hæc itaque scientes, toto corde pœnitentiam agamus, ne voluptates nostræ vertantur in luctum et lacrymas: opem nobis ipsis feramus, avellamus animam nostram ab hoc mundo, etiamque ex propria carne: inveniat sibi cellulam in extremis terræ, ut clamet et ipsa ad Dominum: C Miserere mei solitariæ: ecce omnia dimisi, et te sequuta sum; ecce omnia abnegavi ob timorem tuum. Compunctio nostra usque ad nubes perveniat, gemitus nostri ad cælos accedant, orationes et eleemosynæ nostræ veniant in conspectum Dei. Ministremus illi cum omni veritate, cum pietate et timore: omnia faciamus ut ne illic pœnitentiam agamus: omnia patiamur, ut bonis Dei perfruamur, ut majorem fiduciam obtineamus, ut pretiosioribus bonis dignemur, ut nulli sanctorum inferiores videamur. Magna tentatio vita nostra, et nemo novit: magna tempestas, et nemo intelligit. Demus locum operationi passionum, et peccato in nobis habitanti secundum apostolum: demus locum iracun- D diæ hominum, demus locum huic carni et ejus concupiscentiis, demus locum huic mundo et ejus difficultatibus, demus locum omnibus tentationibus, omnibus tribulationibus: abscondamur ab ipsis: ab illis enim vexamur, et omnes perquirimur ut occidamur a dæmonibus, a negotiis, ab hominibus incitatis a satana. Nobis tantum attendamus et Deo: hoc corpus offeramus iis qui ipsum percutere velint: multis enim plagis dignum est. Sursum cor tendamus, effundentes totam animam in conspectu Dei, ut salvemur, et misericordiam consequamur et vivamus, exsul- E tantes, deliciantes, gaudentes, in sæcula sæculorum. Amen.

In principium jejuniorum, et de jejunio.

Emendata ad Codicem Coislinianum.

Spirituale nobis hodie, dilecti, jejunii ver illuxit, et prata temperantiæ pietatis negotiatoribus aperta sunt : Ecclesiæ vero nautæ ad cælestem nos negotiationem advocant, et justitiæ navigationem nobis apparant, propheticos nobis libros aperientes, gubernaculaque legis dirigunt : malum venerandæ crucis erigunt, et ancoram fidei : Spiritus sanctus hanc navim indicat, et Creator universi ipsam gubernat. Venite igitur, dilecti, et nos quoque jejunii castitatem ante januas stantem gaudentes suscipiamus, et animo salutemus eam clamantes : Veni, o mater bonorum et virtutum, cælesti nos odore reple, aperi nobis evangelici instituti paradisum : fruamur spiritualibus temperantiæ fructibus : purifica nos diademate castitatis, vitam immaculatam nobis largire, animarum vulnera ex deliciis parta cura, vini incendia exstingue necnon morbosas mœroris cogitationes : claude theatra diaboli, tolle rabiem illam, inhumanam ferarum officinam cohibe, increpa ventos malignorum spirituum, transfer jejunantes in institutum incorporeæ naturæ, redde venerabilem senis canitiem, temperantiæ aratro illum trahe : honestos redde viros in intemperantia degentes, orna mulierculas in sanctitatis stadio currentes, juventutem ad angelicam transfer vitam : respirent a vanis laboribus, qui peccatis dant operam, sordes totius anni in jejunio quadragesimæ deponant : tu enim imples non modo terram, sed etiam ipsum paradisum. Nunc enim supernæ virtutes exsultant : angelorum ordines spiritualiter festum celebrant : Throni, Dominationes, Principatus et Potestates de hominum salute lætantur : solus qui ex cælo delapsus est diabolus mœrens dicit : Ubi nunc mea circa eos qui ex crapula interibant jactantia? ubi nunc meæ machinæ contra homines, ex perniciosa gula structæ? ubi illa avida ligni degustatio, qua Adamum et Evam deceptos nudavi? Jejunio apparente facessunt maligna machinamenta mea. Undenam illud jejunium, ut vocant, ortum est? quis ipsum contra me nunc armavit? Non ultra Adam et Eva decepti Deo nudantur : non ultra ille mulieri prava consulenti paret, non ultra edax est, non ultra gulæ laqueo detinetur. Rursus per jejunium Adam in paradiso est, rursus magnifice sentit, rursus de divina imagine gloriatur, rursus ad priscum reducitur decorem : quodque gravius est, postquam paradisum per transgressionem perdidit, jejunii curru in cælum resiliit. Ego inde ejectus sum, et qui dejectus erat, rursum cælestibus vehitur Virtutibus. In derisionem decidi ab hominibus victus, a jejunantibus dejectus, a natura humana pulsus. Sed sic ille malignus infortunia sua

Quam ineptus orator.

Γ Εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν νηστειῶν, καὶ περὶ νηστείας.

Τὸ πνευματικὸν ἡμῖν σήμερον, ἀγαπητοὶ, τῆς νηστείας ἔλαμψεν ἔαρ, καὶ οἱ τῆς ἐγκρατείας λειμῶνες τοῖς ἐμπόροις τῆς εὐσεβείας ἠνεῴχθησαν· οἱ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ναῦται πρὸς τὴν οὐράνιον ἡμᾶς ἐμπορίαν καλοῦσι, καὶ τὸν πλοῦν τῆς δικαιοσύνης ἡμῖν εὐτρεπίζουσι, τὰς προφητικὰς ἡμῖν ἀναπετάζοντες διφθέρας, καὶ τοὺς οἴακας τοῦ νόμου μεταχειρίζονται· τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸν ἱστὸν ἐξαρτῶσι, καὶ τὴν ἄγκυραν τῆς πί-
515 στεως περισφίγγουσι· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν ὁλκάδα
A ταύτην μηνύει, καὶ ὁ τοῦ παντὸς ποιητὴς αὐτὴν περιέπει. Δεῦτε τοίνυν καὶ ἡμεῖς σήμερον, ἀγαπητοὶ, τῆς νηστείας τὴν ἁγνείαν πρὸ τῶν θυρῶν ἑστῶσαν χαίροντες ὑποδεξώμεθα, καὶ τοῖς κατὰ ψυχὴν ἀσπασμοῖς βοήσωμεν πρὸς αὐτήν. Δεῦρο, ὦ μῆτερ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἀρετῶν, τῆς ἐπουρανίου πλήρωσον ἡμᾶς εὐωδίας, ἄνοιξον ἡμῖν τῆς εὐαγγελικῆς διαγωγῆς τὸν παράδεισον, ἀπολαύσωμεν τῶν πνευματικῶν καρπῶν τῆς ἐγκρατείας, ἅγνισον ἡμᾶς τῷ διαδήματι τῆς σωφροσύνης, βίον ἀθόλωτον ἡμῖν ἐπιχορήγησον, τὰ ἐκ τῆς τρυφῆς τῶν ψυχῶν θεράπευσον τραύματα, τὰ ἐκ τῆς οἰνοφλυγίας κατάσβεσον ὑπεκκαύματα, τοὺς ἐκ τῆς ἀθυμίας πυρέττοντας νοσηροὺς λογισμούς· ἀπόκλει-
B σον τὰ θέατρα τοῦ διαβόλου, ἄνελε τὴν λύσσαν, τὸ τῆς ἀπανθρωπίας θηροτρόφον συμπόδισον ἐργαστήριον, ἐπιτίμησον ἀνέμοις τῶν πονηρῶν πνευμάτων, μεταῤῥύθμισον εἰς τὴν τῶν ἀσωμάτων διαγωγὴν τοὺς νηστεύοντας, δεῖξον αἰδέσιμον πολιὰν πρεσβύτου, τῷ τῆς ἐγκρατείας ἕλκυσον ἀρότρῳ, φαίδρυνον ἄνδρας ἐν ἀσωτίᾳ διημερεύοντας, κόσμησον γύναια τὸ τῆς σεμνότητος στάδιον διερχόμενα, τὴν νεότητα πρὸς τὸν ἀγγελικὸν μεταῤῥύθμισον βίον· ἀναπνεύσωσι τῶν ματαίων πόνων οἱ κεκμηκότες ταῖς ἁμαρτίαις, τὸν τοῦ παντὸς ἔτους τῇ τεσσαρακοστῇ τῶν ἡμερῶν τῆς νηστείας ἀποῤῥίψωνται ῥύπον· σὺ γὰρ πληροῖς οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἤδη τὸν παράδεισον. Νῦν γὰρ αἱ ὑπερκόσμιοι δυνάμεις ἀγάλλονται, τὰ τῶν ἀγγέλων
C τάγματα πνευματικῶς πανηγυρίζει· θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τῇ τῶν ἀνθρώπων εὐφραίνονται σωτηρίᾳ· μόνος ὁ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐκπεσὼν διάβολος ἐπιστυγνάζων λέγει· ποῦ μοι νῦν ἡ κατὰ τῶν ἐξ ἀδδηφαγίας ἐκτραχηλισθέντων μεγαλαυχία; ποῦ μοι τὸ διὰ τῆς βρώσεως κατὰ τῶν ἀνθρώπων ψυχοφθόρον μηχάνημα; ποῦ μοι νῦν ἡ λιχνὴ τοῦ ξύλου γεῦσις, δι' ἧς τὸν Ἀδὰμ μετὰ τῆς Εὔας ἀπατήσας ἐγύμνωσα; Οἴχεται νῦν μοι τὰ τῆς πονηρίας μηχανήματα τῆς νηστείας φανείσης. Πόθεν ἡ λεγομένη μοι νηστεία κατεφάνη; τίς ταύτην νῦν κατ' ἐμοῦ ἐστράτευσεν; Οὐκέτι Ἀδὰμ μετὰ τῆς Εὔας ἀπατηθεὶς Θεοῦ γυμνοῦται, οὐκέτι συμβουλῇ πείθεται ψυχοφθόρῳ, οὐκέτι λαιμαργεῖ, οὐκέτι τῷ τῆς γαστριμαργίας συνέχεται βρόχῳ. Πάλιν διὰ νηστείας Ἀδὰμ εἰς παρά-
D δεισον, πάλιν μεγαλαυχεῖ, πάλιν τῇ θείᾳ εἰκόνι ἐναβρύνεται, πάλιν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἐπανάγεται κάλλος· καὶ τὸ δὴ τούτου δεινότερον, ὅτι παράδεισον

διὰ παραβάσεως ἀπώλεσεν, τῷ τῆς νηστείας ἅρματι εἰς οὐρανοὺς ἀνεπήδησεν. Ἐγὼ τῶν ἐκεῖθεν ἐῤῥίφην, καὶ ὁ ἀποῤῥιμμένος πάλιν ταῖς οὐρανίαις ἐποχεῖται δυνάμεσι. Τέλος γέγονα ὑπὸ ἀνθρώπων ἡττώμενος, ὑπὸ νηστευτῶν καταπαλαιόμενος, ὑπὸ φύσεως ἀνθρωπίνης ἐλαυνόμενος. Ἀλλὰ τούτοις μὲν ὁ πονηρὸς τὰς ἑαυτοῦ ἀποτυχίας θρηνῳδείτω βαλλόμενος· ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς φαρέτρας εὔστοχον ἐπὶ τοῦ παρόντος ἁρπάσαντες βέλος, αὐτῷ τῆς πλεονεξίας τὰς ἡδονὰς κατατρώσωμεν, μετὰ Παύλου τὰ τοῦ Παύλου βοῶντες· Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον· δῆλον E ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. Ἀλλ' εἴθε ἡμῶν ἡ εἴσοδος μιμεῖται τὴν ἔξοδον· εἴθε γυμνός τις ἀπῄει καὶ τιμωρίας ἐλεύθερος· εἴθε πένης τὴν φύσιν, καὶ τὴν ψυχὴν ἀκατάκριτος· εἴθε πτωχὸς καὶ ἀνέγκλητος, εἴθε ἄπορος καὶ ἀνώδυνος. Ἀλλὰ καὶ τὸ πάνυ δεινὸν, ἐνταῦθα καταλιμπάνων τις ἃ συνήγαγε, τὴν ἐξ ἐκείνων ἁμαρτίαν βαστάζων ἀπέρχεται· καὶ τοῦ μὲν κέρδους ἐστέρηται, τῆς δὲ δι' αὐτὰ καταδίκης οὐκ ἠλλοτρίωται· ἀλλ' ἕτερος μὲν τῶν ἐκείνου διαδέχεται τὴν ἀπόλαυσιν, ἐκεῖνος δὲ μόνος τὴν κόλασιν ὑπομένει· καὶ ὁ μὴ κτησάμενος, ἔχων τρυφᾷ, ὁ κτησάμενος δὲ οὐδὲν ἔχων βασανίζεται, ἓν μόνον, τὸ δοῦναι δίκην ἀπὸ τοῦ πλουτῆσαι κερδάνας. Ἀνάνηψον τῆς βιωτικῆς θαλάσσης, ὦ ἄνθρωπε, καὶ μέρισον τὸν F πλοῦτον ἑκὼν πτωχοῖς· μὴ τοῦτον καταλείψῃς ἐχθροῖς· πρόλαβε τῶν εἰς σὲ κεχηνότων τὰ στόματα· μὴ γένῃ θήρα τῶν τὰς ἀλλοτρίας ἀνιχνευόντων οὐσίας. Τέκνων ὑπάρχεις πατήρ; [a] τούτων τὴν ψυχὴν ἀδελφὴν καταρίθμησον, μέρος καὶ αὐτῇ τῆς οὐσίας ἀφόρισον. Φιλόπαις εἶ; γενοῦ καὶ φιλόθεος, δι' οὗ τὸ φιλόπαις ἐκτήσω. Ἀλλ' ἀπαιδίαν ἐνόσησας; μὴ ἐμπέσῃς εἰς υἱοὺς οὓς ἡ φύσις οὐ δέδωκέ σοι· σαυτὸν εὖ 819 A ποιῶν κληρονόμησον· μὴ γυμνὸς ἐλεημοσύνης ὀφθῇς τῷ κριτῇ· φεῦγε τὴν ἀπειλουμένην πυράν· πρὸς τὴν κοινὴν τοῦ γένους ἔξοδον εὐτρεπίσθητι· ἐκείνην σοῦ τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῆς ζωῆς περισκόπησον. Ὅταν σου τὴν ψυχὴν οἱ παριόντες ἄγγελοι ἀθρόον ἐφιστῶνται λαβεῖν, τί δράσεις ὑπὸ τοῦ κλέπτου θανάτου ἑλκόμενος; ὅταν μέλλῃς ἀθυμεῖν ἐκ τοῦ συνέχοντός σε κινδύνου, ὅταν ἀμυδρὸν, ὅταν ἄσημα φθέγγῃ, ὅταν ἀδρανὲς καὶ πυκνὸν πνῇς, ὅταν ἔνδοθεν ἐπικέηται φλὸξ καταγωνιζομένη τῆς ψυχῆς, ὅτε σύμμαχος οὐδεὶς παρίσταται τοῦ δεινοῦ κατεπείγοντος, ὅτε ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος; ὅτε χρήματα ἀποῤῥέει, ὅτε εἰς τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο ἡ ψυχὴ συνελαύνεται δικαστήριον, ὅτε τῶν σαυτοῦ κύριος οὐκέτι γενήσῃ, ὅταν μεταμεληθῇς ἐφ' οἷς ἔπραξας, τῆς μεταμελείας χώραν οὐκ ἐχούσης λοιπὸν, ὅτε B κλείεται τῆς μετανοίας ἡ θύρα, καὶ τοῦ παραδείσου ἡ εἴσοδος ἀποτειχίζεται, ὅταν στενάξῃς μὲν ἐκ καρδίας βάθους, τὸν δὲ ἐξαιρούμενον οὐχ εὑρήσῃς, ἆρα οὐ πρὸς τοιαύτας κατὰ σαυτὸν ἀπαντήσῃς τῷ λογισμῷ ἀπορίας; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ πικρὸν στενάξεις κατὰ ψυχὴν καὶ ἐρεῖς ἄφωνος, οἴμοι, οἴμοι ὁ τάλας ἐγώ· ὠθοῦμαι πρὸς ἔξοδον ὁ ταλαίπωρος, ἕλκομαι πρὸς βίαν καταλῦσαι τὸν βίον, ἄγομαι δέσμιος ὅθεν ὑποστρέφειν οὐκ

deploret : nos vero ex apostolica pharetra rei præsenti opportunam sagittam rapientes, avaritiæ voluptates confodiamus, cum Paulo Pauli verbis clamantes : *Nihil intulimus in mundum ; haud dubium quod nec auferre quid possumus.* Sed utinam ingressus noster similis sit exitui ! utinam quis nudus abeat et a supplicio liber ! utinam natura pauper, et in anima non damnatus ! utinam mendicus et sine culpa ! utinam inops et sine dolore ! Sed quod admodum grave est, hic relinquens quispiam ea quæ congregavit, peccatum inde factum gestans abiit : et lucro quidem privatur, ultione vero debita non liberatur ; sed alius illius opum fructum excipit, ille vero solus supplicium subit : et qui non possidebat, jam iis gaudet ; qui vero possidebat, jam nihil habens cruciatur, unum modo lucratus ex divitiis, quod det pœnas. Reduc te a mari hujus vitæ, o homo, et lubens divitias pauperibus distribue, ne illas inimicis relinquas : præverte ora eorum qui in te inhiant, ne præda sis eorum qui alienas opes sectantur. Filios habes? horum animam sororem cense ; tibi ipsi quoque partem facultatum secerne. Amans es filiorum ? ama quoque Deum, per quem filiorum amans es. Sed orbus filiis es ? ne incidas in filios, quos natura non dedit : tibi ipsi bene faciens hereditatem obtine : ne nudus eleemosyna coram Judice videaris : fuge rogum de quo minæ intentantur : ad communem generis exitum paratus esto : illam ultimam vitæ tuæ diem considera. Quando animam tuam prætereuntes angeli repente accepturi irruent, quid facies a rapienti morte tractus ? quando mœrebis imminente periculo ; cum obscure, cum imperfecte loqueris, cum impeditum et frequentem halitum emittes, cum intus flamma animam oppugnans erit, neque urgente malo ullus adjutor aderit, cum frater non redimit, redimet homo ? cum pecuniæ effluent, cum ad horrendum illud judicium anima pelletur, cum tuorum non ultra dominus eris ; cum pœnitebit te eorum quæ fecisti, et pœnitentia non ultra locum habebit ; cum claudetur pœnitentiæ janua, et paradisi ingressus obstruetur ; cum ex profundo corde ingemisces, nec qui te eripiat reperies : num tales angustias ratiocinio prævertes ? Minime ; sed acerbe ingemisces in animo, ac sine voce dices : Væ mihi, væ mihi ! miser ego ! pellor ad exitum miserabilis, vi trahor ut vita fungar : vinctus ducor, unde redire non licet. Non jam servi opem ferunt, non adsunt amici, adulatores recesserunt, satellites non adstant : nihil me juvat balteus, nihil opis fert aurum, non me eruit exercitus, non me redimunt pecuniæ, proceres non servant : frustra domos struxi, tot pecunias intempestive impendi, talenta accumulavi. Mihi gloria cadit : non ultra jubeo, et adsunt servi : non impero, et circumdat me exer-

1 Tim. 6. 7.

Psal. 48. 8.

[a] [*Fort.* τούτοις. Savil.]

dit illa : Scio quia resurget in novissimo die. Dixit illi Jesus, Ego sum resurrectio. Cur ergo quæris id quod habes? Paululum exspecta, et gratiam videbis. Audivit, credidit Martha, sororemque excitavit, et cursu feruntur omnes qui ad consolandum venerant. Rursus Jesus, ut in turbis et in nuptiis, sic in luctu, et ubique credentibus difficultates solvit. Ut vidit autem luctum et lacrymas, dixit Jesus : *Ubi posuistis eum?* Cur Ibid. v. 3.. interrogas, o Domine? absens sciebas mortem, et præsens non nosti locum, sed dicis, *Ubi posuistis eum?* Sistite mihi, inquit, eos qui sepelierunt, qui ligarunt, qui involverunt mortuum. Hi mihi testes futurorum adstantes, sua indicent; ut cum ab se sepultum viderint resurgentem, ne putent esse phantasiam. Venit ad monumentum, permisit ut res sibi indicaretur, qui omnia noverat : postea vero lacrymatus est. Cur ploras, si vere promisisti, si illum resuscitaturus es? Sed luget hominem, ostendens animi benignitatem : fortasseque propter ingratum Judæorum animum, quia post hoc miraculum in incredulitate mansuri erant. Quidam enim ex illis dicebant : *Non poterat hic qui aperuerat oculos cæci, facere ut hic non moreretur?* Poterat. Cur conviciari præoccupatis? exspectate et quid facturus sit videte. Dicit illis Jesus : *Tollite lapidem.* Inexspectatus sermo. Qui portas æreas evertit, et mortis vectes ferreos contrivit, dicit, *Tollite lapidem?* cur verbo lapidem non removes, Domine? Tollite, inquit, vos sycophantæ, lapidem, increduli, fraudulenti : tollite, tangite, certiores vos facite : ne rursus vobismetipsis non credatis, attente respicite. Non umbra, non phantasia exitura est : nam res hujusmodi, lapidibus etiam impositis, exire possunt. *Dicit ei Martha, soror ejus qui mortuus erat : Domine, jam fœtet; quatriduanus enim est.* Joan. 11. 39. 44 Oportebat enim illum, utpote servum, non Dominica frui prærogativa. Dominus enim, ut pollicitus erat, tertia die resurrexit; hic vero quatriduanus resurgit : aliud enim est servus, aliud Dominus. Dicunt ei : *Domine, quatriduanus est, jam fœtet.* Hæc apud Deum parva sunt. Nondum ossa sunt arida, nondum carnibus et nervis privata, ut olim apud Ezechielem mortuorum exercitus humi jacens, et omnibus privatus, anima, sensu, patrocinio, vivifico spiritu, stetit ad monumentum, jam futuræ resurrectionis clarum exemplum daturus. Siluit Martha, et lapis remotus est : omnes suspensi animo erant, mortui viventes, forteque ipse infernus attonitus, cum jam portæ mortis solutæ essent. Et primo Dominus Jesus a glorificatione incipit. Elevavit, inquit, oculos in cælum, descensus sui modum indicans, gratias pro nobis agens Patri ac dicens : *Pater, gratias ago tibi, quia audisti me.* Cum potestatem vitæ penes se haberet, hoc facit, quia Ma-

[a] [Leg. ἀφαρμόζεις. Infra ὁ λίθος ἀφήρμοστο]

ria et Martha dixerant ipsi : *Scimus quoniam quæcumque petieris a Deo, dabit tibi.* Ideo in- D firmiorem illarum mentem videns dicit : Scitis utique quia quodcumque petiero a Patre dabit mihi : mente ergo accedite ad me et ad Patrem. Et deinde dicit, *Gratias tibi ago, Pater, quia audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter circumstantes dixi.* Viden' quomodo non egeat oratione, sed hoc faciat ob præsentium incredulitatem ? Audisti me, inquit, semper. Ne quæras, quando : quantumcumque enim exploremus, non comprehendimus. Ut filius secundum naturam precaris : patrem vero memoravit honorem ipsi referens, ut Filii Patrisque concordiam ignorantibus exhiberet. Ut vero fidem firmavit, et audientium mentem certiorem fecit, E demum ad opus venit. *Lazare, veni foras.* Non iteravit sermonem, ut unus solus resurgeret, et ne mortuorum populus incompositum cursum capesseret. Unum quæro mortuum, ne veniatis omnes : nondum enim tempus illud advenit, cum mortui audient vocem Filii hominis, et qui audierint, vivent. Unus tantum interim veniat : unus solvatur propter amicitiam cum Unigenito, uno egeo vincto. Nemo in inferis obsistat, non ostiarius invisibilis, non durus custos carceris, non clavigeri infernales, qui semper capere meditantur. Disce F meos primum dare. Tu vero, inferne, tace, obmutesce, nihil durum patiens, Domino obsequens, nihil aggrediens, homo jam a liminibus tuis aufugit. *Lazare, veni foras.* Meo jussu vince mortem, vince mortem exspoliato inferno. Adhuc 850 vinctus maneo, cum jam illo invito coronatus sim. A Exiit Lazarus vinctus et ambulans ; exiit omnino vinctus, et totus sese movens. Prorsus enim pedibus et manibus vinctus erat, secundum regionis consuetudinem. Nondum tamen prorsus erat extra mortem et sepulturam. Rursus novum dat Jesus mandatum, *Solvite illum, et sinite abire.* Cur non per se solvitur qui mortem effugit, qui infernam custodiam subvertit? Vos solvite qui nuper ligastis, ut vinculorum vestrorum signa agnoscatis. Ut autem hæc audierunt Phærisæi, novum
Joan. 11. 47. concilium inierunt dicentes : *Quid facimus, quia hic homo talia signa facit ?* Magna crimina : mortuis suscitatis mors interimitur, et Lazarus surgit a mortuis : Judæi autem animo enecantur. Ne imperfectum ergo ineatis concilium, sed addite criminis rationem dicentes : Quid facimus, quia B post paucos dies sol sursum obscurabitur, terraque deorsum tremet, res gestas non ferens, intra templum velum scindetur, mortuorum populus ad vitam revertetur ? Rursum dicite : Quid facimus, quia templum solvitur, quia cultus cessat, quia urbs incenditur, quia nos ejicimur, et alii nostrum vice heredes constituuntur ? Quid facimus, quia omnia transferuntur, prophetæ, apo-

ἡ Μαρία καὶ Μάρθα ἔλεγον· Οἴδαμεν ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃς τὸν Θεὸν, δώσει σοι. Διὰ τοῦτο ἀσθενεστέραν αὐτῶν τὴν διάνοιαν βλέπων λέγει· ὅλως οἴδατε, ὅτι εἴ τι ἂν αἰτήσω Πατέρα, δώσει μοι· τοίνυν προέλθετε τῇ διανοίᾳ ἐμοὶ, καὶ τῷ Πατρί. Καὶ λοιπὸν ἐπάγει λέγων, Εὐχαριστῶ σοι, Πάτερ, ὅτι ἤκουσάς μου. Ἐγὼ δὲ ᾔδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις· ἀλλὰ διὰ τοὺς παρεστῶτας εἶπον. Εἶδες πῶς οὐ δεῖται τῆς προσευχῆς, ἀλλὰ τοῦτο ποιεῖ διὰ τὴν τῶν παρόντων ἀπιστίαν. Ἤκουσάς μου, φησὶ, πάντοτε. Μὴ ζήτει τὸ, πότε ; ὅσον γὰρ ἐξετάζομεν, οὐ καταλαμβάνομεν. Εὔχῃ μὲν πάντα κατὰ φύσιν ὡς Υἱός· ἐμνημόνευσε δὲ τὴν τιμὴν ἀναπέμπων, ἵνα μίαν συμφωνίαν Υἱοῦ καὶ Πατρὸς ἐπιδείξηται τοῖς ἀγνοοῦσιν. Ὡς δὲ ἠσφαλίσατο τὴν πίστιν, καὶ τοὺς τῶν ἀκροωμένων λογισμοὺς ὠχύρωσε, λοιπὸν ἐπὶ τὸ ἔργον χωρεῖ. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. Οὐκ ἐδιπλασίασε τὸν λόγον, ἵν' ὁ εἷς μόνος ἀναστῇ, καὶ μὴ ὁ δῆμος τῶν νεκρῶν ἄτακτον δράμῃ δρόμον. Ἕνα ζητῶ νεκρὸν, μὴ πάντες ἔλθητε· οὔπω γὰρ ἐκείνου τοῦ νεύματος ὁ καιρός. Ὅτε ἀκούσουσιν οἱ νεκροὶ τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται. Εἷς μόνος ἡκέτω τέως, εἷς λυέσθω διὰ τὴν τοῦ ἑνὸς Μονογενοῦς φιλίαν, ἑνὸς δέομαι δεσμώτου. Μηδεὶς ἀντιταττέσθω τῶν κάτω, μὴ πυλωρὸς ἀφανὴς, μὴ δεσμοφύλαξ βαρὺς, μὴ οἱ κάτω κλειδοῦχοι μελετήσαντες πάντες λαμβάνειν. Μάθε τοὺς ἐμοὺς πρῶτον διδόναι. Καὶ σὺ δὲ, ὦ ᾅδη, σιώπα, πεφίμωσο, μηδὲν ξένον παθὼν, Δεσπότῃ ὑπακούων, μηδὲν τούτων προσποιούμενος. Ἄνθρωπος φυγὰς γίνεται τῶν σῶν προθύρων. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω· νίκησον θάνατον τοῖς ἐμοῖς ἐπιτάγμασιν, νίκησον θάνατον συλήσας τὰ κάτω. [b] Ἔτι μένω δεδεμένος, ἤδη κατ' αὐτοῦ στεφανούμενος. Ἐξῆλθεν ὁ Λάζαρος δεδεμένος καὶ βαδίζων· ἐξῆλθε πάντα δεδεμένος, καὶ ὅλος κινούμενος· ὅλος γὰρ δι' ὅλου σφιγγόμενος ἦν πόδας καὶ χεῖρας, κατὰ τὸν ἐπιχώριον τῆς ταφῆς τρόπον. Οὐδὲ ἦν λοιπὸν ἔξω θανάτου καὶ τάφου. Πάλιν ἐπιτάσσει ὁ Ἰησοῦς καινὸν ἐπίταγμα· Λύσατε αὐτὸν, φησὶ, καὶ ἄφετε ὑπάγειν. Διὰ τί αὐτομάτως οὐ λύεται ὁ θάνατον φυγὼν, ὁ τὴν κάτω φρουρὰν ἀνατρέψας; Ὑμεῖς λύσατε οἱ πάλαι δήσαντες, ἵνα τῶν οἰκείων δεσμῶν ἐπιγνῶτε τὰ σήμαντρα. Ὡς δὲ ἤκουσαν ταῦτα οἱ Φαρισαῖοι, ξένον βουλευτήριον συγκροτοῦσι λέγοντες, Τί ποιοῦμεν, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖ; Μεγάλα ἐγκλήματα· νεκρῶν ἐγειρομένων θάνατος θανατοῦται, καὶ Λάζαρος ἀνίσταται ἐκ νεκρῶν· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι νεκροῦνται τῇ γνώμῃ. Μὴ ἀτελὲς τοίνυν κάθησθε βουλευτήριον, ἀλλὰ πρόσθετε τὸν τοῦ ἐγκλήματος λόγον, καὶ εἴπατε· Τί ποιοῦμεν, ὅτι μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἄνωθεν ἥλιος σκοτίζεται, κάτωθεν γῆ τρέμει μὴ φέρουσα τὰ πεπραγμένα, ἔνδοθεν τοῦ ναοῦ τὸ καταπέτασμα διαῤῥήγνυται, νεκρῶν δῆμος πρὸς ζωὴν ἐπανέρχεται ; Πάλιν εἴπατε, τί ποιοῦμεν, ὅτι ναὸς λύεται, ὅτι λατρεία παύεται, ὅτι ἡ πόλις ἐμπίπραται, ὅτι ἡμεῖς ἐκβαλλόμεθα, καὶ ἕτεροι ἀνθ' ἡμῶν κληρονόμοι καθίστανται ; τί ποιοῦμεν, ὅτι πάντα μεταφέρεται, προφῆται, ἀπόστολοι, ἱερωσύνη, νηστεία, πα-

b Hæc non bene cohærent.

νήγυρις, λατρεία; καὶ Θεὸς δέξεται. Περὶ τούτων σκέψασθε, περὶ τούτων βουλεύσασθε· αἱ γὰρ τῶν λόγων λέξεις ἀνωφελεῖς εἰσιν ὑμῖν, ἡ γνώμη μένει· λόγον γὰρ ὃν ἐὰν λαλήσητε, οὐ μὴ ἐμμένει ἐν ὑμῖν. Ἅπαξ τοίνυν δέδωκεν ὁ Θεὸς οἷς δέδωκεν, ἀεὶ ἑορτάζειν, ἀεὶ πανηγυρίζειν, καθ' ἕκαστον ἔτος ἀνανεοῦσθαι C τῆς πανηγύρεως τὸν λόγον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

stoli, sacerdotium, jejunium, celebritas, cultus? et Deus hæc admittet. De his solliciti estote, de his concilium inite. Dicta enim inutilia sunt vobis: sententia manet: nam verbum quod profertis non manet in vobis. Semel igitur dedit Deus iis quibus libuit, ut semper festum, semper celebritatem agerent singulisque annis celebritas renovaretur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. β'.

Ἀγαπητοὶ, ὥσπερ μήτηρ φιλότεχνος ἐπιδοῦσα τὴν θηλὴν τῷ νηπίῳ τέρπεται, τοῦ παιδὸς ἐφέλκοντος τὴν ἁπαλὴν τροφὴν τοῦ γάλακτος· ἐπειδὰν δὲ ὁ θρόμβος τοῦ γάλακτος τυρωθεὶς ἐμφράξῃ τοὺς ὀχετοὺς τοῦ μαζοῦ, τότε δὴ καὶ τὸ παιδίον κλαυθμυρίζει, καὶ ἡ μήτηρ ὀδυνᾶται, τὴν μὲν προαίρεσιν τοῦ τρέφειν ἡπλω- D μένην ἔχουσα, τὴν δὲ τροφὴν μὴ ἐπιδιδομένην ὁρῶσα· ὡσαύτως καὶ ἡμεῖς τῇ προτεραίᾳ τὴν θηλὴν τῆς διανοίας ὑμῖν ὑποβαλόντες, ἐτερπόμεθα, ὑμῶν ἐφελκόντων τὸ γάλα τοῦ λόγου· ὅτε δὲ τὸ τῆς λήθης νέφος ὑποδραμὸν τῇ διανοίᾳ, τὸν λόγον ἀνέκοψε, τότε δὴ καὶ ὑμεῖς ἠγανακτήσατε ὡς ἀποστερούμενοι τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων τὰ νοήματα, καὶ ἡμεῖς ἐδυσφοροῦμεν, τὴν μὲν προθυμίαν τοῦ λέγειν ἐκτεταμένην ἔχοντες, τὸν δὲ νοῦν κωλυόμενον ὑπὸ τῆς λήθης ὁρῶντες. Ἀλλ' ἴσως τοῦτο συμβέβηκεν ἡμῖν, ἵνα γνῶμεν, ὅτι Οὔτε τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, οὐδὲ τοῦ διώκοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. Δεῦρο τοιγαροῦν, ἐπειδήπερ Θεὸς δίδωσι τοῖς λέγουσι χάριν, οὐ διὰ τὴν ἀξίαν τῶν λεγόντων, ἀλλὰ διὰ τὴν χρείαν E τῶν ἀκουόντων, αὐτὸν παρακαλέσαντες, ἀπὸ τῶν ἀρτίως ὑμῖν ὑπαναγνωσθέντων εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων κατὰ δύναμιν τὸ πότιμον τῆς διδασκαλίας ἀρυσώμεθα νᾶμα. Ἦν τις ἀσθενῶν, φησὶ, Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς. Ἦν δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ, ἧς ὁ ἀδελφὸς Λάζαρος ἠσθένει. Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· οὐκ ἔστιν ἡ ἀσθένεια αὕτη πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ Θεὸς δι' αὐτῆς. Ἀνθυποφέρων λέγω, ἡ ἀσθένεια αὕτη οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· οὐκ ἔστιν ἀσθένεια, ἀλλ' εὐαγγέλια, οὐκ ἔστιν ἀσθένεια, ἀλλ' ἀσφάλεια. Ὦ ἀσθένεια ἀῤῥωστούντων ἰατρὲ, πίστεως ὁδηγὲ, θανάτου ἀντίπαλε, διαβόλου ἀντίδικε, F σωτηρίας ἀρχηγέ· ὦ ἀσθένεια, ἀρετῆς θεμέλιε ἄῤῥηκτε, πίστεως διδάσκαλε, εὐσεβείας οἰκονόμε· ὦ ἀσθένεια πυρετοὺς ψυχῶν ἀποσοβοῦσα, καὶ ἱδρῶτας βαπτίσματος δροσίζουσα, καὶ λαμπρὰς στολὰς ψυχῆς ἐξυφαίνουσα· ὦ ἀσθένεια, οὐρανίου ἄρτου πάροχε, πίστεως λαμπαδοῦχε ἄριστε, διαβόλου παγὶς καὶ ἀνθρώπου 851 σφραγίς. Ὅτε δὲ ἤκουσε, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς, τότε μὲν A ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ δύο ἡμέρας. Τί δὲ τὸ ἀναγκαῖον τοῦ ἐπιμεῖναι τὸν Κύριον ἀκούσαντα, καὶ μὴ εὐθὺς ἀπελθεῖν πρὸς τὸν ἀσθενοῦντα; Ἀλλὰ πάντως ἐξεδέχετο τὸν θάνατον τοῦ Λαζάρου, ὅπως ἐν τῷ θανάτῳ

In quatriduanum Lazarum. II.

Dilecti, quemadmodum mater prolis amans, mammam præbens infanti, delectatur, filio tenerum lactis alimentum sugente: ubi vero grumus lactis in caseum concretus, mammæ canales obstruit, tunc puerulus plorat, et mater cruciatur, alendi semper propositum habens, alimentum autem non procedere cernens: sic et nos pristina die mentis mammam vobis admoventes lætabamur, vobis lac verbi sugentibus; ubi vero nubes oblivionis in mentem subiens verbum præcidit, tunc et vos indignati estis, utpote privati evangelicorum dogmatum sententiis; et nos ægre tulimus, dum studio dicendi præditi, mentem vestram vidimus oblivione obrutam. Sed fortassis id accidit nobis, ut sciamus quod *Non volentis* Rom. 9. 16.
neque currentis, neque persequentis, sed miserentis est Dei. Age ergo, quia dicentibus Deus dat gratiam, non ob loquentis dignitatem, sed ob necessitatem audientium, ipsum precati, ab evangelica modo vobis facta lectione, pro virili potum doctrinæ hauriamus. *Erat*, inquit, *quidam lan-* Joan. 11.
guens a Bethania, de castello Mariæ et Mar- 1. sqq.
thæ sororis ejus. Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, cujus frater Lazarus infirmabatur. Dixit autem Jesus: Infirmitas hæc non est ad mortem; sed pro gloria Dei, ut glorificetur Deus per eam. Resumens dico: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: non est infirmitas, sed bonus nuntius; non est infirmitas, sed securitas. O infirmitas, ægrorum medicina, fidei dux, morti adversaria, diaboli ultrix, salutis princeps! o infirmitas, virtutis fundamentum, fidei magistra, pietatis dispensatrix, Ecclesiarum Dei ædificatrix! o infirmitas, quæ febrim animæ fugat, et sudores baptismatis rore perfundit, et splendidas texit animæ vestes! o infirmitas cælestem præbens panem, fidei lucerna optima, diaboli laqueus, et hominis signaculum!
Ut audivit, inquit, *Jesus, tunc quidem mansit* Joan. 11. 6.
in eodem loco duobus diebus. Quid necesse erat ut hoc audito ibi maneret Dominus, et cur non statim ad infirmum se contulit? Sed omnino mortem Lazari exspectabat, ut in morte ejus majorem per miracula fidem spectantibus inderet.
Post hæc vero dicit discipulis Jesus: *Lazarus* Ibid. v. 11.

*amicus noster dormit ; sed vado, ut a somno
excitem eum.* Vere namque mors hominum, so-
mnus a Domino reputatur. *Vado, ut a somno ex-
citem eum.* Quid enim? annon potes hic manens
mortuum suscitare ? Sed non ita gratiam acci-
piunt Judæi me absente : fortasse enim ipso re-
surgente, putabunt ex accidente quopiam Lazarum
revixisse. Ego igitur vadam, ut me præsente spe-
ctatores facti miraculorum meorum, et gratiam
a me accipientes, fidem firmam obtineant. *Laza-
rus amicus noster dormit : sed vado ut a so-
mno excitem eum.* Discipuli vero audientes dixe-
Ibid. v. 12. runt : *Domine, si dormit, salvus erit.* Non tam
pie, quam medice loquuti sunt. Somnus enim ni-
mius lethargicis nocet, febres vero magis solvit
quam sudor. Quia igitur putabant discipuli Do-
Ibid. v. 14. minum de somno loqui, dixit manifeste : *Lazarus*
15. *amicus noster mortuus est ; et gaudeo propter
vos, ut credatis, quoniam non eram ibi : sed
eamus ad eum.* Qui non vult mortem peccatoris,
nunc gaudet de morte amici ? Gaudeo, non pro-
pter me, nec propter mortuum, sed propter vos :
utor enim morte ad fidei vestræ fundamentum. O
mors Christi exsultatio ! o mors vitæ plena ! o
mors mortis solutio, salutis dux, lapsorum resur-
rectio, lassorum quies, infirmantium robur, ju-
storum refrigerium ! o mors diaboli eversio, dæ-
monum destructio, primi hominis Adami reno-
vatio ! o mors lætitiæ operatrix, incorruptionis
nuntia, gaudii proma. Ut autem compendio di-
cam, venit Jesus in Bethaniam, occurrerunt ei
sorores Lazari, prociderunt in genua coram Do-
Ibid. v. 21. mino flentes ac dicentes, *Domine, si fuisses hic,
frater noster non esset mortuus.* Num ibi non
erat ? Corpore quidem non erat ; divinitate vero
non modo illic, sed etiam in cælis. Quomodo enim
novisset Lazari mortem, nisi ibi fuisset, secun-
dum invisibilem vim divinitatis ? Et dicebant :
*Domine, si fuisses hic, frater noster non es-
set mortuus.* Dixit illis Dominus : Credite, et
videbitis gloriam Dei : docens fidem bonorum
operum esse principium. Et videns eas plorantes,
Ibid. v. 33. præsentesque Judæos, *Infremuit spiritu, et tur-*
34. *bavit seipsum, dixitque, Ubi posuistis eum ?*
Quid sibi vult illud, *Infremuit spiritu ?* Exspe-
cta, dilecte, et paulopost videbis quæstionis so-
lutionem. *Turbavit seipsum ;* non ut nos a timo-
re vel dolore turbamur ; sed ipse seipsum turba-
vit, et dixit : *Ubi posuistis eum ?* Num ignora-
bat ubi sepultus esset, qui novit quandonam mor-
tuus sit ? Sed minuit humana verba in divinis
prodigiis, ut ostendat se etiam hominem fuisse,
ut dicit propheta. *Et homo est, et quis cogno-
scet eum ?* Hoc autem præmisit ut significaret
se etiam aliud quidpiam esse, nempe Deum. *Ubi*
Joan. 11. *posuistis eum ?* Maria vero ait : *Veni, et vide,*
35. *Domine. Et lacrymatus est Jesus.* Quorsum
flere eum, quem paulo post suscitaturus erat ?
Sed lacrymatus est Jesus, ut commiserationem
et benignitatem erga contribules nobis ostenderet :

μείζονα τῶν θαυματουργημάτων τὴν πίστιν τοῖς
δρῶσιν ἐνδείξηται. Μετὰ ταῦτα οὖν λέγει τοῖς μαθη-
ταῖς ὁ Ἰησοῦς· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται·
ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. Ἀληθῶς γὰρ ὁ
τῶν ἀνθρώπων θάνατος ὕπνος παρὰ τῷ Κυρίῳ λελό-
γισται. Πορεύομαι, ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. Τί γάρ;
καὶ ἐνταῦθα ὢν ἀδυνατεῖς ζωοποιῆσαι τὸν νεκρόν;
Ἀλλ' οὐχ οὕτω δέχονται τὴν χάριν οἱ Ἰουδαῖοι ἐμοῦ
ἀπόντος· ἴσως γὰρ ἀναστάντος αὐτοῦ νομίσουσιν ἐκ
B συντυχίας τινὸς ἀναβιῶσαι τὸν Λάζαρον. Αὐτὸς οὖν
ἐγὼ παραγίνομαι, ὅπως παρόντος μου αὐτόπται γε-
νόμενοι τῶν παρ' ἐμοῦ γενομένων θαυματουργημά-
των, καὶ τὴν χάριν παρ' ἐμοῦ δεξάμενοι, εἰς πίστιν
βεβαίαν ἐνεχθῶσι. Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμη-
ται· ἀλλὰ πορεύομαι ἐξυπνίσαι αὐτόν. Οἱ δὲ μαθη-
ταὶ ἀκούσαντες, εἶπον· Κύριε, εἰ κεκοίμηται, σω-
θήσεται. Οὐ τοσοῦτον δὲ θεοσεβῶς ἀπεκρίναντο,
ὅσον ἰατρικῶς. Ὕπνος γὰρ ληθαργικοὺς μὲν βλάπτει
ἐπεκτεινόμενος, πυρετοὺς δὲ λύει μᾶλλον ἱδρώτων.
Ἐπειδὴ τοίνυν ἔδοξαν οἱ μαθηταὶ λέγειν τὸν Κύριον
περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου, εἶπε μετὰ παῤῥησίας·
Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν ἀπέθανε· καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς,
ἵνα πιστεύσητε, ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ· ἀλλὰ ἄγωμεν πρὸς
αὐτόν. Ὁ μὴ θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, χαίρει
C νῦν ἐπὶ θανάτῳ φίλου. Χαίρω, οὐ δι' ἐμαυτὸν, οὐδὲ διὰ
τὸν τεθνεῶτα, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς· κέχρημαι γὰρ τῷ θα-
νάτῳ πρὸς τὸν τῆς ὑμετέρας πίστεως θεμέλιον. Ὦ
θάνατος, Χριστοῦ ἀγαλλίασις· ὢ θάνατος, ζωῆς ἀνά-
πλεως· ὢ θάνατος, θανάτου λυτήριον, σωτηρίας ἀρ-
χηγὸς, πεπτωκότων ἀνάστασις, καμνόντων ἀνάπαυσις,
ἀσθενούντων ῥῶσις, δικαίων ἀνάψυξις· ὢ θάνατος,
διαβόλου κατάλυσις, δαιμόνων καθαίρεσις, τοῦ πρω-
τοπλάστου Ἀδὰμ ἀνανέωσις· ὢ θάνατε, εὐφροσύνης
συνεργὲ, ἀφθαρσίας μηνυτὰ, χαρᾶς χορευτά. Ἵνα
δὲ ἐπιτεμὼν τῷ λόγῳ εἴπω, ἔρχεται Ἰησοῦς εἰς τὴν
Βηθανίαν, ἀπήντησαν αὐτῷ αἱ ἀδελφαὶ Λαζάρου,
προσπίπτουσι τοῖς γόνασι τοῦ Κυρίου κλαίουσαι καὶ
λέγουσαι· Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανεν ἡμῶν ὁ
ἀδελφός. Ἆρα γὰρ οὐκ ἦν ἐκεῖ; Ἀλλὰ τῷ μὲν σώ-
D ματι οὐκ ἦν ἐκεῖ, τῇ δὲ θεότητι οὐ μόνον ἐκεῖ, ἀλλὰ
καὶ ἐν οὐρανοῖς. Πῶς γὰρ ἐγίνωσκε τὸ πότε ἀπέθα-
νεν ὁ Λάζαρος, εἰ μὴ παρὼν ἦν κατὰ τὴν ἀόρατον
δύναμιν τῆς θεότητος; Καὶ ἔλεγον, Κύριε, εἰ ἦς ὧδε,
οὐκ ἂν ἀπέθανεν ἡμῶν ὁ ἀδελφός. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὰς ὁ
Κύριος· πιστεύσατε, καὶ ὄψεσθε τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ,
διδάσκων ὅτι τῶν ἔργων τῶν ἀγαθῶν ἡ πίστις ἐστὶν
ἀρχηγός. Καὶ θεωρήσας αὐτὰς κλαιούσας, καὶ τοὺς
παρόντας Ἰουδαίους, Ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι,
καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, καὶ εἶπε· ποῦ τεθείκατε αὐτόν;
Τί ἐστι τὸ, Ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι; Ἔκδεξαι,
ἀγαπητὲ, καὶ μετ' ὀλίγον εὑρήσεις τοῦ ζητουμένου
τὴν λύσιν. Ἐτάραξεν ἑαυτὸν, οὐχ ὡς ἡμεῖς ὑπὸ
δειλίας ἢ λύπης ταρασσόμεθα, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν
ἐτάραξε, καὶ λέγει, Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; Ἆρα γὰρ
E ἠγνόει ποῦ τέθαπται, ὁ ἐγνωκὼς πότε τετελεύτηκεν;
Ἀλλὰ μιγνύει τὰ ἀνθρώπινα ῥήματα τοῖς θείοις θαυ-
ματουργήμασιν, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ ἄνθρωπος ἦν,
καθὰ καὶ ὁ προφήτης λέγει· Καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ
τίς γνώσεται αὐτόν; Τοῦτο δὲ προέταξεν ἵνα ση-
μαίνῃ, ὅτι καὶ ἄλλο τί ἐστιν, ὅπερ ἐστὶ Θεός. Ποῦ

τεθείκατε αὐτόν; Ἡ δὲ Μαρία, Ἔρχου, φησὶ, καὶ ἴδε, Κύριε. Καὶ ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς. Τίς δὲ χρεία δακρύειν, ὃν ἔμελλεν ἀνιστᾷν μετ' ὀλίγον; Ἀλλ' ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς, ἵνα τὸ συμπαθὲς καὶ τὸ φιλάνθρωπον περὶ τοὺς ὁμοφύλους ἡμῖν ὑποδείξῃ· ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς, ἵνα τὸ κλαίειν μετὰ κλαιόντων ἔργῳ μᾶλλον ἢ λόγῳ διδάξῃ· ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς· ἐδάκρυσεν, οὐκ ἐπένθησε, τὸ μὲν ἀδάκρυτον παντελῶς ὡς ἀπηνὲς καὶ ἀπάνθρωπον παραιτούμενος, τὸ δὲ F φιλοπενθὲς ὡς ἀγεννὲς καὶ ἄνανδρον διωθούμενος· τάξιν δὲ ἐπιτιθεὶς τῇ συμπαθείᾳ, ἐδάκρυσεν. Ἔρχεται ἐπὶ τὸ σπήλαιον, καὶ θεωρεῖ λίθον ἐπικείμενον τῷ μνήματι. Κελεύει τοῖς παρεστῶσιν Ἰουδαίοις 832 ἀποκυλῖσαι τὸν λίθον ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ σπηλαίου. A Ὁ λέγων, Ἐὰν πίστιν ἔχητε ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ γενήσεται ὑμῖν· πῶς νῦν αὐτὸς ἀδυνατεῖς ἀποκυλῖσαι τὸν λίθον; Ἀλλ' οὐχ ὡς ἀδυνατῶν τοῦτο ποιῶ, φησὶν, ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωσι φαντασίαν εἶναι τὸ γινόμενον, ἐπιτάσσω αὐτοῖς τοῖς Ἰουδαίοις ἰδίαις χερσὶν ἀποκυλῖσαι τὸν λίθον, τὸ μέγιστον σημεῖον ἐμαυτῷ καταλιμπάνων· ἵνα αὐτοὶ μάρτυρες γένωνται τῶν ὑπ' ἐμοῦ γενομένων σημείων. Εἶτα μετὰ τὸ ἀποκυλῖσαι τὸν λίθον, ἀναβλέψας ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· Εὐχαριστῶ σοι, Πάτερ, ὅτι ἤκουσάς μου. Πότε δὲ προσηύξατο; Νῦν λάμβανε, ἀγαπητὲ, τὴν πρὸ βραχέος ζητουμένην παρὰ σοῦ λύσιν τοῦ ῥητοῦ· ὅτε γὰρ ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, τότε προσηύξατο. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, B ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. Καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας κειρίαις. Ὢ φωνῆς δύναμις ᾅδην διαῤῥήξασα, πύλας χαλκᾶς συντρίψασα, μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσασα, διάβολον καταστρώσασα, θάνατον καταργήσασα, νεκρὸν ἀνεγείρασα· ὢ φωνῆς δύναμις, τὰ διεστῶτα μέλη εἰς ἓν συναγαγοῦσα καὶ ἀνορθοῦσα, καὶ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγοῦσα· ὢ φωνῆς δύναμις, τὸν τετραήμερον νεκρὸν ὡς ἐξ ὕπνου ἐγείρουσα, καὶ τὸν κειρίαις δεδεμένον ὡς εὔλυτον καὶ ὀξυδρομέα τοῦ τάφου προαγαγοῦσα. Ἐπίστησον, ἀγαπητὲ, τὸν νοῦν σου τῇ φωνῇ, καὶ εὑρήσεις αὐτὸν τὸν λόγον τὸν λέγοντα ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ, C Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς, Γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐγένοντο, τὸν αὐτὸν καὶ νῦν λέγοντα, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. Καὶ οἱ ἀποῤῥεύσαντες ἰχῶρες τῶν σαρκῶν τὰς κοτύλας πάλιν ἀνεπλήρουν, καὶ αἱ ἀποπεσοῦσαι τρίχες τὴν οἰκείαν τάξιν ἐπεγίνωσκον, καὶ ἐν τοῖς μέλεσι κατεφυτεύοντο. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω· καὶ ὁ νεκρὸς ἀνίστατο, καὶ τεταρταῖος ἴσος ἦν τῷ μήτε τὴν ἀρχὴν τεθνεῶτι. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω· καὶ ἡ ψυχὴ ἐκ τῶν καταχθονίων ἀνάσπαστος ἐγίνετο, μὴ διαβόλου ἀντιλέγοντος, μὴ θανάτου ἀντιπαλαίοντος, καὶ χαίρουσα τὸ ἴδιον οἴκημα ἐπεγίνωσκε. Τούτων τῶν θαυματουργημάτων, ἀγαπητὲ, τὸ θεῖον ἔργον θεωρήσας, τὴν ἀνάστασιν μὴ ἀμφίβαλλε· γενέσθω σοι ἔσοπτρον ὁ Λάζαρος, καὶ ἐν ἐκείνῳ σεαυτὸν θεωρήσας, τὴν D ἀνέγερσιν πίστευε. Ἡ αὐτὴ γὰρ φωνὴ πάντας ἡμᾶς ἀναστήσει, ὥς που καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει· Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται ἄφθαρτοι· τῇ χάριτι

lacrymatus est Jesus, ut magis re quam verbis doceret flendum esse cum flentibus : lacrymatus est Jesus, non luxit : nam sine lacrymis omnino esse ut inhumanum respuit, lugere vero ut ignavum rejicit ; ut modum commiserationi statuat, lacrymatur. Venit in speluncam, et videt lapidem impositum monumento. Jubet Judæos removere lapidem ab ostio monumenti. Qui dicis, *Si* Matth. 17. 19.
fidem habeatis ut granum sinapis, dicetis huic monti, Tollere et mittere in mare, et fiet vobis : quomodo nunc non potes removere lapidem? Sed non quod non possim, ita ago, inquit ; sed ne putent rem esse phantasiam, præcipio ipsis Judæis ut suis manibus lapidem removeant, maximum signum mihi reservans, ut ipsi testes sint signorum a me patratorum. Deinde postquam revolutus fuit lapis, respiciens Jesus in cælum dixit : *Gratias tibi ago, Pater, quoniam audisti* Joan. 11. 41.
me. Quandonam autem oravit? Nunc accipe, dilecte, quam modo quærebas verbi solutionem : cum enim infremuit spiritu, tunc precatus est. Et *hæc cum dixisset, clamavit voce magna, Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes et manus institis.* O vocis vim inferos dirumpentem, portas æreas conterentem, vectes ferreos confrigentem, diabolum prosternentem, mortem de medio tollentem, mortuum suscitantem ! o vocis vim, quæ diducta membra in unum cogit et erigit, et ex non exstantibus ad esse producit ! o vocis vim, quæ quatriduanum mortuum quasi a somno excitat, et institis vinctum, quasi solutum et celerem cursorem, ex sepulchro educit ! Animum voci adhibe, dilecte, et invenies ipsum verbum in mundi creatione prolatum, *Fiat lux, et facta* Gen. 1. 3. 14.
est lux : Fiant luminaria in firmamento cæli, et facta sunt ; ipsum, inquam, dicens, *Lazare, veni foras.* Et sanies ex carnibus fluens cava iterum replebat ; et qui deciderant crines, suum ordinem agnoverunt, inque membris denuo plantabantur. *Lazare, veni foras.* Et mortuus resurrexit, et quatriduanus par erat ei qui nec mortuus fuisset. *Lazare, veni foras :* et anima ex inferis reducta est non contradicente diabolo, non repugnante inferno, et gaudens domicilium suum agnovit. Hoc miraculorum opus divinum contemplatus, dilecte, de resurrectione ne dubites. Sit tibi speculum Lazarus et in illo teipsum respiciens, resurrectionem crede. Eadem enim ipsa vox nos omnes suscitabit, ut Apostolus ait : *Tuba canet* 1. Cor. 15. 52.
enim, et mortui resurgent incorrupti, gratia

Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

In quatriduanum Lazarum. III.

Solvit Lazarum lux ; sed vocatus ita festinavit, ut ligatus curreret, qui per quatriduum putrefactus in monumento, ex visceribus multa a vermibus corrosa habebat ; totaque corporis disjecta forma, et corruptionis testem ferebat sepulcri E fœtorem. Sed bonus vitæ odor mortuum olfaciens, viscerum solutionem reformavit. Monumentum jacentis fuit uterus ; et quasi in utero satus, non in monumento, Lazarus recens formatus exsiliit. O novum miraculi genus ! hominem nobis in vitam emisit sepulchrum, institis sepulcralibus ut infantem involutum. Domini namque vox mortuo nota, cum fasciis ipsum ex monumento traxit. *Lazare*, inquit, *veni foras* : et cum verbo statim mortuus egressus est : membra in sepulchro ad ordinem suum currebant, oculus suum occupavit locum, nares itidem ; ad primam formam genæ statim redierunt, collum cum capite et humeris sese copulavit, manus ad mutuum F motum paratæ sunt, articulorum harmonia coaluit, digitorum ordo restitutus est, nervorum mutua tensio colligabatur, ossium natura induebatur, extendebantur cum venis arteriæ, medulla reformabatur, membranæ texebantur, capilli suum recipiebant decorem. Longo sermone membrorum cursum apparo. Sicut calcare equus, sic Domini voce punctus mortuus exsiliit. *Lazare, veni foras*. Antequam dicat, Resurge, 853 exire jubet ; adhuc jacentem urget ad cursum. A Suscita illum prius, et tunc suscitatum currere jubebis. Cur, Domine, ante resurrectionem, jacenti exitum mandas ? Jacenti, inquit, præcipio ut currat, ne duo mandata dans mortuo, exitum retardem. Non dico illi, Surge, et veni foras ; ut velocius currat, et surgendi et currendi unum accipiens mandatum. Hinc quasi alatus Lazarus ex monumento prodiit, potius ut custos, quam ut mortuus, in sepulcro decumbens. Infernus vero, ut videtur, mortuum restituens ab imo clamabat : Quis est hic, qui voce sua mortuos ex sepulchris, quasi dormientes excitat ? quis est hic, qui leges mortuorum veteres solvit ? quis est hic, qui tantum resurgendi præceptum dat mortuis ad reditum ? quis est hic, qui sepultos assuefacit, ut ad B vitam recurrant ? quis est hic, qui mortuos meos ita facile solvit ? quis est hic qui veteres mortuos meos jussu abstrahit ? Abscessit a me, ut video, sceptrum tyrannidis meæ in homines : effractus mihi est carcer mortis. Elias mortuum suscitavit in gratiam mulieris : rursus Elisæus raptor mortuorum secundus paratus est : nunc acerbior mor-

Εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. γʹ.

Ἔλυσε τὸν Λάζαρον τὸ φῶς· ἀλλ' οὕτω καλούμενος ἔσπευσεν, ὡς ἐσπαργανωμένος ἐπιδείξασθαι δρόμον, ὁ τετάρτην μὲν ἡμέραν κατασαπεὶς ἐν τῷ μνημείῳ, πολλὰ δὲ τῶν σπλάγχνων ὑπὸ σκωλήκων πεπορθημένος, πᾶσαν δὲ τὴν τοῦ σώματος διασπασθεὶς ἁρμονίαν, καὶ τῆς φθορᾶς μάρτυρα τὸ τοῦ τάφου κεκτημένος δυσῶδες. Ἀλλ' ἡ τῆς ζωῆς ὀσφράνασα τὸν νεκρὸν εὐοσμία, τὴν τῶν σπλάγχνων ἀνεχάλκευσε λύσιν· γέγονε μήτρα τοῦ κειμένου τὸ μνῆμα, καὶ καθάπερ ἐν γαστρὶ σπαρεὶς, οὐκ ἐν μνήματι, νεόπλαστος ἐξήλλετο Λάζαρος. Ὢ καινῆς θαυματοποιΐας· ἄνθρωπον ἡμῖν εἰς ζωὴν ἐξεφόρησε τάφος, τοῖς ἐνταφίοις, ὥσπερ τὸ βρέφος, ἐνειλημμένον σπαργάνοις. Ἡ γὰρ τοῦ Δεσπότου φωνὴ τῷ νεκρῷ γνωρισθεῖσα, μετὰ τῶν σπαργάνων ἐκ τοῦ μνήματος εἵλκεν αὐτόν. Λάζαρε, φησὶ, δεῦρο ἔξω· καὶ τῷ λόγῳ ταχέως ὁ νεκρὸς συνεξήρχετο, καὶ συνέτρεχεν ἀλλήλοις ἐν τῷ τάφῳ τὰ μέλη· πρὸς τὴν οἰκείαν ὀφθαλμὸς ἐπανήρχετο τάξιν, τὴν οἰκείαν ἡ ῥὶς κατελάμβανε χώραν, πρὸς τὸ πρότερον παρειαὶ κατηπείγοντο σχῆμα, τράχηλος ὤμοις καὶ κεφαλῇ συνεσφίγγετο, ἡ τῶν χειρῶν πρὸς κίνησιν εὐτρεπὴς συζυγία, ἄρθρων ἁρμονίαι συνήπτοντο, δακτύλων συνετίθετο τάξις, νεύρων ἀνεδεσμοῦντο συνθῆκαι, ὀστέων ἐνεδύετο φύσις, διετείνοντο σὺν φλεψὶν ἀρτηρίαι, μυελὸς ἀνεπλάττετο, ὑμένες ὑφαίνοντο, ** ἠνθετίζοντο τρίχες. Βραδὺν τῷ λόγῳ τῶν μελῶν κατασκευάζω τὸν δρόμον. Ὥσπερ ἐκ συνθήματος ἵππος, οὕτως ἐκ τῆς τοῦ Δεσπότου φωνῆς νυσσόμενος ὁ νεκρὸς ἀνεπήδα. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. Πρὶν εἰπεῖν, ἀνάστηθι, προστάττει τὴν ἔξοδον· κείμενον ἔτι κατεπείγει πρὸς δρόμον. Ἀνάστησον πρότερον, εἶθ' οὕτως ἀναστάντι τὸ τρέχειν ἐπίταξον. Τί πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἔξοδον, Δέσποτα, τῷ κειμένῳ κηρύττεις; Κειμένῳ, φησὶν, ἐπιτάττω τὸν δρόμον, ἵνα μὴ πρὸς δύο τὸν νεκρὸν ἀσχολήσας, ἐχρονοτρίβησα τὴν ἔξοδον. Οὐ λέγω πρὸς αὐτὸν, ἔγειρε, καὶ δεῦρο ἔξω, ἵν' ὀξύτερον δράμῃ, ἐγέρσεως καὶ δρόμου μίαν λαβὼν προθεσμίαν. Ἐντεῦθεν ὑπόπτερος Λάζαρος ἐξεπήδα τοῦ μνήματος, ὡς φύλαξ μᾶλλον, ἢ νεκρὸς, τῷ τάφῳ παρακαθήμενος. Ἅδης δὲ κάτωθεν, ὡς ἔοικε, τὸν νεκρὸν ἀποδιδοὺς ἀνεβόα· τίς οὗτος ὁ φωνῇ τοὺς νεκροὺς ἐκ τῶν τάφων, ὡς ὑπνοῦντας ἐγείρων; τίς οὗτος ὁ νόμους τεθνεώτων παλαιοὺς παραλύων; τίς οὗτος ὁ κατεξανίσταθαι τόσον κήρυγμα προθεὶς τοῖς νεκροῖς ἐπανόδου; τίς οὗτος ὁ πρὸς ζωὴν τοὺς ταφέντας ἀνατρέχειν ἐθίζων; τίς οὗτος ὁ τοὺς ἐμοὺς οὕτως εὐκόλως ἀναλύων νεκρούς; τίς οὗτος ὁ νεκρούς μου παλαιοὺς ἀποσπῶν ἐπιτάγματι; Οἴχεταί μοι τῆς κατὰ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ὁρῶ, τυραννίδος τὸ σκῆπτρον, σαθρόν μοι λοιπὸν

τοῦ θανάτου τὸ δεσμωτήριον ἀπῆλθεν. Ἠλίας νεκρὸν ἀνέστησε πρὸς χάριν γυναικὸς ἀποδείξας· ἐπελθὼν Ἐλισσαῖος ἅρπαξ μοι νεκρῶν κατεσκευάσθη διπλοῦς· νῦν πικρότερος οὗτος ὑπὲρ τῶν νεκρῶν μοι βοηθὸς ἐπεστράτευσε, κλέπτων τοὺς σεσηπότας νεκρούς, καὶ κινδυνεύω λοιπὸν μήτε σαπέντων ἐξουσιάζειν νεκρῶν. Σεσύλημαι γὰρ νεκρὸν ὃν ἀνήλωσα· θριαμβεύει με τετραήμερον σῶμα μετὰ τῆς ἐνταφίου τοῖς ζῶσι συγχορεύων αἰσθητός· πατηθήσομαι λοιπὸν μετὰ σπαργάνων, παρ' ἐμοῦ νεκροῦ δραπετεύσαντος. Τίς γάρ με τοῦ λοιποῦ δειλιάσει, τὸν παρὰ σαπέντος νενικημένον νεκροῦ, καὶ ὡς παρακαταθηκῶν τινων φύλακα τῶν νεκρῶν γεγονότα; παρακαταθήκη γάρ τις τοῦ μνήματος Λάζαρος, ὥσπερ τις χρυσὸς, μεθ' ὧν παρετέθη σφραγίδων ἀποδιδόμενος· δεδεμένος κειρίαις παρετέθη τῷ μνήματι, μετ' αὐτῶν αὖθις τῷ βίῳ δεδεμένος ἀπεδίδοτο. Ἄπιστος γὰρ τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος, καὶ πρὸς τὴν τῶν θαυμάτων μεγαλουργίαν ἀμφίβολος. Εἶπον ἂν ἐπὶ Λαζάρῳ καὶ νῦν, ὥσπερ ἐπὶ τῷ τυφλῷ θεραπευθέντι ποτέ· οὗτός ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὗτος. Ὥσπερ οὖν παρακαταθήκην ἀποδώσειν τις μέλλων, καὶ τὴν τοῦ παραθεμένου προορῶν ὑποψίαν, τὰς τῆς παρακαταθήκης διαφυλάττει σφραγῖδας, ἵν' ἡ τῶν σφραγίδων ὄψις τὸν παραθέμενον πείσῃ· οὕτω καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὸν Λάζαρον ἀποδιδοὺς Ἰουδαίοις ἐκ νεκρῶν, τὴν τετραήμερον ἐν νεκροῖς παραθήκην, τὰ τῶν σπαργάνων αὐτῷ, καθάπερ τινὰ σφραγῖδα, συνεξάγει σημεῖα, ἵνα λύοντες ἴδωσιν, ὡς οὐκ ἄλλος τις, ἀλλ' αὐτὸς, ὃν κατέθεντο. Ἀλλ' ἡ τῆς ἀπιστίας ἀδιόρθωτος πήρωσις· γνωρίσαντες γὰρ τὸν νεκρὸν ἐφθόνουν τῷ θαύματι, καὶ τυφλὴν διενοοῦντο βουλήν. Ἐβουλεύσαντο γάρ, φησὶν, οἱ ἀρχιερεῖς, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν· ὅτι δι' αὐτὸν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων ὑπήγοντο καὶ ἐπίστευον εἰς αὐτόν· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

tuorum adjutor me oppugnat, qui putridos mortuos suffuratur; periculumque est ut ne in fœtidos quidem mortuos imperium obtineam. Raptus enim mihi est mortuus, quem ceperam: de me triumphat quatriduanum corpus, quod institis ligatum cum viventibus choreas agit: demum conculcabor cum institis a mortuo transfuga. Quis me postea C timebit a fœtido victum mortuo, et mortuorum, quasi depositorum quorumdam, custodem factum? Depositum enim quoddam in sepulchro Lazarus erat, quasi aurum, cum sigillis redditum; institis ligatus depositus est in sepulchro, et iisdem rursum ligatus vitæ redditus est. Incredulus enim erat Judæorum populus, deque miraculorum magnitudine dubitans. Dicebant fortasse de Lazaro nunc, ut olim de cæco sanato: Hic est, Non est *Joan.* 9, 8.
hic. Quemadmodum ergo quispiam depositum reddere debens, et rei depositæ suspicionem inferendam prospiciens, depositi sigilla servat, ut sigilla rei depositæ fidem faciant: sic et Dominus noster Jesus Christus Lazarum ex mortuis reddens Judæis, quatriduanum in mortuis depositum, una cum illo institas quasi sigilla reducit; ut il- D lis solutis viderent non alium esse, quam is qui depositus fuerat. Sed incredulitatis cæcitas corrigi nequit. Cum enim mortuum nossent, miraculo invidebant, et cæcum inibant consilium. *Cogitaverunt enim principes sacerdotum, ut* *Joan.* 12. *et Lazarum interficerent, quem suscitaverat* 10. 11. *a mortuis: quia propter illum multi ex Judæis abibant, et credebant in eum;* cui gloria in sæcula. Amen.

FINIS.